Iste liber decretorum legatus est p libraria theologorū Collegii maioris artistarum Ex libris mgri Johannis de Osswyanczym Sacre theologie professoris et Custodis in Eclesia scti ffloriani oretur pro eo per utentes

1165

Liber Decretorum

PRIMA PARS

Ordinaturus magister gratianus tractatum suum de iure canonico ab ulteriori divisione incepit ... ius naturale et consuetudinis ... humanum genus ...

Incipit concordia discordantium canonum ac primum de iure constitutionis nature et humane.

Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure et moribus. Ius naturale est quod in lege et in evangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere quod sibi vult fieri, et prohibetur alii inferre quod sibi nolit fieri. Unde Christus in evangelio: Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Hec est enim lex et prophete. Hinc Ysidorus in quinto libro ethimologiarum ait: Divine leges natura, humane moribus constant.

Omnes leges aut divine sunt aut humane. Divine natura, humane moribus constant, ideoque he discrepant, quoniam alie aliis gentibus placent. Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per agrum alienum fas est, ius non est.

Ex verbis huius auctoritatis evidenter datur intelligi in quo differant inter se lex divina et humana, cum omne quod fas est nomine divine vel naturalis legis accipiatur, nomine vero legis humane mores iure conscripti et traditi intelligantur. Est autem ius generale nomen multas sub se continens species. Unde Ysidorus in eodem libro ethimologiarum ait: Ius generale nomen est. Lex autem iuris est species. Ius autem dictum est quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Quid sit lex. Lex est constitutio scripta. Quid mos. Mos autem est longa consuetudo de moribus tracta tantundem. Quid consuetudo. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt an scriptura an ratione consistat, quoniam et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod discipline conveniat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu.

Cum itaque dicitur non differre utrum consuetudo scriptura vel ratione consistat, apparet quod consuetudo partim est redacta in scriptis, partim moribus tantum utentium est reservata. Que in scriptis redacta est constitutio vel ius vocatur; que vero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet, appellatur. Est et alia divisio iuris, ut in eodem libro testatur Ysidorus ita dicens: Que sit species iuris.

Ius autem aut naturale est, aut civile, aut gentium. Quid sit ius naturale. Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu nature, non constitutione aliqua habetur, ut viri et femine coniunctio, liberorum successio et educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, acquisitio eorum que celo, terra marique capiuntur. Item deposite rei vel commendate pecunie restitutio, violentie per vim repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale equumque habetur. Quid sit ius civile.

Ius civile est quod quisque populus vel civitas sibi proprium divina humanaque causa constituit. Quid sit ius gentium. Ius gentium est sedium occupatio, edificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, federa pacis, inducie, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur. Quid ius militare.

Ius militare est belli inferendi sollempnitas, federis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel pugne commissio; item signo dato receptio; item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur; item stipendiorum modus, dignitatum gradus, premiorum honor, veluti cum corona vel torques donantur. Item prede decisio, et pro personarum qualitatibus et laboribus iusta divisio, ac principis portio. Quid ius publicum.

Ius publicum est in sacris et sacerdotibus et magistratibus. Quid ius quiritum.

Ius quiritum est proprie Romanorum, quod nulli tenent nisi quirites, id est romani, in quo agitur de legitimis hereditatibus, de curationibus, de tutelis, de usucapionibus. Que iura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum et in eos solos constituta. Constat autem ius quiritum ex legibus et plebiscitis et senatusconsultis et constitutionibus principum, et edictis, sive prudentum responsis. Quid sit lex.

Lex est constitutio populi qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Quid sit plebiscitum.

Plebiscita sunt que plebes tantum constituunt, et vocantur plebiscita eo quod plebs ea sciat, vel quod sciscitur et rogatur ut fiat. Quid senatusconsultum.

Senatusconsultum est quod tantum senatores populis consulendo decernunt. Quid constitutio vel edictum.

Constitutio vel edictum est quod rex vel

[illegible]

imperator constituit vel edicit. *Que sint responsa prudentium.*

Responsa prudentium sunt que *sapientium* iuris consulti respondere dicuntur consulentibus. Unde et responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri equitatis, qui constitutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirentur.

Quedam etiam leges *Que tribunitie leges et consulares* dicuntur ab his qui condiderunt, ut consulares, tribunitie, Iulie, Cornelie. Nam et sub Octaviano Cesare suffecti consules Papius et Poppeus legem tulerunt, que a nominibus eorum appellatur Papia Poppea, continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus in extraneos testamento legaret quam ut quarta pars superesset heredibus. Ex cuius nomine lex Falcidia nominata est.

Satira vero lex est *Quid sit lex satira.* que de pluribus simul rebus eloquitur, dicta a copia rerum et quasi a saturitate. Unde et satiras scribere est poemata varia condere, ut Oratii, Iuvenalis et Persii.

Rodie leges navalium *Que sint rodie leges.* commerciorum sunt, ab insula Rodo cognominate, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

Omnes hee species secularium legum sunt partes. Sed quia constitutio alia est civilis, alia ecclesiastica, civilis vero forense et civile ius appellatur, quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur videamus. Ecclesiastica constitutio canonis nomine censetur.

Quid autem canon sit, Ysidorus in VI. libro Ethimologiarum declarat dicens: *Quid sit canon.* Canon grece, latine regula nuncupatur. Regula dicta est eo quod *Unde regula dicatur.* recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi prebeat, vel quod distortum pravumque corrigat.

Porro canonum alii sunt decreta pontificum, alii statuta conciliorum. Conciliorum vero alia sunt universalia, alia provincialia. Provincialium vero alia celebrantur auctoritate Romani pontificis, presente videlicet legato sancte Romane ecclesie, alia vero auctoritate patriarcharum vel primatum vel metropolitanorum eiusdem provincie. Hec de generalibus regulis intelligenda sunt. Sunt autem quedam privatae leges tam ecclesiastice quam seculares que privilegia appellantur. De quibus in quinto libro Ethimologiarum ait Ysidorus: *Quid sit privilegium.*

Privilegia sunt leges privatorum, quasi private leges. Nam privilegium inde dictum est, quod in privato feratur.

Officium vero secularium vel ecclesiasticarum legum est precipere quod necesse est fieri, aut prohibere quod malum est fieri, permittere vel licita, ut premium petere, vel quedam illicita, ut dare libellum repudii, ne fiant graviora. *Quid sit officium legum.*

Unde et in eodem libro Ysidorus scribit dicens: Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut "fortis petat premium", aut vetat, ut "sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat", aut punit, ut "qui cedem fecerit capite plectatur". Eius enim premio aut pena vita moderatur humana. Divina autem precepit, ut "dilige dominum deum tuum".

Causa vero constitutionis legum est humanam coherceere audaciam et nocendi facultatem refrenare. Sicut in eodem libro Ysidorus testatur dicens: *Cur leges sunt facte.*

Facte sunt autem leges ut earum metu humana coherceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia et nocendi facultas.

Preterea in ipsa constitutione legum maxime qualitas constituendarum est observanda, ut contineat in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, convenientiam, et cetera que in eodem enumerat Ysidorus dicens: *Qualis debeat esse lex.*

Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patrie, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium conscripta.

Item in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institute fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.

Unde Augustinus ait in libro de vera religione: *De legibus est iudicandum dum instituuntur, non cum institute fuerint.*

In istis temporalibus legibus, quamquam homines iudicent de his cum eas instituunt, tamen cum fuerint institute et firmate, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges instituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnulle leges hodie abrogate sunt, ita moribus utentium leges ipse confirmantur. Unde illud Thelesphori pape, quo decrevit, ut clerici generaliter a quinquagesima a proposito ieiunandi susciperent a carnibus et deliciis ieiunent, quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit.

Thelesphorus Romane urbis archiepiscopus omnibus episcopis. *Septem ebdomadibus a carnibus et deliciis ante pascha clerici abstineant.*

Statuimus ut VII. ebdomadas ante sanctum pascha omnes clerici in sortem domini vocati a carne ieiunent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in ieiunio debet fieri discretio. Has ergo VII. ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent, et hymnis et vigiliis atque orationibus die noctuque studeant inherere.

Item Ambrosius in sermonum

[illegible]

Septimam ebdomadam talesque pontifices quinquagesime addidit.

Quadragesima sex septimanas habet. cui addiderunt tales pontifices septimam ebdomadam. et uocatum est hoc tempus quinquagesima.

Et quod sicut in hoc eodem capitulo est intelligendum: quod beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo scripsit dicens: *A quinquagesima ieiunandi propositum sumant quos ecclesiastica*

Denique sacerdotes. et *cuiusgradus dignitas exornat*. diaconi et reliqui. quos dignitas ecclesiastici gradus exornat. a quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant. quod aliquid ad pensum sancte institutionis adiciant. et eorum qui in laicali ordine consistunt obseruantiam. sicut loco. ita religione precellant. de ipsa uero die dominica est cuius hec ratio dicendum sit. cum omnes laici et seculares illa die plus solito. et ceteris diebus auidius cibos carnium appetant et nisi quatam noua auiditate usque ad medias noctes se ingurgitent. non aliter se huius sancti temporis obseruationem suscipere putant. Quod utique non tam religioni. quam uoluptati immo cuidam ebrietati imitatis adscribendum est. Quoniam nec a tali consuetudine auerti possunt. et ideo cum uenia suo ingenio relinquendi sunt. ne forte peiores existant si a tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon. qui multum emungit. elicit sanguinem. et post pauca. Par autem est ut quibus diebus a carne animalium abstinemus ab omnibus quoque que sementiua trahunt originem carnis ieiunemus. a lacte uidelicet caseo. et ouis. et post pauca. Ceterum piscium esum ita ratio relinquit. ut hoc ei infirmitatis solatium non luxurie paret incendium. Denique qui a carne abstinent nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia preparent. Vinum quoque ita bibere permittimus. ut ebrietatem omnino fugiamus. aliud quippe restat. ut et omnia que corpori libent simul faciamus.

Hec et si legibus constituta sunt. tamen quia communi usu approbata non sunt. se non obseruantes transgressionis non arguunt. alioquin his non obedientes se preuarentur honore. cum illi qui sacris nesciunt obedire canonibus penitus officio iubeantur carere suscepto. nisi forte quis dicat hec non decernendo esse statuta. sed exortando conscripta. decretum uero necessitatem facit. exortatio autem liberam uoluntatem excitat.

Hec que de uulgus. et ceteris infra positis scripta sunt. tam secularibus quam ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc autem ad differentiam naturalis iuris et ceterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum optinet et tempore et dignitate. Cepit enim ab exordio rationalis creature. Nam nec uariatur tempore sed immutabile permanet. Sed cum naturale ius lege et euangelio supra dicatur esse comprehensum. quedam autem contraria his que in lege statuta sunt nunc inueniantur concessa non uidetur ius naturale immutabile permanere.

In lege namque precipiebatur. ut mulier si masculum pareret .xl. si uero feminam .lxxx. diebus a templi cessaret ingressu; Nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier que menstrua patitur. ex lege inmunda reputabatur; Nunc autem non ecclesiam intrare nec sacre communionis misteria percipere prohibetur. sicut illa que parit. uel illud quod gignit. non statim post partum baptizari uel ecclesiam prohibetur ingredi. Unde Augustino Anglorum episcopo scribit dicens: *Mulier enim pregnans gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur;*

Si mulier eadem hora qua genuerit actura gratias deo intrat ecclesiam. nullo peccati pondere grauatur. uoluptas etenim carnis non dolor in culpa est; In carnis autem commixtione. uoluptas est. in partu uero plus gemitus. Unde et ipsi prime mulieri dicitur. In doloribus paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus; intrare in ecclesiam in penam ei penam uertimus in culpam. Item: *Mulierem enixam uel per ea que ab ea gignuntur eadem hora nec prohibet baptizari.*

Baptizari autem. uel enixam mulierem. uel hoc quod genuerit. si periculo mortis urgetur. et uel ipsa hora qua gignit. uel eadem qua natum est. id quod gignitur. nullo modo prohibetur. ne dum adhuc tempus ad percipiendum redemptionis misterium querit. interueniente paululum mora inueniri non ualeat qui redimatur. Item Gregorius: *Ante quam puer ablactetur. uel mater purificetur. ad eius concubitum uir non accedat.*

Ad eius concubitum uero uir suus accedere non debet; quo usque qui gignitur ablactetur; Praua autem consuetudo in coniugatorum moribus surrexit ut filios quos gignunt nutrire mulieres contempnant. eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. quod uidelicet ex sola causa incontinentie uidetur inuentum. quia dum se continere nolunt. despiciunt lactare quos gignunt. hec itaque que filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt. nisi purgationis prius tempus transierit. uiris suis non debent ammisceri. quippe et sine partus causa. cum in menstruis consuetis detinentur. uiris suis ammisceri prohibentur. Ita ut morte lex sacra feriat. Si quis uir ad menstruatam mulierem accedat; Que tamen mulier dum consuetudine menstrua patitur. prohiberi ecclesiam intrare non debet. quia ei nature superfluitas in culpam reputari non ualet. et per hoc quod inuita patitur. iniustum est ut ecclesie priuetur ingressu. Nouimus namque quod mulier que fluxum patiebatur sanguinis post tergum domini humiliter ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit. atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini uestimentum tangere cur etiam que menstrua patitur sanguinis non liceat ecclesiam intrare. Sed enim ea bene presumpsit. que

D. VI

uestimentū dn̄i in langore posita tetigꝫ. qđ uni
psone infirmanti conceditur: cur n̄ concedat
cunctis mulierib; que nature sue uitio infir
mantur; Sc̄e aut̄ cōmunionis misteriū in eisdē
dieb; pcipe non debet phiberi. Si aut̄ ex ue
neratione magna pcipe nō psumpsit. laudanda
ē; s; si pcepit. n̄ ē iudicanda. bonaꝝ quippe m
tiū ē. 7 suas ibi culpas agnoscere. ubi sine cul
pa non ē; quia sepe sine culpa agitur; qđ uenit
ex culpa. Vn̄ etiā cū esurimus sine culpa cōme
dim'. quibus ex culpa hoīs pmi factum ē ut esu
riamus. Quia uō de nature supfluitate s(er)mo
cepit haberi. Queritur an post illusionē q̄ p somniū
solet accidere. corpus dn̄i quilibet accipe ualeat.
ut si sacerdos sit sacra misteria celebrare; De hijs
rascribit beatus gg̃ aug̃ anglor̄ ep̄o; Demulta

Testamentū ueteris legis hunc pticigne illusionis;
pollutū ēē dicit. nisi aqua lotus fuerit. ei q̄ usq;
aduespm̄ intrare ecclam̄ non conceditur. Quē tam̄
tn̄ aut̄ ppls spūalis intelligens quasi p somniū
eū illudi reputat. qui temptatus inmunditia ue
ris imaginib; in cogitatione inquinatur. sed
lauandus ē aqua. ut culpā cogitationis lacrim
is abluat. 7 nisi p'us temptationis ignis recesserit.
reū se quasi usq; aduespm̄ cognoscat. S; ē in ea
de illusione necessaria ualde discretio. que sub
tilit̄ pensare debet. ex qua re accidat menti dor
mientis. aliquando enī ex crapula. aliquā
do ex nature sue supfluitate ut infirmitate.
aliquando ex cogitatione contingit pollutio.
et qđ cū ex nature supfluitate ut infirmita
te euenit. om̄i hec illusionē timēda. quia
hanc animus nesciens ptulisse mag' dolen
dus ē quā fecisse. cū uō ultra modū appetitus
gule in sumēdis alimētis rapitur. atq; iđ eo
humor̄ receptacula grauantur. hēt ex īn animus
aliquē reatū. nō tn̄ usq; ad phibitionē sacri
misterii pcipiendi. ut missaꝝ sollēpnia cele
brandi. cū fortasse aut festus dies exigit. aut
exhibere misteriū pro eo quod sacerdos alius deē
ipā necessitatis cōpellit. Nā si adsūt alii qui mi
nisteriū imple ualeant. illusio p crapulā facta
a pceptione sacri misterii phibere n̄ debet. s; ab i
molatione sac̄ misterii ut arbitror abstinere
debet humilit̄. si tn̄ dormientē. turpi imagina
tione n̄ cōcusserit. Nā quidā sunt quib; ita ple
rūq; illusio nascitur. ut eoꝝ animus etiam
in sopno corpis positus turpibus imaginationi
bus n̄ fedetur; Qua in re unū ibi ostendit.
ipā mens rea n̄ ēē. ut in suo iudicio libera.
cū se 7 si dormienti corpe nic̄ meminit
uidisse tn̄ in uigiliis corpis meminit se in
ingluuiē uentris cecidisse. Sin uō ex turpi
cogitatione uigilantis oritur illusio in
mente dormientis patet aīo reatus suus. ui
det enī a qua radice inquinatio illa pcessit.
quia quod cogitauit sciens. hoc ptulit nesciēs
ppt talem pollutionē. a sacro misterio eo die ab
stinere oportet. S; pensandū ē ipā cogitatio u
trum in suggestione an in delectatione. uł q̄
maius ē. in pecci cōsensu ceciderit. Tribus enī
mōis impletur omne peccatū. uidelicet sug
gestione. delectatione. cōsensu. Suggestio q̄ pe(r) hostē diabolū
delectatio p carnē. cōsensu p sp(irit)m. q̄a 7 pmo culpā
serpens suggessit. Eua delectata ē uelut caro.
adā uō uelut sp̄s consensit. 7 necessaria ē ut ma
gna discretio int̄ suggestionē atq; delectati
onem. 7 int̄ delectationē atq; consensū. iudi
cē sedeat sui psidē animū. cū enī malignus
sp̄s peccm̄ suggerit in mēte. si nulla pecci delec
tatio sequatur. peccatū oīmo ppetratū non ē.
cū uō delectari caro cepit. tunc peccatū incip
nasci. Si aut̄ etiā ad consensū ex deliberatione
consentit; tūc peccm̄ cognoscit pfici. In sug
gestione g° pecci semē ē. in delectatione fit nu
trimentū. in consensu pfectio. et sepe conting.
ut hoc quod malignus sp̄s seminat in cogita
tione. caro in delectatione trahat. n̄ tn̄ aīus
eid delectationi consentiat. 7 cum caro delec
tari sine non aīo nequeat. ipse tn̄ animus car
nis uoluptatibus reluctans in delectatione
carnali aliquo mō ligatur inuitus. ut ei
ex ratione cōtradicat. nec consentiat. et tn̄ de
lectatione ligatus sit. s; ligatū se uehemt̄
ingemiscat. Vn̄ et ille celestis exercitus p(re)cipu
us miles gemebat dicens. Video aliā legem i
mēbris meis repugnantē legi mentis mee. et
captiuū me ducentē in lege peccati que est
in mēbris meis; Si aut̄ captiuus erat minime
pugnabat; s; et quippe et captiuus erat 7 pu
gnabat; legi mentis eius lex que in mēbris ē.
repugnabat; Si aut̄ pugnabat captiuus n̄
erat; Itaq; ē homo ut ita dixerī captiuus et
liber. liber ex iusticia captiuus ex delectatione.
quā portat inuitus: Item ysidorus senten
tiarum. L. i.; Quando sit peccatū nocturnis

Non ē peccm̄. quando no imaginib; illudi.
lentes imaginib; nocturnis illudimur. si tn̄
ē peccatum. si ante quā illudamur. cogitati
onis affectib; puenimur; luxurie q̄ppe ima
gines quas in ueritate gessimus sepe dormi
entibus in animo apparent. sed innoxie.
si non concupiscendo occurrunt;

Item qui in nocturna illusione polluitur quā
uis extra memoriam turpium cogitatio
num sese psentiat inquinatum. tn̄ hoc ut
temptaretur culpe sue tribuat. suamq;
inmunditiam statim fletibus tergat;

Crapula. cura. labor. humor. uacuatio demon
pollunt in sompnis. set noxia sunt duo pma.

P

Hasita respondetur. In lege et euangelio na
turale ius continetur. non tamen quecumque
in lege et in euangelio inueniuntur na
turali iuri cohercere probantur. Sunt enim in
lege quedam moralia precepta. ut non oc
cides. et cetera; quedam mistica. ut pote sacrificiorum
precepta. ut de agno. et alia his similia. Mora
lia mandata ad naturale ius spectant. atque
ideo nullam mutabilitatem recepisse mon
strantur. Mistica uero quantum ad superficiem
naturali iuri probantur aliena. quantum
ad moralem intelligentiam inueniuntur
sibi adnexa. ac per hoc et si secundum superficiem
uideantur esse mutata. tamen secundum moralem intellig
entiam mutabilitatem nescire probantur.

Naturale igitur ius ab exordio rationalis creature
incipiens. ut supra dictum est. manet inmo
bile. Ius uero consuetudinis post naturalem
legem exordium habuit. ex quo homines conueni
entes in unum ceperunt simul habitare. quod
ex eo tempore factum esse creditur. ex quo cain ciui
tatem edificasse legitur. quod cum diluuio pro
pter raritatem hominum fere uidebatur extinctum. postmodum
modum a tempore nemroth reparatum siue potius im
mutatum existimatur. cum ipse simul cum
aliis alios cepit opprimere. alii sua inbecilli
tate eorum ditioni ceperunt esse subiecti. Vnde in
genesi legitur. de eo. cepit nemroth esse robustus
uenator coram domino. id est hominum oppressor et extinctor.
quos ad turrem edificandam allexit. Ius
autem constitutionis cepit a iustificationibus
quas dominus moysi tradidit dicens; Si emeris
seruum ebreum. et cetera; Vnde ysidorus in v. libro ethi
mologiarum ait; De conditoribus legum.

Moyses gentis ebree primus omnium diuinas le
ges sacris litteris explicauit. foroneus rex gre
cis primus leges iudiciaque constituit. Mer
curius trimegistus primus leges egiptiis tra
didit; Salon primus leges atheniensibus
edidit; ligurgus primus lacedemoniis
iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa
pompilius. qui romulo successit in regno. primus
leges romanis edidit. deinde cum populus seditio
sos magistratus ferre non posset. decem uiros
legibus scribendis creauit. qui leges ex libris
solonis in latinum sermonem translatas xii
tabulis exposuerunt; Noia eorum qui leges xii. tabularum ex-

Fuerunt autem hii. appius claudius. genutius. uetirius. iulius. manilius.
sulpitius. sextus. curatius. postomius. romelius.
hii x. uiri legum conscribendarum electi sunt. le
ges autem redigere in libris. Primus consul
pompeius instituere uoluit. sed non perseuerauit,
obtrectatorum metu; Deinde cesar cepit id

facere. sed ante interfectus est. paulatim autem
antique leges uetustate atque incuria ab
soluerunt. Quarum etsi iam nullus est usus.
notitia tamen necessaria uidetur. Noue a con
stantino ceperunt cesare. et reliquis suc
cedentibus; erant que permixte et inordinate.
postea uero theodosius minor augustus ad similitudinem
litudinem gregoriani; et hermogeniani
codicem factum. constitutionum a constan
tini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo
disposuit. quem a suo nomine theodosianum
uocauit. Differt quoque ius naturale
a consuetudine. et constitutione. Nam
iure nature omnia sunt communia omnibus.
Quod non solum inter eos seruatum creditur; de
quibus legitur. Multitudinis autem creden
tium erat cor unum et anima una. et cetera; Verum
etiam ex precedenti tempore a philosophis tradi
tum inuenitur. Vnde apud platonem il
la ciuitas iustissime ordinata traditur
in qua quisque proprios nescit affectus. Iure uero
consuetudinis et constitutionis hoc meum
est; illud uero alterius. Vnde augustinus super
iohannem; Iure diuino omnia sunt communia omnibus; iu
re uero constitutionis hoc meum illud alterius;

Quo iure defendis uillas ecclesie. diuino an
humano. diuinum ius in scripturis di
uinis habemus. humanum in legibus regum. unde
quisque possidet quod possidet. nonne iure huma
no. nam iure diuino. domini est terra et plenitudo
eius. pauperes et diuites deus de uno limo fe
cit et pauperes et diuites una terra supportat.
Iure ergo humano dicit hec uilla mea est. hec domus
mea est. hic seruus meus est. Iura autem humana iu
ra imperatorum sunt. Quare? quia ipsa iura humana
per imperatores. et reges seculi. deus distribuit
generi humano. Item tolle iura imperatoris.
et quis audet dicere. hec uilla mea est. meus est
iste seruus. mea est hec domus. Si autem ut te
neantur ista ab hominibus; regum iura fecerunt.
uultis ut reticeamus leges ut gaudeatis
si tamen relegantur leges. ubi manifeste precipi
piunt imperatores eos qui preter ecclesie catholice
communionem usurpant sibi nomen christianum. nec uolunt
in pace colere pacis auctorem. nichil nomine ecclesie
audeant possidere. Sed dicitis quid nobis et
imperatori. sed ut iam dixi de iure humano
agitur. apostolus uoluit seruiri legibus uoluit
honorari reges. cum dixit. reges reueremi
ni. Noli dicere; quid michi et regi. quid tibi ergo
et possessioni. per iura regum possidentur pos
sessiones. dixisti quid michi et regi. noli
dicere possessiones tuas quia ipsa iura renunciasti
uncasti humana quibus possessiones

D. VII

D. VIII

possidetur. Dignitate vero ius naturale simpliciter prevalet consuetudini et constitutioni. Quecunque enim vel moribus recepta sunt vel scriptis comprehensa, si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda. Unde Aug. ait in libro confessionum .l. iii. *Adversus naturale ius nulli quicquam agere licet.*

Que contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate sunt vitanda, ut pactum inter se gentis aut civitatis consuetudine vel lege firmatum, nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est universo suo non congruens. Cum autem deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi nunquam ibi factum est, tamen faciendum est, et si obmissum est, instaurandum est, et si statutum non erat, instituendum est. Si enim regi licet in civitate cui regnat iubere aliquid quod neque ante ipsum quisquam neque ipse unquam iusserat, et si non contra societatem civitatis ei obtemperatur, immo contra societatem fit si non obtemperatur ei. Generale quippe pactum est societatis humane obtemperare regibus suis, quanto magis regnatori deo universe creature sue ad ea que iusserit sine dubitatione serviendum est. Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita deus hominibus. Item Nicholaus Ignatio Remensi archiepiscopo. *Radicitus est evellanda consuetudo perniciosa.*

Mala autem consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est. Que nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab improbis assumitur, et incipiunt prevaricationes et varie presumptiones celerrime non compresse pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari. Item Aug. de unico baptismo .l. ii. *Veritati et rationi consuetudo est postponenda.*

Veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Plane quis dubitet veritati manifestate consuetudinem cedere. Item. Nemo consuetudinem rationi et veritati preponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit. Item Greg. vii. Wimundo Aversano episcopo. *Que libet consuetudo veritati est postponenda.*

Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est quod dominus dicit: Ego sum veritas et vita. Non dixit ego sum consuetudo, sed veritas. Et certe ut beati Cypriani utamur sententia, quelibet consuetudo quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati est postponenda, et usus qui veritati est contrarius abolendus. Item Aug. in iii. de baptismo parvulorum. *Veritate revelata consuetudo veritati cedere oportet.*

Qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est et malignus, quibus veritas revelatur, aut circa deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in evangelio: Ego sum inquid veritas. Non dixit ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, veritati cedat consuetudo. Revelatione ergo facta veritatis, cedat veritati consuetudo. Quia et Petrus qui circumcidebat cessit Paulo veritatem predicanti. Igitur cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit. Item idem in iiii. de baptismo. *Consuetudo rationi frustra opponitur.*

Frustra inquid quidam qui ratione vincuntur consuetudinem obiciunt nobis, quasi maior sit consuetudo veritate, aut non sit in spiritualibus sequendum quod melius a spiritu sancto revelatum est. Hoc plane verum est, quia ratio et veritas consuetudini preponenda est. Sed si consuetudini veritas suffragatur, nichil oportet firmius retinere. Item Cyprianus. *Rationem consuetudo impedire non debet.*

Consuetudo que apud quosdam irrepserat impedire non debet quominus veritas prevaleat et vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia apud Esdram veritas vincit, ut scriptum est: veritas valet et invalescit in eternum et vivit et obtinet in secula seculorum. Et ignosci potest simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit beatus apostolus Paulus, qui primo fuit blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed misericordiam meruit, quia ignorans feci. Post inspirationem vero et revelationem factam, qui in eo quod erraverat perseverat prudens et sciens, iam non in venia ignorantie peccat. Presumptione enim atque obstinatione quadam nititur cum ratione superetur. Item. *Dei veritatem non hominum consuetudinem oportet sequi.*

Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum esse putaverit, sed quid qui ante nos omnes est Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei veritatem, cum per Ysaiam prophetam loquatur deus et dicat: Sine causa colunt me mandata et doctrinas hominum docentes.

Liquido ergo apparet quod consuetudo naturali iuri postponitur. Quod autem constitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur. Ait enim Aug. ad Bonifatium. *Leges principum naturali non prevalent iuri.*

Imperatores quando pro veritate constituunt malas leges, probantur bene credentes.

Sed coronantur perseuerantes. Quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt leges bonas: terrentur seuientes. et corriguntur intelligentes. Quicumque ergo legibus imperatorum que pro dei ueritate feruntur. obtemperare non uult. acquirit grande supplicium. Quicumque uero legibus imperatorum que contra uoluntatem dei feruntur obtemperare non uult. acquirit grande premium. Nam temporibus prophetarum omnes leges qui in populo dei non prohibuerunt nec euerterunt que contra precepta dei fuerant instituta. culpantur, et qui prohibuerunt et euerterunt super aliorum merita laudantur; Et rex nabuchodonosor cum seruus esset ydolorum. constituit sacrilegam legem. ut simulacrum adoraretur. sed ei impie constitutioni qui obedire noluerunt. pie fideliterque fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo piam et laudabilem legem pro ueritate constituit. ut quicumque diceret blasphemiam in deum sidrac. misac. et abdenago. cum domo sua penitus interiret. Item in prologo libri tercii de trinitate;

Nec scriptis catholicorum tractatorum litteris

Noli meis litteris quasi canonicis deseruire scripturis. sed in illis. et quod non credebas cum inueneris. incunctanter crede; In istis autem quod certum non habebas. nisi certum intellexeris. noli firmiter tenere. Item ad uincentium uictorem. l. ii; *In tractatorum opusculis multa corri*

Negare non possum; nec debeo sicut *grandi* in ipsis maioribus; ita multa esse in tam multis opusculis meis que possunt iusto iudicio et nulla temeritate culpari. Item ad ieronimum epistola octaua; *In scriptis canonicis tractatoria non admittuntur;*

Ego solis eis scriptorum; qui iam canonici appellantur didici. hunc timorem honoremque deferre. ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere. aut si quid in eis offendero. quod uideatur contrarium ueritati. nichil aliud quam mendosum esse codicem. uel non esse assecutum interpretem quod dictum est. uel me minime intellexisse non ambigam; alios autem ita lego. ut quantalibet sanctitate quantaue doctrina polleant non ideo uerum putem. quia ipsi ita senserunt. Sed quia michi per alios auctores uel canonicas uel probabiles rationes quod a uero non abhorreat persuadere potuerunt. Idem; *Libris ueterum ebrea uolumina nouis greca auctoritatem impendunt;*

Ut ueterum librorum fides de ebreis uoluminibus examinanda est. ita nouorum grecis sermonis normam desiderat. Item in epistola ad ieronimum; *Nichil auctoritatis canonicis remanebit scripturis si ad eas mendacia fuerint admissa;*

Si ad scripturas sanctas admissa fuerint uel officiosa mendacia. quid in eis remanebit auctoritatis. que tandem de scripturis illis sententia proferetur. cuius pondere contentiose falsitatis conteratur improbitas. Idem de unico baptismo. l. ii. *Litteris omnium episcoporum sacra preponatur scriptura;*

Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam ueteris quam noui testamenti. certis suis terminis contineri. eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris; ita preponi ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit. utrum uerum uel utrum rectum sit. quicquid in ea scriptum esse constiterit; Episcoporum autem litteras. que post confirmatum canonem uel scripte sunt. uel scribuntur. et per sermonem forte sapientiorem in ea re cuiuslibet peritioris et per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem doctioremque prudentiam. et per concilia licere reprehendi. et siquid in eis forte deuiatum a ueritate est; Idem in epistola ad uincentium; *Contra diuina mandata non colligantur calumpnie ex quorumlibet*

Noli frater contra diuina. tam multa. tam perspicua. tam indubitata testimonia; colligere uelle calumpnias ex episcoporum scriptis. siue nostrorum sicut ylarii. siue antequam donati pars separetur; cypriani et agrippini; primo quia hoc genus litterarum. ab auctoritate canonis distinguendum est. non enim sic leguntur. tanquam ex eis ita testimonium proferatur. ut contra sentire non liceat sicubi forte aliter sapuerint. quam ueritas postulat. In eo quippe numero sumus. ut non dedignemur et nobis dictum ab apostolo accipere. et siquid aliter sapitis. hoc quoque uobis deus reuelauit; Item in epistola ad fortunatum; *Non debetur reuerentia par canonicis scripturis et expositionibus eorum;*

Neque quorumlibet disputationes quamuis catholicorum et laudatorum hominum. ueluti scripturas canonicas habere debemus ut nobis non liceat salua honorificentia. que illis debetur hominibus aliquid in eorum scriptis improbare. atque respuere. si forte inuenimus. quod aliter senserint. quam ueritas habet. diuino adiutorio; uel ab aliis intellecta. uel a nobis. talis ego sum in scriptis aliorum. quales uolo esse intellectores meorum; Item ad casulanum; *Exemplis rationi*

Sane quippe ratio et exemplis *ne preferatur;* anteponenda est. cui quidem et exempla concordant, sed illa que tantum digniora sunt imitatione quantum excellentiora sunt pietate.

Cum ergo naturali iure nichil aliud precipiatur. quam quod deus uult fieri. nichilque aliud uetetur; quam quod deus prohibet fieri. denique cum in canonica scriptura nichil aliud quam in diuinis legibus inueniatur. diuine uero leges. natura consistant. patet quod quecumque diuine

uoluntati seu canonice scripture ꝯ̃ria pbantur. eadē etiam naturali iuri inueniunt̃ aduersa. vn̄ queculꝗ diuine uoluntati seu canonice scripture seu diuinis legibus post ponenda censentur. eisdē natale ius pferri oportet. Constitutiones ḡ. uł ecclastice uł sclares si naturali iuri ꝯ̃trie pbantur. penitus st excludende; Constitutiones uero principū ecclasticis ꝯstitutionib; non p eminent. s; obsecuntur; Unde nicolaus pp. scribit ep̄is in concilio apꝯ siluanectum congregatis; Lex impatorꝫ ecclastica iura dissoluere n̄ pōt;

Legē impatorum non in oībus ecclasticis controuersiis utendum ē. psertim cū inueniatur euangelice ac canonice sanctioni aliquotiens obuiare; Idem. lex impatorꝫ non ē sup legē dei. s; subtus; Inpiali iuditio n̄ possunt iura ecclastica dissolui. ad quod ostendendum. duorꝫ horꝫ. innocentii. scilicet et ḡḡii. satis sufficiunt testimonia; scs quidem innocentius in decretali ep̄la sua ad alexandrū antiocenū ep̄m ait; quod sciscitaris inquiens. utrū diuisis ī piali iuditio puintiis. ut due metropoles fiant; sic duo metropolitani debeant noīari n̄ uisum ē nobis ad mutabilitatem necessitatū mundanarꝫ. dei ecctam ꝯmutari; honoresq. aut diuisiones perpeti; quas pseius causis faciendas duxit impator. Beatus ḡḡ. scribens ad theotistā patriā inter cetera. Si in quid religionis cā coniugia debe dissolui dicant; sciendum ē. quia et si hoc lex hūana concessit. lex tñ diuina phibuit; Ecce quemadmodū impiali iuditio n̄ possunt ecclastica iura dissolui. ecce qualit̃ hūana ꝯcessit quod lex diuina phibuit. n̄ ḡ impatorū leges qb; sepe utitur eccła ꝯ̃ hereticos sepe ꝯ̃ tirannos. atq. ꝯ̃ prauos quosq. defenditur dicamus penitus respuendas. s; q̄ ea seu euanglicis z aptlicis atq. canonicis decretis quib; post ponende sūt; n̄ posse inferre piudicium asserimus. Item simacus in vii. sinodo; Nec obuium euanglicis regulis

Non licet impatori. uł impatori agere licꝫ; ut cuiquam pietatem custodienti. aliq ꝯ̃ diuina mandata psumere. nec quicquam quod euanglicis et ꝓpheticis aut aptlicis regulis obuiet agere; Itē felix pp. In ecclasticis causis regia uolūtas sacerdotib; n̄ ē pponenda.

Certum ē hoc rebus uris ē salutare. ut cum de causis dei agitur. iuxta ipsius constitutum regiam uoluntate

sacerdotibus xp̄i studeatis subdere. non pferre et sacro scā pcerum psules potius discē quam docere; Ecclastica formā sequi n̄ huic humanitus sequendo iura pfigere. nec q eī sacerdotib; uelle dn̄ari. cui deus uoluit clemtie tue pie deuotionis colla submittere. nedum in sura celestis dispensationis excedatur. eatur in contumeliam disponentis. Item: Morib; z dcretis rōꝝ pontificū

Constitutiones; sicut ꝯstitutiones debite n̄ p ꝯ̃ canones et dcreta romanorꝫ psulꝫ. uł bonos mores nulli sunt momti. It̃ nicolaus pp.; Que s̄ sacerdotū regib; usurpare n̄ licꝫ.

Impium ur̄m siuis publice rei cotidianis āministrationib; debet ēē ꝯteptum. non usurpare que sacerdotibus dn̄i conueniunt solum; It̃ ḡḡ naza zenus impatoribus constantino politanis; Tribunalia regū sacerdotali sunt potestate subiecta.

Suscipitis ne libertatem uerbi; libet ꝗ acci pitis. quod lex xp̄i sacerdotali uos subicit potestati atq; istis tribunalib; subdit. dedit enī et nobis potestatē. dedit principatum. multo pfectiorem principatibus uris. aut nūquid iustū uobis uidetur. si cedat sps carni. si a terrenis celestia superentur. si diuinis pferant hūana; Ecce quod constitutiones principum ecclasticis legib; post ponende sunt. ubi aūt euanglicis atq; canonicis decretis n̄ obuiauerint. oī reuerentia digne habeantur. Vn̄ aug. ait in dialogo ꝯ̃ petilianum; Leges impatorꝫ adiutoriū

Si in adiutorium urm̄ eccle licet assumi terreni impii leges assumendas putatis. nō repꝛhendimus. fecit enī hoc paulus cū aduersus iniuriosos romanū ciuem se ēē testat. It̃ ciprianus iuliano; Reges pontificib' petius z pontifices regib; ī tpalib; indigent.

Om idem mediator dei et hominum ē. homo ih̄c xp̄s. sic actibus ꝓpriis et dignitatib; distinctis officia potestatis utriusq; discreuit. ꝓpria uolens medicinali humilitate sursum efferri n̄ humana supbia rursus in inferna demergi. ut et etiam xp̄iani impatores pro eterna uita pontificibus indigerent. et pontifices pcursu tēpaliū tm̄ mō rerum impialibus legibus uterent. quatinus spūalis actō a carnalib; distaret incursib; et deo militans minime se negotiis sclarib; implicaret. ac uicissim non ille rebus diuinis psidere uideret̃ qui eēt sclarib; negotiis implicatus. It̃ leo iiii. lotario augō; leges impatorꝫ cū

Decapitulis; uł pceptis impialib; uris ꝑ dn̄i ostri uestris uestrorumq; etiam pontificium tet

ex magna humilitate hic loquitur sic alibi et .ii. q. vii. nos si.
... regula suppletur per aliam regulam et generali detracto constitutione ... et omne quod sequitur ex eo ut ex ... si hec regula ...
... legem enim sit si ... tenet ut ...

predecessorum nostrorum uestigia in custodiendis et conseruandis quanto ualuimus et ualemus studio pro ratione et uirtute conseruatum uestris moribus omnibus profitemur. et si fortasse quilibet uobis aut dixit aut dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mentientem. Item Leo IIII. Lodoico imperatori. Legis auctoritate dicitur solutus qui contra eam facit.

Vides fili nimirum quia quod contra leges accipitur per leges dissolui meretur. Item Gelasius Rufino et Aprili episcopis. Leges principum et regule patrum contempni non debent.

Quis autem aut leges principum aut patrum regulas aut admonitiones pastorales dicat debere contempni, nisi qui impunitum se sibi tantum existimet transire commissum? Item Theodorico regi. Seruentur ab omnibus Romanorum principum.

Certum est magnificentiam uestram leges Romanorum principum quas in negotiis hominum custodiendas esse precepit, multo magis circa reuerentiam beati Petri apostoli pro sue felicitatis augmento uelle seruari. Item Leo IIII. Lotario augusto. Romana lex nulli temeritate debet corrumpi.

Vestram flagitamus clementiam ut sicut hactenus Romana lex uiguit absque uniuersis procellis, et pro nullius hominis persona reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur propriumque uigorem optineat.

Quod uero legibus consuetudo cedat, Ysidorus testatur dicens in Sinonimis lib. II. Prauus usus lege superatur.

Usus auctoritati cedat. prauum usum ratio et lex uincat. Item Nicolaus papa Michaeli imperatori. Statutis pontificum consuetudo cuiusquam refragari non potest.

Consequens est ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis prepediente occasione proprias sequendo tantum uoluntates remoueatur, sed firmius atque inconcusse teneatur. Item Iulius papa. Consuetudini Romane ecclesie in nullis dissentire licet.

Nolite errare fratres karissimi, doctrinis uariis et extraneis nolite abduci. Et instituta apostolorum et apostolicorum uirorum canonesque habetis, his fruimini, ut his freti esse cuncta inimicorum iacula persistere ualeatis. Satis enim indignum est quemquam uel pontificum uel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem sequi et docere uiderit. Multum conuenit ut totum corpus ecclesie in hac sibi obseruatione concordet, que inde auctoritatem habet, ubi dominus ecclesie totius posuit principatum. Item Codicis lib. VIII. t. LII. Usus et consuetudo legem et rationem uincere non potest.

Consuetudinis ususque longeui non uilis auctoritas est, uerum non usque adeo sui ualitura momento, ut aut rationem uincat aut legem.

Cum uero nec sacris canonibus nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur, inconcusse seruanda. Vnde Aug. ait in .x. ex dictis Basilii: Inuiolabilis est consuetudo que nec humanis legibus nec sacris canonibus obuiare monstratur.

Ecclesiasticarum institutionum quasdam scriptis, quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus, quibus par ritus et idem utrisque pietatis debetur affectus. Vnde quis uel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum estimauit. Sed enim attendentes consuetudines ecclesie non scriptas apostolicis traditas michi existimare, quantum religio detrimenti lata sit, respicientibus liquido constabit. Que enim ut in exordio annuit scriptura salutifere crucis signaculo fideles docuit insigniri? que uel trifariam digesta super calicem et panem prolate orationis ut consecrationis uerba commendauit? nam non modo quod in euangelio continetur ut ab apostolo, ut tu secreti domini sed alia plurima magnam eorum commendantia in misteriis, que ex oriente usus nos orare uitare forma docuit. Benedicimus fontem baptismatis, oleo unctionis. Huc accedit quod et oleo inungimus quos baptizamus, uerbis abrenuntiare sathane et angelis eius informamus. Vnde et hec alia in hunc modum non pauca nisi tacita ac mistica traditione a patribus ecclesiastico more ac reuerentiori diligentia sunt in misteriis obseruata, magis silentio quam publicata scripto. Item ad Casulanum presbiterum. Laudabilis est consuetudo que nec fidei

Consuetudinem laudamus, que tamen contra fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur. Item ad eundem. Mos populi et maiorum instituta pro lege tenenda sunt.

In his rebus de quibus nichil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt, et sicut preuaricatores legum diuinarum ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Auctoritas Item Aug. de ... fide. Tribus modis generaliter spiritualiter regitur.

Catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere. Quicquid in ea tenetur aut auctoritas est scripturarum, aut traditio uniuersalis, aut certe propria et particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nichilominus tota, priuatis uero constitutionibus et propriis informationibus unaqueque pro locorum uarietate prout cuique uisum est subsistit et regitur. Item contra Manicheos. Valet ad fidem catholice auctoritas ecclesie.

Palam est quod in re dubia ad fidem ualeat auctoritas catholice ecclesie, que ab ipsis apostolicis fundatissimis sedibus

apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibi episcoporum series et tot populorum consensione firmatur. Item

Leo: Apostolicas non licet institutis recedere.

Hoc uisi inducimus caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu; quia multum post hec esse non poterit, si quis quam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Item Innocentius Decentio episcopo: Ab omnibus seruari debet quod a principe apostolorum ecclesie romane traditum est.

Quis nesciat aut non aduertat id quod a principe apostolorum Petro romane ecclesie traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superduci aut introduci aliquid quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere exemplum? presertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Galliam, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos uenerabilis apostolus Petrus aut successores eius constituerunt sacerdotes. Legant autem si in his prouinciis alius apostolorum inuenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi quod ecclesia romana custodit, a qua principium eos accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum uideantur amittere. Sepe dilectionem tuam ad urbem uenisse ac nobiscum in ecclesia conuenisse non dubium est, et quem morem uel in consecrandis misteriis uel in ceteris agendis archanis teneat agnouisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem ecclesie tue uel reformationem, si predecessores tui minus aliquid aut aliud tenuerint, satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset. Quibus ideo respondemus, non quod te ignorare credamus, sed ut maiori auctoritate uel tuos instituas, uel si qui a romane ecclesie institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare nobis non differas, ut scire ualeamus qui sint qui aut nouitates inducunt, aut ecclesie alterius quam romane existimant consuetudinem esse seruandam.

Quod absque discretione iustitie nulli agere licet. Anacletus papa omnibus episcopis: Sine discretione iustitie est.

Non decet a capite membra discipulum romane ecclesie discedere, sed iuxta scripture testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli uero dubium est quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius uos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut filius uenit facere uoluntatem patris, sic et uos uoluntatem matris uestre implete, que est ecclesia, cuius caput, ut predictum est, romana existit ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitie contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi nulla ratio permittit. Item Gregorius:

Apostolicis preceptis nullus superbe resistat.

Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam que a sancta romana ecclesia et apostolica auctoritate iussa sunt salutifere impleantur, si eiusdem sancte dei ecclesie, que est caput uestrum, communionem habere desideratis. Non nouum aliquid presenti iussione precipimus, sed illa que olim uidentur indulta firmamus, cum nulli dubium sit quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sancte religionis relatio ad sedem apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debeat referri, et inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis uideatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes qui nolunt ab apostolice petre, super quam Christus uniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hec apostolice sedis precepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur. Item Nicolaus Michaeli imperatori: Non resistendum est consuetudini canonica non resistente.

Scit sancta romana ecclesia quod nichil obsunt auctoritas saluti credentium diuerse pro loco et tempore consuetudines, si illis canonica non obstat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus. Unde nichil iudicamus eis debere uel posse resistere. Item Ieronimus ad Lucinium: Consuetudines fidei non officiunt, uel maioribus tradite sunt obseruande.

Illud breuiter te admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, presertim que fidei non officiant, ita obseruandas ut a maioribus tradite sunt; nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Item Nicholaus Hignmaro archiepiscopo: Traditiones a patribus institute non sunt infringende.

Ridiculum est et satis abominabile dedecus ut traditiones quas antiquitus a patribus suscepimus infringi patiamur. Item Constitutionum l. i. t. ii. Mores diuturni pro lege sunt habendi.

Diuturni mores consensu utentium approbati leges imitantur. Item Codicis l. viii. capitulo quinquagesimo secundo titulo iii: Quicquid fit contra longam consuetudinem reuocari oportet.

Consuetudo precedens et ratio que consuetudinem suasit tenenda est, et quicquid contra longam consuetudinem fiet, ad sollicitudinem suam reuocabit preses prouincie. Item Gregorius uniuersis episcopis Numidie: Inmota maneat consuetudo que contra fidem catholicam nichil usurpare dinoscitur.

Nos consuetudinem que contra fidem catholicam nichil usurpare dinoscitur, inmotam permanere concedimus, siue de primatibus constituendis, siue de ceteris capitulis, exceptis his qui ex donatistis ad episcopatum peruenerunt, quos peruenire ad primatus dignitatem etiam si ordo eos deferat, ad locum eundem modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commisse sibi plebis curam

Perloquitur autem hoc de illis abbatibus et monachis qui celebrant officia publice, quia illa officia quibus publice non utuntur mutare non possunt more monastico, non aliter, id est non alios psalmos et alias orationes; set eos quos tamen diudere possunt, sic mediam cum medio psalmorum, dicentes glossatori et cetera.

gerere. Non autem illos antistites, quos catholica fides in ecclesie simul docuit, et genuit ad optinendam culmen primatus; animo iure.

Item Gregorius. **Non negentur que consuetudinis sunt.**

Quemadmodum illicita preceptare non patimur, sic que consuetudinis sunt non negamus.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo. **Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.**

Novit fraternitas tua Romane ecclesie consuetudinem in qua se meminit nutritam. Sed mihi placet ut sive in Romana, sive in Galliarum, sive in qualibet ecclesia invenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, et in ecclesia Anglorum, que adhuc in fide nova est, institutione precipua que de multis ecclesiis colligere potuisti infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt elige, et hec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

Item Augustinus ad Ianuarium. **Quod neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur indifferenter est habendum.**

Illa vero que non scripta sunt, sed tradita custodimus, que quidem toto orbe terrarum observantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut id quod Domini passio et resurrectio et ascensio in celum, adventus Spiritus sancti anniversaria sollempnitate celebrantur, et si quid aliud quod tale occurrerit quod consuetudine ab universis quacumque diffundit se ecclesia. Alia vero que per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii ieiunant sabbato, alii non; alii vero cotidie communicant corpori et sanguini Domini, alii certis diebus accipiunt; et si quid aliud huiusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observationes. Quod enim neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos vivitur societate servandum. Mater mea Mediolanum secuta me est, invenit ecclesiam sabbato non ieiunantem; ceperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissime memorie Ambrosium episcopum. At ille ait: "Cum Romam venio, ieiuno sabbatum; cum vero Mediolani sum, non ieiuno. Sic et tu ad quamcumque forte ecclesiam veneris, eius morem serva, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi." Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est.

Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, que vel universalis ecclesie usu vel temporis perpetuitate roboratur. Ceterum si pro varietate temporum vel locorum vel animorum varie consuetudines introducantur, inventa opportunitate resecande sunt, potiusquam observande.

Unde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarii. **Resecanda sunt auctoritate que moribus universitatis non comprobantur.**

Omnia talia, que neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universe ecclesie roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut omnino numquam inveniri possint cause quas in eis constituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine aliqua dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia esse voluit liberam, servilibus premunt honeribus, ut tollerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiam si tempus libertatis non cognoverunt, legalibus tamen sacramentis, non humanis presumptionibus subiciuntur.

Item ex concilio Tolletano XI. **Debitum omnes provinciales eundem in psallendo teneant modum quem metropolitana sede.**

De his qui contra apostolicam voluntatem hoc coguntur circumferunt omni vento doctrine, placuit concilio sancto ut metropolitane sedis auctoritate coacti unius cuiusque provincie cives rectoresque ecclesiarum unumquemque eundem in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognoverint institutum. Nec aliqua diversitate cuiusque ordinis vel officii a metropolitana separantur sede discursum. Sic enim iustum est ut inde unusquisque sumat regulas magisterii unde honoris consecratione accepit, ut iuxta maiorum decreta sedes que uniuscuiusque sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiastice magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis que iuxta voluntatem sui episcopi regulariter implenda sunt. Cetera officia publica, id est vesperum, matutinum sive missam, aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quod si quis aut horum decretorum violator extiterit, secundum institutionem prelatus a metropolitano sub penitentie censura maneat corrigendus, quatinus apud illum et pro tempore transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Subiacta ergo regula discipline, non solum metropolitanus totius sue provincie pontifices vel sacerdotes astringat, sed et ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare institutionibus suis cogant.

Item ex concilio Bracarensi. **In matutinis et vespertinis officiis unus et idem ordo fuerit.**

Placuit omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officiis teneatur, et non diverse atque private neque monasteriorum consuetudines

cum ecclesiastica regula sint permixte. Item adversus naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi. Unde in Tolletano concilio viii. legitur: **Minus malum de duobus est eligendum.**

Duo mala licet cautissime omnino sint precavenda, tamen si periculi necessitas unum ex his perpetrare compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligari. Quod autem levius sit quidve gravius, pure rationis acumine investigemus. Cum enim dum periurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus; cum vero noxia complemus promissa, et dei iussa contempnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo perimimur, hic triplici iugulamur.

Item Gregorius in Moralibus parte vi. l. xxxii. cap. xiiii. **De eodem.**

Nervi testiculorum eius [Leviathan] perplexi sunt. Quia suggestionum illius argumenta implicitis inventis illigantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatinus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo non evadant, et culpam faciant dum vitant, ac neque quam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligare se. Quod melius ostenderimus, si qua ex humana conversatione huius illigationis exempla proferamus. Ecce quidam dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta scelera ipsius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is cui iuratum est ad ultimum perpetrare cognoscitur, ita ut et mariti adulteram occidere conetur; is autem qui iusiurandum prebuit ad mentem revertitur, et diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio adulterii simul et homicidii particeps fiat, prodere trepidat, ne reatu se periurii astringat. Perplexis ergo nervis testiculorum ligatus est, qui in qualibet parte declinet, metuit ne a transgressionis contagio liber non sit. Alius quia mundi cuncta deserens, ac propria frangere pravas voluntates querens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum qui sibi ad deum preesse debeat minus incauta inquisitione discernit. Quia fortasse is qui sine iudicio eligitur, cum preesse iam ceperit, agere que dei sunt prohibet, que mundi sunt iubet. Pensans itaque subditus vel que sit culpa inobedientie, vel quod contagium secularis vite, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens deum in iussis preceptis deserat, aut rursum non obediens deum in electo priore contempnat.

Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locum regiminis premiis ascendit. Sed quia hoc omne quod hic eminet plus meroribus afficitur quam honoribus gaudet, cum contribulatione premitur, ad memoriam culpam revocat, doletque se ad laborem cum culpa pervenisse. Et quam sit iniquum quod admiserit, ereptus fractus sine dubio difficultate cognoscit. Reum se igitur in perversis premiis agnoscens, vult adepte sublimitatis locum deserere, sed timet ne gravius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse; vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralia quam empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum ex parte hinc inde se conspicit esse, quippe sine reatu eminus neutrum videt. Si autem susceptus semel grex relinquitur, aut rursum sic acta actio secularium empta tenetur. Undique metuit, et suspectum latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deserens emendat, aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de rapacis gregis destitutione committat. Est tamen quod ad destruendas Behemoth versutias subtiliter fiat. Sicut enim mentes inter minora et maxima peccata constringitur, si ideo nullus sine peccato aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi brevior murus ingenit. Hinc Paulus cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut maiora declinarent, dicens: Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat. Et quia tunc solum coniuges in ammixtione sunt sine culpa, non cum explenda libidine, sed suscipienda prole miscentur, ut hoc quod concesserat, sine culpa quamvis minima non esse monstraret, illico adiunxit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Non enim sine vitio est quod indulgetur, non precipitur. Peccatum profecto vidit quod posse indulgeri previdit. Sed cum in dubiis constringimur, utilius minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaque plerumque nervorum Behemoth istius perplexitas solvitur, dum adiutrices maximas personas ad minora transitur. Verum hoc ita in eadem persona intelligitur; ceterum in diversis personis eadem dispensatio locum habere videtur, ut committamus minora ne alii graviora impleantur merito queritur. De his ita scribit Aug. l. questionum super genesim: **Non sunt aliqua a nobis committenda delicta ne alius graviora committat.**

Quod ait sodomitis Loth: Sunt michi due filie que non dum noverunt virum, producam

Solutio. Hic sciendum quod plurimum quod bonum quod minimo pia commendat, in discretione agendi eo inquinat. Unde Gregorius: Sepe in quid quod bono studio agimus dum discernere caute negligimus quo iudicet sive nescimus quod putamur ... Loth ergo in illo suo facto respectu ospitalitatis ... gratiae pia mentione ... ad filias prostituere ... Ibi de primo laudatur, hic de secundo non immunis habendus.

P. ... Hic dicit Aug. quod nemo debet minus malum committere ut alter evitet maius malum, et intelligitur quia nemo debet mortale committere ut alter evitet maius mortale ... et sic mortem temporalem potest subire ne alter incurrat penam etiam ... Nemo ... ut xxxiii. q. i. ... septies. Alii dicunt quod nullum peccatum debet homo facere pro suo bono vel alterius ...

illas ad vos, utimini illis sicut placuerit vobis. Tantum in viros istos ne faciatis iniquum. Cum ipse tueri volebat filias suas hac compensatione, ut viri hospites eius nichil a Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum, ut quoniam utcumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid ne alius gravius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non consilio illo tribuendum sit quod hoc dixit. Et nimirum periculosissime admittitur hec compensatio. Si autem perturbationi humane tribuitur, minime tanto malo permote, nullo modo imitanda est.

Consuetudinis autem vel constitutionis rigor non numquam relaxatur. Unde Leo papa. *Quae ostitutiones valeant tempus et que non.*

Sicut quedam sunt que nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt que aut pro necessitate temporum aut pro consideratione etatum oportet temperari, illa semper conditione servata, ut in his que vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum quod nec preceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum.

D. XV.

De naturali vero et constitutione et consuetudine hactenus diximus. Differentia qua ab invicem differunt assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stilum vertamus, earumque originem et auctoritate prius ex libris sanctorum colligere possumus, hec inter assignantes. *Quo tempore ceperunt canones generalium conciliorum.*

Canones generalium conciliorum, ut Ysidorus ait in vi. Ethimologiarum capitulo xvi. a temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hereses scissa est, quia non erat episcopis licentia conveniendi in unum, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum convenientes, iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos simbolum tradiderunt. Inter cetera autem concilia iiii. sunt venerabiles sinodi, que totam principaliter fidem complectuntur, quasi iiii. evangelia vel totidem paradisi flumina. Harum prima Nicena sinodus cccxviii. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est, in qua Arriane perfidie condempnata est blasphemia, quam de inequalitate sancte Trinitatis idem Arrius asserebat, consubstantialem Deo Patri Dei Filium eadem sancta sinodus per simbolum diffinivit. Secunda sinodus cl. patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim congregata est, que Macedonium Spiritum sanctum Deum esse negantem condempnans, consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum demonstravit, dans simboli formam quam tota Grecorum et Latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tertia sinodus Ephesina prima cc. episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, que Nestorium duas personas asserentem in Christo iusto anathemate condempnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Iesu Christi personam. Quarta sinodus Calcedonensis dcxxx. sacerdotum sub Marciano principe habita est, in qua Euticen Constantinopolitanum abbatem, unius Dei Verbi et carnis unam naturam pronuntiantem, et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia condempnavit; predicans eadem sinodus Christum Deum sic natum de Virgine, ut in ea substantiam et divine et humane confiteamur nature. Hec sunt iiii. sinodi principales, fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed et si qua sunt alia concilia que sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum iiii. auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur. Sinodus autem ex greco interpretatur comitatus vel cetus. Concilii vero nomen tractum ex more Romano. Tempore enim quo cause agebantur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum est, quasi comcilium. Nam cilia oculorum sunt. Unde et considium consilium, d in l litteram transeunte. Vel concilium dictum est a communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis intuitum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et qui sibi dissentiunt non agunt concilium, quia non sentiunt in unum. Cetus vero conventus est vel congregatio, a coeundo, id est conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus, sicut conventus, cetus vel concilium a societate multorum in unum appellatur.

De eisdem. Gregorius ad ... dicens. *Item de auctoritate quattuor conciliorum.*

Sicut sancti evangelii iiii. libros, sic iiii. concilia suscipere et venerari fateor. Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Calcedonense vero, in quo Euticetis Dioscorique pravitas reprobata, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide sancte fidei structura consurgit, et cuiuslibet vite atque actionis norma existit. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo et epistola que Ibe dicitur erroris plena reprobatur, Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus subsistentiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur, scripta quoque Theodoriti per que beati Cirilli fides reprehenditur ausu dementie prolata refutantur. Cunctas

l

nero quas p̄phata ueneranda concilia re
spuunt p̄sonas. Respuo que uenerantur.
amplector. quia dum uniu̅salia sunt conse
su uni constituta. se n̄ illa destruit. quis
quis p̄sumit. absoluere quos ligant. aut li
gare quos absoluunt. De eisdē scribit
gelasius pp̄. dicens; Que concilia sc̄a romana
eccl̄a suscipiat.

Sc̄a romana eccl̄a post illas
ueteris ⁊ noui t. scripturas quas regulariter su
scipimus. ⁊ has suscipi n̄ p̄hibet. Sc̄am sino
dum nicenā. ccc. xviii. patrū mediante ma
ximo constantino aug̃. in qua arrius he
reticus condēpnatus ē. Sc̄am sinodum
constantinopolitanā mediante theodosio
seniore aug̃. in qua macedonius hereticus.
debitam dāpnationem suscepit. Sc̄am.
sinodū ephesinā p̄mā. in qua nestorius dāp
natus ē. consensu beatissimi celestini pp̄. me
diante cirillo alexandrine sedis antistite. et
archadio ep̄o. ab italia destinato. Sanctam
sinodum calcedonensem. mediante martiano
aug̃o. ⁊ anathone constantinopolitano ep̄o. in
qua nestoriana ⁊ eutitiana. heresis simul cum
dioscoro eiusq; ꝯplicibus dāpnate sunt. S; ⁊
si qua sunt concilia a sc̄is patrib; hactenus insti
tuta. p̄ istorū. iiii. auctoritatem ⁊ custodienda.
⁊ recipienda decernimus; Iam n̄c subiciendū
ē. de opusculis sc̄orū patrum que in eccl̄a catholi
ca recipiuntur. It̄. Opuscula beati cipriani
martiris. ⁊ cartaginensis ep̄i. It̄. Opuscu
la beati g̃g̃ii nazanzeni ep̄i. It̄. Opuscula
beati anathasii ep̄i alexandrini. It̄. Opus
cula. beati basilii cappadoceni ep̄i. It̄ Op
cula beati iob̄is constantinopolitani ep̄i;
It̄. Opuscula b̄ti theophili alexandrini
ep̄i. It̄. Opuscula beati cirilli alexandrini
ep̄i; It̄. Opuscula beati ilarii pictauien
sis ep̄i; It̄. Opuscula beati ābrosii medi
olanensis ep̄i. It̄. Opuscula b̄ati aug̃. yp
ponensis ep̄i. It̄. Opuscula beati ieroni
mi p̄sbri. It̄. Opuscula beati p̄spi uiri
religiosissimi. It̄. ep̄la beati leonis pp̄. ad fla
uianū constantinopolitanū ep̄m destinata.
cuius textū si quisquā usq; ad unū iota. dispu
tauerit. ⁊ n̄ eam uenabilit̄ receperit in oīb;. ana
thema sit. It̄. Opuscula atq; tractatus oīū
patrū orthodoxorū. qui in nullo a sc̄e romane
eccl̄e ꝯsortio deuiauerunt. nec ab eius fidei
p̄dicatione se iuncti sunt. s; cōmonis ipsi gr̄a
dei usq; ad ultimū diē uite sue participes fu
erunt. legenda decernimus; It̄. Decre
tales ep̄le quas beatissimi pp̄. diu̅sis t̄pib; ab
urbe roma p̄ diuersorū patrum consolatione
dederunt uenerabilit̄ suscipiende sunt;

It̄. Gesta sc̄orum martirum qui multiplici
bus tormentorū cruciatibus et mirabilib;
confessionū triumphis irradiant. q̄; si ita ēē
q̄s catholicorū dubitet. ⁊ maiora eos in agonib;
fuisse p̄pessos; nec suis uirib; s; dei gr̄a. et ad
iutorio uniu̅sa tollerasse. S; iō s̄c antiquam
auctoritatē. ut consuetudinē. singulari ca
utela in sc̄a romana eccl̄a n̄ leguntur quia
⁊ eorū qui scripsere nomina penitus ignorant.
ut ab infidelibus aut idiotis sup̄flua aut min̄
apta quā rei ordo fuit scripta ēē putant. sicut
cuiusdam; quirici ⁊ iulite. sicut georgii. aliorū
q; passiones huiusmodi que ab hereticis
p̄hibentur conscripte. pp̄ quod dictum ē. ne le
uius subsannandi oriretur occasio in sc̄a roma
na eccl̄a non leguntur; Nos tamē cū p̄dicta
eccl̄a oīs martires ⁊ eorū gl̄osos agones qui d̄o
mag̃ quā hoīb; noti sunt oī deuotione uene
remur. Item. uitas patrū antonii pauli
ylarionis ⁊ oīū h̄mitarū quas tn̄ uir beatissim̄
scr̄ ier̄. cū oī honore suscipimus; It̄. actus
beatissimi uiri siluestri ap̄lice sedis p̄sul. licet ei̅
qui scripsit nom̄ ignoremus a multis tam in ur
be r̄oā catholicis legi cognouimus ⁊ p̄ antiquo
usu multe hoc imitantur eccl̄e. It̄. scripta de inue
tioē sc̄e c̄cis dn̄ice ⁊ alia scripta d̄ inuētio ē capitis iohi̅ bap
q̄d reuelationes sunt. ⁊ n̄ nulli eas catholici legunt;
S; cū hec ad catholicorū manus aduenerint. beati
pauli ap̄li sententia p̄cedat; Oīā aut̄ p̄bate q̄
bonū ē tenete. It̄. rufinus uir religiosus
plurimos eccl̄astici op̄is edidit libros. n̄ nullas
aūt scripturas interp̄tatus ē. S; qm̄ beatissimus
ieronimus in aliquib; eum de arbitrii libertate
notauit; illa sentimus que beatū p̄dictum
ier̄. sentire cognouimus; Et n̄ solū de rufino
s; ⁊ de uniu̅sis quos uir sepius memoratus zelo
dei ⁊ fidei religione rep̄hendit; It̄. origenis
n̄ nulla opuscula que uir beatissimus ier̄. nō
repudiat legenda suscipimus. Reliqua aūt
oīā cū auctore suo dicim̄ ēē renuenda; It̄.
cro-nica eusebii cesariensis atq; eiusdē istorie
eccl̄astice libros quāuis in p̄mo narrationis
sue libro tepuerit ⁊ p̄ in laudibus atq; excusa
tionē origenis scismatici unū conscripserit li
brū pp̄ rerū tn̄ singularē notitiam que ad in
structionē p̄tinet. usq;quaq; n̄ dicimus re
nuendos. It̄. orosiū uirū eruditissimū
collaudamus quia ualde necessaria ad u̅sus pa
ganorū calūpnias ordinauit. miraq; breuita
te contexuit. It̄. uenerabilis uiri sedulii pa
scale opus quod heroicis descripsit u̅sib; insig
laude p̄ferimus. It̄. iuuenci nic̄omis
laboriosum opus n̄ spernimus s; miramur.
Cetera q̄ ab hereticis conscripta ut p̄dicta sunt

Apocrifa. secrete scripte. q̄ʒ occulta origo n̄
paret patrib;; In lib; apocrifis ⁊ si inuenitur aliq̄
ueritas. tn̄ pp̄ multa falsa nulla ē in eis ca
nonica auctoritas q̄. recte a patrib; iudica
... ēē ... ... Ab; ...
Apocalipsis. g. reuelatio ... ...
iohēs ... ...
... ...

lectio eius pas ee catholicas

ar. p uniu̅sitate. ⁊ ꝯ. tamen a co
... ⁊ com. ... sui capli ul
collegii ul ciuitatis recedere d̄b;
ar. di. viii. q̄ ee. ⁊ xix. i canonicis

... ar. co ... contra no posse dns
p̄sari. neq̄ n̄ ē in his ...
...

... q̄ quos papa n̄ posset d̄stru
ere statuta concilii quia orb; ma
ior ē urbe. ... et requirit pp̄. co
sensum concilii. xix. di. anastas̄
ar. q̄. xvii. di. § hinc ē. et ex. d̄ ele
significasti ubi d̄r q̄ conciliū non
pot̄ pape legem impone et xxxv.
q. viii. ueniam s; intellige q̄ hic
d̄r circa articulos fidei.

In hac di. tractat de numero … conciliorum … ceteras ponitur … postquam … magistri … auctoritatem … canones … apostolorum esse recipiendas … dicit … L. recipiendi

fore. dicit … octoginta. v. Ser cum primum dicit … ysidorus canones qui dicuntur apostolorum non recipi … intelligit quos fecerunt apostoli … apostoli sub eorum nomine fuerunt editi. Sed … sententie apostolorum … zepherinus … intelligi … libris canonibus apostolorum quorum canonum. L. dumtaxat capi

tula recipiuntur. sicut leo papa testatur. Illud autem quod in .vi. sinodo legitur. ut tertia sinodo. s. habetur. Ceterum aut … quoquo modo predicta. xxxv. in dissuetudinem habuerint … modo. l. remanserunt. que sola … patribus recepta sunt quia ab … sub nomine … xxxv. alia edita

funt. Vel forte illa. xxxv. capitula olim a quibusdam patribus … apocrypha habebantur … apostolorum … pluribus recepta fuerunt … plurima auctoritate … observantur … capitulo demonstratur. ysydorus … beati basilii cappadocum episcopi.

nullatenus recipit catholica et apostolica ecclesia romana; Que vero opuscula vel qui libri sint inter apocrifos computandi. Item gelasius ostendit dicens; In primis arimin ensem sinodum a constantino cesare constan tini filio congregatam mediante tauro prefec to ex tunc et in eternum confitemur esse dampnatam. Itinerarium nomine petri apostoli quod appellatur sancti clementis libri .viii. apocrifi. Actus nomine an dree apostoli apocrifus; Actus nomine philippi apostoli apocrifus. Actus nomine petri apostoli apocrifus. Actus nomine thome apostoli apocrifus. Euangelia tadei nomine apocrifa; Euangelia nomine thome apostoli quibus manichei utuntur apocrifa. Euangelia que falsauit lucianus apocrifa. Euangelia que falsauit hycius apocrifa. Liber de infantia saluatoris apocrifus. Liber de natiuitate saluatoris et de sancta maria et de obstetrice saluatoris apocrifus; Lib. qui appellatur pa storis apocrifi. Lib. omnis quos fecit leucius discipulus diaboli apocrifi. Lib. qui appellatur fundamentum apocrifi. Lib. qui appellatur the saurus apocrifus. Lib. qui appellatur de filia bus adam apocrifus. Lib. genesis apocrifus. Centime ton de christo uirgilianis compaginatum uersibus apo crifus; Lib. qui appellatur actus tecle et pauli apocrifus. Lib. qui appellatur nepoti apocrifus; Liber prouerbiorum ab hereticis transscriptus et sancti syxti nomine signatus apocrifus; Reuelatio que ap pellatur pauli apocrifa. Reuelatio que appella tur thome apocrifa; Reuelatio que appella tur stephani apocrifa. Liber qui appellatur transitus sancte marie apocrifus; Lib. qui appellatur de penitentia adam apocrifus; Lib. diogie no mine gigantis qui post diluuium cum dracone ab hereticis pugnasse perhibetur apocrifus; Liber qui appellatur testamentum iob apocrifus; Lib. qui appellatur penitentia origenis apocrifus; Lib. de penitentia cipriani apocrifus; Lib. qui ap pellatur iamne et mambre apocrifus; Lib. qui ap pellatur sortes apostolorum apocrifus. Lib. lusiam apo crifus. Lib. qui appellatur canonum apostolorum apocrifus; Lib. fisiologus ab hereticis conscriptus et beati ambrosii nomine signatus apocrifus. Hy storia eusebii pamphili apocrifa; Opuscula tertul liani siue africani apocrifa. Opuscula postumia ni et galli apocrifa. Opuscula montani et priscille et maximille apocrifa. Omnia opuscula fausti manichei apocrifa. Opuscula alterius clementis alexandrini apocrifa. Opuscula cassiani presbiteri galliarum apocrifa. Opuscula frumentii apocrifa. Epistola ihesu ad abagarum apocrifa. Passio georgii apocrifa. Passio quirici et iulitte apocrifa. Scriptura que appellatur salomonis contradictio apocrifa. Phi

lacteria omnia que non ab angelo ut illi confi ngunt set magis a demone conscepta sunt apocrifa; Hec et his similia que simon magus et nicholaus et cherinthus martion basilides ebion paulus etiam samosatenus et bonosus qui simili errore defecerunt. Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus apolenaris ua lentinus siue manicheus faustus sabellius. arrius macedonius eunomius nouatus sa bbatius calixtus donatus heustachius iu lianus pellagius iulianus latiensis celestinus ma ximianus priscillianus ab ispania lampetius. dioscorus eutices petrus et alius petrus e quibus unus alexandriam alius antiochiam maculauit. achatius constantinopolitanus cum consortibus suis. Nec non et omnes heresiarche eorumque discipuli siue scismatici docuerunt uel conscripserunt quorum nomina minime retinemus. non solum repudiata uerum etiam ab omni romana ecclesia eliminata atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili uinculo in eternum confitemur esse dampnata; De quibus pauca que ad memoriam uenerunt et catholicis uitanda sunt decreuimus esse subdenda; Ordo. In septu agesima ponunt pentateucum usque in xv. die ante pasca. xv. die ante pasca ponunt ieremiam usque in cena domini; In ce na domini legunt .iii. lectiones de lamentationibus ieremie. Quomodo sedet sola ciuitas et cetera et .iii. lectiones de tractatu sancti aug. In psalmo .lviii. exaudi deus orationem meam et ne despexeris et cetera. .iii. de apostolo ubi ait ad corinthios; Conuenientibus uobis in unum. Secunda lectio sic incipit; Similiter postquam cenauit .iii. de epistola ab Nolo uos ignorare fratres; In parasceue .iii. lectio nes de lamentatione ieremie .iii. de tractatu sancti augustini in psalmo .lxiii. Exaudi deus deprecationem meam. .iii. de apostolo ubi ait in epistola ad hebreos festinemus ingredi in illam requiem; Secunda lectio. Omnis namque pontifex .iii. de quo grandis est nobis sermo. In sabbato sancto .iii. lectiones de lamentatione ieremie prophete et .iii. de tractatu sancti augustini in psalmo lxiii. Exaudi deus orationem meam cum deprecor et .iii. de apostolo in epistola ad hebreos ubi ait. christus assistens pontifex futurorum. Secunda lectio ubi enim testamentum .iii. umbram habens enim lex futurorum bonorum. In pasca domini omelias ad ipsum diem pertinentes; Infra ebdomadam omelias. In octauis pasce ponunt apocalipsim et actus apostolorum et septem canonicas usque in octauam pentecosten. In octaua pentecosten ponunt libros regum et paralipomenon usque in kalendas augusti et in dominica prima mensis augusti ponunt salomonem usque in kalendas septembris. In dominica prima mensis septembris ponunt iob. tobiam. esther. hesdram

noueli

ordo quod obseruat …

usque in kl. octub. In dominica mensis octub. ponunt librum machabeorum usque in kl. novemb. In dominica prima mensis novembris ponunt ezechielem et danielem et minores prophetas usque in kl. decembris. In dominica prima mensis decembris ponunt ysaiam prophetam usque in nativitatem domini. In natale domini legunt primum de ysaia tres lectiones; prima lectio; primo tempore alleviata est etc. Secunda. Consolamini .iii. Consurge. Deinde leguntur sermones vel omelie ad ipsum diem pertinentes. In natale sancti stephani omelie ad ipsum pertinentes diem. In natale sancti iohannis similiter. In natale sancti silvestri similiter. In octava domini omelia de ipsa die. In dominica prima post nativitatem domini ponunt epistolas pauli usque in septuagesimam. In epiphania lectiones .iii. de ysaia prima lectio. O lectio incipit; Omnes sitientes; Secunda. Surge et illuminare .iii. Gaudens gaudebo in domino. Deinde leguntur sermones vel omelia ad ipsum diem pertinens.

D. XVI.

Apostolorum quoque canones qui per clementem romanum pontificem, sicut quidam asserunt, esse translati sunt, l. non recipiendos, sed inter apocrifa deputatos. Isidorus scribit dicens:

Apostolorum canones apostolica reiciuntur aucto[ritate].

Canones qui dicuntur apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit, nec sancti patres illis consensum prebuerunt, pro eo quod ab hereticis sub nomine apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis inveniantur utilia, auctoritate tamen canonica atque apostolica eorum gesta constat esse remota, et inter apocrifa deputata. Zepherinus autem ecclesie scribit episcopis sicilie constitutis:

Apostolorum canones sunt re[cipiendi].

Sexaginta sententias apostoli presrcipserunt, episcoporum cum aliis quam plurimis episcopis et servandas esse censuerunt. Item leo papa .viiii. ecceptam nicete abbatis:

Exceptis quinquaginta capitulis canones

Clementis librum .i. apostolorum inter apocrifa deputat.

petri apostoli itinerarium et canones apostolorum numerant patres inter apocrifa, exceptis capitulis .l. que decreverunt orthodoxe fidei adiungenda. Sexta sinodus cap. ii. Placuit huic sancte sinodo ut amodo confirmata et rata sint canonum apostolorum lxxxv. cap. Epistola ysidori in capite canonum. Isidorus suus xpi lectori suo conservo pp eorum auctoritatem ceteris conciliis preponimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocrifi dicantur, quoniam plures eos receperunt, et sancti patres eorum sententias sinodali auctoritate roboraverunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Item.

Primus ordo ut predictum est de celebrando concilio insertus habetur, et post modum, canones apostolorum, ac primorum apostolicorum, i. a sancto clemente usque ad sanctum silvestrum decretorum, atque diversorum conciliorum breviarium est, in pellatum sequens ordinem suum. Item.

Cum adrianus papa .vi. sinodum susceperit cum omnibus canonibus suis, cum et secunda .viii. universalia confessione romani pontificis sint roborata, in .vii. autem sinodo sive in .vi. concilio apostolorum canones sint recepti et approbati, patet quod non sunt inter apocrifa deputandi. Item scribit adrianus papa tharasio patriarche.

Sexta sinodus auctoritate adriani pape corroboratur.

Sextam sinodum sanctam recipio cum canonibus omnibus suis. Sed dubitatur de ea an canones conscripserit, quod ex quarta actione .vii. sinodi facile absolvitur. Ait enim petrus episcopus nicomedie:

Sexta sinodus canones conscripsit.

Habeo librum continentem canones sancte sinodi .vi. patriarcha dixit. Quidam pignoticiam scandalizantur per canonibus istis dicentes. Numquid .vi. sinodus canones fecit? Sciant ergo quoniam .vi. sancta sinodus sub constantino congregata est contra eos qui dicebant unam operationem et voluntatem esse in xpo; in qua sancti patres illos ut potentes hereticos anathatizaverunt et orthodoxam fidem explanaverunt; soluta est hec sinodus constantini .xiiii. anno. Post .iiii. vero aut .v. annos idem sancti patres congregati sunt sub iustiniano filio constantini, et predictos canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet; qui enim sub constantino in sinodo fuerunt, idem ipsi sub iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim sinodum universalem ut canones ecclesiasticos promulgaret. Item. Sexta sinodus .vi. prius promulgata ab ea diffinitione contra monoselitas constantino imperatore, qui eam congregaverat, non multo post defuncto, iustiniano filio eius regnante pro eo, eadem sancta sinodus divinitus inspirata atque constantinopoli .iiii. aut .v. anno congregata est et canones numero .ccii. ad correctionem ecclesie promulgavit. Ex his ergo colligitur quod .vi. sinodus bis congregata est; primo sub constantino et nullos canones constituit; secundo sub iustiniano filio eius et prefatos canones promulgavit. Unde sancti patres in eadem sinodo .ii. congregati dixerunt;

Constitutio sinodi .vi.

Quoniam sancte et universales sinodi, que sub iustiniano augusto, vi. sub constantino patre suo augusto de mysterio fidei plenissime disputantes canones non fecerunt, sicut cetere .iiii. universales sinodi, propterea nos convenientes in hanc imperialem urbem, sacros canones conscripsimus. Item. Placuit

[illegible marginal glosses]

p

huic sce sinodo ut ammodo confirmata et rata sint canonum apostolorum lxxxv. cap.

I. Confirmamus et ceteros scorum canones. et sinodos .i. nicenam. anciritanam. neocesariensem. gangrensem. antiocenam. laudicensem. constantinopolitanam. ephesinam primam. calcedonensem. et sardicensem. et cartaginensem. et opuscula theophili alexandrini epi. et dionisii alexandrini epi. et martiris. et gregorii thaumaturgi neocesariensis epi. anathasii alexandrini epi. basilii cesaree capadocie epi. gregorii nicenii epi. gregorii theologi epi. anphilogii iconiensis epi. thimothei alexandrini epi. germani constantinopolitani epi. cirilli alexandrini epi. cipriani cartaginensis epi. et sinodum suam.

I. Item ex libro diurno professio romani pontificis; Sca viii. gesta

Sca viii universalia; auctoritate romani conc.

concilia primum nicenum. constantinopolitanum. ephesinum. calcedonense. et v. et vi. Item constantinopolitanum vii. Item nicenum viii. que constantinopolitanum. usque ad unum apicem inmutilata seruare. et pari honore et ueneratione digna habere. et que predicauerunt et statuerunt omnibus modis sequi et predicare. queque condempnauerunt ore et corde condempnare profiteor; Quo autem tempore vi. sinodus. et i. et ii. et iii. et v. congregate sunt; Beda in libro de temporibus scribit dicens.

De temporibus conciliorum

Sexta sinodus uniuersalis constantinopoli celebrata est. et greco sermone conscripta temporibus pape agathonis. sed exequente piissimo principe constantino intra palatium suum. simulque legatis apostolice sedis. et episcopis c.l. residentibus. prima uniuersalis sinodus in nicena congregata est contra arrium ccc.xviii patrum temporibus iulii pape sub constantino principe. Secunda in constantinopoli c.l. patrum contra macedonium et eudoxium temporibus damasi pape et gratiani principis. quando nectarius eiusdem urbis episcopus est ordinatus; Quarta in calcedone .d.c.xxx. patrum sub leone papa temporibus martiani principis contra euticen nefandissimum monachorum principem. Quinta in constantinopoli temporibus uigilii pape sub iustiniano principe contra theodorum et omnes hereticos; Prima autem sinodus in nicena ccc.xviii patrum contra arrium alexandrinum presbiterum qui iii gradus in trinitate asserebat. patrem scilicet et maiorem. filium minorem. spiritum sanctum autem filii creaturam temporibus constantini principis et siluestri pape romani. machari ierosolimitani. alexandri alexandrini. qui condempnata eadem heresi statuerunt canones xx. quorum auctor maxime prefatus alexander episcopus fuit. Secunda in constantinopoli una c.l. patrum contra macedonium constantinopolitanum episcopum. qui negabat spiritum sanctum deum esse temporibus gratiani et theodosii principum post damasi pape romani. cirilli ierosolimitani. et nectarii alexandrini. qui condempnata prefata heresi statuerunt canones iii. quorum auctor maxime beatus nectarius constantinopolitanus episcopus fuit. Tertia in epheso cc. patrum contra nestorium constantinopolitanum episcopum. qui dicebat beatam uirginem mariam non dei set hominis tantummodo genitricem. ut aliam personam carnis. aliam faceret deitatis temporibus theodosii imperatoris iunioris. celestini pape rome. iuuenalis constantinopolitani epi. cirilli alexandrini. qui xii cap. contra nestorii blasphemias totidem cap. auctore eodem sco cirillo anathatizando conscripserunt; Quarta in calcedone .d.c.xxx. patrum contra euticen constantinopolitanum abbatem qui asserebat xpm post assumptionem humanam non extare duabus naturis set solam in eo diuinam naturam permanere. temporibus martiani principis. leonis pape romani. iuuenalis ierosolimitani. et anatholii constantinopolitani. qui condempnata prefata heresi statuerunt canones xxvii. quorum auctor maxime uisus est anatholius constantinopolitanus episcopus fuit; Quinta in constantinopoli contra theodorum mopsuestenum et omnes hereticos qui theodorus dicebat. aliud esse deum uerbum et aliud xpm. et sanctam uirginem mariam negabat dei genitricem esse fuisse. temporibus iustiniani principis. uigilii pape romani. domni antioceni. eutici constantinopolitani. qui xiiii cap. anathatizando conscripserunt contra theodorum et socios eius blasphemias. Sexta in constantinopoli c.l. patrum contra macharium antiocenum episcopum et socios eius qui unam uoluntatem et operationem in xpo falsa suspitione astruebant temporibus constantini principis. agathonis pape. et georgii constantinopolitani. qui condempnata heresi prefata anathatizando prescripserunt viiii cap. ut ibi annexa. Prima annotatio fuit anquiritane sinodi. que ante nicenam fertur fuisse. set pro auctoritate maiore postponitur. in qua patres xviii. statuerunt canones xxiiii. quorum auctor maxime uitalis antiocenus episcopus extitit. Secunda neocesariensis que post anquiritanam. et antiocenam legitur fuisse. in qua patres xviii. statuerunt canones xx. Quorum auctor maxime uitalis talamitanus extitit. Tercia gangrensis que post nicenam legitur fuisse. in qua patres xvi. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas. maxime contra eustatium. qui dicebat quod nullus in coniugali gradu positus. nec ullus diues qui non omnibus renuntiaret. eiue possident spem ullam

ad deum haberent et multa alia uenenosa que enumerare longum est. Quarta sardicensis uero in qua patres .lx. statuerunt can. xxi. Quorum actor maxime theodosius cordubensis eps. et uincentius capuanus eps. et ianuarius beneuentanus et calepodius neapolitanus sancte romane ecclesie legati extiterunt. Quinta antiocena in qua patres .xxx. statuerunt canones .xxv. quorum maxime eusebius palestinensis eps extitit. Sexta laudicensis in qua patres .xxii. statuerunt can. .lxxxiiii. quorum auctor maxime theodosius eps extitit. Septima cartaginensis in qua patres .cc.x.viii. statuerunt can. .xxxiii. quorum auctor maxime aurelius cartaginensis eps extitit. et sanctus aug. yponensis eps in eadem sinodo legitur fuisse temporibus honorii augusti. Octaua africana sub theodosio minore augusto in qua patres .cc.xx.viii. iterauerunt et confirmauerunt can. .c.v. qui per diuersa concilia africane prouincie temporibus aurelii cartaginensis epi leguntur esse conscripti. Nona arelatensis in qua patres .d.c. statuerunt canones. quorum auctores maxime siluester urbis rome eps et sanctus maurinus arelatensis eps extiterunt temporibus constantini augusti sicut quidam asserunt. Decima item arelatensis in qua patres .xviii. statuerunt canones. quorum auctor maxime cesarius arelatensis eps extitit. Undecima item arelatensis in qua patres .xviii. statuerunt canones. Duodecima item arelatensis in uico ortensio in qua patres .xi. constituerunt canones quorum auctor maxime sanctus cesarius eps extitit. Tercia decima item arelatensis in qua pa. .xviii. statuerunt canones. quorum auctor maxime sarpacius arelatensis eps extitit. Quarta decima auraficensis in qua patres .xvi. statuerunt canones. quorum auctor maxime il. arius eps extitit. Quinta decima epaunensis in qua patres .xxvii. statuerunt canones .xl. quorum auctor maxime cesarius eps extitit. Sexta decima agathensis in qua patres .xxxiiii. statuerunt canones. quorum auctor maxime cesarius eps extitit. Septima decima aurelianensis in qua patres .lxxii. statuerunt can. quorum auctor maxime aurelianus arelatensis eps extitit. Octaua decima item aurelianensis in qua patres .xxxi. statuerunt canones. quorum auctor maxime melanius eps redonensis extitit. Nona x. item aurelianensis in qua patres .xxv. statuerunt canones. quorum auctor maxime sanctus albinus andegauensis eps extitit. Uicesima aruernensis in qua patres .xv. statuerunt can. quorum maxime auctor honoratus breuicensis eps extitit. Uigesima .i. item matiscensis in qua patres .xxi. statuerunt canones. quorum auctor maxime priscus lugdunensis eps extitit. Uigesima .ii. item matiscensis in qua patres .lxvi. statuerunt canones quorum auctor maxime idem priscus lugdunensis eps extitit. Uicesima .iii. lugdunensis in qua patres .xviii. statuerunt can. quorum auctor maxime philippus uienensis eps extitit. Uicesima .iiii. item lugdunensis in qua patres .xx. constituerunt can. quorum auctor maxime idem priscus lugdunensis eps extitit. Sed quod nicena sinodus .xx. can. super statuisse dicitur. contrarium uidetur ei quod in epistola anathasii inuenitur. Scribit enim anathasius eps alexandrinus marco pp ita dicens;

Epistola athanasii postulantis capitula niceni concilii;

Septuaginta niceni concilii capitula que descripta sinodo iubente domino meo alexandro. decreta omnium episcoporum attuli. que sunt igne combusta. Obtamus ut a sede sancte ecclesie uestra auctoritate percipere presentes legatos mereamur. Item presentibus nobis .lxx. in memorata sinodo capitula tracta sunt .xxx. a grecis greca edita lingua et .xxx. a latinis similiter latina edita lingua. Conuisum est .ccc.xviii. episcopis spiritu sancto repletis. et maxime iam dicto alexandro. et apostolice sedis apocrisariis ut .x. cap. adunarent aliis atque locis congruis insererent et ad formam .lxx. discipulorum uel totius orbis terre linguarum septuaginta tante tamque excellentis concilii fierent capitula que omnem ecclesiam nostrorum informarent orbem; Quomodo ergo .xx. tantum capitula in nicena sinodo statuta dicuntur. cum .lxx. cap. ut athanasius scribit inea statuta monstrentur. Hec ita respondetur. cap. nicene sinodi quedam in desuetudinem abierunt .xx. tantum in romana ecclesia habentur. Unde stephanus pp. scribit liutobio maguntino epo dicens;

Niceni concilii .xx. tantum capitula habentur.

Uiginti tantum cap. nicene sinodi in sancta romana ecclesia habentur. sed quo neglectu alia defecerint ambiguum est. plurimi arbitrantur antioceno esse ea concilio inserta. Sardicense quoque concilium auctoritate nicholai pp. recipitur. Unde idem scribit ecio constantinopolitano;

Apostolica auctoritate sardicense concilium recipitur.

Quod dicitis neque sardicense concilium neque decretalia uos habere sanctorum patrum ut recipere non facile nobis facultas credendi tribuitur. maxime cum sardicense concilium quod penes uos in uestris regionibus actum est. omnis ecclesia recipit. qua ratione conueniat ut hec sancta constantinopolitana ecclesia abiceret. Et ut dictum est non reciperet. Generalia concilia quorum temporibus celebrata sunt. et quorum auctoritas ceteris preminet. sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. auctoritas uero congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est. Unde marcellus pp. scribit maxentio epo

Absque romani pontificis auctoritate sinodum aliquibus congregare non licet.

Sinodum episcoporum absque huius sedis auctoritate quamquam quosdam epos possitis congregare non

D. XVII

ordinauerunt epi. ad exemplum d. cum eis cum nollent ab eis ut. quod nota. epos non d. sinod.

s. di. e. Sexta sinodus.

di. xxi. Innouo ca. S. sepe auctores qui multe ut ...

potestis regulariter facere. Item Iulius papa orientalibus episcopis. **Non est ratum concilium quod auctoritate romane ecclesie fultum non fuit.**

Regula atque canones multas habet urbes. nec habere potuit quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est. nec romane ecclesie legatio interfuit. canonibus precipientibus sine eius auctoritate fieri non debere concilia. nec ullum ratum est. aut erit unquam concilium. quod eius non fuit fultum auctoritate. Item Damasus papa. **Nullus usurpet concessa romane ecclesie.**

Huic sedi soli concessa nullus usurpare sine eius consultu presumat. qui non uult honore ecclesiastice dignitatis contemptor iudicari. Item.

Absque apostolice sedis auctoritate sinodum aliquis non congreget.

Non licuit aliquando nec licebit particularem sinodum congregare. quotiens aliqua de communitate sinodo aliquibus dubitatio nascitur. ad recipienda ea que non intelligunt. ratione aut sponte. huiusmodi aliique sue deficiant ad apostolicam sedem pro recipienda ratione conueniant. aut si forte sicut dictum ubi scriptum est. peccator cum uenerit in profundum malorum contempnit. ita quoque obstinati et contumaces extiterint. ut doceri non uelint. eos ab ecclesie apostolicis sedibus aut a ceteris ad salutem quoque in necesse est. aut per aliorum peticio esse possint. secundum canones precelsas optimi potestates. Item Gelasius papa episcopis qui conuenerunt ad illicitam uocationem iohannis constantinopolitani. **Non est concilium sed conuenticulum quod sine sedis apostolice auctoritate celebratur.**

Multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis. non debere absque sententia romani pontificis concilia celebrari. quapropter iam ut dictum est recte non concilium. sed in tam conuenticulum. uel concilia ab olim cassatur. et quicquid in eo actum est. irritum et uacuum habetur. uos quoque deinceps studete. ut nullus hortatu talia presumatis. si apostolice sedis communione carere non uultis. Si uero in qualibet prouincia orte fuerint questiones. et inter ipsius prouincie episcopos discrepare cepit ratio. atque inter ipsos dissidentes non conueniat. ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic quidem facile et iuste non discernuntur. ubi fuit sinodus regulariter congregata. canonice et iuste iudicentur. Maiores uero et difficiliores questiones. ut sancta sinodus statuit et beata consuetudo exigit ad sedem semper deferantur apostolicam. Item Simachus papa. **Prouincialia concilia sine romani pontificis presentia possunt celebrari.**

Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quot annis decreta per prouincias quia presentiam pape non habent ualitudinem perdiderunt. legitime. Manifestum in aliquem in multis per apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum. et nouis de maioribus negotiis ad consultationem. si quod occurrerit.

potestate sedis arbitrio fuisse seruatum. **H**inc etiam tum auctoritas theodorici regis excitus prouinciis ad urbem romam sacerdotes conuenire precepisset. ut sanctum concilium iudicaret de his que uenerabili pape simacho presuli apostolice sedis ab aduersariis ipsius dicebantur impingi. liguriae emilie episcopi. seu ueneti ae suggesserunt. ipsum qui dicebatur impetitus debere sinodum conuocare. scientes quia eius sedi primum petri apostoli meritum. deinde secuta iussione domini conciliorum uenerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem. nec antedicte sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. ad hec serenissimus rex deo inspirante respondit. sinodale esse arbitrium. in tanto negotio sequenda preter se. nec aliquid ad se preter reuerentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere. committens etiam potestati pontificum. ut siue propositum uellent audire negotium. siue nollent. quod magis putarent utile. deliberarent. dummodo uenerandi prouisione concilii pax in ciuitate romana daretur. Episcopi uero in sinodo residentes congregata auctoritate eiusdem simachi. dixerunt. Simachus papa sedis apostolice presul. ab huiusmodi oppositionibus impetitus. quantum ad homines respicit. sit immunis et liber. cuius causam totam dei iudicio reseruamus. Decernimus uero memorati pape. qui ab episcopo suo ante tempus certe regulas discessit. et scisma fecerunt. hoc fieri decreuimus. ut satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur. et officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui. Laurentius episcopus ecclesie mediolanensis huic in quo statuto nostro. totam causam dei iudicio committimus subscripsit. Petrus episcopus ecclesie rauennatis subscripsit. et post eum lxxv. episcopi.

Illud de clericis pro pace in urbe reformanda misericorditer et dispensatiue factum dignoscitur. hoc quoque notandum est. quod in hoc concilio et in illa sinodo simachi pape. ante rauennatem episcopum mediolanensis subscripsisse et respondisse legitur. exquo etiam sedis prerogatiua ante hec colligitur. At enim gregorius sciagro episcopo augustudinensi. episcopos pro ordinationis sue tempore suum ad consedendum in concilio. seu ad subscribendum. ut in qualibet alia re. sua attendere loca decernimus. et suorum sibi prerogatiuam ordinum uendicare. **V**erum tempus ordinationis non ad ecclesias et ad personas refertur. sicut ex consuetudine cardinalium sancte romane ecclesie et episcoporum uniuscuiusque prouincie euidenter apparet. **E**piscoporum concilia ut ex premissis apparet. Sunt inualida ad diffiniendum. et ad constituendum. Non autem ad corrigendum. **S**unt enim necessaria episcoporum concilia ad exhortationem et correctionem. que et si non habent

D. XVIII

...uim constituendi habent tamen auctoritatem imponendi et iniungendi quod aliàs statutum est et quod generaliter observari preceptum est. Unde Leo papa Thessalonicensi episcopo. *Bini conventus per singulos annos de conciliis autem episcopalibus ab episcopis celebrentur.*

De conciliis autem episcopalibus non aliud dicimus quam sancti patres salubriter ordinaverunt, ut scilicet bini conventus per singulos annos habeantur, in quibus de omnibus querelis que inter diversos ordines ecclesie nasci assolent iudicetur. Ac si forte inter ipsos qui presunt de maioribus peccatis nascitur, quod absit, causa que provinciali examine nequeat diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut si coram positis partibus nec tuo fuerit ressopita iudicio, ad nostram cognitionem quicquid illud est transferatur. Item ex Niceno concilio. *Quo tempore episcoporum concilia sunt celebranda.*

Habeatur semel concilium ante dies xl. quadragesime, ut omnibus simultatibus amputatis munus mundum et sollempne deo possit offerri ieiunium. Secundum vero agatur circa tempus autumpni. Item ex Antiocheno. *Ad morum correctionem et controversiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat.*

Propter ecclesiasticas causas et que existunt controversias dissolvendas sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri; semel quidem post tertiam ebdomadam pascalis sollempnitatis, ita ut in iiii. ebdomada que consequitur, id est media pentecoste, concilium compleatur, admonentibus provinciales episcopos his qui in amplioribus, id est qui in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum vero concilium idibus octubris habeatur, qui dies apud grecos hiperberetei, id est mensis decimus invenitur. In ipsis autem conciliis et presbiteros et diaconos presentes esse oportet, et omnes quotquot se lesos existimant, sinodicam expectare sententiam. Non liceat aliquibus apud semet ipsos concilia sine metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat esse permissum iudicium. Item ex concilio Laudicensi. *Se ipsos accusant qui vocati ad sinodum ire contempnunt.*

Non oportet convocatos episcopos ad sinodum ire contempnere, sed abire debere, et aut docere aut doceri que sunt ad ecclesie ceterorumque correctionem utilia; qui autem si contempserit, se ipsos videntur accusare, nisi forte ire non possint. Item ex concilio Calcedonensi. *Corripiantur episcopi qui ad concilium vocati venire renuunt.*

Pervenit ad nostras aures, quod in provinciis canonice constituta episcoporum concilia minime celebrentur, et hoc ex eo probatur, quod multe que correctione opus habent ecclesiastice res negliguntur. Statuit ergo hec sancta sinodus secundum patrum regulas bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi singula que emerserint corrigantur. Qui vero noluerint convenire episcopi constituti in suis civitatibus, et hoc in presentem cum in sua corporis sanitate sint consistentes, et ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus et inexcusabilibus negotiis liberi sint, vicere eos fraterne caritatis ammonitionibus corripi. Item ex sinodo. *Canonicis subiaceat penis metropolitanus qui saltem semel in anno celebrare concilium neglexerit.*

Omnimodo quidem et regula est que dicit bis in anno per singulas provincias oportere fieri per conventum episcoporum regulares inquisitiones propter fatigationes, et ut oportune habeantur ad iter agendum hii qui congregandi sunt, diffinierunt sexte sinodi sancti patres omni excusatione remota modis omnibus semel in anno fieri et depravata corrigi. Hunc ergo canonem et nos renovamus; et si quis quam princeps inventus fuerit hoc prohibere, communione privetur; si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate et vi seu aliqua rationabili occasione, canonicis penis subiaceat. Dum autem sinodus agitur super canonicis et evangelicis negotiis, oportet congregatos episcopos in meditatione et sollicitudine fieri custodiendorum divinorum et vivificorum dominicorum mandatorum. Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his que defert episcopus secum, sive iumentum sive aliquam speciem exigendi. Quod si hoc egisse convictus fuerit, solvat quadruplum. Item Leo iiii. *Non cogantur presbiteri ad sacra concilia eulogia deferre.*

De eulogiis accidit concilia deferendis. Deferre nec invenimus a maioribus terminatum, sed sic unicuique prout placuit. Nam si constitutum fuerit in ullo tempore aliquid benedictionis afferre, forsitam minus libenter ad sinodum occurrent, et magis venire obtrectabunt, que non sunt ut arbitror tam obiciende requirende, nec ultro delate respuende. Item ex concilio Cartaginensi iiii. *Sine gravi necessitate episcopus ad sinodum ire non tardet.*

Episcopus ad sinodum ire non tardet, nisi satis gravi necessitate inhibeatur, sic tamen ut in persona sua legatum mittat, suscepturus salva fidei veritate quicquid sinodus statuerit. Item ex concilio Cartaginensi vi. *Excusatorias litteras dirigat qui gravatur ad sinodum ire.*

Placuit ut quotienscumque congregandum est concilium, episcopi qui neque etate neque egritudine neque alia graviori necessitate inpediuntur, conpetenter occurrant. Quod si non potuerit occurrere, excusationes suas in tractatorie subscribant. Non autem rationem inpedimenti sui apud suum primatem reddiderit, ecclesie sue communione debent esse contempti. Item ex concilio Aurelatensi ii. *A communione sit alienus qui sinodo adesse contempserit.*

Si quis autem adesse neglexerit, aut cetum fratrum antequam concilium dissolvatur crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communione...

Epūs nō debet aliter cogi ad synodum ire nisi aliqua rationabili consistat causa.

agnoscat. Nec eum recipi liceat nisi in eo sinodo fuerit absolutus. Item ex concilio agathensi. Usque ad proximā sinodū a cōione abstineat q a metropolitano uocatus absque graui necessitate sinodo adeē neg[lexerit].

Si eps metropolitanus ad conprouinciales epōs epistolas direxerit in quibus eos aut ad ordinationes summi pontificis, aut ad sinodū inuitet, post positis ōibus, excepta graui infirmitate corporis, ac pceptione regia, ad constitutam diem adeē nō differant. quod si defuerint sicut prisca canonū pcepit auctoritas usque ad proximā sinodū a caritate frm̄ et eccle cōmunione pueniatur. Item ex concilio tarraconensi. Cōione puet[ur] qui a metropolitano uocatus ad sinodū

Siquis epōr: uenire contempnit;

cōmonitus a metropolitano ad sinodum nulla graui interueniente necessitate corpali uenire contēpserit sicut constituta patrū sanxerunt usque ad futurū conciliū cunctorum epōr caritatis cōione priuetur. Item ex conc. martini pp. Pbri et cuncti q se lesos eē existimant ad metropolitanā sinodū. querimōs

Propter ecctasticas et altercationū solutiones, bene placuit per singulas prouincias bis in anno conciliū fieri, conuocante metropolitano epō, ōs prouinciales epōs, ita ut ad conciliū ueniant ōs pbri et diacones uel omnes qui se lesos existimant, ut in concilio cāe examinate, ad iustū iudicium preducantur, et si qui manifeste epi uel pbri aut diacones inuenti fuerint in offensa, sedm rōem excōicent, quam diu cōi consensu de his placuit dare sententiā. Nulli aūt epō liceat, pa ap se met ipsū concilia facere, pter eos quib metropoles sunt tradite. Singuli uō epōr: suis ecctiis notificare studeant que in conciliis statuunt. Item ex concilio. Que in conciliis statuuntur singli epōr suis

Decernimus ut dum ecctiis notificent.

in qualibet prouintia conciliū agitatur, unusquisque epōr: a monitionib suis infra sex mensium spatia, omēs abbates, pbros, diacones atque clericos, seu etiā omē conuentū ciuitatis ipsius, ubi pree dignoscitur, nec nō ē cunctā diocesis sue plebē agregare nequaquā moretur. quatinus corā eis plenissime oīa referentur, que eodē anno in concilio acta uel diffinita eē noscuntur. qz si quispiā hec paruipendula crediderit, sententiā excōicationis duor mensiū curriculo persistat usquequaq mulctatus. De ceptis uō decretalib qt an uim auctoritatis obtineant, cū in corpe canonū nō inueniantur, Dehis ita scribit nicholaus pp archiepis et episcopis per galliam constitutis

Dxviii

Decretales eplē uim auctoritatis habē.

Si romanorum pontificum decreto ceterorum opuscula tractator approbantur uel reprobantur, ita ut quod sedes aptica approbauit, hodie teneatur acceptū, quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur; quanto potius, que ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatib, pro uariis et multifariis eccle necessitatib et fideliū morib diuso tpr, scripsit oī debent honore pferri et ab oībus prius in quibuslibet opportunitatib, discretione uel dispensatione magistra reuerenter assumi. Quā quidā uestrū scripserit, haut illa decretalia priscor pontificū, in toto canonū codicis corpe eē descripta, cum ipsi ū sue intentioni hec suffragari conspiciunt, his indifferenter utantur, et solū nūc ad diminutionē sedis aptice potestatis et ad suor augmentū priuilegior minus accepta eē phibeant. Item. Si ideo nō eē decretales eptas priscor pontificum romanor admittendas dnt. quia in codice canonū nō habentur adscripte, ergo nec sci gregorii, nec ullius alterius, q ante ipsum fuit uel post ipsm ē aliquid institutū uel rescriptū recipiendum ē, eo qd in codice canonū nō habentur ascriptū. Ergo doctrinā eor l sanctiones que ab oī lingua ueneratur, quia in codice canonū nō habent ascripte, a cordibus suis eradant, ut quid enim in manibus occupant, pro quia nō habentur accepte; sed q̄re mirū in morem uiturū nec ipsas diuinas scripturas nouis ueteris t. iam recipiemus, si istos dixerimus eē audiendos, cum neutrū eorum in codice canonū ecclasticor habetur insertū, sed responsuri sunt isti, q ad resistendū potius quā ad obediendū parati agentes, qd inter canones inueniatur capitulum sci pp innocentii, cuius auctoritate docetur a nobis utrumque testamentū eē recipiendū, quā quam in ipsis patrum canonib nullū eor ex toto contineatur insertū. Quib ad hec asserendū ē, quoniam si uetus nouumque t. sunt recipienda, nō quod codici canonū ex toto habentur annexa, sed quod de his recipiendis sci pp innocentii platā uideatur eē sententia, restat nimirum quod decretales eplē romanor pontificum sunt recipiende, et si nō sunt canonū codici compaginate, quoniam inter ipsos canones unū beati leonis capitulum constat eē permissū, quo ita oīa decretalia constituta sedis aptice custodiri mandantur, ut si quis in illa commiserit, nouerit si ueniā denegari. dicendo uō oīa decretalia constituta, nihil ū de decretalib constitutis preter misit, quod nō mandauit eē custodiendum; et rursus asserendo oīū pdecessor nostrorum, nullum pontificum romanorum qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita ron pcepit decre[talia]

Romanor

talia constituta. ab omnibus custodiri. ut si quis in illa commiserit. deinceps sibi ueniam nouerit denegari. Itaque nichil interest omnia utrum sint omnia decretalia sedis apostolice constituta inter canones conciliorum inmixta. cum omnia in uno corpore compaginari non possint. et illa eis inter sint que firmitatem hucusque desierint et uigorem suum assignatum presertim cum sinodalia gesta inter que ipsi canones statuti sunt in codice canonum non habeantur. Sed a nobis omni cultu debito uenerentur. consonat autem huic beatissimo pape Leoni. et sanctus et facundissimus in omnibus suis decretis papa Gelasius. ita inquiens. Decretales epistolas quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma pro diuersorum patrum consultatione dederunt. uenerabiliter suscipiendas decernimus. In quo notandum quod non dicit decretales epistolas que inter canones habentur. uel quas moderni pontifices ediderunt. Sed quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt. dicens autem diuersis temporibus. et illa tempora intra se comprehendit. quibus crebescentibus paganorum persecutionibus. ad sedem apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. his itaque diuina fauente gratia propulsatis ostendimus. nullam differentiam esse inter illa decreta que in corpore canonum habentur. sedis apostolice presulum. et ea que pre multitudine uix in singula uoluminum corpora repiuntur. cum omnia etiam omnium predecessorum suorum decretalia constituta. atque decretales epistolas. quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt. uenerabiliter fore suscipiendas et custodiendas eximios presules Leonem scilicet et Gelasium mandasse probauimus. Item Agatho papa omnibus episcopis. **Omnes apostolice sedis sanctiones irrefragabiliter sunt obseruande.**

Sic omnes apostolice sedis sanctiones. accipiende sunt. tamquam ipsius diuina uoce Petri firmate sint. Item ex capitulari Caroli imperatoris. **Tolerandum est iugum quod a sancta sede imponitur licet importabile uideatur.**

In memoriam beati Petri apostoli honoremus sanctam Romanam ecclesiam et apostolicam sedem. ut que nobis sacerdotalis mater est dignitatis. esse debeat ecclesiastice magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas. et licet uix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum. conferamus. et pia deuotione toleremus. Si uero quod non decet. quilibet. siue sit presbiter. siue diaconus. aliquam perturbationem machinando. et nostro ministerio insidiando redarguatur. falsam ab apostolica sede detulisse epistolam. uel aliud quod inde non euenerit salua fide. et integra erga apostolicum humilitate. penes episcopum sit potestas. utrum eum in carcere. uel in alia detrudat custodia. usque quo per epistolam. aut per idoneos sue partis legatos. apostolicam interpellet sublimitatem. ut potissimum sancta sua legatione dignetur decernere. et quod de talibus Romana lex statuit. diffinire. ut et is corrigatur. et ceteris modus imponatur.

Item Stephanus papa. **Quicquid Romana ecclesia statuit. uel ordinat. ab omnibus est obseruandum.**

Enim uero quia in speculum et exemplum sancta Romana ecclesia cui nos Christus preesse uoluit. posita est. quicquid statuit. quicquid ordinat. perpetuo irrefragabiliter obseruandum est. Item Gregorius. **Apostificalibus sit alienus qui apostolicis non uult obedire preceptis.**

Nulli fas est uelle uel posse transgredi apostolice sedis precepta. nec nostre dispositionis ministerium. quod uestram sequi oportet caritatem. Sit ergo ruine sue dolore prostratus. quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis. nec locum deinceps inter sacerdotes habeat. sed extorris a sancto fiat ministerio. nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat. quoniam iam dampnatus a sancta et apostolica ecclesia sua inobedientia atque presumptione. a quoquam dubitatur non esse. et quia maioris excommunicationis deiectione est abiciendus. cui sancte ecclesie commissa fuerit disciplina. qui non solum predicte sancte ecclesie iussionibus parere debuit. sed etiam aliis ne preterirent insinuare. sitque alienus a diuinis et pontificalibus officiis qui noluerit preceptis obtemperare apostolicis. Item Augustinus de doctrina christiana. l. ii. **Inter canonicas scripturas decretales epistole connumerantur.**

In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur. Inter quas sane ille sunt quas apostolica sedes habere et ab ea meruerunt accipere epistolas. tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis. ut eas que ab omnibus recipiuntur ecclesiis preponat eis quas quidam non accipiunt. In eis uero que non accipiuntur ab omnibus preponat eas quas plures grauioresque accipiunt eis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesie tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus. alias a grauioribus haberi. quamquam hoc inuenire non possit. equalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Item Leo. **Misterii diuini se exortem intelligat qui a soliditate Petri recedit.**

Ita dominus noster Ihesus Christus. humani generis saluator instituit. ut ueritas que antea legis et prophetarum preconio continebatur. per apostolicam tubam in salutem uniuersitatis exiret sicut scriptum est. In omnem terram exiuit sonus eorum. et in fines orbis terre uerba eorum. Sed huius muneris sacramentum. ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere uoluit. ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret. ut ab ipso quasi quodam capite dona sua uelud in corpus omne diffunderet. ut exortem se misterii intelligeret esse diuini. qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuidue unitatis assumptum. id quod ipse erat uoluit nominari dicendo. Tu es Petrus. et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ut eterni templi edificatio mirabili munere gratie dei in Petri soliditate consisteret. hac suam ecclesiam etiam

firmitate corroboraui ut illam nec hu(m)ana temeri
tas posset appetere. nec porte inferi contra illam pre
ualerent. verumtamen hanc petre istius sacratissima
am firmitate deo ut diximus edificante constru
ctam nimis impia uult presumptione uiolare. qui
quis eius potestate temptat infringere. fauen
do cupiditatibus suis et id quod accepit a ueteribus non
sequendo. Hoc autem intelligendum est de illis
sanctionibus uel decretalibus epistolis inquid; nec pre
cedentium patrum decretis nec euangelicis precep
tis aliquid contrarium inuenitur. anastasius enim
ii. fauore anastasii imperatoris. quos achatius
post sententiam in se prolatam sacerdotes uel leui
tas ordinauerat acceptis officiis rite fungi de
bere decreuit ita inquiens; **Nulla lesionis
porcio attingat qui ab heretici iam dampnato baptizati sunt**

Secundum ecclesie catholice consuetudinem sacratissimum
serenitatis tue pectus agnoscat quod nullum
de his quos baptizauit achatius. uel quos sacerdo
tes siue leuitas secundum canones ordinauit. aliqua ex
nomine achatii portio lesionis attingat. quo forsitan
per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma ui
deatur. nam et baptisma quod per illum fit ab ecclesia. siue
ab adultero siue a fure datum fuerit. ad percipien
tem munus peruenit illibatum. quia uox illa que
sonuit per columbam. hic est filius etc. omnem maculam
humane pollutionis exclusit. quod declarat cum
dicitur. hic est qui baptizat in spiritu et igne; nam si uisibilis
solis istius radii cum per loca fetidissima transeunt.
nulla contactus inquinatione maculantur.
multo magis illius qui istum uisibilem fecit uirtus.
nulla ministri indignitate perstringitur; nam
et cum iudas esset sacrilegus atque fur. quicquid egit
inter apostolos per dignitate commissa. beneficia per indig
num data nulla ex hoc detrimenta senserunt. de
clarante hoc ipsum domino manifestissima uoce.
Scribe inquid et pharisei super cathedram moysi sede
runt. que dicunt facite que autem faciunt nolite
facere. dicunt enim et non faciunt. Quicquid ergo ad
hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio
suo uidentur operari. hoc totum continetur impleri
diuinitatis effectu. ita ut est ita per quem christus loquitur
paulus affirmat. Ego plantaui apollo riga
uit. sed deus incrementum dedit. itaque neque qui plan
tat est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum
dat deus. ad eum autem non queritur. quis uel quales predi
cet. sed quem predicet ut inuitos etiam bene christum con
firmet predicare quo malo diabolus ipse decep
tus est quod hoc ipse predicare non desinit. Ideoque et hic cum
nominatum esse reticendum male bona ministrando
sibi tantum nocuit; nam inuiolabile sacramentum quod
per illum datum est aliis perfectione sue uirtutis op
tinuit quod quidem gratia licet uerum non est nisi in ca
tum se extendat. aliquorum curiosa suspitio.

ut imaginent per papam felice iudicio. postea in
efficacem in sacramentis que achatius usurpauit
egisse. ac propterea eos metuisse oportere. qui uel in consecrati
onibus uel in baptismate ministeria tradita susce
perunt. ne irrita beneficia uideantur.

Quia igitur illicite et non canonice set contra decreta pre
decessorum et successorum suorum hec rescripta dedit.
ut probat felix et gelasius. qui achatium ante ana
stasium excommunicauerunt. et ormisda qui ab ipso ana
stasio tertius. eundem achatium postea dampnauit.
ideo ab ecclesia romana repudiatur et ab eo percussus
legitur fuisse hoc modo; **Anastasius a clero
reprobatus nutu diuino percussus est;**

Anastasius ii. natione romanus fuit. temporibus
theodorici regis. eodem tempore multi clerici se a communione
ipsius abegerunt eo quod communicasset sine concilio episco
porum uel presbyterorum et clericorum. cuncte ecclesie catholi
ce. diacono tesalonicensi nomine fotino. qui commu
nicauerat achatio. et quia uoluit occulte reuoca
re achatium et non potuit. nutu diuino percussus
est; Hinc etiam de macedonio episcopo in constantinopolitana
synodo statutum est; **Quod ecclesia in disciplinatos uel ab eis genitos in irritum reuocet.**

Propter totius indisciplinationis eius doctrinam
que in constantinopoli orta est. statutum est ne ma
ximus fuisse aut esse iam putetur episcopus. neque hii qui
ab eo sunt ordinati. qualemcumque gradum clericatus
obtineant. omnibus set que circa eum uel ab eo gesta
sunt. in irritum reuocatis; Decretales itaque
epistole canonibus conciliorum pari iure exequantur.
Nunc autem queritur de expositoribus sacre scripture. an exe
quantur. an subiciantur eis. quo enim quisque
magis ratione nititur. eo maioris auctoritatis eius
uerba esse uidentur. Plurimi autem tractatorum sicut ple
niori gratia spiritus sancti. ita ampliori scientia aliis precellen
tes rationi magis adhesisse probantur. unde nullorum
pontificum constitutis. augustini. ieronimi. atque aliorum trac
tatorum dicta uidentur esse preferenda. sed aliud est causis
terminum imponere. aliud scripturas sacras diligen
ter exponere. in negotiis diffiniendis non solum est neces
saria scientia. sed etiam potestas. unde christus dicturus petro.
Quodcumque ligaueris super terram. et cetera. et cetera. prius
sibi dedit claues regni celorum. In altera dans ei scientiam
discernendi inter lepram et lepram. In altera dans sibi
potestatem eiciendi ab ecclesia. uel recipiendi. cum
ergo quelibet negotia finem accipiant. uel in abso
lutione innocentium. uel in condempnatione de
linquentium. absolutio uero uel condempnatio non
scientiam tantum. sed etiam potestatem presidentium desiderat.
apparet quod diuinarum scripturarum tractatores
etsi scientia pontificibus premineant. tamen quia di
gnitatis eorum apicem non sunt adepti; in sacrarum
scripturarum expositionibus eis preponuntur.
in causis. uero diffiniendis. secundum post eos

locum merentur. Unde Leo papa IIII. episcopis Britanie scribit. **Aliorum preter romanorum pontificum decretis non sunt preponendi**

De libellis et commentariis aliorum non conuenit aliquos iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, uel decretalium regulas que habentur apud nos simul cum canonibus, quibus in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, id est apostolorum, nicenorum, anchiritanorum, neocesariensium, gangrensium, sardicensium, cartaginensium, africanensium, et cum illis presulum regule romanorum, Siluestri, Innocentii, Gelasii, Cosimi, Celestini, Leonis, Ylarii, Hormisde, et Gregorii Iunioris. Isti omnino sunt per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul et clerici iudicantur. Nam si tale emerserit ut contingerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finiri, tunc illorum quorum meministi dicta, Ieronimi, Augustini, Ysidori, uel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium, si reperta fuerint, magna nimis sunt retinenda, ac promulganda, uel ad apostolicam sedem referatur de talibus. Quam ob causam uiolentius et magna uoce pronuntiare non timeo, quia qui illa que diximus sanctorum patrum statuta, que apud nos canones uocantur, petulanter, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferenter conuincitur accipere, nec catholicam et apostolicam fidem, nec sancta quattuor euangelia utiliter et efficaciter ad effectum suum retinere uel credere comprobatur.

Item Nicholaus papa C[onstan]tino Constantinopolitano. **Corripiendi sunt qui decreta romanorum pontificum uel non habent uel non obseruant.**

Si decreta romanorum pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi; si uero habetis, et non obseruatis, de temeritate estis corripiendi et increpandi.

Item Innocentius papa. **Ad quos sit recurrendum cum sacre auctoritas scripture non occurrit.**

De quibus causis nulla soluendi ligandique auctoritas in libris ueteris testamenti et quattuor euangeliorum cum scriptis totius apostolorum non appareat ad diuina recurrite scripta greca. Si nec in illis, ad catholice ecclesie historias catholicas a doctoribus catholicis scriptas manum mittite. Si nec in illis, sanctorum exemplis perspicacius recordate. Quod si in his omnibus inspectis huiusque stionis qualitas non lucide inuestigatur, seniores prouincie congregate, et eos interrogate. Facilius namque inuenitur quod a pluribus senioribus queritur. Verus etiam repromissor Dominus ait: Si duo ex uobis uel tres conuenerint super terram in nomine meo, de omni re quacumque petierint fiet illis a patre meo.

De decretis ergo romanorum pontificum, et sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, ut supra monstratum est, terminantur. Ministri uero sacrorum canonum et decretorum pontificum sunt summi pontifices, et infra presules atque reliqui sacerdotes, quorum institutio in ueteri testamento est inchoata, in nouo plenius consumata. Summi etenim pontifices et minores sacerdotes adeo sunt instituti per Moysen, qui ex precepto Domini Aaron instituit pontificem, filios uero eius uelut minores sacerdotes. Postea uero Dauid cum ministeria diuina domus Domini approbaret, ianitores et cantores instituit; postea uero Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo demones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati exorciste uocatis, de quibus Dominus in euangelio: Si ego in Belzebub eicio demonia, filii uestri in quo eiciunt. Hos omnia in nouo testamento ecclesia imitata est habens suos ianitores, quos hostiarios appellamus pro atoribus; lectores simul et cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo et officio permanente accepit. Pro filiis uero Aaron omnes infra summum pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati. Inter hos quedam distinctio seruata est, ut alii appellentur simpliciter sacerdotes, alii archipresbiteri, alii episcopi, alii corepiscopi, alii archiepiscopi, alii metropolite, alii primates, alii patriarche, alii summi pontifices. Horum distinctio a gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter uero maiorum et minorum sacerdotum in nouo testamento distinctio ab ipso Christo sumpsit exordium, qui XII. apostolos tamquam maiores sacerdotes, et LXX. duos discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum uero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pre omnibus et pro omnibus claues regni celorum tribuit, et a se petra Petri nomen sibi imposuit, atque pro eius fide se rogasse testatus est, et ut ipse ceteros confirmaret subiunxit dicens: Ego pro te rogaui, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hanc eandem formam apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos et presbiteros ordinauerunt. Leuitas autem ab apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus; subdiaconos et acolitos procedente ecclesia tempore sibi constituit. De his etiam scribit beatus Ysidorus in libro VII. ethimologiarum cap. XII. nomina illorum et nominum causas exponens.

Unde nomen ecclesiasticorum graduum sumatur.

Cleros et clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros enim grece, latine sors, uel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt Domini, uel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deseruiunt; quorum gradus et nomina hec sunt: hostiarius et psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, episcopus. Ordo episcoporum quadripertitus est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis atque episcopis. Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur.

apostolorum. quo nomine intelligo omnes apostolicos et sanctos patres in conciliis canones statuentes. et sic hic comprehenduntur canones et decreta et decretalia. greca hic refertur ad sua tempora quia penes grecos presules catholice fidei uigebat auctoritas et exemplaria illorum erant correpta et in dubiis recurrebatur ad eos...

quia primum, id est apostolicum, retinet locum. Et ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiscopus greco vocabulo, quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et presidet tam metropolitanis quam episcopis ceteris. Metropolitani autem a mensura civitatum vocantur. Singulis enim provinciis preeminent, quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nichil reliquos episcopos agere licebit. Sollicitudo enim totius provincie episcopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. Sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps. Archos enim grece, latine princeps. Archiepiscopus princeps episcoporum. Metropolitanus a mensura civitatum. Episcopatus autem vocabulum inde dictum est, quod ille qui episcopus efficitur superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Scopin namque grece, id est intendere dicitur. Episcopi enim grece, id est speculatores interpretantur. Nam speculator est in ecclesia prepositus dictus, eo quod speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse est summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem pontifices et reges erant. Nam maiorum hec erat consuetudo, ut rex esset et sacerdos et pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur. Vates a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. Antistes sacerdos dictus est ab eo quod ante stat. Primus enim est in ordine ecclesie, ut supra se nullum habeat. Sive latine quasi sacerdux. Sacerdos autem nomen habet compositum ex greca et latina, quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sanctificando vocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite pileum habebant, in quo erat brevis virga, desuper habens lane aliquid. Quod cum per estum ferre non possent, filum tantum in capite ligare ceperunt. Nam nudis eos penitus capitibus incedere nephas erat. Unde a filo quo utebantur flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleum imponebant pro sacerdotii eminentia. Presbyter grece, id est senior interpretatur, non pro etate vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt presbyteri nominantur. Ideo autem presbyteri et sacerdotes nominantur, quia sacrum dant sicut episcopi. Qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec crismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, non etatis. Levite ex nomine auctoris vocati. De Levi enim levite exorti sunt, a quibus in templo dei mistici sacramenti ministeria explebantur. Hi greco diacones, latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. Hypodiaconi grece, quos nos subdiacones dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent preceptis et officiis levitarum. Oblationes enim in templo domini a fidelibus ipsi suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebreos Nathinnei vocantur. Lectores a legendo, psalmiste a psalmis canendis sunt vocati. Illi enim predicant populis quid sequantur, isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licet quidam lectores ita miserabiliter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur, quod porro annuntiant. Tanta enim et tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea doctissimi homines latine dicere potuerunt: precentor et succentor. Precentor scilicet qui vocem premittit in cantu. Succentor autem, qui canendo subsequenter respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat. Qui autem non consonat nec concinit, nec concentor erit. Acoliti grece, latine ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est evangelium aut offerendum est sacrificium. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol in eodem tempore rutilet, sed ad signum letitie demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in evangelio legitur: Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Exorciste ex greco in latinum adiurantes sive increpantes vocantur. Invocant enim super cathecuminos vel super eos qui habent spiritum inmundum nomen domini Ihesu, adiurantes per eum ut egrediatur ab eis. Hostiarii idem et ianitores sunt, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in eum inmundus in omni re. Dicti sunt hostiarii eo quod presint hostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium fideles recipiunt et respuunt infideles.

Item Anacletus papa. **Romana ecclesia a Christo primatum accepit.**

In novo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis cepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum: Tu es, inquid, Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni celorum. Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit a domino, primusque ad fidem populum virtute sue predicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum

ee noluerunt. qui etiam iubente dn̄o in toto orbe dispsi euangelium pdicauerunt. Ipsis q̄q decedē tibus in loco eo⁊ surrexerūt ep̄i quo⁊ ordinatio p̄ta apto debet fieri ordine et modo. quos qui recip̄ ⁊ uba eo⁊ deū recipit. qui aūt spnit eos. eū a quo missi sūt. et cuius fungunt̄ legatione spnit. et ipsi indubitant̄ spnentur a dn̄o. Videntes aūt ap̄li messē ēē multā et opa̗rios paucos. rogauerunt dn̄m messis. ut mitteret opa̗rios in messē suam. unū ab eis electus ẽ. Quibus etiam per omnes ... discipli quo⁊ tn̄ū genūt. pbri. atq; in eo⁊ loco sūnt constituti in eccla. Item gelasius urbis rome ep̄c omnib; orthodoxis. **Primatum romane eccle n̄ aliqua sinodus s; xp̄s instituit.**

Quamuis uniuse p orbem catholice eccle institute unius thalamus xp̄i sint. tn̄ sca romana eccla catholica et ap̄lica nullis sinodicis c̄stitutis ceteris eccliis plata ē. s; euāglica uoce dn̄i et saluatoris nr̄i p̄matū optinuit. tu es inquiens ei dn̄s petrus et s. h. p. ē. cui data ē societas beatissimi pauli uasis electionis qui n̄ diuso s; uno tp̄r sicut hr̄ici garriunt. uno eodēq; die. gl'osa morte cū petro in urbe roma sub cesare nerone agonizans coronatus ē. et sup dictā sanct romanā ecclam xp̄o dn̄o consecrauerūt. eaq; oīb; urbib; in uniuso mundo. sua p̄sentia. atq; uenerando triūpho ptulerūt. Est g̃ p̄ma ap̄li petri sedes romana eccla. n̄ hn̄s maculā neq; rugā. nec aliquid huiusmodi. Item In his oīb; quanto celsior gradus tanto maior auctoritas inuenitur. In maioris siquidē ē regendi. et iubendi potestas. In minorib; obsequendi necessitas. Item nicholaus pp̄. scbit constantinopolitano ep̄o dicēs. **Inferiorū facta superior sententiis obnoxia sint.**

Inferior sedes. potiorem absoluē n̄ pōt. sola enim potior inferiorē conuenient̄ absoluit. hinc liquido p̄uidetur. quia quē n̄ pōt absoluē. n̄ pōt iudicio inferior potiorē ligare. Vn̄ ppha ait. nūquid glaviabit securis cōe eū. q̄ secat ī ea. aut exaltabit se serra cōe eū qui trahit eam. his ita ex diuina scp̄ta cōmemorati soleclarius exibuimus n̄ posse quēquā. qui minoris auctoritatis ē eū qui maioris potestatis ē iudiciis suis adicere. aut p̄is diffinitionib; subiugare. Item. Nolite estimare nos facta cuiusq; p̄timo⁊ mio⁊ que sūt digna repbensione uelle defende. s; quod ita uelī. fiūos ēē a spūale patrē. et discipulos erga magistrū. deuotos ēē ac sobrios. ut nulla penitus temeritate adeo⁊ uitā. ut n̄ solum dicamus diiudicandā. s; nec saltē tenuit̄ rep̄bendendā p̄sumant. Item nicholaus pp̄. **Inferiores maiorib; nec benedicē n̄ maledicē.**

Denique sine p̄pta ad ebreos legimus quod a minore maior benedicitur. restat pfecto ut exigente rōne. etiam maledicat. Siquidē p nos centes. hec piculosa tn̄. aliqui añ nos fuerunt. pui dā consuetudinem in eccliis tradiderunt. hodie que in romana eccla que magistra ē oīū. ecclaꝝ. in p̄timissa fuatur. ita ut nullus. sacerdos maiore suo n̄ innuente cū sacerdote. cuilib; benedictionē. dare nitatur. S; an̄tior stans ad p̄nutiādū aliquā lectionē benedictionē quod postulat. s; ei quilibet inferior n̄ audet benedicē. Cur hoc. nisi quia benedicē peccatū ē. absit de maledictis. non benedicis. cū dicit ap̄ls. quia regnū dei n̄ possidebunt. S; p̄ hec innuitur quāto censure sireno inferiores quiq; a suis p̄positis iudicandi cohercendi q; sūt. hī. n̄ nec benedicendi in s̄ nullū penitus optineant. Item michaeli imp̄atori. **De eodem.**

Nunc aūt diuina inspiratione n̄ nos pigebit. nec nob̄ impossibile erit ostendē uobis. si tn̄ audire uelitis. n̄ posse quēquā rite ab eis qui inferioris dignitatis ordinis s̄t iudicialib; submitti diffinitionib; sic q̄ tp̄r dioclitiani et maximiani augusto⁊. Marcellinus ep̄s urbis rome qui postea insignis martir effectus ē. adeo cōpulsus ē. a paganis. ut teplū eo⁊ ingressus grana thuris sup p̄nas imponet. cuius rei gr̄a collecto nuōso⁊ concilio ep̄o⁊ ⁊ inquisitiōe facta. hoc id pontifex se egisse confessus ē. nullus tn̄ eo⁊ pferre sententiā ausus ē. dū ei sepissime. oīs diceret. tuo ore iudica cām tuā n̄ nr̄o iuditio. ⁊ iterū noli audiri in nr̄o iuditio s; collige in sinu tuo causā tuā. ⁊ rursū. Qm̄ ex ore tuo iustificaberis. aut ex ore tuo cōdēpnaberis. et itm̄ dicūt. p̄ma sedes n̄ iudicabit a quoquā. Item in eadem. **De eodem**

Sed et cum quidā quodam tp̄r cē sixtū papam. teptassent quedā mali rumoris obicere. et in cōcilio ualentinianus. augustus inter erat dictum fuisset n̄ licere adūsus pontificē dare sententiam. surrexit id. ptinus imp̄ator. et in arbitrio p̄fati pontificis tribuit iudicare iuditium. suū. etenim nullius pontificū minor. ut inferio⁊ urbiū subact iudiciis inuenitur. Item nicholaus. **Maiores a minorib; iudicari n̄ p̄s.**

Submittitur ignātius. minor. inferiorum et subiectorum delibationibus. sacris canonib; perpientib; ⁊ exēplis scō⁊ patrū semp ubi ē maior auctoritas eunciū ēē et in oīb; cōtro uersiis ad potioris sedis iuditia currigant. qd non solū a catholicis uerum etiā ab hr̄icis constat obsuatū ēē. heretici aliōqū acephalū liquet ēē cōcurrū. ubi de tanta psona agitur. et maio⁊ n̄ expectat sententia. cū nec in cā clico⁊ inferioris gradus. solius ep̄i sui iuditiū tm̄ nō p̄stolandū sit. Item michaeli imp̄atori. **Minor sententia maiorē dāpnari n̄ ualz.**

In tantū hanc p̄sūptione scī patres ap̄ calcedoniā detestati sūt. ut dioscoꝝ alexandrinū antistitē in scā idēo potissimū sine ulla restitutione dāpnauērīt. quia ponens ī celū os suū. lingua eius transeunte sup trā. excomunicationem in scm̄ leonem pp̄. dictauit. ita ut in sententia ēē ip̄m plata hoc uideantur maxime

scripture dicentes. Omnium sedium excessibus potentem iniquitatem ualde transcendit. presumpsit etiam excommunicationem dictare aduersus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magne Rome Leonem. Et c. Nusquam uero legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste Dioscorus ipsam excommunicationem dictasset. Nec plane sic absque omni controuersia hoc in eo uitii fuit, quia cum esset inferior potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis, teste Anatholio Constantinopolitano presule qui dicit: Propter fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni. Quia uero maior a minore iudicari non debet, uidendum est que inter ceteras ecclesias primum locum, que secundum uel tertium obtineat. Romana ecclesia sicut superius dictum est primum locum inter ceteras optinet. Alexandrina ecclesia secundum. Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit. Unde Nicholaus papa scribit Mediolanensibus.

D. XXII

Romana ecclesia ceterarum primatum obtinuit.

Omnis siue patriarche in cuiuslibet apicem siue metropoleon primatus aut archiepiscopatuum cathedras uel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. Illam uero solus ipse fundauit, et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato eterne uite clauigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed illud uerbum quo constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium est quod quisquis cuilibet ecclesie ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romane ecclesie priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur, et cum ille notetur iniustus, hic dicendus est hereticus. Fidem quippe uiolat qui aduersus illam agit que est mater fidei, et illi contumax inuenitur qui eam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. Et infra. Unde et ipse sanctus Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam ecclesiam profitetur.

Item Anacletus famulus Christi Iesu. *Non ab apostolis, sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum obtinuit.*

Sacrosancta Romana ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus et reliqua usque soluta in celo. Adhibita est societas in eadem Romana urbe beatissimi Pauli apostoli uasis electionis, qui uno die uno tempore cum Petro gloriosa morte coronatus est. Et ambo sanctam ecclesiam Romanam consecrauerunt atque aliis omnibus urbibus in uniuerso mundo tam sua presentia quam ueneranda triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus assidue apud Deum effunderetur omnium sanctorum oratio, his tamen uerbis Paulus beatissimus Romanis in epistola pollicetur dicens: Testis enim mihi est Deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Prima ergo sedes est celesti beneficio Romana ecclesia, quam, ut memoratum est, beatissimus Petrus et Paulus suo martirio consecrauerunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo et euangelista consecrata est. Tertia uero sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri apostoli habetur honorabilis, quia illic prius quam Romam ueniret habitauit, et Ignatium episcopum constituit, et illic primum nomen Christianorum exortum est. Et post pauca. Inter beatos apostolos quedam fuit discretio, et licet omnes essent apostoli, Petro tamen concessum est a Domino, et ipsi inter se uoluerunt id ipsum, ut reliquis omnibus preesset apostolis, et Cephas, id est caput et principium teneret apostolatus. Quod eandem formam successoribus suis et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit. Unde scriptum est: Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, id est primi inter eos fuerunt. Et post pauca. Hec uero apostolica sedes caput et cardo, ut prefatum est, a Domino et non ab alio constituta est, et sicut cardine hostium regitur, sic huius sancte apostolice sedis auctoritate omnes ecclesie Domino disponente reguntur. Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum locum habere censetur. Sed postea Constantinopolitana secundum a sede apostolica locum accepit. Unde in eadem sinodo constitutum est. *Secundum a Romano pontifice Constantinopolitanus obtinet locum.*

Constantinopolitane ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter quod sit noua Roma.

Item Gregorius Iohanni episcopo Siracusano. *Apostolice sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam.*

De Constantinopolitana ecclesia quod dicit, eam quis dubitet sedi apostolice esse subiectam? Tamen siquid boni uel ipsa uel alia ecclesia habet, ego et minores meos quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo primum se existimat, ut bona que uiderit discere contempnat. Item eidem. Nam quod primas Bizanzenus sedi se apostolice dicit subici, siqua culpa in episcopis inuenitur nescio quis ei subiectus non sit. Cum uero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis equales sumus.

Item Gelasius. *Constantinopolitanus episcopus sedis apostolice auctoritate deponatur.*

Qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicium uocant, an secunde sedis antistites, et tertie ceterique bene conscii sibi sacerdotes depelli debuerunt, et qui extitit religionis inimicus depelli non debuit? Uideat ergo si alios habent canones quibus suas ineptias exsequantur. Ceterum isti qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem apostolicam ad iudicium uocare non possunt. Constantinopolitane uero ciuitatis episcopus, que utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communione residens perfidiorum non debuit submoueri.

Item ex VI sinodo. *Constantinopolitana secundum a Romana obtinet locum.*

Renouantes sancti Constantinopolitani concilii decreta petimus ut Constantinopolitana sedes similia priuilegia que inferior Roma habet accipiat, non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa, sed hec secunda post illam existens prius quam Alexandrine ciuitatis sedes

nuncupetur de inde antiochena et postea ierosolimitana. Ex hoc datur intelligi quod alexandrina ecclesia secunda sit facta, tercia antiochena. ecclesia sit facta. nisi forte quis ita accipiendum dicat esse secundas, ut constantinopolitana et alexandrina pares sue dignitatis velit locum optinere. Unde in octaua sinodo legitur. Que patriarcharum sedium primum locum teneat.

Diffinimus neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus presunt, inhonorare aut mouere a proprio throno temptare, set dignos omni reuerentia et honore iudicare; precipue quidem sanctissimum papam senioris Rome: deinceps autem Constantinopoleos patriarcham. Deinde uero Alexandrie, et Antiochie, ac Ierosolimitanorum.

Breuiter que in ecclesiastica officia sit differentia monstrauimus. Nunc a summo pontifice incipientes usque ad ultimum gradum descendentes qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Decretum Nicholai pape de electione Romani pontificis.

In nomine domini nostri et saluatoris Iesu Christi, ab incarnatione eius anno millesimo L nono, mense aprilis, indictione XII, propositis sacrosanctis euangeliis presidente quoque reuerentissimo Nicholao papa in basilica Lateranensis patriarchii, que cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reuerentissimis episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, idem uenerabilis pontifex auctoritate apostolica decernens de electione summi pontificis inquid: Nouit beatitudo uestra, dilectissimi fratres, coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto pie memorie domino Stephano predecessore nostro, quot hec apostolica sedes cui auctore Deo deseruio aduersa pertulit, quot denique per simoniacos trapezitas repetitis malleis crebrisque tunsionibus subiacuit, adeo ut columpna Dei uiuentis iam pene uideretur nutare, et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde si placet fraternitati uestre, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, et ecclesiastico statui, ne rediuiua, quod absit, mala preualeant, in posterum prouidere. Quapropter instructi predecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus, ut obeunte huius Romane et uniuersalis ecclesie pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissima simul deliberatione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum noue electionis accedant, nimirum precauentes ne uenalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Religiosissimi uiri preduces sint in promouenda pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus uero atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diuersorum patrum regulis siue gestis, etiam illa beati predecessoris nostri Leonis sententia recolatur. Nulla, inquid, ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis electi

sunt, nec a plebibus expetiti, nec a conprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Quia uero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur ecclesiis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani uice funguntur, qui uidelicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem prouehant. Eligatur autem de ipsius ecclesie gremio si reperitur idoneus. Vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur. Saluo debito honore et reuerentia dilecti filii nostri Henrici, qui inpresentiarum rex habetur, et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus, et successorum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerint. Quod si prauorum atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, ut pura, atque sincera, et gratuita fieri in urbe non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis et catholicis laicis, licet paucis, ius potestatis optineant eligere apostolice sedis antistitem, ubi congruere uiderint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, uel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut his qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non ualeat, electus tamen sicut papa uerus auctoritate optineat regendi ecclesiam Romanam, et disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Quod si quis contra hoc nostrum decretum sinodali sententia promulgatum per sedicionem, uel presumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu intronizatus fuerit, auctoritate diuina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum fautoribus suis et sequacibus a liminibus sancte Dei ecclesie separatus abiciatur, sicut antichristus, et inuasor, et destructor totius christianitatis, nec aliqua super hoc aliquando audientia ei reseruetur, sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione deponatur. Cui quisque adheserit, uel qualemcumque tanquam pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo illum defendere presumpserit, pari sententia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostre decretalis sententie temerator extiterit, et Romanam ecclesiam sua presumptione confundere et perturbare contra hoc statutum temptauerit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, et cum impiis qui non resurgunt in iudicio reputetur. Omnipotentis Dei contra se sentiat, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum presumit ecclesiam confundere, in hac uita et in futuro furorem sentiat. Fiat habitatio eorum deserta, et non sit qui in tabernaculis eorum inhabitet. Fiant filii eius orphani, et cetera. Commotus amoueatur ipse atque eius filii et mendicent, eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, et in hac uita super eum apertam uindictam

ostendant. Observatores autem huius nostri decreti omnipotentis Dei gratia protegat, et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

C. II. Episcopus et ceteri ordines infra constituti qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Cartaginensis concilii IIII. cui interfuit Aug. tempore Honorii Augusti, ostendimus. Ab episcoporum examinatione incipientes.

Quomodo sit examinandus qui in episcopum eligitur.

Qui episcopus ordinandus est, ante examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et coomnipotentem predicans; si singulariter quamque in Trinitate personam plenum Deum et totas tres personas unum Deum; si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens et animam humanam rationabilem, simul in eo utriusque nature, id est Deus et homo, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creator omnium que sunt, auctor et rector cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum; qui passus sit pro salute nostra vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis sue receptione, in qua veniet iudicare vivos et mortuos. Querendum est etiam ab eo, si Novi et Veteris Testamenti, id est legis et prophetarum et apostolorum, unum eundemque credat auctorem et Deum; si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Querendum etiam ab eo, si credat huius quam gestamus carnis, et non alterius, resurrectionem; si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his que in hac carne gesserunt vel penas vel premia; si nuptias non improbet; si secunda matrimonia non damnet; si carnium perceptionem non culpet; si penitentibus reconciliatis communicet; si in baptismate peccata omnia, id est tam illud originale peccatum contractum quam illa que voluntarie admissa sunt, dimittantur; si extra ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus inventus fuerit plene instructus, tunc cum consensu clericorum et laicorum et conventu totius provincie episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel presentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu non sue delectationi nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus adquiescat.

C. III. Item Ysidorus de ecclesiasticis officiis.

Qualis debeat esse clericorum conversatio.

His igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari vita seclusi a mundi voluptatibus sese abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant. Usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum fraudibusque cuiusquam studium appetant; amorem pecunie quasi materiam cunctorum criminum fugiant; secularia officia negotiaque abiciant; honoris gradus per ambitionem non suscipiant; pro beneficiis medicine Dei munera non accipiant; dolos et coniurationes caveant; odium, emulationes, obtrectationes atque invidiam fugiant; non vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti fluidoque gestu incedant, sed pudorem atque verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant; obscenitatem etiam verborum et operum penitus execrentur; viduarum ac virginum frequentationes fugiant; contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo federentur. Senioribus quoque debitam prebeant obedientiam, neque ullo iactantie studio semetipsos attollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent qui divinis cultibus sese mancipandos student, scilicet ut, dum scientie operam dant, doctrinam gratie populis administrent.

C. IV. Item Celestinus.

Qui digne sacramenta tractare non possunt ad ministerium non eligantur divinum.

Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

C. V. Item ex Cart. concilio IIII.

Si electo in episcopum aliquid obicitur. [illegible]

Illud statuendum est, ut quando ad eligendum episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, quia talia sepe sunt facta apud nos, non presumat ad purgandum eum qui ordinandus est tantum accedere, sed postulent, adiuncto supradictorum numero uno vel duobus, et in eadem plebe cui ordinandus est, discutiant primo personas contradicentium, postremo etiam illa que obiciuntur pertractent, et cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinet. Si hoc cum vestre sanctitatis animo concordat, corroboret vestre dignitatis responsione. Ab universis episcopis dictum est: Satis placet.

C. VI. Item ex Tolet. concilio XI.

De promissionibus spontaneis que ecclesiastica promovet disciplina.

Quamquam omnes qui sacris mancipantur ordinibus canonicis regulis teneantur astricti, expetibile tamen est, ut promotionis sue vota subcautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica provehit disciplina. Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur; et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placitum in

notationem pmittat. ut fidē catholicam sincera cordis devotione custodiens: iuste et pie uiuē debeat. et ī nullis opib; suis canonicis regulis occurrat. atq; ut debitum p̄ota honore atq; obsequii reuerentiā p̄mi nenti sibi unusquisq; dep endat. iuxta illud p̄p. leonis edictū. q; se scit aliquid ēē p positū. ñ moleste ferat aliquē sibi ēē platū. s; obedientiā quā exigit. ipse dependat. pena tm̄ iuxta eccl'astice consuetudinis morem. et placitis taliū inferenda. et ab his qui tales gressores fuerint psoluenda ē. Dehinc disponit qualit̄ eccl'astica offīa ordinentur; Qualit̄ ordinet̄ eps;

Eps cū ordinatur duo epī ponāt. et teneant euangeliorum codicē sup cap. ̄ ceruicē eius. ̄ uno sup eū fundente benedictionē. Reliqui uō epī q̄ adsūt manib; suis cap̄ eius tangant. Qualit̄ ordinetur p̄sbiter;

Pbr cū ordinatur. epō eum benedicente ̄ manum sup cap̄ eius tenente. etiā oms pbri qui p̄sentes sūt manus suas iuxta manus epī teneat sup cap. eius. Sicut aūt in die sue ordinationis sacerdos orario utroq; humero ambitur. ita tpr consecrationis eodē orario uti debet instanter. Un̄ in bracarensi. c. legitur. Quod q̄sq; accepit tpr̄ ̄ssectionis ferat tpr̄ oblationis;

Ecclastica institutione pstrum nouimus. ut oīs sacerdos cū ordinatur orario utroq; humero ambiatur. s. ut qui in pstbatus pcipit consistere. int̄ pspa ̄ aduersa. uirtutū sep ornamento utroq; circū septus appareat humero. Quia g̃ ratione tpr̄ sacrificii non assumit. quod se in sacmento accepisse ñ dubitat. p̄in mōis oib; conuenit ut quod quisq; pcepit in consectione honoris. hoc retineat et in oblatione. ut pceptione sue salutis. s. ut cū sacerdos ad sollēpnia missar; accedit. aut p se dō sacrificiū oblatus. aut sacramentū. corpis ̄ sanguinis dn̄i n̄ri ih'u xp̄i. sumpturus. ñ alit̄ quā eodē orario utroq; humero circūsept. sicut ̄ tpr̄ ordinationis sue dignoscit̄ consectus. ita ut de uno eodēq; orario ceruicē parit̄ ̄ utrūq; humerū pmēs. signū in suo pectore ppareat crucis. Siquis aūt alit̄ egit excōicationi debite subiacebit. Dalmaticis aūt nec epis. ñ diaconib; absq; aptica licentia uti permittitur. Un̄ g̃g̃. agregio epō. francorum. Absq; aptica licentia nec epis nec diaconib; uti licet dalmaticis;

Comunis filius diaconus petrus nobis intonuit quod frinitas ura tpr̄ quo hic fuit. poposcit. ut sibi et archidiacono suo. utendi dalmaticis licentiā pberemus. S; quia bonū suoz infirmitate compulsi festinanter abscessit. ut nec ipe meior. incūbens. diutius ut dignum erat. et res desiderata poscebat. sineret pmanere. et nos in multis implicatos ut eccl'astice rationis ē. consictatio non ūūū hoc inconsulte ̄ subito ñ pmittet indulgē. ideo eo postulate rei plongatus ē effectus. nunc uō caritatis tue bona. reuocantes. ad aīa huius auctoritatis n̄re serie petita concedimus. atq; te. ̄ archidiaconū tuū dalmaticar; usu decorandos ēē concedimus. Easdēq; dalmaticas dilectissimo filio n̄o ciriaco abbate deferente transmisimus. Qualit̄ ordinetur diaconus;

Diaconus cū ordinatur. solus eps qui eum benedic. manus sup cap̄ eius ponat. quia ñ ad sacerdotium. s; ad ministerium consecratur. Queritur aūt an post benedictionē manus pbroz ̄ diaconorum crismatis liquore debeant pungi. Un̄ ebris ita scribit nicholaus pp. rodulfo bituriensi archiepo. Nec pbris nec diaconib; in ̄ssectione manus crismate pungātur;

Preterea siscitaris utrū sol pbris an diaconibus debeant cū ordinantur manus crismatis liquore pungi. Quod in sca romana eccl'a cui auctore dō deseruimus. neutris agitur. S; quia sit a noue legis ministris actū. nusquā nos fallat obliuio legimus. g̃ ad beati innocentii pp. canonica decreta scitatē tuā transmittim̄. ̄ que tibi sint in cōsectionib; et ordinib; obseruanda. p̄ncipia pagine. ad decentiū eugubinū epm misse. te affatī edocebūt. Et queritur an ordinatio eoz sit rata. h̄nda quib; eps oculoz langore impeditus manus inponit. ̄ pbr sup eos orationē dicit. Un̄ ebris statutū ē in concilio tollo. ita. Et ordinator ̄ ordinat dapnationis subeat penā cū eps;

Quorumdā clicoz. cum manus inponi ̄ aliī orōne dicerent ad pbri duo ad leuitar; ministeriū sacrarentur. eps oculoz dolore detentus. fert̄ manū sup eos imposuisse tm̄. ̄ pbr illis quidā ̄ eccl'astici ordine benedictionē dedisse. S; quia iā ille examini diuino relictus. humano iudicio accusari ñ pōt. hi q̄ūī sup sūt g̃dū sacdoti. uł leuitici ordinis. quē p̄usse acepti sūt amittant. Qualit̄ subdiaconus ordinetur;

Subdiaconus cū ordinat̄. quia manus inpositionē ñ accipit. patenā de manu epī. accipiat uacuām. ̄ calicē uacuū. de manu uō archidiaconi accipiat urceolū cū aqua. manile ̄ manutergiū. Qualit̄ acolitus ordinet̄;

Acolitus cū ordinat̄. ab epō quid doceat̄. qualit̄ in offō suo agere debet. s; ab archidiacono accipiat cerofetariū. ut sciat se ad accēdenda eccle luminaria mancipari. accipiat urceolū uacuum ad suggerendū uinū in eucharistiā sanguinis xp̄i. Qualit̄ exorcista ordinetur;

Exorcista cum ordinat̄ accipiat de manu epī librū in quo scpti sūt exorcismi. dicente sibi epō accipe. ̄ cōmēda memorie. et habeto potestatē inponendi manus sup inerguminum. siuū baptizatū. siue catecuminum; Qualit̄ lector ordinetur

... ibi dr̄ q eps̄ minores ordines p̄ offerre sub testimonio tn̄ sꝫ hic laī ... ꝯmunicatos et īfideles. ut. xxi. di. c. l. īfi. ... et ꝯepn̄ qui minores ordines conferant. ut. j. lxviii qui sūt epc̄ que ... t iex. d eo qui uenit. requisiunt. sꝫ qualiť sacdotes ofert ordinē c ordinai ... lxx. c. j. a solus epc̄ ofert titulū. ut. xviii q. vii. c. nulli et ...

P. ost articl'. c. pit. cum satis ꝫ hoc. n. ē d maiorib' ordinib'. t dic q ... xxv. di. plerı. ibi dr̄ q collatio maioꝝ spectat ad epm̄. ꝫ; illud. ē uer d sol...
-t. ꝯ parum nam magnitudo corone est signū ꝯsilionis. ut ex. d sic...
.u. ꝯ in epl'a ad co rinthios dicit. ē. uir si comā nutrit ignominia ē ei ...
x. ꝯ cl'i uxorati ut. ex. d uita et ho. cli. c. xxii. di. placuit si illud pot ...

Lector cum ordinatur. faciat de illo uerbū eps̄ ad plebem indicans eius fidē ac uitā atq; ingeniū. Post hec spectante plebe. tradat ei codicem in q̄ lecturus ē. dicens. accipe et esto relator uerbi dī. habiturus si fideliť et utiliť impleueris officiū. partem cum eis qui uerbum dei ministrauerint. **Qualiter ostiarius ordinetur;**

Ostiarius cum ordinatur p̄squam ab archidiacono instructus fuerit qualiť in domo dī debeat conuersari. ad suggestionē archidiaconi tradat ei eps̄. claues eccl'e de altario dicens ei. sic age. sicut redditurus dō rationē p his reb; q his clauib; recluduntur; **Qualiter psalmista ordinet.**

Psalmista .i. cantor pōt absq; scīa epi. sola iussione pbri. officiū suscipe cantandi. dicente sibi pbro. Vide ut quod ore cantas. corde credas. et quod corde credis. opib; conpbes; Clerici comā nutrientes reprhendentur. quoꝝ cap desup in modū spe rasū ēē debet. **Unde** Ancius pp̄; **Clerici comā nutrire p̄h.**

Prohibete frīs p uniūsas regionū urāꝝ ēē ut clerici iux̄ta aplm̄. comā ñ nutriāt. s desup cap in modum spe radant; Itē ex̄c agathensi. **De eodem.**

Clerici qui comā nutriunt ab archidiacono ēē si noluerit inuiti. detondeantur. uestimēta ēt ut calciamenta etiā. nisi que religionē deceant. uti aut habere ñ liceat. Itē gg̅. Siquis ex clericis relaxauerit comā anathema sit. **Quib; uestib; induta scīmonial.**

Scīmonialis ūgo cū ad ꝯsecratione suo epō offeritur. in talib; uestib' applicet. qualib; sp̄ usura ē p̄fessioni. et scīmonie aptis. Vasa quoq; sacra et uestimēta altaris mulieres dō dicate contingere et incensū ċca altaria deferre phibentur; Unde Sother pp̄. oib; epis italie. **Vestimēta altaris et uasa sacē**

Sacratas dō feminas ut monachas sacra. uasa. ut sacratas pallas penes uos contingere. et incensū ċca altaria deferre platum ē a apl'ica sede. que oīa reprhensione et uituperatione plena ēē. nulli recte sapientiū dubium est. Qua pp̄ huius scē sedis auctoritate hec oīa uob resecare funditus quā citi potius censemus; et ne pestis hec latius diuulget. p oēs puincias abstergi citissime mandamus. Item ex̄c. Laudicensi. iiii. **Sacrariū sub diaconib; ingredi ñ licet.**

Non oportet subdiaconus licentiā in sacrariū habe siue secretariū quod gr̄ci diaconium appelāt ingredi et contingere uasa dnīca. **De eodem.**

Ministrū oportet ñ orariis; uti nec ostias derelinquere. Item. **De eodem;**

Non oportet lectores atq; psalmistas orariis. uti. et sic legere. aut psallere; Itē ex̄c. car. iiii. **Mulieri in conuentu uiros docere ñ pmittitur;**

Mulier quāuis docta et scā uiros in conuentu docere nō psumat. Laicus aut p̄sentib; clericis ñ ipīs rogantib; docere non audeat; Itē. ex̄c. agathensi. **Ministris ñ sacris uasa dnīca cōtīgē ñ licet.**

Non oportet insacratos ministros licentiam habere in sacrarium quod gr̄ci diaconicon appellant ingredi et contingere uasa dnīca. Itē ex̄ biacarensi ꝯcil. **Nec cuilibet de lectorib; uasa sacē portare ñ licet.**

Non licet cuilib; ex lectorib; sacra altaris uasa portare. nec aliis nisi his qui ab epō subdiaconi fuerint ordinati. Itē ex̄ martini pp̄.

Non liceat quelibet ministeria tangere. ñ subdiacono. aut acolito in sacrario uasa dnīca. Nec oportet clericos nutrire comā. et sic ministrare. set attonso capite patentib; aurib; et s aaron talarē ueste induere. ut sint in habitu ornato; **Qualiter sponsus et sponsa bndicendi s.**

Sponsus et sponsa cū bndicendi sunt a sacerdote parentib; suis ul a paranimphis offerantur. Qui cū benedictionē acceperint. eadē nocte p reuerentia ipīs bndictionis in uirginitate permaneant;

Qualiter eps̄ examinandus sit. et qualiter ipē simul cū reliquis in sacris ꝯstitutis. sit ordinandus. breuiter monstratū ē. nūc aūt uidendū ē de sacerdotibus et reliquis an sine examinatione sint puehendi ad ordinē. de his scribit ita paulus ad timotheū; Manus cito nemini inposueris. et nichil sine p̄iudicio facias in alteram partē declinando. Itē ex̄c. cart. iii. **Ante pbationē nullus ordinet clic̄.**

Nullus ordinetur clericus. nisi pbatus uel examinatione. ul pp̄li testimonio. Itē gelasius pp̄; celestino epō. **Pro comunitatis eiusdem eccl'e clerici dap-**

Pbri et diacones. et uniūsi clerici stonensium **moueat.** ciuitatis. petitorio nobis suggessere porrecto. in eccl'a beati martiris eleutherii epi. que in sup̄dicte ciuitatis parrochia ēē pbatur constructa. pbrm qui constitutus fuerat defecisse. atq; in eius locū iulianū diaconū ipsius eccl'e p celebritate ipīs loci quā totius debe ordinari. et iō frs kmī si de ei uita ut morib; nichil ē quod dē canonū ueniat constituta. sup̄dictū pbrm honore decorabis. scitus uisitatoris te noīe ñ cardinalis creasse pontifi cis noīe parit etiā et felicissimū diaconē in eius dē eccl'e ministio si conūsatio eius patit. subrogabis. ut locus p cessionis celeberrimus administrioꝝ confectionē. nec sacerdote indigeat ñ ministro. Itē exc̄. Laudicensi; **Metropolitanoꝝ et epoꝝ examine pmoueant ceti epi**

Epi. iudicio metropolitanoꝝ. et eorum epoꝝ qui circū ēca sūt. pmoueant ad eccl'asticā dignitatem. hii uidelicet qui plurimo tpr pbantur. tā uerbo fidī quā recte conūsationis exēplo; Cum itaq; sine examinatione nullus sit ordinandus. quē admodū. et quo tpr. sacdotū et ceteroꝝ examinatio ista ponitur fieri debeat. cō siderandū ē. Unde in ex̄c. nanetensi sic. statutū legitur. **Quando ordinandi ad examinationē ꝯueniant;**

Quando eps̄ ordinatione facere disponit. oēs qui ad sacrū ministerium accede uoluerint. feria .iiii. an

D. XXIII.

ꝯ tales enim p̄ferendi sunt aliis in ordine et dignitate ut lxi. di. statuimus.

ipsam ordinationem euocandi sunt a ciuitate una cum presbiteris qui eos representare debent. Et tunc episcopus e latere suo eligere debet sacerdotes et alios prudentes uiros gnaros diuine legis et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus qui ordinandorum uitam genus patriam etatem institutionem locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si instructi in lege domini, ante omnia diligenter inuestigent, si fidem catholicam firmiter teneant et uerbis simplicibus asserere queant. Hi autem quibus committitur cura, cauere debent ne aut fauoris gratia aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a uero deuient, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, ille qui indigne accessit ab altari remouebitur, et illi qui donum spiritus sancti uendere conati sunt, coram deo iam condempnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies examinentur et sic sabbato qui probati sunt episcopo representent. Clericos autem sine clericorum uel ciuium consilio et populi testimonio nullum episcopus ordinare presumat. Unde in concilio Carthaginensi legitur IIII. **Sine clericorum suorum consilio episcopus non ordinet.**

Episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut ciuium conniuentiam et testimonium querat. Queritur quid fieri debeat de his qui sine examinatione promoti sunt. De his ita legitur in concilio Martini pape: **De his qui sine examinatione ordinantur et postea peccata sua confitentur.**

Si quis presbiter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cum discuterentur criminosa peccata sua confessi sunt, aut post ordinationem ab aliis detecti sunt, abiciantur ex clero. Si multum uero et deuiniuerso clericorum ordine fuerit, nam hoc sibi quod irreprehensibile est sancta catholica defendit ecclesia. Quod nullus sine examinatione sit ordinandus, breuiter probatum est. Quid autem ad episcopum, quid ad unumquemque inferiorum pertineat, Ysidorus Yspaniensis episcopus in epistola ad Ludifredum scribit ita dicens: **Quod episcopi et ceterorum sit officium.**

Perlectis scitatis tue litteris, uniuscuiusque ecclesie gauisus sum, quod optatam tuam salutem earum relatu cognoui. De his autem que in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago deo, quod sollicitudinem officii pastoralis impendis, quibus ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentie tue sint cognita, tamen quia affectu fraterno consulis me, ex parte qua ualeo expediam, et de omnibus ecclesie gradibus qui ad quemque pertineat eloquar. Ad hostiarium namque pertinent claues ecclesie, ut claudat et aperiat templum dei, et omnia que sunt intus et extra custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles excipiat. Ad exorcistam pertinet exorcismos memorie retinere, manusque super energuminos et catecuminos exorcizandos imponere.

Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario. Ipse cereum portat, ipse suggestam pro eucharistia acolitus preparat. Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsoria et quicquid pertinet ad canendi peritiam. Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea que prophete uaticinauerunt populis predicare. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre, et leuitis tradere eisque ministrare, urceolum quoque et aquamanile et manutergium tenere episcopo et presbiteris et leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam prebere. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in crismate et patena et calice, oblationes quoque inferre et disponere in altare, componere et mensam domini atque uestire, crucem ferre, et predicare euangelium et apostolum. Nam sicut lectoribus uetus testamentum, ita diaconibus nouum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum et recitatio nominum. Ipse premonet aures habere ad dominum, ipse ortatur clamare, ipse donat pacem, et ipse adnuntiat. Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis domini in altario dei conficere, orationes dicere et benedicere dona dei. Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris, et confectio crismatis. Ipse predicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit. Ipse sacras uirgines benedicit. Et dum preest in singulis ordinibus, ipse tamen est preordinator in cunctis. Hii sunt ordines et ministeria clericorum, que tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura et primicerii sollicitudine diuiduntur. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et leuitis, ad quem pertinent ista ministeria: ordinatio uestiendi altaris a leuitis, cura incensi et sacrificii necessaria sollicitudo; quis leuitarum ad apostolum et euangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria in dominicis diebus aut sollempnitatibus decantet. Sollicitudo quoque parrochiarum et ordinatio et iurgia ad eius pertinent curam. Pro reparandis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti. Ipse inquirit parrochias cum iussione episcopi, et ornamenta uel basilicarum res uel parrochiarum gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem refert. Collectam pecuniam de communione ipse accipit et episcopo defert, et clericis partes proprias ipse distribuit. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum. Ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies atque sollempnitatum, et ab ipso publice in ecclesia predicantur. Quando uero archidiaconus absens est, uice eius diaconus sequens adimplet. Archipresbiter uero se esse sub archidiacono eiusque preceptis sicut episcopi sui obedire sciat, et quod specialiter ad eius ministerium pertinet, super omnes presbiteros in ordine positos curam agere et assidue in ecclesia stare, et quamdiu episcopi sui absentia contigerit, ipse uice eius missarum sollempnia celebret et collectas dicat, et cum ipse in uia exierit. Ad primicerium

Verum in ordine conferatur gratia. ... theologos ... in ordine confertur gratia ... que necessaria est, non solum ad digne suscipiendum sacramentum, sed ad digne ministrandum. ... C. XXV. ... q. IX.

parentacolyti. et exorciste. psalmiste. atq; lectores. signum quoq; dandū. positio clicorū. p honestate uite et officiū cantandi. 7 p agendi sollicitę lectiones. psalmū. laudes. offertorium 7 responsoria. eius clicor: dicere debeat. Ordo quoq; et modus psallendi in choro. p sollēpnitate et tpr; Ordinatio quoq; p luminarib; deportandis; Siquidetiam necessarium fuit preparatione basilicar: que sunt in urbe. ipse denuntiat sacerdoti; Eplas epi p diuersas ie iunior: parrochianis postianos. ipse di rigat. clicos quos delinquere cognoscit; Ipse distinguat. quos uō emendare n ualet. eor: excessus ad agnitionē epi deferat. basilicarios ipse constituat. et matriculas ipse disponat. Oña aūt primicerius. abs ensē: ea que dicta sūt ipse exequatur. qui ei. aut legē. pxima ui eruditiōe. Ad the saurariū ptinet hostiarii basilicar: ordinatio incensi ppatio. cura c̄smatis conficiēdi. cura baptisterii ordinandi. ppatio luminario rum in sacrario et sacrificiis. Ex hac epla liquet et quid cuiusq; officii sit. Ē etiā alia distinctio epor: pbror: et diaconor: quā facit clemens in epla sua dicens ita; Quid ab epis q apbis q adiaconib; audiē opōtet. Audire epm attentius oportet. et ab ipo suscipe doctrinā fidei. monita aut uite. a pbris inquirere; A diaconib; uō ordinē discipline; Sacerdos quoq; utrūq; humerū orario ambit diaconus uō sinistrū tm. ut ad ministium expeditus discurrat. Unū in tolleto. c. x. quod leuita unum tm humerū ambit orario; Unū orarium oportet leuitam; gestare in sinistro humero. pp quod orat. i. pdicat. dextrā aūt partē oportet hr̄e liberā ut expeditus ad ministeriū sacerdotale discurrat; Nunc aūt p singlos gdus ordine recurrentes. qui ex quib; ordinib; in quē gdū conscendere possint. qui p lapsū ualeant repari. ut n. quib; culpis a pō gradu mere antr eici. cuio accusante. quibus testificantib; possint conuinci. cuius sententia sint soluendi. ut dampnandi. breuit consideremus; ac primū a pontificali gradu incipientes qualē oporteat eū eē qui in epm ordinandus ē; diligent inuestigemus. aptū regulam secuti. quā in huius modi re timotheo et tito scbit dicens. oportet epm inrephensibilē eē. i. nō obnoxiū rephensioni. hoc ad timotheū. ad titū aūt. oportet epm sine crimine eē. Quod ai. ter. scbit adocamū tue est. Non aūt c̄minis quodlibet peccatū intelligitur; vñ in eade epla ier. dicit. Res pene ce naturam ē. ut sine peccato aliquis sit. s3 talis eligatur. cuius conparatione ceti grex

dicantur; In epla uō ad titum crim uocat̄ criminale peccatum ut criminalis. infamia. vñ ibi legit. crimē querela. i. peccatū accusatione et dāpnatione dignū. Quod aūt sine crimine iubetur eē qui in epm eligit; n an baptisma s; p baptisma intelligendū ē. ut aurpr uidet baptizatis nullius criminis conscia mente eius remordeat. Criminis appellatio alias late patet. complectens omne peccatū quod ex delibatione pcessit. Vñ beda sup eplam iacobi. Peccata que ex ignorantia. ut infirmitate humana cōmittunt dic. et p cepit alterutrū confiteri. quia facile dimittunt; que uō sūt ex delibatione. n nisi p penitentiam; Hinc ē aug. ait nullū peccatū ē adeo ueniale quod n fiat criminale dū placet; Alias aūt ea demū signat q semel cōmissa. ad dāpnationē sufficiunt. Multa enim ex delibatione pcedunt. que nisi iterata sepi et in consuetudine fuerit deducta. quam uis g uent. p mortē. n tm eternalit pcunt. quia et si quadā rōe c̄mina appellentur. tm mortifera et capitalia n sūt. vñ aug. in homelia de igne purgatorio expones ūba apli ait; Si quis sup hoc fundamītū edificauit ligna. f. stiplā. 7c. Multi sūt qui lectionē istā male intelligentes falsa securitate decipiunt. dū credunt quod si sup fundamītū x c̄mina capitalia edificant. pecca ipa p ignē transitoriū possint purgari. et ipi postea ad uitā ppetuā puenire. Intellectus iste frs kmi corrigendus ē. quia ipi sese ducunt. qui sic sibi blandiunt; In illo enī trāsitorio igne de quo dixit apls ip. saluus erit. sic tm q p ignē. n capitalia s3 minuta peccata purgantur. de quib; et si n oia ut aliqua cōmemoranda sūt ne aliqs ignarum se excusari conetur. et dicat nescire se que sūt minuta peccā que c̄mina capitalia; Et quā uis apls plura capitalia. cōmemorauit nos tñ ne desperatione face uideamur. breuit dicemus que illa sūt; Sacrilegiū. homicidiū. adulteriū. fornicatio. falsū testimoniū. rapina. furtum. supbia. inuidia. auaritia. Et si longo tpr teneatur. iracundia. et ebrietas si assidua sit. in eor: nūo computat. Quicūq; n. aliquod de istis peccatis in se cūari cognouit. et non digne emdauit. et si huit spatiū longo tpr: penitentiā n egit. et largas elimosinas n erogauit. et a peccatis ipis n abstinuit. alio [illegible] igne de quo apls ait. purgari n potit. s; eternā illū flāma sine ullo remedio trucidabit. Que aūt s3 minuta peccata licet oib; nota sint. q longum ē tñ ut oia replicentur. opus ē q; eis ut uel aliqua nominemus; Quotiens aliquis

incibo. aut potu plus accipit quam necesse est. ad minuta peccata nouerit pertinere. Quotiens plus loquitur quam oportet. plus tacet quam expedit. Quotiens pauperem inportune petentem exasperat. Quotiens cum sit sanus corpore aliis ieiunantibus prandere uoluerit. et somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognouerit. Quotiens in carcere positos tardius requisierit. et infirmos tardius uisitauerit. Si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum. aut uxorem. aut filium. aut seruum exasperauerit quam oportet. Si amplius fuerit blanditus quam oportet. Si cuiquam maiori persone aut ex uoluntate aut ex necessitate adulari noluerit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa et sumptuosa conuiuia preparauerit. Si se aut in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis otiosis de quibus in die iudicii ratio reddenda est occupauerit. Si dum incaute iuramus et cum hoc per aliquam necessitatem implere non potuimus. utique periuramus. et cum omni facilitate uel temeritate maledicimus. dum scriptum est. neque maledici regnum dei possidebunt. Item Greg. Que sunt uenialia peccata que post hanc uitam purgantur.

Qualis hinc quisque egreditur talis in iudicio representatur. Sed tamen de quibusdam culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est. pro eo quod ueritas dicit. quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit. neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo quasdam in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur consequens intellectus patet. quia de quibusdam conceditur. Sed tamen ut predixi. hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est. sicut est assiduus ociosus sermo. inmoderatus risus. uel peccatum cure familiaris rei. que uix sine culpa uel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt. que omnia post mortem grauant. si adhuc in uita positis minime fuerint relaxata.

Item Aug.

Qui in alio seculo distulit fructum conuersionis. prius purgabitur igne purgationis. hic ignis etsi non sit eternus. miro tamen modo grauis est. Superat enim omnem penam quam homo unquam passus est in hac uita uel pati potest. Talas autem ea tantum delicta significat quorum perpetua est infamia. unde illud Ieronimi. Primum itaque sine crimine etc. Unde Ier. scribit in eadem epistola ad titum; A die baptismi sine crimine debet inueniri qui episcopus ordinandus est.

Primum itaque sine crimine iubetur esse episcopus. quod et alio uerbo ad Timotheum inreprehensibilem nominatum puto. non quod eo tantum tempore quo ordinandus est sit sine ullo crimine. et preteritas maculas noua conuersione diluerit. sed quod ex eo tempore quo in Christo renatus est nulla peccati conscientia mordeatur. Quo enim potest presul ecclesie auferre malum de medio eius. qui in delictum simile corruit. aut qua libertate corripere peccantem. cum tacitus ipse sibi respondeat. eadem se admisisse que corripit.

Ecce quod ordinandus in episcopum non solum tempore sue ordinationis. sed omni tempore post baptismum a crimine debet esse inmunis. Sequitur in eadem epistola. unius uxoris uirum. post baptisma uidelicet. non ante baptismum. Unde Ier. scribit ad Oceanum; Post baptismum debet esse monogamus qui in episcopum eligitur.

Unius uxoris uirum .i. monogamum post baptismum. si enim et ante coniugem habuit. que obierit. non ei inputabitur. cui prius nouo nec stuprum nec alia que antea fuerant. iam obsunt. Aug. uero econtra testatur scribens in epistola ad titum; Qui ante baptismum habuit unam et post baptismum habuit alteram ordinandus non est.

Acutius intelligunt qui nec eum qui cathecuminus uel paganus ante habuit unam et post baptismum alteram. ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur non de peccato. propter sanctitatem sacramenti. sicut si femina cathecumina uitiata est. non potest post baptisma inter dei uirgines consecrari. ita non absurde uisum est bigamum non peccasse. sed normam sacramenti amisisse. non ad uite meritum sed ad ordinationis signaculum. unius uxoris uir episcopus significat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro Christo subditam. Sicut duobus dominis seruire. sic ab uno domino apostatare atque in alienam superstitionem ire non licet.

Item Innocentius Rufo et Eusebio et ceteris episcopis macedonibus; De bigamis et aliis qui ab ordinibus prohibentur. quibus clericis liceat uxorem ducere.

Deinde opponitur. non dici oportere bigamum eum esse qui catecuminus habuit atque amiserit uxorem. si post baptismum fuerit aliam sortitus. eaque prima uideatur que nouo homini copulata sit. quia illud coniugium per baptismi sacramentum cum ceteris criminibus sit abolitum. Quod de una cum utique dicitur. certe si tres habuit inueniri potius homines uxores. erit ei que post baptismum quarta est. sic interpretantibus prima. uirginisque nomen accipiet que quarto ducta est loco. Quis oro istud non uidat. contra apostoli esse preceptum. Qui ait. unius uxoris uirum oportere fieri sacerdotem. Sed obicitur illud. quod in baptismo totum quicquid in uetere homine gestum est. sit solutum. dicite michi ut cum pace uestra loquar. crimina tantum dimittuntur in baptismate an et illa que secundum precepta ac dei instituta complentur? uxorem ducere crimen est. an non est crimen? Si crimen est. sicut ut prefata uenia dixerim. erit auctor in culpa. qui ut crimina committerent; in paradiso precepit cum ipse eos benedixerit. Si uero non est crimen quia quod deus instituit nefas est crimen appellari. et Salomon adducit. et enim a deo preparatur uiro uxor. quomodo creditur inter crimina esse dimissum. Quod deo auctore legitur consummatum? Quid de talium filiis censetur? numquid non erunt admittendi in fraternitatis consortium. qui ex ea suscepti sunt. que ante baptismum fuit uxor. erunt appellandi uel naturales. uel spurii. quia non est legitimum matrimonium. nisi illud ut uobis uidetur.

quod post bapt. assumitur. Ipse dñs cum inte rogaretur a iudeis si liceret dimittere uxorem atque exponere. fieri nō debere adiecit; Quos d's coniunxerit homo n̄ separet; ac ne de his locutus eē credatur. qui p̄t bapt. sortiuntur. meminerint hoc et a iudeis interrogatū et uidē eē responsū. Deinde sollicitus quero. si una eademq; sit uxor eius. qui ante cathecuminꝰ postea ea sit fidel. filiosq; ex ea cū eēt cathecuminus su scepit. ac p̄t ea alios filios cū fidel' sit; utrū fr̄s sint appellandi fr̄s. an n̄ h̄ant postea defuncto pat̄ famil' hereditate. Federatis consortiū quib; filiorum nom regn̄atio sp̄ālis. creditur abstulisse. Quod cū ita sentire absurdū ē. quero ē hoc defendi et uacua mag' opinione iactari. quā aliqua actoritate roborari. cū nō possit int̄ peccata deputari quod lex percip. 7 d's iniūg. Ad. s. g. Nūquid quī catecuminus. u'tutib; studuit. humilitatē secutus ē. patientiā tenuit elimosinas fecit. morti destinatō q'libet rōne eripuit. adult'ia exorruit. castitatem tenuit. quero si hec cū fuit factus fidel'. amittit. q̄na p bapt. totū quod uetus hō gessit putat. an ferri casp̄tias gentilē hoiē cornelium oronib; atque elemosinis uacantē angl'm audientē p re uelationē. tpmq; petrū uidentē. nūquid p bapt. h illi ablata sūt. pp que ei baptisma uidet eē concessum; Si ita credit in credente. n̄ modicū erratur. quia quicquid bene gestū fuit 7 s̄ p̄cepta legalia cōstitutū. n̄ pōt fatientib; de pīre. nuptiaꝝ g̊ copula quia di' mandato p̄ficitur. n̄ pōt dici peccatū. 7 quod peccatū nō ē. int̄ peccata solui n̄ debet credi. erit integrū estimare. aboleri n̄ posse poris nom uxoris cū n̄ sit dimissū p peccō. q̊d ex dei sit uolūtate cōpletū. **It. ambr. i x. de officiis. In baptismate culpa dimittit' n̄ lex cōiugii abolet'.**

Uatum nec repetita p̄ob copula p̄mittitur et impō coniugio lexe. n̄ itare coniugiū nec sc̄de coniugū sortiri coniunctione. quod plerisq; mirū uidetur; cū ē an baptisma iñ tata coniugia electioni muñis 7 p̄rogatiue ordinatiōis impedimēta generet. cum 7 delicta obee nō soleat. si lauac' remissa fuūt sacramēto. S; intelligere debemus quia in baptismo culpa dimitti pōt. lex aboleri n̄ pōt. In coniugio n̄ culpa s; lex ē. quod culpe eg' in bapto relaxatur. Quod legis ē in cōiugio n̄ soluit'. Quōm aūt pōt ortator eē uiduitatis. qui ipē coniugia frequētauit.

Iohs etiam bapta dum herodē ab incestu p'hibet dicens. nō licet t' habe uxorē frīs tui. euidentē ostendit īt' i fideles cōiugia eē. Vn̄ datur intelligi quod dicuntur. bigami n̄ solū qui p' bapt' cōiugia frequentāt. s; 7 qui an baptm unā 7 post bapt. altam habuisse p̄bant. Bigamus u' in sacerdotē ordinari n̄ debet. Non quia delique rit scelam accipiendo uxorē. s; p̄rogatiua ce uit ē sacerdotis. **It. ambr.** in epla ad uicel lenses; **N̄ peccat bigamus s; p̄rogatiua exuit' sacerdotis.**

Qui sine crimine uir unius uxoris ē. tenetur ad legē sacerdotii suscipiendi. Qui aūt ita uerit coniugiū. culpā quidē n̄ h̄t coinquinati s; p̄rogatiua exuit sacerdotis. Quod aūt unius uxoris uir eps iubet' eligi. qr. an de tp̄r ordinationis hec sit accipiendū ut tp̄r sue administrationis eius possit copula fungi. quā unicā et uirginē sibi desponsauit. Hoc martinus pp. p'hibet dicens; **Nō ordinet' diaconus.**

Diaconus qui eligit' si contestat. **n̄ castitatē p̄fessū fuit** p accipiendo matrimonio. et dixerit. se in castitatē manere n̄ posse. hic n̄ ordinet'. Quod si in ordinatione tacuit. 7 ordinatus fuit. 7 p ea matrimoniū desiderauit. sit alienus a ministio et uacet a clero.

Hac auctoritate datur itelligi. quod illi qui uxores h̄nt. ut accipe uolunt. nec diacones nec sacerdotes fieri possunt. nisi continentiā p̄fiteant'. Si uō diaconus a ministio cessare uoluit. contracto matrimonio licite pōt uti. Nā 7 si in ordinatioe sua. castitatis uotū obtulit. tn̄ tanta ē uis in sacramēto coniugii. quod nec ex uiolatione uoti pōt dissolui. ipm coniugiū. **It. aug.** in l. de dono coniugali ad iulianum; **Nubentes p' uotū n̄ sunt adiuicē separandi.**

Quidam nubentes. post uotum asserunt. adulteros. Ego aūt dico uobis. quod grauit' peccant. qui tales diuidunt. **It. theodorus.** **De eodem.**

Si uir uotū uirginitatis h̄ns. adiungitur uxori. p ea n̄ dimittat uxorē. s; trib; annis p̄niteat. **It. eccū** ier. scrib. **Dāpnabile ē uouentib; uelle nubē.**

Uouentibus uirginitatem. non solū nubere. s; etiā uelle dampnabile est. **Idem.** **Dāpnationē habebit si nupsit q̄ uirginitatē uoluit.**

Si nupsit uirgo. n̄ peccat. s; illa uirgo que semel cultui diuino dedicauit. harū enī si qua nupsit. habebit dāpnationē. quia p'mā fidem irritā fecit. **It. nicholaus pp.** **Que scīmoniale se eē fingit nubē n̄ ual3.**

Quod interrogasti. de femina. que p' obitū sui mariti sacrū uelam sup cap suū imposuit. et finxit. se sub eodē uelamine scīmonialē eē. postea uō ad nuptias rediit. bonū in uidetur. quia p ypocrisim ecclasticam regulā conturbare uoluit. 7 n̄ legitime i uoto suo p'mansit. ut penitentiā agat de illusione nefanda. 7 reuūtat' ad id quod spopondit. 7 in sacro ministio p'maneat. quod inchoauit. Nā si nō senserimus quod oīa sacramēta ecclastica quisq; put uult. fingat. 7 n̄ uere fatiat. oīs ordo ecclasticus turbabit'. nec catholice fidi iura consistūt. nec canones sacri rite obseruabunt. Qui deni p̄sint simoni mago baptismū sacrū ficte suscipe et inexpiantiate se p'mansurū finxisse. cum p

D. XXVIII

aplm fraude eius detecta quod sibi perfutum eet pnuntiatu fuit. ait. enim. Pecunia tua tecu sit in pdi-tione. cor enim tuum non est rectu coram do. Penitentiam itaque age de hac in iquitate tua et roga dnm ut forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. Ideo tales in res incidant. spiritali gladio percute censemus; non enim fuisse ipsum sed merita sicuti ananias et saphira mittitur fuit et statim perierunt. Item calixtus pp; In sacris ordinibus constituti non ducant uxores.

Presbiteris. diaconibus. subdiaconibus; uxore non duxerit se et monachis concubinas habere seu matrimonia pi ... penitus interdicimus. Contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi et personas ad penitentiam redigi debere iuxta canonum sacrorum diffinitiones iudicamus; Hic distinguendum est. quod uouentium alii sunt simpliciter uouentes. de quibus aug. et theodorus locuti sunt alii sunt, quibus preter uotum accedit. benedictio consecrationis, uel propositum religionis. de quibus ier. nicholaus. et calixtus scripserunt. Unde ieronimus ieronimus scribens ait; Inter sacre uirgines si post

Uirgines que post consecrationem nupserunt. non ita adultere sunt. quam inceste; nubere.

Ecce ostensum est quod nolentes continentiam seruare. nec ad subdiaconatum. nec ad superiores gradus possunt conscendere. Sed ad subdiaconatum accedentes non sine uoto castitatis iubentur admitti. auctoritate beati gregorii. qui scribens petro subdiacono ait; Non fiat subdiaconus qui se caste uiuere

Nullum facere subdiaconum presumant nisi qui promittat. episcopi nisi qui se caste uicturum promiserit. quia nullus ad ministerium altaris accedere debet nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata; Item innocentius .ii. In coniugio constitutum in sacerdotio

Decernimus. ut hii qui in ordine sunt non debent subdiaconatus et supra uxores duxerint aut concubinas habuerint. officio atque beneficio ecclesiastico careant. Cum enim ipsi templum. uasa domini sacrarium spiritus sancti debeant esse et dici. indignum est eos cubilibus et inmunditiis deseruire. Item ex conc. tolleto .v. Caste se uicturos promittant diaconos et presbiteros

Quando presbiteri et diacones. per ordinandi per parrochias constituuntur. oportet eos professionem episcopo suo facere. ut caste et pure uiuant sub timore dei. ut dum eos tales professio obligat uite sancte disciplinam retineant. Item gregorius nobilibus ciuibus neapolis. Qui longam sui corporis continentiam non habet. in episcopum non eligatur;

Priusquam ad nos scripta uestra discurrerent. iohannem diaconum. qui ab altera parte electus est. paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Unde si rationem uoluissent attendere nec alii eum eligere nec ipse debuerat consentire. Nam qua presumptione ad episcopatum audeat accedere. qui adhuc longam corporis sui continentiam filia teste conuincitur non habere. Item ex conc. tolleto .ii. Ad subdiaconatum accessuri continentiam profiteantur.

De his quos uoluntas parentum a primis infantie annis clericatus officio mancipauit. hoc statuimus obseruandum. ut mox detonsi. uel ministerio lectorum contraditi. in domo ecclesie. sub episcopali presentia a preposito ibi debeant erudiri. at ubi octauum decimum etatis sue compleuerint annum coram toto clero plebisque conspectu uoluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur. quibus si gratia castitatis deo inspirante placuerit. et promissionem castimonie sue absque coniugali necessitate spoponderint. seruaturos. hii tamquam appetitores artissime uie leuissimo domini iugo subdantur. ac primum subdiaconatus ministerium habita probatione professionis sue a uicesimo anno suscipiant. quod si inculpabiliter. ac inoffense uicesimum quintum annum peregerint. ad diaconatus officium si idonei adimplere posse ab episcopo probantur. promoueri debent. cauendum est tamen his. ne quando sue sponsionis inmemores. aut ad terrenas nuptias. aut ad furtiuos concubitus ulterius recurrant. Quod si forte fecerint ut sacrilegii rei. ab ecclesia habeantur extranei. Quibus autem uoluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit. concessam ab apostolo licentiam auferre non possumus. ita ut prouecte etatis in coniugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint. ad sacros ordines aspirent. Item ex conc. aurelianensi .iii. In coniugio constitutum ad sacerdotium assumi non debere

Assumi aliquem ad sacerdotium in coniugii uinculo constitutum. non oportet. nisi fuerit premissa conuersio. Item ex conc. eodem. .iii. Non ordinentur diaconi qui castitatem non profitentur.

Preterea placuit ut deinceps non ordinentur diacones coniugati. nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem. Uerum illa priori auctoritate diaconibus uidetur permitti coniugium. cum ad sacerdotium tamen coniugati prohibentur assumi. porro sequenti uidetur permitti auctoritate subdiaconibus; cum diaconibus specialiter precipitur. ut sine protione castitatis non ordinentur. hoc idem in anchiritana sinodo uidetur esse permissum. in qua sic statutum est. Diaconi non prohibeantur a ministerio si in ordinatione dicunt se continere non posse;

bus breuiter monstratum est. Sequitur autem in
descriptione illa apostolica ut sit sobrius qui ordi
nandus est. non uinolentus. quod ex auctoritate
ueteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohi
bentur uinum et siceram bibere ne ebrietate
grauentur corda eorum. ut sensus eorum uigeat semper.
et tenuis sit. ut quia uenter mero estuans faci
le despumat in libidinem. Unde noe ebrietate nu
dauit femora. loth autem quem sodoma non uicit.
uina uicerunt. quod autem uinolentus esse prohibe
tur, non semel sed frequenter uino repletus.
debet intelligi; **H**inc est in canonibus apostolorum
legitur. **Quoniam presbiter episcopus ebrietati et alee**
Episcopus aut presbiter. **deseruiens uel deponetur.**
aut diaconus alee atque ebrietati deseruiens.
aut desinat aut certe dampnetur. Subdia
conus autem aut lector. aut cantor. similia
faciens. aut desinat. aut communione priuetur.
similiter et laicus; **I**tem ier. **Esus carnium**
et uini potus post diluuium concessus legitur
Ab exordio conditionis. **post Christi aduentum inhibitus**
humane. nec carnibus uescebamur. nec daba
mus repudium. nec preputia nobis eripiebant
insignium. et hoc cursu ad diluuium usque
peruenimus. post diluuium autem cum datione
legis quam implere nullus potuit. carnes in
geste sunt ad uescendum. et repudia con ces
sa duritie, et cultellus circumcisionis est appositus.
quasi dei manus plus in nobis creauerit quam
necesse esset. postquam autem Christus uenit in fine temporum
et .o. reuoluit ad .a. l. extremitatem retraxit
ad principium. nec repudium nobis dare permittitur
nec circumcidimur nec comedimus carnes.
dicente apostolo. bonum est uinum non bibere. et carnes
non comedere. uinum enim cum carnibus post diluuium
dedicatum est. **I**tem ex eplis eiusdem. **Alienum**
enim sapiente est potacionibus ebrietatibus
Luxuriosa est res uinum et contumeliosa **uacare**
ebrietas. omnis autem qui cum his miscetur. non erit
sapiens **I**bi michea propheta **Ignominiosum**
est sacerdotem affluere deliciis;
Ecclesie principes qui deliciis affluunt et inter epulas
atque lascivias pudicitiam seruare se credunt.
propheticus sermo describit quod eiciendi sunt
de spatiosis domibus lautisque conuiuiis. Et multo
labore epulis conquisitis. et suis scire quod ei
ciendi sunt propter malas cogitationes et opera sua.
euangelium lege. in tenebras s. exteriores. ubi erit
fletus et stridor dentium. an non confusio et igno
minia est. ihesum crucifixum. pauperem et esurien
tem. farsis predicare corporibus. et ieiuniorum doctrinam
rubentes buccas tumentiaque ora proferre. Si in apostolorum
loco sumus. non solum sermonem eorum imitemur
sed et conuersationem et abstinentiam. **I**dem **de eodem.**
Uenter mero estuans cito despumat in libidines.
ubi ebrietas. ibi libido dominatur et furor. **I**tem
Uinolentum sacerdotem et apostolus dampnat **de eodem;**
et uetus lex prohibet. sacerdotes qui ministrant
in templo dei prohibentur uinum et siceram bibe
re. ne crapula et ebrietate grauentur corda eorum;
sicera hebreo sermone omnis potio nuncupatur;
que inebriare potest. Quicquid inebriat. sta
tum mentis euertit. fuge similiter et uinum
in quo est luxuria; Nolite ait apostolus inebriari uino
in quo est luxuria. qui altario deseruit. uinum
et siceram non bibat. Sponsa Christi uinum fugiat. ut
uenenum uinum et ebrietas. incendium est;
Item. prosper. **De eodem;**
Luxuriam facit et nutrit uini perceptio nimia.
non natura. **I**tem ambr. in sermone de ieiunio
qui ita incipit. Diuinum ad patrem resul
tat oraculum; **In paradiso abstinentia**
post paradisum edendi licentia a cepit;
Sexto die bestie sunt create et cum bestiis orta est
edendi potestas et usus escarum. ubi cibus
cepit. ibi finis factus est mundi. Sibi cepit sua
incrementa nescire. ibi ceperunt diuina cessa

etiam opera feriari. quo uel editio declaratum est quod pectoribus mundus haberet inminui. per quos desinit augeri. et infra. Ut sciamus non esse nouellum ieiunium. Prima illic lege constitutum de ieiunio. et infra. Eo usque nemo praeuaricari nouerat. ut adhuc orta non esset quae prima est praeuaricatio. Interdictum est ieiunium abstinentie. lex a domino data. praeuaricatio legis facta a populo. culpa per cibum. latebra post cibum. Cognitio infirmitatis in cibo. firmitatis uirtus in ieiunio. Serpens gule suadet. dominus ieiunare decernit. Itaque gula a paradiso regnante expulit. abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. et infra. In principio generis humani ignorabatur ebrietas. primus Noe uineam plantauit. dedit naturam. set ignorauit potentiam. Itaque uinum nec suo pepercit auctori. Nullus ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. ubi malum ebrietatis agnouit. iumentum suum ad remedium temperauit. non effudit ad uitium. Manebat autem antequam uinum inueniretur omnibus inconcussa libertas. nemo sciebat a consorte nature sue obsequia seruitutis exigere. non esset hodie seruitus. si ebrietas non fuisset. obrepserat quidem iam fratrne prelationis inuidia. Manebat tamen adhuc paterne pietatis reuerentia. lesa pietas est. dum ridetur ebrietas. Nullus itaque sobriis nocet uina quos temptat. Set illis et apostolus ait. oculis te multa ebriosorum membra nudantur. et infra. legimus etiam quod patrem Loth inebriauerunt filie. in monte ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant. et habitabant in spelunca. fuit itaque ebrietas origo incesti. pessime regnatricis partus detio. At uero Abraam in suo conuiuio ministrabat. set immolabat uitulum. butirum et lac. et angelis hospitibus exhibebat. Recte enim illic deerat materia peccati. ubi erat remissio peccatorum. Denique nuntiauit dominum Iohannes non manducans panem. neque bibens uinum. Qui enim Christum annuntiat. ab omnium uitiorum incentiuo praestare se debet alienum. Item ex concilio Agath. Triginta diebus a communione clericus abstineat quem ebrium fuisse constiterit.

Ante omnia clericis uetetur ebrietas. que omnium uitiorum fomes ac nutrix est. Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit. ut ordo patitur. aut xxx. dierum spatio a communione submoueatur. aut corporali subdatur supplicio.

Eo porteret ordinandum esse prudentem. quod etiam eos notandum est. qui sub nomine simplicitatis excusat stultitiam sacerdotum. prudentem autem oportet episcopum intelligi non solum litteralis peritia. uerum etiam secularium negotiorum dispensatione. Unde in epistola Gelasii pape legitur.

Illitterati et corpore uiciati non promoueantur ad

Illitteratos. aut aliqua parte corporis uitiatos uel inminutos nullus presumat ad clericorum ordinem promouere. quia litteris carens. sacris non potest esse aptus officiis. et uitiosum nichil deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt. Similiter qui se ipsos absciderunt. Item Zosimus papa.

Ad summum non aspiret sacerdotium qui diuinis ecclesiasticis stipendiis non est eruditus.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est inbutus et temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus. nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumat. et non solum in eo ambitio inefficax habeatur. uerum etiam ordinatores eius. careant eo ordine quem contra precepta patrum crediderant presumendum.

Ecce quod sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam. Ut inueni. In Exodo inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore. in quo scribebatur manifestatio et ueritas. quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio ueritatis. Hi sunt et uectes. quibus arca portabatur. iugiter anulis insiti erant. ut cum arca esset portanda. nulla fieret mora de intromittendis uectibus. quia predicatores per quos ecclesia circumfertur. sacris litteris semper debent insistere. ne tunc querant discere. cum ex officio alios debeant docere. Hinc etiam dominus prius ergia Saul domum scientie prebuit. et postea regni amministrationem assecutus est. Salomon quoque non diuitias. non longa tempora huius uite. set sapientiam a deo expetiit et impetrauit. Hinc etiam dominus prius ponit uerba sua in ore prophete et postea constituit eum super gentes et regna dicens ad Ieremiam. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. ecce constitui te super gentes et regna et cetera. Hinc et Malachias ait. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt ex ore eius quia angelus domini exercituum est. Hinc id saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos et interrogans. et postea predicare cepit. quia prius quis debet discere. et postea debet officium predicandi usurpare. Hinc et Salomon ait. prius tempus tacendi. et postea loquendi. quia ueritas prius tacendo discitur. et postea loquendo predicatur. Hinc idem dominus ait. qui audit dicat ueni. Hinc etiam prius apostolos docuit. deinde eos ad predicandum misit dicens. estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit. et scripturas explanauit et postea dixit eis. euntes in mundum et cetera. Unde cum de v. panibus v. milia hominum reficere uellet. prius panes accipiens fregit. et postea discipulis suis dedit. et per eos demum turbis apposuit. quia sacramenta legis

et prophetarum prius differendo exposuit et postea eorum scientiam discipulis tradidit. et tamen per eos illam fidelibus dispensauit. Hinc etiam Petrus cum rectoribus ecclesie scribit et ait. Parati reddere rationem omni poscenti uos. satisfactionem de ea fide et spe que in uobis est. Hinc et Paulus scribens ad Timotheum ait: Attende lectioni et exortationi et doctrine. ex quibus omnibus liquido colligitur. quod non sufficit prelatis bona conuersatio. et morum honestas. nisi addatur scientia doctrine. Unde sacerdotes ingressuri tabernaculum prius lauabantur in labio eneo. quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc etiam in canticis canticorum oculi per quos prelati ecclesie intelliguntur assimilantur columbis. que resident iuxta fluenta plenissima. Hinc etiam in Leuitico. Sacerdotis est legis scientiam habere, ut habetur in Origene.

Si quis uult pontifex non tam uocabulo quam merito esse. imitetur Moysen et Aaron. quid enim dicitur de eis. quia non discedebant de tabernaculo domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini. Quod autem opus erat. ut aut a deo aliquid disceret. aut ipse populum doceret. hec duo sunt pontificis opera. ut aut a deo discat legendo scripturas diuinas et sepius meditando aut populum doceat. Sed illa doceat que ipse a deo didicerit. non ex proprio corde. uel ex humano sensu. sed que spiritus sanctus docet. Est aliud opus quod facit Moyses. ad bella non uadit. non pugnat contra inimicos. sed quid facit. orat. et donec orat uincit populus eius: si relaxauerit et dimiserit manus. populus eius uincitur et fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesie indesinenter ut uincat populus qui sub ipso est. hostes inuisibiles amalechitas. qui sunt demones inpugnantes eos qui pie uolunt uiuere in Christo; Et queritur an secularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in iiii. concilio Carthaginensi iiii. Libros gentilium non legat episcopus.

Episcopus gentilium libros non legat. hereticorum autem pro necessitate aut pro tempore. Item Ieronimus ad Damasum papam de prodigo filio. Reprehenduntur sacerdotes qui omissis euangeliis legunt comedias.

Sacerdotes dei. omissis euangeliis et prophetis uidemus comedias legere. amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare. tenere Uirgilium in manibus: et id quod in pueris est causa necessitatis crimen uidentur in se facere uoluptatis. Idem. In uanitate et obscuritate sensus ambulant qui disciplinis secularibus occupantur.

Nonne uobis uidetur in uanitate sensus et obscuritate mentis ingredi eos qui diebus ac noctibus in dialetica arte torquentur. qui fisicus perscrutator. oculos trans celum leuat. et ultra profundum terrarum et abissi. quodam inane demergit. qui iambum feruet. qui tantam metrorum siluam in suo studio suis corde distinguit et congerit. et ut ad alteram partem transeam. qui diuitias prefas et nefas querit. Quia adulatur regibus. hereditates captat alienas. et opes congregat quas in momento cui sit relicturus ignorat.

Idem in ysaiam: Qui scripturas sacras male intelligunt uel seculari sapientia imbuuntur uino inebriantur efficiuntur.

Uino inebriantur. qui scripturas sacras male intelligunt atque peruertunt. Sicera qui abutuntur seculari sapientia et dialeticorum tendiculis. que non tam uincula sunt appellanda. quam fantasmata. id est umbre quedam et ymagines. que cito pereunt. et resoluuntur. Hec secundum tropologiam pseudoprophetas eos debemus accipere. qui autem scripturarum uerba accipiunt quam spiritus sanctus sonat et diuinos eos quidem coniectura mentis sue et incerta futurorum. quasi uera pronuntiant. absque diuinorum auctoritate uerborum. Idem. qui cum scripturas sacras non intelligunt. ut rei ueritas habet. uuam acerbam comedunt. Idem in epistola ad Ephesios. Reprehenduntur episcopi qui filios suos secularibus litteris erudiunt comedias.

Legant hec episcopi atque presbiteri qui filios suos secularibus litteris erudiunt et faciunt illos comedias legere et mimorum turpia scripta cantare. ecclesiasticis sumptibus forsitam eruditos. et quod in corbonam pro peccato uirgo uel uidua. uel substantiam suam. totam effundens quilibet pauper obtulerat. hoc in kalendarum strennam. et saturnalium sportulam. et minerualem munus gramaticus. et orator. aut in sumptus domesticos. aut in templi stipes. aut sordidum conuertit in lucrum. Heli sacerdos ipse sanctus fuit. sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina et correctione supinus cecidit et mortuus est. Item ex dictis Urbani pape ad Catholicum cap. xl.viii. Omnium inuentorum suorum in dialetica arte disputantes ponunt heretici. que filosophorum sententia diffinitur. non astruendi uim habere. sed studium destruendi. Sed non in dialetica placuit deo facere saluum populum suum. Regnum enim dei in simplicitate fidei est non in contentione sermonis. Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis: Beatus Ieronimus ab angelo uerberatur quia Ciceronis libros legebat.

Legimus de beato Ieronimo. quod cum legeret libros Ciceronis ab angelo est correptus. eo quod uir christianus figmentis intenderet paganorum. Hinc etiam filius ille prodigus in euangelio reprehenditur qui de siliquis quas porci manducabant uentrem suum implere cupiebat. Hinc etiam Origenes. Sinifex et Ianas. quibus egipti percussi sunt dialeticorum garrulitatem et sophistica argumenta intelligit ex quibus

omnibus colligitur. quod non est ab ecclesiasticis secularium litterarum querenda peritia. Greg. Ecce

legitur quod moyses et daniel omni scientia egyptiorum et chaldeorum eruditi fuerint. legitur etiam quod precepit dominus filiis israel ut spoliarent egyptios auro et argento. Moraliter instruens. ut sive aurum sapientie. sive argentum eloquentie apud poetas inuenerimus. in usum salutifere eruditionis uertamus. et in leuitico etiam primitias mellis. id est dulcedinem humane eloquentie domino iubemur offerre. Magi quoque tria munera optulerunt domino. In quibus non nulli tres partes philosophie uolunt intelligi. denique ut in exposicione psalterii. cassiodorus testatur. Omnis splendor rethorice eloquentie. omnes modi poetice locutionis. quelibet uarietas decore pronuntiationis a diuinis scripturis sumpsit exordium. Hinc etiam ambrosius super epistolam ad colosenses. omnis ratio superne scientie. uel terrene creature in eo est. qui est caput earum. et auctor. ut qui hunc cognouit. nichil ultra querat. quia hic est perfecta uirtus. et sapientia. quicquid alibi queritur. hic perfecte inuenitur. In daniele et salomone ostendit infidelibus se auctorem esse totius eloquentie et sapientie. Quod infideles non putant quia non legunt in euangelio. et prophetiis astrologiam. et alia huiusmodi que despecta sunt. quia nichil ualent ad salutem. sed mittunt in errorem. et dum in his student curam anime non habent. Qui uero christum nouit thesaurum sapientie et scientie inuenit quia id nouit quod utile est. hinc etiam ait beda in libro regum. Non prohibentur clerici seculares litteras legere:

Turbat acumen legentium et deficere cogit qui eos a legendis secularibus libris omnibus modis estimat prohibendos. In quibus si qua inuenta sunt utilia quasi sua sumere licet. Alioquin moyses et daniel. sapientia et litteris egyptiorum. et chaldeorum non paterentur erudiri quorum tamen superstitiones simul et delitias exhorrebant. nec etiam ipse magister gentium aliquot uersus poetarum suis uel scriptis indidisset. uel dictis. Cur ergo legi prohibetur que tam rationabiliter legenda probantur. Sed seculares litteras quidam legunt ad uoluptatem. poetarum figmentis et uerborum ornatu delectati. quidam uero ad eruditionem eas addiscunt. ut errores gentilium legendo detestentur. et utilia que in eis inuenerint ad usum sacre eruditionis deuoti inuertant. Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Vnde beatus gregorius quendam episcopum non reprehendit. quia eas didicerat. sed quia contra episcopale officium pro lectione euangelica gramaticam populo exponebat. Hinc etiam ambrosius super lucam. Seculares litteras legendo non ignorentur.

Legimus aliqua ne negligamus. legimus ne ignoremus. legimus non ut teneamus. sed ut repudiemus. Item ier. super epistolam ad titum: Gramatica legenda est ut per eam sacra intelligatur scriptura.

Si quis gramaticam artem nouerit. uel ut dialecticam recte loquendi rationem habeat. et inter uera et falsa diiudicet. non improbamus. Geometria autem et arimetica. et musica habent in sua scientia ueritatem. Sed non est illa scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legere scripturas. et intelligere prophetas. in euangelio credere. apostolos non ignorare. Gramaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad uitam. dum fuerit in meliores usus assumpta. Idem. Exemplo danielis probatur non esse peccatum secularium litterarum eruditionem.

Qui de mensa et uino regis noluit comedere. daniel. ne polluantur. utique si sapientiam atque doctrinam babilloniorum scirent esse peccatum. numquam adquiescerent discere quod non licebat. discunt autem non ut sequantur. sed ut iudicent atque conuincant. Quomodo si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere. imperitus matheseos risui pateat. et aduersus philosophos disputans. si ignorat dogmata philosophorum discant. ergo ea mente dogmata et doctrinam chaldaicam. qua et moyses omnem sapientiam egyptiorum didicerat. Item. si quando cogimur litterarum secularium recordari. et aliqua ex his dicere. que olim omisimus non nostre est uoluntatis. sed ut ita dicam grauissime necessitatis. ut probemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt. tam grecorum. quam latinorum. et aliorum gentium litteris contineri. Item ex sinodo eugenii pape. Magistros et doctores e quibusdam locis. pro congruis locis constituant:

De quibusdam locis ad nos refertur. neque magistros. neque curam inueniri pro studio litterarum. Ideo ab uniuersis episcopis subiectis plebibus. et aliis locis. in quibus necessitas occurrerit. omnino cura et diligentia habeatur. ut magistros et doctores constituant. qui studia litterarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia in his maxime diuina manifestantur. atque declarantur mandata. Item aug. in libro de mathematicis. Auctoritatibus gentilium uel eorum uarietas retundatur.

Si quid uero de christo sibilla uel orpheus aliique gentium uates. aut philosophi dixisse perhibentur. ualet quidem aliquid ad paganorum uanitatem reuincendam. non tamen ad istorum auctoritatem complectendam. quantum enim distat de christi aduentu inter predicationem angelorum et confessionem demonum. tantum inter auctoritatem prophetarum et curiositatem sacrilegorum. Item clemens. Ad intelligentiam sacrarum scripturarum peritia est necessaria:

Relatum est nobis quod quidam in uestris partibus commorantes sanis doctrinis aduersantur. et prout eis uidetur. non secundum traditionem patrum. sed iuxta suum sensum docere uidentur. Multas enim quidam ut audiuimus uestrarum partium in

genosi homines. ex his que legunt uerisimilitudines capiunt. et ideo diligenter obseruandum est. ut lex dei cum legitur non secundum propriam ingenii uirtutem ut intelligentiam legatur et doceatur. sunt enim multa uerba in scripturis diuinis que possunt trahi ad eum sensum quem sibi unusquisque sponte presumpsit. sed non oportet. non enim sensum extrinsecus alienum et extraneum debetis querere. ut quomodo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmetis. sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis. et ideo oportet ad eorum scientiam discere scripturarum qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi seruat traditam. ut ipse possit eam quam recte suscepit. competenter asserere. cum enim ex diuinis scripturis integram quisque et firmam regulam ueritatis susceperit absurdum non erit. si aliquid etiam eruditione communi ac liberalibus studiis que forte in pueritia attigerat ad assertionem ueri dogmatis contulerit. ita tamen ut qui uera didicerit. falsa et simulata declinet. Item ysidorus in libro sententiarum.

Non prohibetur christianus poetica figmenta legere.

Ideo prohibetur christianus legere figmenta poetarum. quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. non enim tantum thura solum offerendo demonibus immolatur. sed etiam eorum dicta libentius capiendo. Et itaque ex premissis auctoritatibus apparet. imperitia sacerdotibus semper debet esse aduersa. quoniam per ignorantiam cecati si aliis ducatum prestare ceperint. ambo in foueam cadunt. unde dicitur in psalmo. obscurentur oculi eorum ne uideant. et dorsum eorum semper incurua. Cum enim obscurantur illi qui preeunt ad ferenda honera peccatorum. facile inclinantur sequentes. Elaborandum est itaque sacerdotibus ut ignorantiam a se quasi quandam pestem abiciant. licet enim seruus nesciens uoluntatem domini sui. et non faciens dicatur uapulare paucis. non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. ait enim apostolus. qui ignorat ignorabitur. quod de eo intelligendum est. qui noluit intelligere ut bene ageret. Unde augustinus ait in libro questionum.

Non omnis ignorantia inmunis a pena est. Ille enim ignorans potest excusari a pena. qui quod disceret non inuenit. illis autem hoc ignosci non poterit. qui habentes a quo discerent. operam non dederunt. Cum itaque uoluntaria ignorantia omnibus sit noxia. sacerdotibus periculosa est. Unde in toletano concilio legitur.

Sacerdotibus maxime ignorantia est uitanda.

Ignorantia mater cunctorum maxime in sacerdotibus errorum dei uitanda est. qui docendi officium in populo dei susceperint. sacerdotes enim legere sanctas scripturas amonent paulo apostolo dicente ad timotheum. attende lectioni et exortationi doctrine semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas et canones. et omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat. atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina. Item ex eodem.

Officiale libellum ab episcopo accipiant presbiteri cum ordinantur.

Quando presbiteri in parrochiis ordinantur. libellum officialem a sacerdote suo accipiant. ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant. ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum uero ad letanias uel ad concilium uenerint. rationem episcopo suo reddant. qualiter susceptum officium celebrent. uel baptizent. Item leo episcopus constantinopolitanus.

Inscientia sacerdotum nec excusatione est digna nec uenia.

Si in laicis uidetur esse intollerabilis inscientia quanto magis in his qui presunt. nec excusatione est digna nec uenia. Item celestinus omnibus orthodoxis episcopis.

Canones non licet sacerdotibus ignorare.

Nulli sacerdotium liceat canones ignorare. nec quicquam facere. quod possit patrum regulis obuiare. Que enim a nobis res digna seruabitur si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur. Item ex dictis sancti augustini.

Que sacerdotibus necessaria sint ad discendum.

Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum. id est sacramentorum liber. lectionarius. antiphonarius. baptisterium. computus. canon penitentialis. psalterium. omelie per circulum anni. dominicis diebus et singulis festiuitatibus apte. ex quibus omnibus si unum defuerit. sacerdotis nomen uix in eo constabit. quia ualde periculose sunt euangelice mine quibus dicitur. si cecus ceco ducatum prestet. ambo in foueam cadunt. Item ex .vii. sinodo.

Oportet scire eum qui est ordinandus.

Omnes psallentes repromittimus. domine in iustificationibus tuis meditabor. non obliuiscar sermones tuos. quod omnes quidem christianos obseruare saluberrimum est. sed precipue hos. qui ecclesiasticam consecuti sunt dignitatem. Unde diffinimus omnem qui ad presulatus prouehendus est gradum. modis omnibus psalterium nosse. ut ex hoc etiam omnis clerus. qui sub eo fuerit. ita moneatur et instruatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano si in promtu habeat legere. scrutabiliter et non transitorie tam sacros canones. etiam sanctum euangelium quam diuini apostoli librum. et omnem diuinam scripturam. atque secundum mandata diuina conuersare. et docere populum sibi commissum. substantia enim nostri summi sacerdotii nostri sunt eloquia diuinitus tradita. id est uera diuinarum scripturarum disciplina. quemadmodum magnus perhibet dionisius. quod si dubitauerit. et ita libenter facere et docere minime spoponderit. nullatenus consecretur. ait enim per prophetam deus. tu scientiam repulisti. et ego repellam te. ne sacerdotio fungaris michi. Item ex concilio cartaginensi .iiii.

De eodem.

Placuit ut ordinatis episcopis uel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur. ne se aliquid contra statuta concilii fecisse peniteat. Item ex ybern.

mus pp. Sacre scripture iheretes non obscurant.

Sicut stellas celi non extinguit, quare mundana nox. sic mentes fidelium inherentes firmamento sacre scripture non obscurat mundana iniquitas. Item ier. in ysaia. Ignoratio

Si iuxta apostolum. scripturarum ignoratio xpi;

paulum xps dei uirtus. et dei sapientia est. Ignorantia scripturarum ignoratio xpi est. Item

gg. in moralib. Adno sciunt et ignorant q

Qui ea que dei, inea quod dixi sapiunt et ignorant sunt sapiunt. a dno sapiuntur. et qui ea que dei sunt nesciunt. a dno nesciuntur. paulo attestante qui ait. Si quis ignorat ignorabitur. Io. Quicumque stultus est in culpa, sapiens erit in pena. Item gg. Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit errare probatur.

Quamuis errare quanta possumus cura cauendum sit. non solum in maioribus: uerum etiam in minoribus rebus. nec nisi rerum ignorantia possit errari. non est tamen consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit. sed si quis se existimet scire quod nescit, pro uero quippe approbat falsum. quod erroris est proprium. Verum tamen interest plurimum; Nam in una eadem que re. et nescienti sciens. et erranti non errans recta ratione preponitur. In diuersis autem rebus. id est cum iste scit alia. et ille alia. et iste utiliora. ille minus utilia. uel etiam noxia quis non illi quem ille scit. ei preferat nescientem. Sunt enim quedam que nescire melius est quam scire;

Scilicet per ignorantiam grammatice artis aliquod uitiosum proferant presbiteri. uel episcopi. non tamen ideo a scolasticis sunt despitiendi. quia morum uitia magis sunt precauenda. quam uerborum. Unde aug. in li. de catetizandis rudibus ait, Non contempnant scolastici ecclesiasticam simplicitatem;

Sedulo monendi sunt scolastici ut humilitate induti xpiana discant. non contempnere, quos cognouerint morum uitia magis quam uerborum aptius deuitare. sed cordi casto linguam exercitatam non audeant conferre. quam etiam preferre consueuerant. hiis enim maxime utile est nosse ita esse preponendas uerbis sententias. ut preponitur animus corpori. ex quo fit. ut ita malle debeant ueriores quam disertiores audire sermones. sicut malle debent prudentiores quam formosiores habere amicos. nouerint etiam non esse uocem ad aures dei. nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt si aliquos antistites. et ministros ecclesie forte animaduerterint, ut cum barbarismis et soloecismis deum inuocare. uel eadem uerba que pronuntiant. non intelligere. perturbateque distinguere. non quia ista minime corrigenda sunt ut populus ad id quod plane intelligit dicat amen. Sed quia pie toleranda sunt

abeis qui didicerint. ut sono in foro. sic uoto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa non nunquam forte bona dictio. nunquam tamen benedictio dici potest. Item ad alexandrinum epm.

De eo dem.

Indignum uehementer existimo. ut uerba celestis oraculi restringam sub regulis donati; Item de uera religione; De eo dem.

Locutio diuinarum scripturarum sed cuiusque lingue proprietatem accipienda est. habet enim omnis lingua quedam propria locutionum genera. que cum in aliam transferuntur. uidentur absurda. Item ier. ad pamachium. Ecclesiastica interpretatio etiam si habet eloquentie uenustatem. dissimulare eam debet et fugere. ut non ociosis philosophorum scolis. paucisque discipulis. sed uniuersa loquatur hominum generi. Item clemens. Episcopus propter obprobrium senectutis aparuit et minimus discere non erubescat;

Nullus eps propter obprobrium senectutis. uel nobilitatem generis. aparuulis. uel minimis eruditis. si quid forte est utilitatis aut salutis. inquirere negligat. Qui enim rebellis uiuit. et discere atque agere bona recusat magis diaboli. quam xpi membrum esse ostenditur. et potius infidelis esse monstratur quam fidelis. Ecce plenarie probatum est. quod sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum quam secularium esse peritos. Nunc autem queritur. an secularium negotiorum oporteat eos habere peritiam. hanc prelatis esse necessariam. multis rationibus probatur. debent namque prelati subditis non solum spiritualia sed etiam carnalia subsidia ministrare. exemplo xpi qui turbas sequentes non solum uerbo docebat. sed etiam uirtute sanabat. et corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prelati hec omnia plene perficere possint. secularium negotiorum oportet eos habere solertiam. ut eorum cautela et ecclesie fuentur in temporalibus. et cuique necessaria, pro suo modo ministrentur. Vnde quidam in epm electus. abeato gregorio, pro sua simplicitate repellitur. ne eius occasione res ecclesie dilapidarentur. Vnde idem scribit nobilibus ciuibus neapolim; Secularium negotiorum imperitum non sit tempus

Petrum diaconum quem a uobis electum asseritis. ordinandum non ut dicitur simplex est. et nostis quia hoc tempore talis in regimine debeteret arce constitui. qui non solum de salute animarum. uerum etiam de extrinseca utilitate. et cautela sciat esse sollicitus. Oportet quod epm esse ornatum et hospitalem. Ornamenta ergo uerba uirtutes debent intelligi. que a dno ei repromittunt. cum dicitur. Sacerdotes eius induam salutari. Vnde in ueteri testamento uariis uestibus ex precepto dni sacerdotes ornati leguntur. quia multimodis uirtutibus debet splendere uita pontificis. ut gradui conferat decorem. que ab eo non accepit. Non enim loca. sed uita. et mores. sanctum faciunt sacerdotem;

C. XXXVIII

C. XL

Solutio. Sciendum quod scisma quamuis fiet heresis non statim cum heresi non permanet, quod extra questione. xx. iiii. cause. capitulo. Inter scisma. innuitur. Dioscorus de quo ibi dicitur. quamuis dicatur non peccasse in fide propter expulsas in fidei articulis non offendit ... diuisus erat ... scisma quod heresis committatur incidit ...

Ad romanorum ecclesia anathematizatus fuit. ut fuerit ibi ecclesia romanorum constantino politanam dicit. que ciuitas noua roma dicitur ... ff. i. c. ... fuit dioscorus.

Inde ex officio suscepto non licentiam peccandi. sed necessitatem bene uiuendi. se noverint assecutos. Unde simachus pp. ait:

Officium sacerdotii non confert sed adimit licentiam peccandi.

Non nos beatum petrum. sicut dicitis. cum ecclesia de coelo cum sedis priuilegio. ut successores eius, peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille quippe perempne meritorum dotem. cum hereditate innocentie transmisit apposteros. Quod illi concessum est pro actuum lucem. ad illos pertinet. quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctorum esse dubitet quem apex tante dignitatis attollit. in quo si desint bona acquisita per meritum. sufficiunt que a loci predecessore testantur. aut enim claros ad hec fastigia erigit. aut qui eriguntur illustrant. Item ieronimus. Filii sunt sanctorum qui exercent opera eorum.

Non est facile stare in loco petri et pauli. id est tenere cathedram regnantium cum christo. quia hinc dicitur. non sanctorum filii sunt. qui tenent loca sanctorum. sed qui exercent opera eorum. Item gregorius. Maior nobilitas non loci uel generis sacerdotes.

Nos qui presumus. non ex locorum uel generis dignitate. sed morum nobilitate innotescere debemus. nec urbium claritate. sed fidei puritate. Idem anastasio presbytero. Non loca uel ordines sed merita

Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt. sed nos aut merita bona coniungunt. aut mala disiungunt. Item iohannes crisostomus. Magnitudo peccati uel dignitatis quemque fortiter deicit.

Homo christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas. aut propter magnitudinem peccati. aut propter altitudinem dignitatis. Item ex gestis bonifatii martyris. Dampnatur apostolicus qui sue et fratrum salutis est negligens.

Si papa sue et fratrum salutis negligens reprehenditur inutilis. et remissus in operibus suis. et insuper a bono taciturnus. quod magis officit sibi et omnibus. nichilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit. primo mancipio gehenne. cum ipso plagis multis uapulaturus in eternum. Huius culpas istic redarguere presumit mortalium nullus. quia cunctos ipse iudicaturus. a nemine est iudicandus. nisi deprehendatur a fide deuius. pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat. quanto suam salutem. post deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. Item augustinus ad ualerianum. Non ordines sed uita munda nos deo commendat.

Ante omnia peto. ut cogitet religiosa prudentia tua. nichil esse in hac uita. et maxime in hoc tempore facilius. et leuius et hominibus acceptabilius. episcopi. aut presbyteri. aut diaconi officio. si perfunctorie atque adulatorie res

agatur. sed nichil apud deum miserabilius et tristius. et dampnabilius. Item nichil est in hac uita. et maxime hoc tempore difficilius laboriosius periculosius, episcopi aut presbyteri. aut diaconi officio. sed apud deum nichil beatius. si eo modo militetur. quo noster imperator iubet. Quis autem sit modus. nec a pueritia nec ad adolescentia mea didici. et eo tempore quo discere ceperam: uis michi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio. ut secundus locus gubernaculorum michi traderetur. qui remum tenere non noueram. Item ysidorus. Corrumpitur et ad terram trahitur sacerdotium nisi legaliter et iuste

Sicut uiri et mulieris digna coniunctio unum facit hominem. et sicut duorum copulatio unum perficit corpus. ita clericatus. et sacerdotium. unum. faciunt presbyterum. et electio. et consecratio unum faciunt episcopum. que omnia unum efficiunt corpus. quod citius corrumpitur. et ad terram trahitur. nisi legaliter conseruetur. nisi iuste uiuendo laudetur. Item ambrosius. Hexameron.

Illud autem aduerte quod extra paradisum uir factus est. mulier intra paradisum. ut aduertas. quod non loci. non generis nobilitate. sed uirtute. unusquisque gratiam comparat sibi. denique extra paradisum. id est inferiori loco. uir factus. melior inuenitur. et illa que in meliori loco. hoc est in paradiso facta est. inferior inuenitur. Item gregorius. Gratia non locus animam saluat.

Quelibet occulta loca sine gratia. animam saluare non possunt. Quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam loth in perpa pessima ciuitate. iustus fuit. in monte peccauit. Sed ista cur dicimus cum maiora nouerimus. Quid enim paradiso iocundius. Quid celo securius. et tamen ex paradiso homo. et angelus de celo peccando cecidit. Idem. Hexameron.

Adam primus homo pro peccato de paradiso electus est. hoc est quia nobilitate dei a se deiecit. nobilitate loci priuatus est. Item iohannes crisostomus. Non est uere sacerdos omnis qui nominatur sacerdos.

Multi sacerdotes. et pauci sacerdotes. multi nomine. et pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram. quia non cathedra facit sacerdotem. sed sacerdos cathedram. non locus sanctificat hominem. sed homo locum sanctificat. non omnis sacerdos sanctus. sed omnis sanctus sacerdos est. Qui bene sederit super cathedram. honorem accipit cathedre. qui male sedit iniuriam facit cathedre. Ideoque malus sacerdos. de sacerdotio suo crimen acquirit. non dignitatem. In iudicio enim sedes. si quidem bene uixeris. et bene docueris. populum institueris. Si bene docueris et male uixeris. tui solius condempnator eris. nam bene uiuendo et bene

docendo populum instruis quomodo vivere debeat, bene autem docendo et male vivendo deum instruis quomodo te debeat condempnare. Idem.

Quicumque desideraverit primatum in terra inveniet confusionem in celo, nec inter servos Christi computabitur qui de primatu tractaverit. nec unusquisque eorum festinet quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui iustior, ille est maior.

Ecce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus; sed preterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet et incessu. habitu, ut nec sordidis nec fulgidis se vestibus ornet. ut enim ait Ieronimus: nec affectate sordes nec exquisite delitie laudem pariunt. Quod tam de vestibus quam de cibus intelligendum est. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana ait: Pro moribus eorum cum quibus vivimus est uti debere alimentis.

Quisquis rebus pretereuntibus restrictius utitur quam sese habent mores eorum cum quibus vivit, aut intemperans aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis utitur ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum sed libido utentis in culpa est. Quod ergo locis et temporibus et personis conveniat, diligenter attendendum est, nec temere flagitia reprehendamus. fieri enim potest ut sine aliquo cupiditatis vitio vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur. Insipiens autem fetidissima gule flamma in vilissimum ardescat. et sanius quisque maluerit more domini pisce vesci quam lenticula more Esau nepotis Abrahe, aut ordeum more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt plerumque bestie, quia vilioribus utuntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi, vel probandum est vel improbandum quod facimus. Item Augustinus super epistolam Iohannis: Non cibus sed appetitus in culpa est.

Delitie quelibet si absque desiderio percipiantur non officiunt, et viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentie. David enim aquam concupitam effudit, et Elias carnem comedit. Idem in libro de verbis domini: Contra sue infirmitatis consuetudinem aliquibus cibis non cogantur divites vivere.

Non cogantur divites pauperum cibis vesci. utantur consuetudine infirmitatis sue, sed doleant aliter se non posse sustentare. Si consuetudinem mutant egrotant. Utantur superfluis, dent inopibus necessaria. utantur preciosis, dent pauperibus vilia. Idem in libro questionum evangelii: Equanimitas tollerandi non usus vel abstinentia ciborum iustitiam facit.

Quod dicit dominus in evangelio: iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientie intelligere nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in equanimitate tollerandi inopiam et temperandi se per habundantiam non se corrumpendi, atque oportune sumendi vel non sumendi ea quorum non usus sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi vivendum est, neque quantum sumas. multum enim interest cum videamus aliorum stomachum citius satiari cibo, et eos tamen illo tempore parvo quo satiantur ardenter et intollerabiliter et omnino turpiter inhiare, alios autem plus parvulo poculo quidem satiari, sed tollerabiliter inopiam preferre, et vel ante horam positas epulas non intrepide aut opus sit aut necesse sit cum tranquillitate aspicere nec tangere. Magis ergo interest non quid vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque persone sue et pro sue valitudinis necessitate quis accipiat, sed quanta facilitate et serenitate animi careat, cum his vel oportet vel necesse est carere, ut illud in animo christiani compleatur quod apostolus dicit: Scio et minus habere, scio et habundare. ubique et in omnibus imbutus sum, et satiari et esurire et habundare et penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat. Item ex c. Gagni.

Temperancia ciborum et vestium non solicitudo eorum laudatur.

Parsimoniam cum veste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum pro corporis diligentiam infucatum laudamus, dissolutos autem et confractos vestibus et incessu non recipimus. pietatem in privatis domibus non concludentes omnem locum in nomine domini edificatum honoramus, et congregationem in ecclesia dei factam ad utilitatem communem recipimus, et bona opera que super vires nostris pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, et omnia que conveniunt traditionibus apostolicis et sanctarum scripturarum preceptis in ecclesia fieri exoptamus. Item Gregorius: Sub specie virtutum sepe se vitia ingerunt.

Sepe se vitia ingerunt et esse virtutes videntur, ut tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitie, remissio pietas velit videri. Item ex concilio Cartaginensi IIII: Meritis fidei et vite non divitiis episcopus auctoritatem querat.

Episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat, et dignitatis sue auctoritatem fide et vite meritis querat. Hospitiolum quoque non longe ab ecclesia habeat. Item ex eodem: Sedeat

D. XLII

Clericus professionem suam et habitu et incessu probet, et ideo nec vestibus nec calciamentis decorem querat. Hinc etiam in libris moralium mores eorum cum quibus vivimus observare monemur. Sic et de indumentis intelligendum est. Unde etiam alibi dicitur: Quisquis contemptis hiis cum quibus vivit lautiora sibi, vel austeriora, preciosis indumenta vel alimenta querit, aut intemperans sui est, aut supersticiosus est. Incessu autem debet sacerdos esse ornatus, ut gravitate itineris mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis, ut Augustinus ait, qualitatem indicat mentis. Unde istoriographus, cum Catelinę eius mutabilitatem describeret, cuius conscia excita curis vastabat mentem, inter cetera hoc notabile esse iudicavit dicens: Incessus eius modo citus, modo tardus. Hospitalem vero sacerdotem esse oportet, ne sibi in iudicio eorum quibus in iudicio dicetur: Hospes eram et non collegistis me. Qui enim apostolum secutus alios ad hospitalitatem debet invitare, quomodo hospitalitatis imitator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Sicut enim sacerdos primum a se ipso et a domestica ecclesia sua debet exigere, quod postea populi sui profectibus imitando Christum ipse debet facere, que postea populum doceat, necesse est ut pauperes hospitio recipiat, ut ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat.

Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam revocet, quomodo Abraham et Loth per hospitalitatis opera deo placere, et angelos hospitio recipere meruerint; quomodo angeli Sodomis hospitalitatis domum ingressi, Loth cum familia sua liberaverint, quorum clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdidit. Quomodo etiam fieret aliena rapere convincitur qui ultra necessaria sibi retinere probatur. Ac sic se per opera pietatis instituat, ut et presentis vite subsidia et eterne claritatis vite premia adeo percipiat. Utrumque enim pietati promittitur, dicente apostolo scribens ad Timotheum ait: Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem est utilis ad omnia, habens promissionem vite que nunc est et future. Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Sicut enim vidua in ecclesia recipi prohibetur, que pauperes non receperit hospitio, que pedes sanctorum non lavit, que omne opus bonum non est executa, multo magis sunt prohibendi a sacerdotio qui ab opere pietatis probantur alieni. Unde quidam hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est: Non sunt despiciendi qui divina pauperibus exhibent.

Siquis despicit eos qui fideliter agapas, id est convivia pauperum exhibent, et propter honorem domini convocant fratres, et noluerint communicare huiuscemodi vocationibus, parvipendens quod geritur, anathema sit.

Hinc etiam Iohannes evangelista in epistola sua quendam Diotrepen excommunicat, qui nec ipse fratres recipiebat, et recipientes de ecclesia eiciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum, sed indifferenter quibuscumque sufficimus hospitalitates nos exhibere debemus. Unde Iohannes Crisostomus in epistola ad Hebreos: Inter recipiendos hospitibus nulla debet esse distinctio.

Quiescamus ab hac absurda curiositate et diabolica et peremptoria. Si enim in deo electum se esse dicat, si sacerdotem se nominat, scrutare. Non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est. Circa maiora periculum vertitur. Non enim dicat si accipis. Sin vero pro nutrimento postulat, non in his examines. Quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator esset circa refugientes ad se, nunquam angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putasset eos angelos, sed cum reliquis repelleret. Sed quoniam omnes recipiebat, suscepit et angelos. Non enim ex vita eorum quos accipis, mercedem tibi retribuet deus, sed ex voluntate et honorificentia multa, ex misericordia et bonitate.

Sed licet ipsa convivia despicienda non sint, tamen nec in ecclesiis celebranda, nec clericos convocatos ad ea partes ex eis sibi tollere oportet. Unde in Laudicensi concilio legitur: Clerici ad agapen vocati partes sibi non tollant.

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos ad agapem vocatos partes tollere, propter iniuriam que ex hac occasione ecclesiastico ordini potest deputari. Item: Sacris locis deo non convivia neque accubitus.

Non oportet in basilicis seu in ecclesiis agapem facere, et intus manducare, vel accubitus sternere. Item ex concilio Cartaginensi III: Nisi ex necessitate clerici in ecclesia non conveniuntur.

Nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviviuntur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant. Populi etiam ab huiusmodi conviviis quantum fieri potest prohibeantur. Item ex dictis beati Benedicti abbatis:

Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur vel condatur, quam quod divinis misteriis conveniat. Item Augustinus:

In oratorio preter orandi et psallendi cultum penitus nichil agatur, ut nomini huic et opera iugiter impensa concordent. Pudicus quoque debet esse sacerdos, ut moribus et verbis pudorem indefinenter exhibeat. Unde in canticis canticorum: Gene sponse, id est predicatores, turturi comparantur, debent enim gratiam docendi habere quia ut iter ait: In uno absque sermone conversatio quantum exemplo prodest tantum silentio nocet. Nam latratu canum et baculo pastorum lupi sunt arcendi. Propterea autem doctrina discretum esse oportet rectorem, ne aut tacenda proferat, aut non tacenda taceat. Unde Gregorius ait:

P

p̃mo dic̃ q̃ p̃dicato᷑ t doctor silenda p̃ferat nec p̃ferenda silebit. fodic̃ q̃ talia p̃ponat q̃ n̄ ... ostendit q̃ ē utilia n̄ debet nimis effũdere. ... n̄ nimiũ ... nec uba supflua dicat. ... ẽ et p̃mo ponit uba p̃phe dñi ea exponit et sic p̃cedit ... tacẽs p ... (p̃ totũ c.)

.o. ẽ eo ... tacet p̃mittit ... ab eo loc̃ et tps̃ ... baptismus

·c·xv· sui pastoralis art; De discretione silentii ⁊ p̃dicationis.

Sit rector discretus in silentio. utilis in uerbo ne aut tacenda p̃ferat. aut p̃ferenda reticescat. nam sicut incauta locutio. in errorē p̃trahit. ita indiscretū silentiū eos qui erudiri poterãt. in errore derelinquid. Sepe nãq; rectores inpuidi hũanam ãmitte᷑ grãm formidantes. loqui libere recta p̃timescunt. et iuxta ũitatis uocem. nequaquã gregis custodie. pastoris studio. sed mercenarior̃ uice deseruiunt. quod ueniente lupo fugiunt. dũ se sub silentio abscondunt. hinc nãq; eos p p̃pham dominus increpat dicens in ysaia. canes muti non ualentes latrare. hinc rursus queritur dicens in ezechiele. non ascendistis ex aduerso. neq; posuistis uos murũ. p domo isrl̃. ut staretis in p̃lio in die dñi. Ex aduerso quippe ascende ē. p defensione gregis. uoce libera huius mundi potestatib; contraire. et in die dñi in p̃lio stare ē. p̃uis decertantib; ex iustitie amore resistere. pastori enĩ recta timuisse dicere. quid ē aliud quã tacendo terga p̃buisse qui nimirum si p grege se obicit. murũ p domo isrl̃ hostib; opponit. hinc rursus delinquenti p̃plo dicit in ieremia p̃phe. tui uiderunt tibi falsa et stulta. nec aperiebant iniquitatē tuam. ut te ad penitentiã p̃uocarent. p̃phe quippe in sacro eloquio. nũquã nõ doctores uocantur. qui dũ fugitiua ēē p̃sentia indicant. que uentura sint manifestant. quos diuinus sermo falsa uidere redarguit. quia dũ culpas corripere metuunt; incassũ delinquentibus p̃missa securitate blandiuntur. qui iniquitatem peccantiũ nequaquã aperiunt quia ab increpationis uoce conticescunt. Clauis quippe apertionis ē. sermo correptionis. quia increpando culpã detegit. quam sepe nescit ip̃e qui p̃petrauit. hinc ⁊ paulus ait. adtitum. Ut potens sit exortari in doctrina sana. et eos qui contradicunt redarguere. hinc p malachiã dicit. labia sacerdotis custodiunt sciãm. et legē requirunt ex ore eius. quia angls̃ dñi exercituũ ē. hinc p ysaiã dominus ammonet dicens. Clama ne cesses. sicut tuba exalta uocē tuam. p̃conis quippe officiũ suscipit. quisquis ad sacerdotiũ accedit. ut ante aduentũ iudicis qui t̃ribilit̃ sequit̃ ip̃e s. declamando gradiatur. Sacerdos g̃ si p̃dicationis ē nescius. quã clamoris uocē daturus ē. p̃co mutus. hinc ē enim quod in actib; aplor̃. sup pastores p̃mos in linguarũ sp̃e. sp̃s s. insedit. quia nimirũ quos repleuit. de se p̃tinus loquentes facit. hinc moysi p̃cipitur. in exodo. ut tabernaculũ sacerdos ingrediens. tintinabulis ambiatur; Ut uidelicet uoces habeat p̃dicationis. ne supni inspectoris iudiciũ ex silentio offendatur; Scriptum quippe ē ut audiatur sonitus qñ ingredit̃ sc̃uarium. in conspectu dñi. et non moriatur. Sacerdos nãq; ingrediens uel egrediens moritur. si de eo sonitus non auditur. quia irã c̃ se occulti iudicis exigit. si sine p̃dicationis sonitu incedit. Apte aũt tintinabula uestimentis illius describuntur inserta. uestimẽta etenĩ sacerdotis quid aliud quã recta op̃a debemus accipe. p̃pha testante qui ait in psalmo. c.xxx.vi. Sacerdotes tui induantur iustitia. Uestimẽtis itaq; illius tintinabula inherent. ut uite uiã cũ lingue sonitu ip̃a quoq; opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendũ p̃pat; sub quanto cautele studio loquatur. adtendat; ne si inordinate ad loquendũ rapitur. erroris uulnere audientiũ corda feriantur. Et cum fortasse sapiens ē se uideri desiderat. unitatis compagē insipienter abscidat. hinc nãq; ueritas dicit in marco; Sal in uobis. et pacē habetis inter uos; p sal quippe. ũbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur magnope metuat. ne eius eloquio audientiũ unitas confundatur. hinc paulus ait. ad romanos. n̄ plus sapere quã oportet sape. s; sape ad sob. hinc in exodo sacerdotis ueste iuxta diuinã uocē tintinabulis. mala punica coniunguntur. Quid enĩ p mala punica. n̄ fidei unitas designatur. nã sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana uniuntur. sic innumeros sc̃e eccle p̃plos unitas fidei contegit. quos intro diuersitas meritor̃ tenet. ne igitur rector incautius ad loquendũ p̃ruat. hoc quod iã p̃misimus. p semet ip̃am discipulis ueritas clamat in marco. habete sal in uobis. ⁊ pacē inter uos. ac si figurate p habitũ sacerdotis dicat. mala punica tintinabulis iungite. ut p omne quod dicitis. unitatē fidei cauta obs̃uatione teneatis.

P̃uidendum ē. quoq; sollicita intentione rectorib; ut ab eis n̄ solum praua nullo mõ; sed nec recta quidē nimie et inordinate p̃ferantur. quia sepe dictor̃ uirtus p̃ditur. cum ap̃ corda audientiũ loquacitas incauta oportunitate leuigatur. et auctorē suũ hec loquacitas inquinat. que seruire auditorib; ad usũ p̃fectus ignorat. Unde bene p moysen dr̃. in leuitico. Uir qui fluxũ seminis patit̃. inmundus erit. In mente quippe audientiũ semen secuture cogitationis ē audita qualitas locutionis. quia dũ p aurē sermo concipitur. cogitatio in mente gñatur. Unde ⁊ ab huius m̃ sapientib; in actib; aplor̃ p̃dicator egregius seminiubi ē uocatus quin gerius seminis sustinet. inmũdus asserit̃ quia multi loquio subditus ex eo sese inquinat. quod si ordinate p̃meret. plem recte cogitationis. edere in audientium corda potuisset. dũq; incautus p loquacitatem defluit. non

improuisatur ... (?)
uotũ facē ut di. xxxiij. diacon̄
licetiã dare. ut di. xxxiij. diacon
... ut di. lx. ... c. xxxij. q. v. c. xij. ... satis
offerre. ut. xx. q. ij. c. ...
occidere. ut. i. c. c. ephesus

ad usum gentis, sed ad inmunditiam scandi fundit. Unde Paulus quoque cum discipulum de instantia predicationis admoneret, dicit ad Timotheum in epistola II: Testificor coram Deo et Christo Ihesu, qui iudicaturus est uiuos et mortuos, et per aduentum ipsius et regnum eius, predica uerbum, insta oportune et inportune. Dicturus importune premisit oportune, quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua uilitate se destruit, si habere importunitas oportunitatem nescit.

Item Origenes. Predicatoribus sacramentorum communio...

In mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem inquiramus prius quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus. Quanto magis nosse oportet quisquis ille sit, cui inmortalitatis cibi credenda sunt? Solliciti enim debemus esse, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Si ob alias causas utile est uiri huiusmodi habere noticiam. Sic enim scias quia in his de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est et inculpabilis est, hoc est si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis et humanus est, que utique bona nullus ambigit, tunc consequens uidebitur, ut ei qui optinet uirtutum bona etiam quod decet fidei et scientie conferatur. Et in quibus maculari uita eius uidebatur, que est in reliquis probabilis, emendetur. Si uero que in his palam sunt peccatis inuolutus permanet et inquinatur, non me oportet aliquid de secretioribus et remotis diuine scientie proloqui, sed magis prestari et conuenire eum, ut peccare desinat, actus suos a uitiis emendet. Quod si ingesserit se et prouocauerit nos dicere que eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nichil omnino respondere auditorum causa utile non uidetur, ne forte estiment nos responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum ledatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus. Verba predicationis persecutoribus suis prelati non subtrahant.

Scimus autem multos odio infestare doctores suos, ut eos perdant et placita praue uoluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores in quantum uires sibi suppetunt arrepta emulatione et bona intentione deinde recedere debent. Scientes quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Item Gregorius Uenantio episcopo. Non est mundus a sanguine subiectorum qui eis consilium Dei non annuntiauerit.

Ephesiis Paulus dicit: Mundae sunt manus mee a sanguine omnium uestrum. Non enim subterfugi quominus annuntiarem uobis omne consilium Dei. Omnino ergo a sanguine eorum non esset, si eis consilium Dei annuntiare noluisset, quia cum increpare delinquentes noluit, eos procul dubio tacendo pastor occidit.

Item Nicholaus papa. Eterne dampnationis penam incurrit predicator qui semen diuini...

Dispensatio est nobis celestis seminis iniuncta: ue si non sparserimus, ue si tacuerimus. Quod cum electionis uas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde sicut non leue discrimen incumbit pontificibus siluisse quod congruit, ita his quod absit non mediocre periculum est, qui cum debeant parere despiciunt.

Pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis et negligentibus secreta ministeria sua predicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet que ab auditoribus intelligi non ualent, non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Unde in expositione Beati immaculati: Uitium est animi indignis secreta uulgare, quod fit uel loquacitate incauta, dum sine iudicio uolat irreuocabile uerbum, uel adulatione, ut ei placeat cui secreta reuelat, uel iactatione scientie, ut plura scire uideatur.

In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debet esse discretio in predicatione sacerdotis, qua si forte caruerit, tanquam torto naso sacerdotalis officii iudicatur indignus. Cum autem uiolentus esse prohibetur, gule intemperantia nequaquam dicitur permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur et uoracitas permittitur; utrumque enim inter opera tenebrarum apostolus connumerat, scribens Romanis: Non in comessationibus et ebrietatibus. Uentris namque ingluuies ad luxuriam facile prouocat, et omne bonum opus dissoluit. Unde uenter et genitalia sibimet ipsis uicina sunt, ut ex uicinitate membrorum confederatio intelligatur uitiorum. Hinc etiam Nabuzardan princeps coquorum muros Ierusalem destruxisse legitur, quia uentri cum multitudo coquorum deseruit, edificia uirtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altario uiuere, non luxuriari queritur. Unde ait Ieronimus: O sacerdos, de altario uiuere, non luxuriari permittitur. Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxie, qui festiuos et sollempnes dies non aliter digne se celebrare putant, nisi comessationibus deseruiant.

Unde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum: Non est uacandum comessationibus et ebrietatibus.

Comessationes et ebrietates ita concesse et licite putantur, ut in honore beatissimorum martirum non solum per dies sollempnes, quod unusquisque non lugendum uideat qui hec non carnis oculis inspicit, sed etiam cotidie celebrentur. Et post pauca: Non ergo aspere, quantum estimo, non duriter, non modo inperioso ista tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum, et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando uindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro

x. Nabuzardan princeps cocorum regis Babillonie. Nabugodonosor. Iste Nabuzardan princeps cocorum regis Nabugodonosor capto Sedechia rege Iudeorum et exoculato et ducto in Babillonia et capta Ierusalem...

sermone timeatur. Itaque plus mouebuntur spiritales ut spiritualibus primi quorum aucto ritate lenissimis quidem se instantissimis amonitionibus ceterarum multitudo frangatur. Item ex concilio laudicensi. Nulli clericorum aut continentium tabernas licet intrare.

Non oportet seruientes clericos a presbiteris usque ad diaconos et deinceps ordinum ecclesiastici omnis usque ad ministros aut lectores aut exorcistas aut hostiarios aut psalmistas aut eos qui in proposito continentie sunt tabernas intrare. Item ex vi. sinodo. Deponatur clericus qui tabernas aut ergasterium habere uoluerit.

Nulli clerico licet tabernas aut ergastium habere. Si enim huiusmodi tabernas ingredi inhibetur quanto magis aliis ministrare in ea. Si quis uero tale quid fecit aut cesset aut deponatur. Item ex concilio carthaginensi iii. Nisi necessitate conpulsi clerici tabernas intrare non debent.

Clerici edendi uel bibendi causa tabernas non ingrediantur nisi peregrinationis necessitate conpulsi. Item Gregorius Natali episcopo. Corripiendus est episcopus qui conuiuiis occupatur.

Multis ab urbe tua uenientibus frater karissime didici pastorali cura derelicta soli te conuiuiis occupatum. que audita non crederem nisi hoc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas nequaquam exortationi uigiles sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores hoc est in testimonium quod eis sub quibus es positus reuerentiam nescis. Item ad eundem. De eodem.

Conuiuia que ex intentione inpendendae caritatis fiunt recte ut nostra fraternitas in suis epistulis laudat. Sed tamen sciendum est quia tunc ex caritate uera ciunt poterunt cum in eis nulla absentium uita mordetur, nullus ex inrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabule sed uerba sacre lectionis audiuntur. cum non plusquam necesse est seruituro corpori sed sola infirmitas reficitur ut ad usus exercende uirtutis habeatur. hec itaque si uos in uestris conuiuiis agitis, abstinentium fateor magistri estis. Item ex concilio laudicensi. De eodem.

Nullus presbiterorum quando ad anniuersarium diem xxx. aut vii. et iii. alicuius defuncti aut quacumque uocatione ad collectam presbiteri conuenerint se inebriare ullatenus presumat nec precari in amore sanctorum uel ipsius anime bibere aut alios adbibendum cogere uel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus et risus inconditos uel fabulas inanes ibi referre aut cantare presumat, uel turpia ioca uel urso uel tornatricibus tornatricibus ante se fieri consentiat quia hoc diabolicum est et sacris canonibus prohibitum. Item ex eodem. De eodem.

Quando autem conueniunt presbiteri ad aliquod conuiuium aliquis prior illorum uersum ante mensam incipiat et cibum benedicat et tunc secundum ordinem sedeant alternis clericis aliquid de sacra scriptura legat et post refectionem similiter ymnum dicant ad exemplum domini sicut in cena fecisse legitur. Et se contineant omnes presbiteri maxime in talibus locis, ut non uituperetur ministerium illorum. Item ex eodem.

Quando presbiteri simul conueniunt post peractum diuinum ministerium et necessariam collectionem non quasi ad plenam refectionem sed quasi ad prandium ibi ad tabulas resideatur ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem corda eorum grauentur quia indecens est et honerosum; sepe enim tarde ad ecclesiam redeuntes maius dampnum de reprehensione consequuntur uel de contentione mutua contrahant quam lucrum ibi faciunt. Nam de huiusmodi conuentu paulus corinthios reprehendit qui inconuenienter cenam dominicam manducare conueniebant. Sic et qui ad cenam dominicam id est ad collectionem ubi sub occasione ueniunt et ebrietate uentris causa coniunguntur reprehensibiles coram deo et hominibus habentur. et ideo precipimus omnibus qui uoluerint panem cum caritate in domo fratris sui simul cum eo frangant et singuli singulos bibere faciant maxime uel tertiam uicem poculum non contingant; et sic ad ecclesias redeant. Item ex concilio laudicensi. Xenia ex symbolis conuiuia non celebrent.

Non oportet ministros altaris uel quoslibet clericos aut laicos xenia ex symbolis que uulgo commissalia appellantur conuiuia celebrare. Item ex concilio tolletano iii. Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus conuiuiis semper admisceatur.

Pro reuerentia dei et sacerdotum id uniuersa constituat sinodus ut quia solent crebro mensis otiose fabule interponi in omni sacerdotali conuiuio diuinarum scripturarum lectio misceatur. per hoc enim et anime edificantur ad bonum et fabule non necessarie prohibentur. Item ex concilio martini pape. De offertis nec conuiuia facere nec ante horam diei tertiam clericus non licet comedere.

Non liceat sacerdotes uel clericos sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. nec oportet clericos uel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquem clericos nisi ymno dicto commedere panem et post cibos gratias auctori deo referre. Gratianus. Si ergo laici comessatione dampnabiles sunt, multo magis sacerdotibus inputantur ad gehennam. uenter enim pinguis ut ieronimus ait crassum sensum generat. cum sacerdotalis sensus semper uigilare debeat, et tenuis atque ideo edacitatis uitio obnoxii in sacerdotes ungi non debent. hi enim ut ait Gregorius in moralibus quia adhuc uitiorum bello subiacent nequaquam predicationis usum preesse magisterio ceterorum debent.

D. XLV

Sequitur non percussorem. non enim oportet

epm ita irascibilem ee et pturbati sensus. ut peruat. qui debet ee patiens. s. sequatur eum quod sum posuit ad flagella. Unde gg. scribit iohi epo constantinopolitano. Ubor correctione non uideat deepis. liberibus timeri debet eps.

Quid aut de epis qui liberius timeri uolunt. canones dicant. bene fratnitas uestra nouit. Pastores enim facti sumus non pcussores. psecutores. egregius pdicator dicit. argue. obsecra. increpa. cum omi patientia et doctrina. noua uero atque inaudita e ista pdicatio. que uerberibus exigit fidem. Item in quodam concilio.

Nemine. quisquam peccante clericum uerberare contingat. non pbr. diacone. non eps clericum. ut fuitore eccle ad cede pducat. Quod si ita causa exigit. i. si incorrigibilis extiterit. clericus triduo puetur honore. ut penitens redeat. ad matrem ecclam. Idem pascasio epo neapolim. Non asperis s. blandis.

Qui dicis ad fidem ubi sunt aliqui puocandi

Qui sincera intentione extraneos a xana religione. ad fidem cupiunt recta adducere. blandimentis debent non aspitatibus studere. ne quorum mentem reddita ratio aplano potat reuocare pellat pcul aduersitas. nam quicumque aliter agunt. et eos sub hoc uelamine a consueta ritus sui uolunt cultura remouere. suas illi magis quam dei pbantur causas attendere. Judei siquidem neapolim habitantes questi sunt nobis asserentes quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum sollempnitatibus irrationabiliter nitantur arcere. ne illis sit licitum festiuitatum suarum sollempnia colere. sicut eis nunc usque et parentibus eorum longis retro tpibus licuit obseruare. quod si ita se ueritas habet. supuacue rei uidentur operam dare. nam quid utilitatis e quando et si contra longum usum fuerint uetiti ad fidem illis conuersionem nil pficit. aut cur iudeis qualiter cerimonias suas colere debeant regulas ponimus. si per hoc lucrari eos non possumus. agendum e ergo ut potius ratione et mansuetudine puocati. sequi nos uelint non fugere. ut eos ex eorum codicibus ostendentesque dicimus. ad sinum matris eccle deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fratnitas tua eos monitis prout potuerit deo adiuuante ad conuertendum accendat. et de suis illos sollempnitatibus inquietari denuo non pmittat. sed omnes festiuitates feriasque suas sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum plonga colentes retro tpa tenuerunt. liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam. Idem uniuersis

epis p galliam et erupam. et germaniam constitutis. Non seueritate s. beniuolentia subditos placet.

Licet plerumque accidant sacerdotibus in corripiat. que sunt rephendenda. plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia. quam seueritas. plus cohortatio. quam commotio. plus caritas quam potestas. cum nemo nrm sine rephensione. aut sine peccato uiuat. nam si dns statim post trinam negationem beatum petrum aplm preceptorem nrm iudicasset. non tamen ex eo fructum sicut fecit recepisset. expectandi g atque corrigendi magis sunt rectores eccle. quam stati iudicandi. Unde necesse e quoque negotia ecclastica p multarum experimenta causarum. solliciti pspici et diligenti pcaueri. quatinus per spm caritatis et pacis. omnia scandalorum et psumptio uiciorum atque oppsio simplicium fratrum. decretalis dni auferant. et sic non uult quisquam fratrem scandalizari. iudicio pgrauari. ita non audeat alii inferre. quod sibi non uult fieri; Iudei non sunt cogendi ad fidem. quam tamen si inuiti susceperint. cogendi sunt retinere.

Unde in toleto. e iiii. statutum e. Sic non s iudi ad fid cogendi ita non usus abea recedere pmittat.

De iudeis aut pcepit sca sinodus nemini deinceps ad credendum uim inferri cui enim uult deus miseretur. et quem uult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt. s. uolentes. ut integra sit forma iusticie. Sicut enim homo pprii arbitrii uoluntate serpenti obediens periit sic. uocante se gra dei pp mentis conuersione. quisque credendo saluat. Ergo non ui. s. liberi arbitrii uoluntate. et facultate. ut conuertantur suadendi sunt. non potius impellendi. Qui aut iam pridem ad xanitatem coacti sunt. sicut factum est tpibus religiosissimi principis sisebuti. quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos et baptismi gram suscepisse. et crismate unctos ee. et corporis dni extitisse participes. oportet ut fidem quam ui. ut necessitate susceperunt. tenere cogant. ne nomen dni blasphemet. et fidem quam susceperint. uilis ac contemptibilis habeatur. Item leo pp epis. Beniuolentia plus quam seuitas erga corrigendos agat.

Licet non numquam accidant. que in sacerdotalibus sunt rephendenda personis. plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia. quam seueritas. plus cohortatio quam commotio. plus caritas. quam potestas. Sed ab his qui que sua sunt querunt. non que ihu xpi facile ab hac lege discedit. et dum dnari magis quam consulere subditis placet. honor inflat in supbiam. et quod puisum e ad concordiam tendit. ad noxam. Item ex canone aplorum. Deiciat ab offo diaconus pbr et eps uerberibus timeri querens.

Epm. aut pbrm. aut diaconem percutientem fideles delinquentes. aut infideles inique agentes. et p huiusmodi uolentem timeri deici ab offo suo pcipimus. quia nunquam hoc nos docuit. econtrario ipse cum percuteretur non percutiebat. cum malediceretur. non maledicebat. cum pateretur non comminabatur. Item ex co bracarensi. Non uerberibus s. uerbis subditos epi corripiat.

Cum beatus paulus apls arguere et obsecrare. ut increpare in omni patientia pcipiat. extra

hanc doctrinam. Novimus quosdam ex fratribus tantis fecibus inhonoratos esse velle videre, quantum potant latrocinantium promereri personae, et eos qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est presbyteri, abbates sive levitae, qui exceptis gravioribus et mortalibus culpis nullis debent verberibus subiacere. Non est dignum ut passim unusquisque praelatus honorabiliora membra sua prout voluerit et ei placuerit verberibus subiciat et dolori, ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dicit: Leviter castigatus reverentiam exhibet castiganti, asperitatis autem nimie increpatio nec increpationem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter quam dictum est praedictos honorabiles subditos licentia percepte potestatis elatus malitia tamen crudelius verberandos iuxta modum suum quam intulerit, excommunicationis pariter et exilii sententiam sustinebit. Salomon vero econtra ammonet dicens: Percute filium tuum virga et liberabis animam eius a morte. Hinc etiam beatus Gregorius scribit in dialogo beatum Benedictum quendam monachum virga percutiendo sanasse, quem credam ammonitione curare non poterat. Hinc etiam Christus flagello facto de resticulis male versantes in templo flagellavit et de orationis domo eiecit. Hinc etiam Paulus apostolus fornicatorem illum corporali cecitate dampnavit. Hinc etiam in canonibus pueri, quia non rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubentur. Virgines quoque si religionis veste deposita aliis se copulaverint, ergastulis retrudi praecipiuntur. Hinc etiam Gregorius in moralibus scribit, l. xxx. parte iiii. xi. cap.

Disciplina non est facienda sine misericordia nec misericordia sine disciplina.

Disciplina vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet rectoribus et iuste consulens misericordia et pie saeviens disciplina. Hinc est quod semivivi illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, et vinum adhibetur et oleum, ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur, quatinus unusquisque qui sanandis vulneribus praeest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis; per vinum mundantur putrida, per oleum sananda foventur. Miscenda est ergo lenitas cum severitate; faciendum est quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi archa significat, in qua cum tabulis virga simul et manna est. Quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore si est virga districtionis, sit et manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur et baculo sustentamur. Si ergo est districtio iusticie que feriat, sit et consolatio baculi que sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non inmoderate saeviens; sit pietas, sed non plusquam expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum severitate sociatam. Videamus amantem pie et districte saevientem. Certe Israeliticus populus ante Dei oculos pene inveniabilem contraxisset offensam, ita ut eius rector audiret: Descende, peccavit populus tuus, ac si ei divina vox diceret: Qui in tali peccato lapsus est, iam non est tuus. Atque subiungitur: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos faciamque te in gentem magnam. Ille semel et iterum pro populo, cui praeerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo in quo scripsisti. Pensemus ergo quibus visceribus eundem populum amavit, pro cuius vita de libro vitae deleri se petiit. Sed tamen iste qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpam pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut culpe venia daretur obtinuit, zelo rectitudinis succensus inquid: Ponat vir gladium super femur suum. Ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum. Cecideruntque in die illo quasi xxiii. milia hominum. Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit igne amoris, foris accensus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas ut se pro illis coram domino morti offerre non dubitaret; tanta severitas, ut eos quos divinitus feriri timuerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos quibus prefuit, ut pro eis nec sibi parceret, et tamen delinquentes sic persecutus est quos amavit, ut eos etiam domino parcente prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator ammirabilis. Causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans divine ire supplicando obstitit, foris saeviens culpas feriendo consumpsit. In regimine ergo utrumque Moyses miscuit, ut nec disciplina deesset misericordie, nec misericordie disciplina. Unde quoque hic iuxta utramque virtutem dicitur: Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator. Sedere quippe circumstante exercitu vigor est discipline regiminis, merentium vero corda consolari est ministerium pietatis.

Item. **Iuste iudicans misericordiam cum iusticia [illegible].**

Omnis qui iuste iudicat stateram in manu gestat, in utroque penso iusticiam et misericordiam portat, sed per iusticiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat penam, ut iusto libramine quedam per equitatem corrigat, quedam vero per miserationem indulgeat. Quibus iudicia decretis suis proponit semper timens et tremens.

testatem sup eum h[abe]t alliq[ui]s e[ss]e iniuriat[us] ... nulla pena ualet ... nullo capitulo intelligitur. Seditionarios porro si legitima potestate fungitur ... offensa, no[n] ... similem pe[na]m ei qui lesetur imponet sicut meo capitulo intelligitur ... querelas. nec ... nouissimum suppli...

in omni negotio formidat. nec de iustitie tramite oculos cadat. et ui[de]n[s] non iustificatur in potius contemp[ne]tur. Item aug. i[n] enchiridion: Qui remittit et corripit eq[ue] miseret[ur].

Et qui emendat uerbere in que[m] potestas dat[ur], uel coh[er]cet disciplina. et t[ame]n peccatum eius q[uo] ab illo lesus aut offensus e[st] dimittit ex corde. uel orat. ut ei dimittatur. non solu[m] in eo quod dimittit atq[ue] orat. ueru[m] etiam in eo quod corripit. et aliqua emendatoria pena plectit. elimosina[m] dat. quia m[isericordi]am p[re]stat. Multa enim bona p[re]stant[ur] inuitis. qu[an]do eor[um] consulitur utilitati n[on] uoluntati. quia ipsi inueniunt[ur] inimici e[ss]e. Sunt eni[m] multa g[e]n[er]a elimosinaru[m]. de quibus alibi ait. De multiplici genere elemosi[ne].

Tria sunt g[e]n[er]a elimosinarum. una corporalis. nat. egenti dare quicquid pot[er]is. alia sp[irit]ual[is]. dimitte[re] a quo lesus fu[er]is. t[er]tia delinquentes corrigere. et errantes in uia[m] reducere ueritatis. Item aug.

Q[uod] helemosine corpali p[re]fert[ur] elimosina cordis.

Due sunt elimosine. una cordis. alia pecunie. Elimosina cordis e[st]. dimitte[re] a quo lesus es. Nam dare aliquid indigenti. aliqu[an]d[o] quer[er]is et non habes. indulgere peccanti quantu[m] uolueris reddundat tibi. Elimosina cordis multo maiore[m] q[ua]m elimosina corporis. caritatis elimosina sine terrena su[bst]a[nt]i[a] corripit sufficit. Illa u[er]o que corporaliter dat[ur], si sine benignitate cordis tribuitur o[mn]i[n]o non sufficit.

Ex his o[mn]ib[us] apparet quod nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis. nec z[elus] iustitie rectitudinis sine ma[n]suetudine in p[re]latis debet inueniri. percussores g[ener]ale qui p[re]missis auctoritatib[us] ep[iscop]ali ab ep[iscop]ali off[ici]o remouentur. non quilibet corporaliter flagellantes. s[ed] p[re]termissa mansuetudine ad u[er]b[er]a semp[er] parati intelligendi sunt. qui per flagella non uitia corrigere. s[ed] timeri appetunt. quib[us] petrus scribit. Nec sitis d[omi]nantes in cl[er]o. s[ed] forma facti gregis ex animo. Hinc e[ti]a[m] gg. in moralibus l. x.viiii. parte iiii. cap. xxiii. Mansuetudo et districtio abinuice[m] n[on] separetur.

Sunt nam[que] non nulli ita districti. ut omnem mansuetudine[m] benignitatis amittant. et sunt non nulli ita mansueti. ut perdant districti iura regiminis. Vn[de] cunctis rectorib[us] utraq[ue] summope[re] sunt tenenda. ut nec in discipline uigore benignitatem mansuetudinis. nec rursu[m] in mansuetudine districtione[m] desera[n]t discipline. Quatenus nec a conpassione pietatis obdurescant. cu[m] contumaces corrigunt. nec discipline uigorem molliant. cu[m] infirmor[um] animos consolantur. Regat [er]g[o] uig[or] discipline mansuetudine[m]. et mansuetudo ornet sermone uigore[m]. et sic alteru[m] com[m]endetur ex altero. ut nec uigor sit rigidus nec mansuetudo sit dissoluta. Item: Vere iustus miseris con[passionem]

I... importabit. ut in illo capitulo demonstratur. ... accendis. nec librum mutilabit. ... qui[bus] ... castigatione ... adeo ... admodum ... uindicta reseruanda. et ad ... superiorem iudicem ... deferenda.

Patitur delinquentibus indignatur.

[V]era iustitia conpassionem habet. falsa uero dedignationem. Quamuis et iusti soleant recte peccatorib[us] indignari. s[ed] aliud e[st] q[uod] agitur typo superbie. aliu[d] e[st] quod genitur zelo disciplinę. Indignantur et enim. si non dedignantur. atq[ue] e[contra] h[ii] qui de falsa iustitia sup[er]bire sol[ent] ceteros q[ui]q[ue] despiciunt. nulla infirmantib[us] m[isericordi]a condescendunt. et quo se peccatores e[ss]e n[on] credunt. eo deterius peccatores fiunt. Item ier[onimus] in ieremia.

Peccantes mansuetudine p[er]uocet n[on] au[steritate].

Recedite inquiunt polluti. recedite. [Secundum] autem abite. nolite nos tangere. nolite nobis co[m]municare. s[ed] talis loquela non illuminat cecum. non sanat egrotum. non curat infirmum. s[ed] mag[is] occidit. atq[ue] in desperatione periclitante[m] mittit. Boni et eni[m] rectores e[x] sua infirmitate alior[um] infirmitates pensantes. mag[is] p[er] humilitatis et mansuetudinis la[qu]amentu[m] student peccantes ab erroris laqueo eru[er]e. qua[m] p[er] austeritate[m] in foueam p[er]ditionis nutantes p[ro]pelle[re]. Vn[de] doctor gentium factus su[m]. inquid infirmus infirmis. Idem: In p[o]p[u]l[u]m ira dei se[u]it cu[m] p[re]dicator delinquentes palpat n[on] corripit.

Sed illud non ociose t[ra]nscurrendu[m] e[st] quod uno peccante. ira dei sup[er] omne[m] p[o]p[u]l[u]m uenit. hoc quomodo accidit. cu[m] sacerdotes qui p[o]p[u]lo p[re]sunt e[r]g[a] delinquentes beniuoli uideri uolunt. et uerentes peccantiu[m] linguas ne forte male de eis loquantur. sacerdotal[is] se ueritatis immemores. nolunt conplere quod sc[ri]ptum e[st]. Peccantem cora[m] o[mn]ib[us] argue. ut ceteri metu[m] habeant. Et it[er]u[m]. Auferte malu[m] de uobis ip[si]s. nec zelo d[e]i succensi imitantur ap[osto]l[u]m dicente[m]. Tradidi huiusmo[d]i ho[min]e[m] sathane in interitum carnis. ut sp[iritu]s saluus fiat. neq[ue] illud euang[e]lii im[ple]re student. ut si uiderint peccante[m]. p[ri]mo secrete conueniant. p[ost]ea duobus uel tribus adhibitis testib[us]. Quod si contemp[se]rint. et post eccl[esi]e correptione[m] non fuit emendatus. de ecclesia expulsu[m] uelut gentilem et publicanu[m] habent. ac publicanu[m] et du[m] parcu[n]t uni. uniu[er]se eccl[esi]e moliuntur interitum. Que ista m[isericordi]a e[st]. que ista bonitas. uni parcere. et o[mn]es in discrimen adduce[re]. Polluitur eni[m] ex uno peccatore p[o]p[u]l[u]s. sicut ex una oue morbida uniu[er]sus grex inficit[ur]. Sic e[st] uno uel fornicante. uel aliud quodcu[m]que scelus committente. pleb[s] uniu[er]sa polluitur.

Hinc etiam alibi dicit[ur] rectore[m] subditis pietas matre[m]. disciplina u[er]o patre[m] exhibeat. Percussor q[uo]q[ue] d[icitu]r qui sermone inutili infirmorum consciam uulnerat. Vn[de] anacletus pp. Qui sermone incauto conscia[m] p[er]cutit infirmor[um] p[er]cussor uocat[ur].

Sane percussor ille dicitur. doctor qui sermone

+ asperius nichil est . cum humilis surgit ad altum .

iudicii officium penitet infirmorum. Ideo testes nos. et omnis fideles oportet eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. ut potens sit consolari in doctrina sana. et eos qui contradicunt redarguere. et recte uiuentes. atque rectam fidem tenentes consolidare. [C. XLVI] Sequitur. Non litigiosum. Nichil enim est inpudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem auctoritatem putant. et parati ad lites. in subiectos tumide intonant. quod ex arrogantia superbie peruenire manifestum est. Unde gregorius scribit in moralibus. libro xxiii. parte v. capitulo xi.

Arrogantes nesciunt humiliter inferre que docent.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium ut humiliter nesciant inferre quod docent. et recta que sapiunt. recte ministrare non possint. In uerbis enim eorum proditur. quod cum docent quasi in quodam sibi uidentur sublimitatis culmine residere. eosque quos docent ut longe infra se positos. uelud in imo respiciunt. quibus non consulendo loqui. sed uix etiam dominando dignantur. Recte autem his per prophetam dominus dicit. Uos autem cum austeritate imperabatis eis. et cum potentia. Cum austeritate enim et potentia imperant. qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere. sed aspere inflectere dominando festinant. At contra uera doctrina tanto uehementius hoc elationis uitium fugit. per cogitationem. quanto ardentius uerborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. cauet enim ne eum elatis moribus predicet. quem in cordibus audientium sacris sermonibus insectatur. Ecce quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est et alia causa prohibitionis huius. litigiosi namque in adulationibus aliorum principum sibi conciliant. ut fratribus suis detrahendo infamie notam ingerant. ut in eis discordiam seminando seditiones facere numquam cessant. que omnia in prelatis dampnabilia esse probantur. Unde gregorius scribit in moralibus. libro xviii. parte iii. capitulo iii. De his qui peccantibus adulantur.

Sunt nonnulli. qui dum male facta hominum laudibus efferunt. augent que increpare debuerant. hinc enim per prophetam dicitur. Ue qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. et faciunt ceruicalia sub capite uniuerse etatis ad capiendas animas. Pulluillus uero ceruical sub capite iacentis ponitur. ut mollius quiescat. Quisquis ergo male agentibus adulatur. ut puluillum sub cubito. uel ceruical sub capite iacentis ponit. ut qui corripi ex culpa debuerat. in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursus scriptum est. Ipse edificabat parietem. illi autem liniebant eum. parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Edificare ergo parietem est. contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt qui peccata perpetrantibus adulantur. ut quod illi peruerse agentes edificant. ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus uir sicut de bonis mala non estimat. ita iudicare bona de malis recusat dicens. Absit hoc a me ut iustos uos iudicem. donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Hinc etiam in concilio cartaginensi iiii. legitur.

Adulator uel proditor clericus ab officio degradetur.

Clericus qui adulationibus et proditionibus uacare dephenditur. degradetur ab officio. Item.

Excommunicetur ab episcopo qui fratribus non probanda obicit.

Accusatores fratrum episcopus excommunicet. et si emendauerint uitium. recipiat eos ad communionem non ad clerum. Item.

Remoueatur clericus ab officio maledicus.

Clericus maledicus. maximeque in sacerdotibus. cogatur ad postulandum ueniam. si noluerit degradetur. nec umquam ad officium absque satisfactione reuocetur. Item. De eodem.

Clericum scurrilem. et uerbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum. Idem. De eodem.

Clericus inuidens fratrum profectibus. donec est in uitio non promoueatur. Item. Non sunt ordinandi qui seditiosi.

Seditionarios statuimus numquam ordinandos clericos. sicut nec usurarios. ut iniuriarum suarum ultores. Item. ex concilio laudicensi.

Usuras exigere. minime licet.

Non licet fenerari ministris altaris. ut in sacerdotali ordine constitutis. uel usuras uel lucra que sexcupla dicuntur accipere. Item leo papa. Nec suo nomine nec alieno clericus fenerator existat.

Sicut non suo ita nec alieno nomine. aliquis clericorum exercere fenus attemptet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis inpendere. et exercere fenus autem hoc solum aspicere. et exercere debemus. ut quod hic misericorditer tribuimus. a domino qui multiplicem et in perpetuum mansura tribuit. recipere ualeamus. Quod autem in fine huius capituli usurarii ordinari prohibentur. mirum est. quia usuram exercentes. cupiditati deseruire probantur. cupidi autem ab apostolo ordinari prohibentur quia tales facile a iusto deuiarent. Unde in canonibus apostolorum legitur. Diaconus presbiter et episcopus exigens usuras nisi desierit deponatur.

Episcopus aut presbiter aut diaconus usuras a debitoribus exigens. aut desinat. aut certe deponatur. Item ex concilio niceno capitulo xviii. Usuras exigens sine clericus sine subiectus regule dicitur.

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam et turpia lucra sectantur. obliti que diuine scripture dicentis. qui pecuniam suam non dedit ad usuram. mutuum autem dantes centesimam exigunt. iuste censuit sancta et magna sinodus. ut si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipiens. aut aliquam adinuentionem. uel quolibet modo negotia transigens aut emiolia id est sexcupla exigens. uel aliquod tale prorsus excogitans turpis lucri

[C. XLVII]

gratia deiciatur a clero. et alienus existat a regia:

Hinc etiam Gregorius in xviii. l. mor. parte iiii. cap. xxxv. de dilectoribus seculi scribit dicens. In parvis uiri desipientes deo nequaquam in militia probatur.

Omnes huius seculi dilectores. in terrenis rebus fortes sunt. in celestibus sunt debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt. et pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt. pro terrenis lucris quaslibet iniurias intolerant. et pro celesti mercede uel tenuissimi uerbi ferre contumelias recusant. terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt. in oratione uero coram domino. uel unius hore momento lassantur. Sepe nuditatem. deiectionem. famem pro acquirendis diuitiis. atque honoribus tollerant. et earum se rerum pro abstinentia cruciant. ad quam adipiscendas festinant. superna autem laboriose querere. tanto magis dissimulant. quanto magis ea retribui tardius putant.

Hi itaque quasi malarum arborum more deorsum uasti sunt. sursum angusti. quia fortes in inferiora subsistunt. sed ad superiora deficiunt. At contra ex equalitate palmarum designatur. proficiens uita iustorum. qui nequaquam sunt in terrenis desiderus fortes et in celestibus debiles. Sed longius atque distantius studiosos se deo exibent. quam seculo fuisse meminerint. Nam eis quibus dam predicatorem nostrum dicit: humanum dico propter infirmitatem carnis uestre. sicut exhibuistis membra uestra seruire inmunditie. et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificationem. eorum procul dubio infirmitati condescenditur. ac si eis apertius diceret. Si nequaquam amplius potestis. saltem tales estote in fructu bonorum operum. quales fuistis dudum in actione uitiorum. nec debiliores uos habeat sanctitas. quos in carne ualidos habuit usus terrene uoluntatis.

Item Gregorius ciuibus neapolim. Ad sacros ordines usurarii non debent promoueri.

De petro insuper ad nos peruenisse cognoscite. quia solidos dederit ad usuras. quod uos oportet cum omni subtilitate perquirere. et si ita constiterit alium eligite. et ab huius modi uos persona sine mora suspendite. Nam non amatoribus usurarum nulla ratione manus imponimus. Si uero subtili habita inquisitione hoc falsum esse putaueritis quia persona eius nobis ignota est. et utrum ita sit de simplicitate quod ad nos platum est quia ignoramus: cum decreto a uobis facto ad nos eum uenire necesse est. ut uitam mores ipsius solatium requirentes. sensum quoque partem agnoscamus. ut si huic iudicio aptus extiterit. uotum in eum adiuuante domino desideria compleamus;

Item ex concilio eliberitano: Degradetur clericus qui usuras accipere deprehenditur.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere. placuit degradari. et abstinere.

Item leo episcopus anatholio episcopo: Nec implicari errore nec cupiditate uiolari sacerdotem oportet:

Uirum catholicum et precipue domini sacerdotem. sicut nullo errore implicari. ita nulla oportet cupiditate uiolari dicente sancta scriptura. post concupiscentias tuas non eas. mens enim potentie auida. nec abstinere nouit a uetitis. nec gaudere concessis. nec pietati adhibere consensum:

Item Gregorius. Bonorum cupiditatem a se non abscidit bonorum auctori.

Bonorum auctori inherere autem non ualet. ualemus nisi cupiditatem a nobis que omnium malorum radix est abscidamus.

Item Ambrosius de eo quod scriptum est in euangelio. hominis cuiusdam diuitis ager. Auaritia omnia bona inuadit quorum necessitatibus subuenire ualet.

Sicut hii qui per insaniam mente translati sunt. non iam res temporales. sed passionis sue fantasias uident. ita etiam mens auari semel uinculis cupiditatis astricta. semper aurum. semper argentum uidet. semper redditus computat. gratius aurum quam solem intuetur. ipsa eius oratio et supplicatio ad deum. aurum querit. et post pauca. Inuenit eum etiam usure arte nequissima. ex ipso auro aurum nascitur; Sed nec satietas umquam nec finis aderit cupiditati. et infra. Sed ait. quid iniustum est. si cum aliena non inuadam. propria diligenter seruo: o inpudens dictum. propria dicis. que ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti. quando in hanc ingressus es lucem. quando de uentre matris existi. quibus queso facultatibus quibusque subsidiis stipatus ingressus es. et post pauca. Nemo dicat. quod est commune. plus quam sufficit ad sumptum. et uiolenter obtentum est. et infra. Numquid iniquus est deus. ut nobis non equaliter distribuat uite subsidia. ut tu quidem esses affluens. et abundans. alius uero deesset. et egeret. an ideo certo magis. quia et tibi uoluit benignitatis sue experimenta conferre. et alium per uirtutem patiencie coronare. Tu uero susceptis dei muneribus. et in sinum tuum redactis. nichil te putas agere iniquum. si tam multorum uite subsidia solus optineas. quis enim tam iniustus. tam auarus. quam qui multorum alimenta suum non usum. sed abundantiam et delicias facit. neque enim minus est criminis habenti tollere. quam cum possis et habundas. indigentibus denegare. esurientium panis est. quem tu detines. nudorum indumentum est. quod tu recludis. miserorum redemptio est et absolutio pecunia quam in terra defodis. tantorum te ergo scias inuadere bona. quantis possis prestare quod uelis.

Necesse est etiam ut ille qui ordinandus est. sue domui sit bene prepositus. i. si in laicali habitu uxorem habuit. ut filios a uitiis ad uirtutum studia et uerbo et exemplo prouocet. ut quod postea precepturus est presbiteris. prius a domesticis exigat. unde apostolus ephesiis scribit. ut uxores suas sicut sua

corpora diligant. et filios suos non ad ita cundiam prouocent, set erudiant; illos scilicet in disciplina et correctione domini. Unde cum ad timotheum scribens dixisset. sue domui prepositum. sta tibene subiunxit. habentem filios subditos sibi in omni castitate. non in accusatione luxurie; Non enim talium cohabitator. sicut te habet alios redarguendi. Unde de beato iob legitur. quod pro filiis suis cotidiana offere bat deo sacrificia offerens holocausta per singulos. Quos tanta caritatis perfectione inuicem constrinxit. ut quisque eorum in suo die conuiuium pararet fratribus; et ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitarent. Quod quia heli facere dissimulauit. ac falsa pietate stipatus filios delinquentes ferire noluit. sicut in libro regum legitur. apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli dampnatione peruisit. Unde ei diuina uoce dicitur. honorasti filios tuos magis quam me. Hinc quoque dauid erga filios benignitatem non discipline seueritatem exercens. eorum iuuentute experimento didicit perniciosam, quorum pueritiam uaga licentia permisit esse uoluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam strupo corrumpens. a fratre eius absalone uidelicet. inter epulas quas fratribus suis fraudulenter parauerat. obtruncatus est. absalon uero post quam ueniam a patre obtinuit. de regno illum expulit. ad concubinas eius ingressus est. omnium periuria dextra patrem persequens. querceui inhesit. atque ita suspensus interiit. Hinc etiam paulus ad timotheum scribit dicens. Quis suorum et maxime domesticorum curam non habet. fidem negauit. et est infideli deterior. Iure ergo qui domui sue nescit preesse. in episcopum ordinari prohibetur. quia qui in re minima. et de qua si dixi familiarior debet cura inesse fidelis non est. quomodo in ecclesia dei. ubi tot sunt et alieni. sollicitam diligentiam exhibebit. Unde et iero. Non uisitur polluitur. exultans filiorum. sic liberatis a diabolo ecclesie principibus natur. ut talis fiat qui non timeat propria liberorum extraneos reprehendere. Quod tunc fiet. si non erit sibi quod imputetur. Cum igitur homines ad nos diligantur. nec sint in homine uicetius. corripere quidem pot. corrigere autem non ualet. pulsare pot. non aperire. Manus comprimere. non animum mutare. Unde aug. adulescentium donatistam;

Bonorum disciplina homini mores mutat non.

Quantum libet uigilet disciplina domus mee. homo sum. inter homines uiuo. nec mihi arrogare audeo. ut domus mea melior sit. quam archa noe. ubi tamen inter uiii. homines unus reprobus inuentus est. aut melior quam domus abrahe. ubi dictum est. eice ancillam et filium eius. aut melior sit quam domus ysaac. cui de duobus geminis dictum est. Iacob dilexi. esau. autem odio habui. Simpliciter autem fateor caritati uestre coram domino deo nostro. qui testis est super animam meam. ex quo deo seruire cepi. quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt. ita non sum peiores expertus. quam qui in monasteriis defecerunt. Ut hinc arbitrer. dictum in apocalipsi. Iustus iustificetur adhuc. et qui in sordibus est. sordescat adhuc.

Item cipriano cornelius episcopus. **Conuitia peditorum aciam rectitudinis non mouere debent;**

Quod ad nos attinet. conscientie nostre conuenit frat dare operam. ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis autem ultro et crimine suo perierit. et penitentiam agere atque ad ecclesiam redire noluerit. nos in die iudicii inculpatos futuros credimus. qui eorum consulimus sanitati; illos solos in penis remansuros. qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. nec mouere nos debent conuitia peditorum. quo minus a uia recta et a certa regula non recedamus. quia et apostolus instruit dicens. Si hominibus placerem. Christi seruus non essem.

Prohibentur etiam neofiti in episcopos ordinari. Ut qui heri erat catecuminus; hodie non fiat episcopus. qui enim erat in theatro. hodie non sedeat in ecclesia. qui uespere erat in circo. hodie non ministret altario. qui dudum fuerat fautor histrionum. hodie non sit consecrator uirginum. Causa autem huius prohibitionis ab apostolo est. ne elatus in superbiam tanquam religio christiana. plurimum non eo egeret. incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque sacerdos nescit humilitatem. modestiam personarum. ut se contempnere. non ieiunauit. non fleuit. non se correxit. non pauperibus erogauit. In arrogantiam que est ruina diaboli incidunt. qui in puncto oris. nec dum discipuli fuerunt magistri. et sicut innocentii ait. miserum est eum fieri magistrum. qui nec dum didicit esse discipulus. Unde decreto innoceno. c. legitur. **Neophitus in episcopum non est ordinandus;**

Quamuis multa siue pro necessitatem. siue ex quacumque causa. contra regulam gesta sunt. ita ut homines ex uita gentilium nuper adhuc catetizati. ut instructi statim ad spiritale baptismum uenissent. et continuo cum baptizati sunt etiam ad episcopatum uel presbiterium prouecti sunt. recte ergo uisum est decetero nichil tale fieri; Nam et tempore opus est. ut sit catecuminus. et post baptismum. multa probatione indiget. euidens namque est apostolicum preceptum dicens. Non neophitum. ne forte elatus in superbiam in iudicium incidat et in diaboli laqueum. Si uero procedente tempore mortale aliquod peccatum admisit. et conuictus duobus uel tribus testibus fuit. cessabit a clero. qui huius modi est. Si quis uero preter hec fecerit. tanquam contra statuta sancti concilii. gerens. ipse periclitabitur. de statu suo cleri. Neophiti uero hodie appellantur propositum sacre religionis nouiter assumentes. Unde beatus gregorius stagrio episcopo scribit dicens;

Sicut neophitus **Qui dicantur neophiti;** dicebatur. qui in initio fidei sancte erat eruditione plantatus. sic modo neophitus habendus est. qui repente in religionis habitu plantatus. ad adipiscendos sacros ordi

nes in presentis ordinate gradationes. ascendendo se ē. Nam casum appetit qui ad summi loci fastigia post positis gradibus per abrupta querit ascensum. Sci mus autem quod edificati parietes non prius tignorum pondus accipiant. nisi a novitatis sue humore sic centur. Ne si ante pondera quam solidentur accipi ant. cunctam fabricam simul ad terram deponat.

Ecce a quibus vitiis debeant esse immunes qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores ad deum pantur. necesse est ut eius gratiam bene vivendo mereantur. ut enim ait Gregorius in pastorali sollicite formidandum est. ne qui placare posse iram dei creditur. hanc ipse ex proprio re atu mereatur. Cunctis enim e liquido novimus. quia cum his qui displicet ad intercedendum mittitur. irati ani mus ad deteriora provocatur. Qui ergo terrenis desideriis astringitur. caveat ne districti iram iudicis gravius accendens. dum loco delectatur glorie. fiat subditis auctor ruine. Solerter ergo se quisque metiatur. ne locum regiminis assumere audeat. si adhuc in se vitium dampnabiliter regnat. ne is quem crimen depravat proprium. in tercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Item in eodem. Quibus vitiis maculatus est sacrificium domino offerre non

Hinc et enim superna voce ad Moysen dicitur. in Levitico loqui re ad Aaron. Homo de semine tuo per familias qui ha buerit maculam. non offerat panes domino suo nec acce dat ad ministerium eius. Ubi et repente subiungitur. Si cecus fuerit. si claudus. si vel parvo vel grandi et torto naso. si fracto pede. si manu. si gibbus. si lippus. si albuginem habens in oculo. si iugem scabiem. si inpetiginem in corpore. vel ponderosus. Cecus quippe est. qui superne lumen contemplationis ignorat. qui tenebris presentis vite pressus. dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit. quo gressum operis porrigat nescit. Hinc et enim prophetante Anna dicitur. Pedes sanctorum suorum servabit. et impii in tenebris conticescent. Claudus vero est. qui quo pergere debeat aspicit. sed pro infirmitate mentis. vitam vite perfecte non valet tenere quam videt. Quia videlicet quis ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur. quo desiderium innititur. illuc gressus operis efficaciter non sequitur. Hinc et enim Paulus dicit ad Hebreos. Remissas manus et dissoluta genua erigite. et gressus rectos facite pedibus vestris. ut non claudicans erret. magis autem sanetur. Parvo autem naso est. qui ad tenendam mensuram discretio nis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque dis cernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur. per quam virtutes eligimus. delicta reprobamus. Unde et in laude sponse dicitur in canticis canticorum. Nasus tuus sicut turris que est in Libano. quia nimirum sancta ecclesia que ex causis singulis temptamenta procedant per discretionem conspicit. et ventura vitiorum bel la ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari hebetes nolunt. sepe se in quibusdam in quisitionibus plusquam necesse est exercentes. ex nimia subtilitate falluntur. Unde quoque subditur. vel grandi. vel torto naso. Nasus et enim grandis et tortus. est discretionis subtilitas inmoderata. que dum plus quam decet excreverit. actionis sue rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est. qui viam domini pergere omnimodo non valet. atque a bonis ac tibus funditus exors vacat. Quatenus hec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat. sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus vero est quem terrene sollicitudinis pondus deprimit. ne umquam ad superna respiciat. sed solis his que in infimis calcantur. intendat. Qui et si quando aliquid ex bono patrie celestis audierit. ad hoc nimirum perverse consuetudinis pondere pregravatus. cordis faciem non attollit. quia cogitationis statum erigere non valet. quem terrene usus solli citudinis curvum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit in psalmo xxxvii. Incurvatus et humiliatus sum usquequaque. Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans. ait in Luca. Se men autem quod in spinis cecidit. hii sunt qui audierunt. et sollicitudinibus et divitiis et vo luptatibus vite euntes suffocantur. et non refe runt fructum. Lippus vero est. cuius quidem inge nium ad cognitionem veritatis emicat. sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis qui ppe oculis pupille sane sunt. sed humore defl uente infirmante palpebre ingrossescunt. quo rum quidem quia infusione crebra atteruntur. etiam acies pupille vitiatur. et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vite operatio sauciat. qui videre recta subtiliter ingenium poterant. sed usu pra vorum actuum caligant. Lippus itaque est. cuius sensum natura exacuit. sed conversationis pravi tas confundit. Cui bene per angelum dicitur in Apo calypsi. Collirio inunge oculos tuos ut videas. Collirio quippe oculos ut videamus inungi mus. cum ad cognoscendum veri luminis clari tatem. aciem nostri intellectus medicamine bone operationis adiuvamus. Albuginem vero habet in oculo. qui veritatis lucem videre non sinitur. quia ar rogantia sapientie seu iustitie cecatur. Pupil la namque oculi nigra videt. albuginem tollerans. nichil videt. Quia videlicet sensus humane cogita tionis. si stultum se peccatoremque intelligit. cogi tatione intime claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iustitie sue seu sapientie tribuit. a luce se superne cogitationis excludit. et eo cla ritatem veri luminis nequaquam penetrat. quo se apud se per arrogantiam exaltat. Sicut de qui busdam dicitur ad Romanos. Dicentes enim se esse sapientes. stulti facti sunt. Iugem vero

Prolata similitudo.

D. XLVIIII.

Quid cecus sit.

Quid claudus sit.

Quid parvo naso.

Nasus longus tortus.

Quid fracto pede.

Quid gibbus.

Quid lippus.

Quid maculam.

scabiem habet. cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor uiscerum ad cutem trahitur. per quam recte luxuria designatur. quia si cor dis temptatio usque ad operationem prosilit. nimirum feruor intimus usque ad cutem scabies prorumpit. et foris iam corpus sauciat. quia dum in cogitatione uoluptas non reprimitur. etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem paulus curabat abstergere. cum dicebat ad corinthios. temptatio non apprehendat uos nisi humana; ac si aperte diceret. humanum quidem est in corde temptationem perpeti. demoniacum uero est in temptationis certamine et operatione superari. Inpetiginem quoque habet in corpore. quisquis auaritia uastatur in mente. Que si in paruis non compescitur. nimirum sine mensura dilatatur. Inpetigo quippe sine dolore corpus occupat. et absque occupati tedio excrescens. membrorum decorem fedat; Quia et auaritia capti animum dum quasi delectat. exulcerat. dum adipiscenda queque cogitationi obicit. ad inimicitias accendit. et dolorem in uulnere non facit. quia estuanti animo ex culpa habundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur. quia aliarum quoque uirtutum per hanc pulcritudo depravatur. et quasi totum corpus exasperat. quia per uniuersa animum supplantat. paulo attestante qui ait ad timotheum. Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus uero est. qui turpitudinem non exercet opere. sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione grauatur in mente. qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur. sed eius animus uoluptate luxurie sine ullo repugnationis stimulo delectatur: uitium quippe est ponderis. cum humor uiscerum ad uirilia labitur; Que profecto cum molestia dedecoris intumescunt; Ponderosus ergo est. qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens. pondus turpitudinis gestat in corde. et quamuis praua non exerceat opera. ab his tamen non eleuatur mente; nec ad usum boni operis in aperto ualet assurgere. quia grauat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum uitio subicitur. panes domino offerre prohibetur. nec profecto aliena delicta non ualeat diluere. is quem adhuc propria deuastant;

Quia ergo paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter ueniat. atque indignus hoc qualiter pertimescat. ostendimus. nunc is qui ad illud digne peruenit. in eo qualiter uiuere debeat. demonstremus. Item ieronimus super malachiam. Indocti sacerdotes et

Item ieronimus super malachiam. **Indocti et ebria luxurie quatenus uiciosi sunt ordinari non debent.**

Sacerdotes nomen domini despiciunt et quantum ad se panem pollutum offerunt qui ad altare indigne accedunt quique dato munere sacerdotium presumunt. panem quoque polluunt. qui doctrinam dominum in populo male disperserit. et qui hortatur potentem et despicit pauperem. Et infra. Si offeratis cecum animal ad immolandum nonne est malum? Et cetera. Superius accusati de panibus, nunc accusantur de uictimis. Cecum animal offert. qui ordinat indoctum in loco docti. magistrumque facit. qui uix potest esse discipulus. Claudum offert. qui luce terrena querentem locat. ut pote pedem in diuisio ponentem. unum in diuinis. alterum in carnalibus. cum potest in ferre illud. Del. regum. usquequo claudicatis in duas partes. Languidum offert. qui uitiosum pro religioso habet. quique tardum et pigrum probat patientem. dicens illum negligentie redarguendum. Indignum est enim dare deo. quod dedignatur homo. Ex premissis auctoritatibus liquido monstratum est. quod uariis criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eis querit. utrum post actam penitentiam. uel in prioribus ordinibus remaneant. aut ad maiores gradus ascendere ualeant. Conuluitur auctoritatibus uariis criminibus irretiti in ipsis ordinibus detinentur et ab accessu maiorum prohibentur. Unde gregorius ait constantino mediolanensi episcopo; **Lapsi in suum ordinem reparari non possunt.**

Si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia conceditur. uigor canonice procul dubio frangitur discipline. dum per reuersionis spem. praue actionis desideria quisque concipere non formidat. Et post pauca. Summo autem opere studere ut lapsos in sacro ordine nulla uobis supplicatio aliquo modo reuocare studeat. ne huius modi non statuta sed temporaliter dilata credatur esse uindicta. Item martinus papa amando episcopo. **Qui post ordinationem labitur deponatur.**

Qui semel post suam ordinationem in lapsu ceciderit deinceps iam depositus erit. Nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci. Item gregorius sabino episcopo. **Presbiter post lapsum nulla ratione in sacrum ordinem reparari ualet.**

Porrim de quo nos fraternitas tua latoris presentium legatione consuluit. nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitti agendum est. quia commissum facinus facili professione confessus. Item iohannes octauus cenomatico sitiensi episcopo. **Post peractum homicidium sacerdotale officium amittit et non potest.**

Miror nimirum doctam sciam tuam sacerdotem putare. post perpetratum homicidium. posse in sacerdotio ministrare. Immo quod est ineptius. nos suadere. uelle ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum. Quis enim tam demens. tamque prauus sensus tale quidem existimaret. ut post quam tacitamque penitentiam concedendum. cum omnis sit canonice discipline certum. debere ergo sacerdotio priuatus lacrimarum fonte. flagitium tam immane diluere. ut talibus saltem remedium sciat salutis possit inuenire suffragium; Item nicolaus.

pp. Ad maiorem gradum puer non potest clericus

Clericum qui paganum occidit non paganum occidere oportet ad gradum maiorem provehi qui carere debet iam acquisito. homicida enim est. Nam cum diserte scriptum sit milites seculi a militibus ecclesie non convenit militibus ecclesie militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire. Item Nicolaus Albosindo episcopo quadrantino. Qui se defendendo paganum occidit sacerdotali careat.

De his clericis pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo paganum occiderint, si postea per penitentiam emendati possint ad pristinum gradum redire, aut ad altiorem ascendere, scito nos nullam occasionem dare, nec ullam eis tribuere licentiam, quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contingit ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi consulit si ab officio sacerdotali recesserit, satiusque est illi in hac vita domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo dampnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi. Episcopus presbyter aut diaconus capitale crimen committens cadat ab officio.

Si episcopus aut presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab honore officii depositus in monasterio detrudatur, et ibi quamdiu vixerit laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini pape. Qui homicidii facto aut precepto aut consilio post baptismum consensit non ordinetur.

Siquis viduam aut ab alio relictam duxerit non admittatur ad clerum, quod si irrepserit deiciatur. Similiter si homicidii aut facto aut precepto aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, et in fine vite sue communionem accipiat.

Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.

Pervenit ad nos quosdam de sacris lapsos ordinibus, ut post penitentiam vel ante penitentiam ad ministerii sui officium revocari. quod omnino prohibemus, et in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Quisquis ergo post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine careat, et ad altaris ministerium non accedat.

Idem Venantio episcopo Lunensi.

De eodem.

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat, id quod ad nos de Saturnino ex presbytero est elatum. Pervenit namque ad nos quod postquam de sacris ordinibus lapsus a suo sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum ministerium presbyterii presumpsit accedere, et omnipotenti deo hostias immolare. Quod si ita factum vestra fraternitas reperit, eum sacri corporis et sanguinis domini participatione privatum, in penitentiam redigat, ita vel usque ad diem ultimum in eadem excommunicatione permaneat, et viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum talem penitentiam agere fraternitas vestra noverit, ut eum iuste ad recipiendam inter laicos communionem, ante exitum debeat ministeriis referri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestate et in fine. Preterea ad fraternitatis tue consulta respondentes, statuimus diaconem et abbatem quem de portu Veneris indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum, in penitentiam deputatum te convenit. Curiis si postea consultatio quia meruerit, priorem inter alios monachos in decretis stando locum non ordine obtineat. Subdiaconi quoque quos simul culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi, alium qui hoc officium implere debeat ordinabis. Saturninum vero ex presbytero, ut nunquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere scriptis cavere decrevimus. Sed eum in insula Gorgona, atque Capria sollicitudinem de monasteriis gerere, et in quo est statu sine cuiusquam adversitate manere permisimus.

Idem. Loco

Postquam quicquam lapsi alius ordinandus est.

Criminaliter cadentem in locum quo lapsus est nulla permittat ratio revocari, et ultra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sanctorum canonum non permittunt, ne cadente pastore eam cum grege hostis quod absit antiquus insidiando dilaniet. statuta sua de peccatorum eorum consentire, et in loco lapsi debet episcopum ordinare.

Item Martinus papa. Qui post ordinationem in lapsum ceciderit ministeria sacra tractare non debet.

Si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, ut prevaricationis peccato fuerit deprehensus obnoxius, omnimodo prohibendus est cum manibus lutulentis atque pollutis ministeria nostre salutis tractare.

Ecce exemplis et auctoritate probatur, post actam penitentiam, pos graduus licite posse amministrare et ad maiores conscendere; Maria enim soror Aaron, postquam lepra percussa est, quia in Moysen murmuravit, a peccato per penitentiam mundata est, et pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron quoque post conflatum vitulum in summum sacerdotem consecratus est. David post adulterium et homicidium spiritum prophetie recepit, et in suo gradu permansit. Achab post mortem Nabuthe viri sanctissimi per penitentiam humiliatus in regia sede remansit. et ut preteremittamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negavit Christum, et tamen postea princeps apostolorum factus est. Paulus Stephanum lapidavit, et tamen adeo in apostolum electus est. Multi quoque ab hereticis ad unitatem catholice fidei revertentes in suis ordinibus sunt recepti, alii vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, ut potest Augustinus et alii quamplures.

Item exempla eiusdem ad Iohannem Antiochenum.

Iohannes Crisostomus duobus sinodis orthodoxorum episcoporum fuit damnatus, sed iterum fuit restitutus. Mar

P

cellus eps̄ anchire gallatie depositus fuit. s; post modū p̄prium recepit epatū. Asclepius diuiditat asi nodo ecclām suā postea recepit. Marcianus eps̄ andtono polites dāpnatus a pp̄. iulio recepit ecclā sue ep̄atus. Cyrillus eps̄ ierosolimitanus deposi tus fuit. postea reconciliatus ē sue eccle. simul cum et polocronio eiusdē eccle. ierosolimitane pontifi ce. felicus pp̄. dāpnauit. et tn̄ ipse eū reconciliauit. In nocentius pp̄. fortunatū epm̄ dāpnauit. s; ipse p̄ea eū in gradū restituit locū eccle sue. Misenū epm̄ a felice dāpnatū gelasi pp̄. successor illius exco minicauit et eccle sue restituit. Leonci cum eēt pb̄r. deposit̄ fuit. s; postea in antiochia patriarcha extitit. Gregorius uō. iiii. pp̄. theodosiū quē eu genius eius ante cessor pb̄ri honore p̄uauāt. scē eccle singinne consecrauit epm̄. abbas naq; eps̄ iu dicatus ē. s; scā sinodus canonice suā illi restituit ecclam; Rotā dū uō epm̄ sēe sue soniensis eccle a sinodo cui carolus interfuit rex condēpna tū. et sophroniū placentinū epm̄ merito repba tū. nicholaus pp̄. ambos reconciliauit. Ceterū calixtus pp̄. de huiusmodi ita scribit; Clerici p̄ lapsum suis ordinib; reparari possunt.

Ponderet unusquisque, s̄ mones suos et quod sibi n̄ uult loqui. alii n̄ loquat. Unde bene sacra ait scripta. quod tibi n̄ uis fieri. alii ne facias. nos enim tpr̄ indigemus ut aliquod maturius agamus. n̄ perpi temus consilia et opa nr̄a. neq; eorum ordinationem corrūpamus. s; si aliquis lapsus quoquomodo fuerit. potientius eū et fratno corripiamus affectu. Sicut ait beatus apls. Si p̄occupatus fuit homo in aliquo delicto. uos qui sp̄ales estis instruite huiusmodi in sp̄i ritu lenitatis. alt alterius honera portate et s. a. l. x. Porro scs̄ dauid de mortiferis criminib; peniten tiā egit. et tn̄ in honore p̄mansit. Beatus quoque petrus amarissimas lacrimas fudit. qn̄ deum negas se penituit. sed tn̄ apl̄s p̄mansit. Et dn̄s p̄ p̄pham pollicet̄ dicens. Peccator in quacūq; die conuersus fu erit et ingemuerit. Omnium iniquitatū eius n̄ recor dabor amplius. Errant quippe qui putant sacer dotes post lapsū si cōdignā egerint penitentiā dn̄o n̄ posse ministrare. et suis honorib; p̄frui. si bonam deinceps uitā duxerint et suū sacerdotiū digne custo dierint. et ipsi qui hoc putant non solū errant. sed et traditas eccle claues despicē uident̄. de quib; dr̄. que cūq; solueritis in t̄ra. sol. erunt et in cel. alioqn hec sen tentia. aut cū non ē. aut uera ē. Nos uō indubitāt tam dn̄i sacerdotes quā reliquos fideles post dignam satisfactionē posse redire ad honores cēdimus. testan te dn̄o p̄ p̄pham. Nunquid qui dormit n̄ adiciet ut re surgat; et p̄pha dauid penitentiā agens dixit. Redde mihi leticiā salutaris tui. et sp̄u p̄ncipali confirma me. Ipse naq; post penitentiā et alios docuit. et sacri ficiū optulit. dans exemplum doctoribus sc̄e eccle

si lapsi fuerint. et condignam penitentiā dō gesserint, utrūq; facere posse. docuit. n. quando dixit. docebo iniquos uias tuas et impii ad te conuertent. Sacrifi ciū dō obtulit. ipse. dū dicebat. s. dō. sp̄s contribulatus. Uī dens enī p̄pha scelera sua mundata p̄ penitentiā. n̄ dubitauit p̄dicando. et dn̄o libando. cura re aliena. Ostendit̄ ergo homo a peccato. et gr̄a dī re surgit a lapsu. et in p̄stino manet. offitio. iuxta p̄dictas auctoritates. uidat aut̄ ne apl̄us iaceat. s; eci euangelica sententia in eo maneat que ait, Uade et amplius noli peccare. Unde ait apl̄s. Non ergo regnet peccatū in uro. m. c. ut obediatis concupiscentiis ei sententiā que in iam uetat. Non solū tenere fratres. s; et audire fugite. quia potior ē mia omib; holo caustomatib; et sacrificiis. Item ier. In p̄stinū gradū p̄ penitentiā sacerdotes reuocari p̄t.

Et purgabit filios leui. tps̄ enī ē ut iudicium a domo dei incipiat. et alibi scribitur. a scīs meis incipite. In filiis aūt leui omnē sacerdotalē intelligens digni tatē. Si aūt sacerdotes purgandi sunt et colandi ut purū aurū remaneat et argentū. quid de ceteris ē dicendū. qui cū emundati fuerint. et colati tc̄ offerēt iusta sacrificia et placebit sacrificiū eorū quod offerent p̄uida et hertim. hoc ē p̄bis qui dum con fitent. et pace eius mente conspiciunt. sicut dies seti. et sicut anni antiqui. ut quomodo in p̄ncipio placuerunt deo. sic post peccatū et penitentiā pla cē incipiant. cū omni fuerint peccatorū sorde pur gati. Item gg. secundino; Lapsi reparari pos sunt scdm ordinē,

Oriascitas tua requisiuit ut tē de sacerdotali offitio. post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus. cū dicis de hoc canonū diū sorum te legisse diuersas sententias alias resurgendi alias nequaquā posse; Ideo nos gr̄a ē sinodos. anice na sinodo incipientes. hanc cū reliquis quattuor ueneramur. quia r̄pam sequentes eccle. incū tis sententiis unanimiter concordant, nos uō pre cedentes patres sequimur quia auctore deo a sac doctna illorum non discordamus. accipite itaq; incipi entes usq; ad quartū altaris ministrū. hac formam s̄uandā cognouimus. ut sicut minorē maior p̄ cedit honore. ita et crimine. et quē maior p̄cedit culpa. maiori implicet̄ uindicta. et sic postea peni tentiā credas eē fructuosam. Quid enī p̄dē ttīcū seminare. et fructū illius non tollere. aut domum construere et non illic habitare; post dignā itaq; sa tisfactionē credimus posse redire ad honorē. et ad fontē mie recurrentes euangelicā sententiā p̄feramus. Gaudeo. inquid sup uno peccatore peniten tiā agente mag quā sup nonaginta nouē iustis qui n̄ indigent penitentia. Et ouē p̄ditā nōaginta nouē non errantib; relictis. humeris pii pastoris ad ouile reportandā. dominus ipse testatur, Si ouis p̄dita trans post inuentionem ad ouile humeris

deportatur. p̄dictis nonaginta nouē non errantib; in deserto relictis. cur iste post penitentiā a decet ministeriū lapsus non reuocetur. Sicut in apocalipsi dicitur de ministro ecc̄le. Memento unde cecideris. et age penitentiā et p̄ma opa fac. Quid enī ē grauius. aut carnale delictū admittere. sin quo pauci inueniunt. aut dei filiū iure iurando negare. in quo ubo hunc ip̄m beatū petrū aplōr p̄ncipē adecius sacrū corpus indigni sedemus post lapsū ēē cognouimus. Sed post negationē penitentia secuta ē. et post penitentiā nīia data ē. quia ab aplātu eū non deiecit. qui an̄ se ip̄m negare p̄dixit. Item. Post acerrimā penitenciā

Quid ē hoc quod pphe iacenti dicit. lapsi repant. sta sup pedes tuos. et loquar tecū. Qui enī iacenti loquebatur. cur stanti p̄mittit se ēē locuturū. sed sciendū ē quia alia sunt que iacentes. alia q̄ stantes audire debemus. Jacenti enī dicit. ut surgat. stanti aūt p̄cipit ut ad p̄dicationē p̄ficisci debeat. adhuc enī nobis in infirmitatis confusione iacentibus p̄beri non debet auctoritas p̄dicationis. Sed cū iam in bono ope surgimus. cū iam recti stare cepimus. dignū ē ut ad lucrandos alios in p̄dicatione mitti debeamus. Stans g̃ ppha uisionē sp̄alē uidit. et cecidit. Cadens uo admonitionis ūba suscepit ut surgeret. surgens aūt p̄ceptum audiuit ut p̄dicaret. Nam qui adhuc ex supbie uitiis stamus. cum iam de eternitatis timore aliquid sentire cepimus. dignū ē ut ad penitentiam cadamus. et dū infirmitatē nr̄am subiecti cognoscentes humilit' iacemus. p̄dictum ubi consolationē ad fortiā opa surgimus. Item.

Ferrū detia tollitur cum fortis p̄ De eodem. pugnator ecc̄le arrena quā p̄us tenuit actione separatur. n̄ g̃ in eo debet despici quod fuit. quia iā incipit ēē quod non fuit. Item aug. Post condignā penitentiā p̄stina recipiunt officia.

Cū gaudio eo dabo ei iutute sp̄s mei i plebe eos iudicio meo ⁊ fortitudie. aud̄tu. in p̄senti loco posse docere aliquē post peccatū si tam uitia p̄stina digna penitentia eluit. Vn̄ dauid post adulterium et homicidiū loquit' in p̄s̄lo. aspges me ysopo et mūdabor lauabis me. et sup niue dealbabor. n̄ sua tam puritate contentus ē s; infert. Redde michi leticia salutaris tui et sp̄u p̄ncipali confirma me. Cūq; hoc feceris. docebo ait iniquos uias tuas et impii ad te conuertent. Item ex. De eod.

Iesus filius iosedech sacerdos magnus quāquā in typo aduentū p̄cessit saluatoris. qui nr̄a p̄cata portauit. et alienigenā sibi exgentibus copulauit ecc̄lam. tam fluttam post sacerdotiū sordidatus inducit. et stat diabolus a dextris eius. et candida illi deinceps uestimenta redduntur. Item ex con agathensi; Post penitentiā clerici

Quorū g̃ huiusmoi auctoritatū dissonantiā ad concordiā reuocari ualeat. breuit' inspiciamus. Sunt quidā quos non hodiū criminis. s; timor utilitatis. et amissio gradus. et abitio celsioris ad penitentiā cogit. hos sacri canones irreparabilit' decernūt. quia qui simulatione penitentie uel affectione honoris adeo n̄ consequit' ueniam nec a decctā reparatione meretur. Vn̄ aug. scribit ad bonifatiū.

correcti g̃dum suū ⁊ dignitatē recipiat.

Contumaces clerici p ut dignitatis ordo p̄miserit ab ep̄is corrigantur. et siqui post gradus elati. supbia cōmunionem fortasse contempserint. aut ecc̄iam frequentare. uel officiū suū implere neglexerint. pegrina eis cōio tribuatur. ita ut cū eos penitentia correxerit. rescepti in matricula gradum suū dignitatēq; recipiat. Item ex c. martini pp̄.

Siquis p̄b̄r aut diaconus inuentus De eodem. fuerit aliquid de ministeriis ecc̄le uendidisse. quia sacrilegiū cōmisit. placuit eū in ordinatione ecclastica n̄ haberi; Intuendū tam̄ ep̄i clementius ē. si in suo debeat recipi gradu. quia multociens hoc ip̄m quod de facto sco altario contaminatū ē. in ep̄i potestate dimissum ē. Item aug. ad bonifatiū. Post pactā penitentiā sacerdos pōt restitui.

Bene ualet sacerdos restitui ad honorē suum post pactam penitentiā. licet in hoc diuisi diuse sentiant dicentes. non posse restitui ad honorē. sed sic dictū ē. pp̄ simulatas penitentias quorūdā et pp̄ affectatas honorū dignitates. Sacerdos quid si cadit inculpabilē h̄ restitutionis locū post dignā penitentiā in honorē suū. ppha testante qui ait. Nunquid qui cadit n̄ adiciet ut resurgat. beat' g̃g̃ dicit. h̄ ad secūdum indusium amicū suū et inp̄o. ppha in hoc argumentū habemus qui cū post pactū adulteriū et homicidiū ppetrauit. et tam̄ postea digna penitentia pacta post gr̄am ad p̄stinū officiū restituitur.

Quomodo g̃ huiusmoi auctoritatū dissonantia ad concordiā reuocari ualeat breuit' inspiciamus. Sunt quidā quos n̄ hodiū criminis. sed timor utilitatis. et amissio p'i gradus. et abitio celsioris ad penitentiā cogit. hos sacri canones irreparabilit' decernūt. quia qui simulatione penitentie uel affectione honoris adeo n̄ consequit' ueniam nec a decctā reparatione meretur. Vn̄ aug. scribit ad bonifatiū; [illegible] ut constitutū ē in ecc̄la ne p̄ penitentiā aliqs [illegible] ad clericatū redeat.

Vt constitueretur in ecc̄la ne quisquā post alicuius criminis penitentiā clericatū accipiat. uel ad clericatū redeat. uel in clericatu maneat. non desperatione indulgentie s; rigore factū ē discipline. aliōquin ĉc claues datas ecc̄le disputabitur. de quibus dictū ē. Quecūq; solueritis sup terram. soluta erunt et in celo. S; ne forte ĉ detectis criminibus spe honoris ecclastici animus intumescens supbe ageret penitentiam. seuerissime placuit ut post actā penitentiā de dāpnabili crimine nemo sit clericus. ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et uerior eēt humilitatis. Nā et s̄cs dd. de criminibus mortiferis egit penitentiā. et tam̄ honore suo p̄stitit. et beatū petrū quando amarissimas lacrimas fudit. utiq; deum negasse penituit. et tam̄ aplūs mansit. S; non ideo putanda est

suppletur posterior diligentia. quia in salute nichil detrahebatur. humilitati aliquid adiecerunt. quo salus tutius muniretur. exceptis quoque aliquorum fictas penitentias passorum honorum potentias. cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum est. sed plurimorum strages iacet. detrahendum est aliquid seueritati. ut maioribus sanandis malis. caritas sincera subueniat. Item ex epistola cleri romani missa ad Ciprianum. **Reparatio beneficii non debet fieri per penitentiam.**

Absit ab romana ecclesia uigorem suum tanta **tenentia concedi;** tam profana facilitate dimittere. et neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere. ut cum adhuc non tantum iaceant sed et cadant. euersorum fratrum ruine properata nimis remedia communicationum utique non profutura prestentur. Sic enim poterit penitenti esse medicina procedere. si etiam ipse medicus intercepta penitentia indulget periculis. et hoc non est curare. sed si dicere uerum uolumus occidere. Item Ciprianus de lapsis. **Inpenitentibus uenia concedi non potest.**

Siquis prepostera festinatione temerarius remissionem peccatorum cunctis putat dare se posse. aut audet domini precepta rescindere. non tantum nichil prodest. sed obest lapsis. hoc est prouocasse iram non seruasse sententiam. nec misericordiam piissimi domini deprecari. sed contempto domino de sua facultate presumere. et in ista mandant aliqua martires fieri. set si iusta. si licita. si non contra ipsum dominum. a dei sacerdote sunt facienda. Si obtemperantis facilis et prona consensio. si penitentis fuerit religiosa moderatio. Mandant martires aliqua fieri. sed si scripta non sunt in lege domini que mandant. ante est ut sciamus illos de deo impetrasse que postulant. et tunc facere que mandant. neque enim statim uideri potest diuina maiestate concessum quod fuerat humana pollicitatione promissum. Nam et moyses pro peccatis populi petiit. nec tamen in peccantibus ueniam cum petisset accepit. Item Ysidorus ad Massanum episcopum. **Quis reparandi post lapsum uel quin**

Domino sancto meritisque beato fratri Masseo episcopo. **Ysidorus episcopus.** Quod ineptis uenerabilis fraternitas tua innotuit. uidetur quod in canone anquiritano capitulo xviiii. legitur. post lapsum corporale restaurandum honorum gradum post penitentiam. alibi uero legitur post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. hec diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradus redire canones preceperunt quos penitentie precessit satisfactio uel condigna peccatorum confessio. at contra hii qui neque a uitio corruptionis emendantur. atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt. uendicare quadam supersticiosa temeritate nituntur. nec gradum utique honoris nec gratiam recipiunt communionis. Ergo ita determinanda sententia ut necesse sit illos restaurari in loco honoris qui per penitentiam reconciliationem merentur diuine pietatis. hii non inmerito consequentur adepte dignitatis statum. qui per emendationem penitentie recepisse noscuntur remedium uite. Id autem ne forte magis sit ambiguum. diuine auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quippe propheta sub typo preuaricatricis Ierusalem. ostendit post penitentiam satisfactionem pristinum restaurari honorem. Confundere inquid onusta. et porta ignominiam tuam. et post paululum. et tu inquid et filie tue reuertimini ad antiquitatem. Quod dixit confundere. ostendit post opus peccati debere quemquam erubescere. et post confessionem pro admissis sceleribus uerecundam frontem humo prostratam demergere. pro eo quod dignum confusione perpetrauit opus. Deinde precepit. Vt post ignominiam et deiectionem sui nominis sue dignitatis reuertatur ad suam antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confessionis sue confunditur. atque ignominiam portans depositionem suam cum humilitate luget. reuocari per propheticam ad priorem poterit statum. Item Iohannes euangelista angelo Ephesi ecclesie in Apocalipsi. qui similia scribit.

Memor esto unde excideris. et age penitentiam. et prima opera fac. alioquin ueniam tibi et mouebo candelabrum tuum de loco eius. Ecce inquantum ualui. concilii anquiritani antiquam plane et plenam auctoritate sententiam sacris testimoniis explanaui. ostendens eum posse restaurari in proprio honore. Qui per penitentie satisfactionem nouit perpetrata deflere. Qui uero neglexit. nec luget que gessit. et lugenda sine ullo pudore religionis. ut tamen de diuini iudicii committit. eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fine autem huius epistole hoc adiciendum putaui. ut quotienscumque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur. illius concilii sententia magis teneatur cuius antiquior et potior extat auctoritas. Quicumque itaque sacris pro criminibus digne condignam penitentiam obtulerint. auctoritate Gregorii. Ieronimi. Augustini. et Ysidori. gradum pristine dignitatis recipere posse. Qui autem non odio criminis sed timore utilitatis uel ambitione honoris falsas eorum penitentias offerunt in pristini honoris gradum reparari minime poterunt. Sed obicitur illud Hormisde pape quod scribit omnibus episcopis per prouincias uniuersas; **Diaconus aut presbiter in adulterio deprehensi reparari non possunt.**

Siquis diaconus. aut presbiter post acceptam benedictionem leuiticam cum uxore sua incontinens inuenitur ab offitio suo deiciatur. Ecce manifeste constat quia secundum titulos antiquorum patrum sancto spiritu suggerente conscriptos et secundum sententias .ccc.xviii. episcoporum etiam quas gallicani canones

Iam si in baptizare. sed non ne layco istud concedatur. ut .i. q. i. quod quidam. sed dic quod iste baptizare quod non potest laycus ut lxxxvi. si diaconus obiciatur iste potest baptizare. dic lexx. i. q. i. sic ex. sed ibi loquitur de adhuc tollato. quod potest manere in officio sacerdotali si non prius esse episcopus. sed non in officio ut ex. de clericis pug. hereticus et .i. e studeat.

continere uidentur. clerici in adulterio deprehensi aut ipsi confessi. aut ab aliis conuicti. ad honorem redire non possunt. Quia forte non desunt quibus etiam pro nimia pietate suscepta sanctorum patrum se ueritas minime placeat. sciant se .ccc.xviii. episcoporum qui et reliquos canones statuerunt sententias reprehendere ut dampnare. Sed forte maior est in illis pietas quam in supradictis .ccc.xviii. episcopis. maiorem inuenit misericordiam. quam in sancto Iohanne papa. maior caritas quam in reliquis sanctis sacerdotibus qui hoc exemplo remedia ecclesiarum suis diffinitionibus delibauerunt. et ideo aut propria uoluntate preceptis illorum consentiant aut omnibus illis deteriores et inimicos se esse cognoscant. Que est ista iusticie inimica bonitas. palpare criminosos et uulnera eorum usque in diem iudicii incurata seruare? Quod si eos dignissimam penitentiam per plures annos uideremus agere. tunc nos et saluti eorum possemus consulere et statuta canonum deberemus temperare. Cum uero in aliquibus nec compunctio humilitatis nec instantia orandi appareat. nec beatum Dauid imitentur qui dicit. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis stratum meum rigabo. et illud. cinerem tanquam panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam. nec eos ieiuniis uel lectionibus uacare uideamus. Possumus agnoscere si ad pristinos gradus uel honores redirent. cum quanta negligentia. et cum quanto torpore et inimica anime sue securitate se permanerent; credentes. quod sic eis non acta digna penitentia dimiserit deus. Quomodo sacerdotes indulsisse uidentur. Ve dico. quia illi ipsi quibus cum periculosa et falsa misericordia indulgere uidemur. cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis dampnandi aduenerint. contra nos causas dicturi sunt. dicentes: quod cum aut asperitate lingue eorum expauimus. aut falsa blandimenta et periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus. in eisdem permanere peccatis eis inutiliter indulgemus. aut ipsa peccata augere permittimus. non recordantes illud quod in ueteri testamento scriptum est. quia in uno peccante. cc. omnis ira dei deseuit. Item ier. **Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire.**

Quicumque dignitatem diuini gradus non custodierunt contenti fiant animam saluare. reuerti enim in pristinum gradum difficile est. Item basilius. **Lapsus post penitentiam altario tantum ministret.**

Qui sub gradu ceciderit. post penitentiam contentus fiat baptizare. communionem infirmis tradere. et altario tantummodo ministrare. Item ex concilio anchiritano. **De sacerdotibus. diaconibus. uel laicis.**

Presbiteros qui immolauerunt. **quod ydolis sacrificauerunt** et postea tamen certamen inierunt. si ex fide luctati sunt. et non ex compacto. ad ostentationem

ut offerrent. hos placuit honorem quidem sedis sue retinere. offerre autem illis et sermonem ad populum facere aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat. Diacones similiter qui immolauerunt. Postea uero iterum reluctati sunt. alias quidem honorem habere oportet. cessare autem debent ab omni sacro ministerio. ita ut nec panem nec calicem offerant. nec pronuncient nisi forte aliqui episcoporum conscii laboris eorum et humilitatis et mansuetudinis uoluerint eis aliquid amplius tribuere ut adhibere. penes ipsos ergo debit erit potestas. Qui autem fugientes comprehensi sunt. ut a domesticis traditi. uel ademptis facultatibus sustinere. tormenta. aut in custodiam trusi. uel se proclamauerunt se christianos esse. et eo usque adstricti sunt. ut manus eorum comprehendentes uiolenter attraherent. et funestis sacrificiis admouerent. ut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur in omni detestatione et habitu et humilitate uite confitentes. hos uelut extra delictum constitutos a communionis gratia non prohiberi decernimus. Si uero prohibiti sunt ab aliquibus propter cautelam ampliorem. uel propter quorumdam ignorantiam. statim recipiantur. hoc autem similiter et de clericis et de laicis obseruare conuenit. perquisitum est autem et illud. si possunt etiam laici qui in has necessitatis angustias inciderunt. ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo et hos tanquam qui nichil peccauerint. si precedens eorum uita probauit. officium ad hoc prouehi. De his autem qui negauerunt preter necessitatem aut preter ablationem facultatum aut preter periculum uel aliquid huiuscemodi quod factum est subtiliter indicari. placuit synodo quamuis humanitate probentur indigni. tamen eis beniuolentiam commodari. Sed illud omnino propter desidiosos et negligentes non uere penitentes reparari prohibet. Illud autem ieronimus fatetur. hoc esse difficille non inpossibile. Basilius autem contra delinquentes rigorem iusticie seruandum ostendit quem contra penitentes alii relaxandum misericorditer affirmant. possunt etiam aliter distingui premisse auctoritates. quorum crimina manifesta sunt ante uel post ordinationem a sacris ordinibus deiciendi sunt. Quorum autem peccata occulta sunt et secreta satisfactione sacerdotis et deletione purgata in propriis ordinibus remanere possunt. Unde nicholaus papa carolo archiepiscopo et eius suffraganeis. **Non potest reditum in sacerdotium cuius crimen fuit manifestum.**

Sacerdotes si in fornicationis ceciderint laqueum. et criminis manifestum siue ostensus fuit actus. sacerdotii non possunt habere honorem. secundum canonice institutionis auctoritatem. Item rabanus archiepiscopus scribit ad eribaldum. **Qui ualeant reparari post lapsum ut non.**

De quibus uero uisum est nobis scribendum esse. **sunt ut non:** qui sacros ordines non habent. et ante uel post

in fide restituuntur ad honorem et beneficium sed non ad officium. iste casus habetur in primo capitulo et ex hoc datur intelligi aduersus sit tribus modis. Si est sic coacti non sit reus. uel si re...

...nem peccatum. nisi uoluntate commissum quomodo homicidium non ... puniturum cum non sit peccatum. et largo et stricto modo aliquid ... committi et quid stricta significatione dicitur peccatum non uoluptate si ... aliqua uoluntate. non tantum ad hoc acceptus sit. que ad modum hic ... sic committitur aliquid puniendum. ut homicidium de quo hic agitur ... fieri non uolumptate. equali significatione. siquidem id quod fit nulla

Puoluntate: neque ad hoc neque ad aliud intentus sit. et illud non est ad mortem imputabile. Unde ag. hanc autem distinctionem facile cuilibet est aduertere ... excusso ... capitulo.

ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse confitentur. in quibus ut michi uidetur hec distantia esse debet. ut hi qui deprehensi uel capti fuerint publice in periurio furto atque fornicatione et ceteris huiusmodi criminibus. secundum sacrorum canonum instituta a proprio gradu decidant. Quia scandalum est populo dei tales personas superpositas habere. quas ultra modum uitiosas constat esse. Nempe non detrahunt homines a sacrificio dei sicut quondam eli filiis peccantibus fecisse leguntur. et rebelles hinc atque ceteri existentes eorum prauis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis peccatis absconse a se admissis in occulta confessione coram angelis domini presente etiam sacerdote qui eis indicturus est penitentiam confitentur. et semet ipsos grauiter deliquisse queruntur. si se per ieiunia et elemosinas uigiliasque et sacras orationes purgare certauerint. his etiam gradu suo seruato spes uenie de misericordia dei promittenda est. De lapsis in heresi hoc obseruandum est. ut ante sententiam concilii nullus eis communicet. Unde anicipanus papa antonino interceta. Ab actione abstineat qui lapsus ante.

Decretum quod statuendum esset. restitutione communicat. circa causam lapsorum distuli. ut cum quies et tranquillitas data esset. et episcopi in unum conuenire indulgentia diuina permitteret. tunc communicato et librato de omnium collatione consilio. statuerem quod fieri oporteret. siquis uero ante consilium nostrum et ante sententiam de omnium consilio statutam communicare uoluisset temere lapsis. ipse actione abstineat. Quod uero super de homicidiis statutum legitur. intelligendum est. cum facultas datur effugiendi. non necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum cum angustati necessitate effugere non possunt. si tunc homicidium admiserint. purgati per penitentiam. et offitio et communioni reddentur. Unde in eleredensi c. legitur. Post duorum annorum penitentiam offitio et communioni restituantur clerici qui in obsidionibus positi necessitate sanguinem funderint.

De his clericis qui in obsidionis necessitate positi fuerint. id statutum est. ut qui altario ministrant. et christi corpus et sanguinem tradunt. ut uasa sacro offitio deputata contractant. ut ab omni humano sanguine et hostili se abstineant. quod si in hec inciderint. tam offitio quam communione corporis domini duobus annis priuentur. ita ut duobus annis uigiliis. ieiuniis orationibus et elemosinis pro uiribus quas dominus donauit expientur. et ita demum offitio uel communioni reddantur; ea tamen ratione. ne ulterius ad offitia potiora promoueantur. quod si indefinito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint. protelande ipsius penitentie tempus in potestate maneat sacerdotis; Casu quoque si clerici homicidium fecerint. in proprio gradu ex dispensatione re-

manere permittuntur. Unde urbanus secundus scribit guarnerio narbonensi episcopo. Clerico iaciente qui casu homicidium facit ex dispensatione in suo ordine permaneat. Clerico iaciente lapidem puer occidit intemptus. non per amorem tuo in suo ordine eum permanere permittimus. ut tamen semper in penitentia et timore permaneat. Item stephanus quintus scribit ... consiense episcopo; De eodem;

Quia te quasi obnoxium iudicas eo quod a sarracenis captus homines interfecisse uideris. benefacis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris. a canonicis nullo modo iudicaris. Si uero ira commotus aliquem presbiter interfecerit. et si animum occidendi non habuit. perpetuo tamen depositus erit. Unde nicholaus papa scribit. hostardoco episcopo quadriatino. Perpetuo careat offitio presbiter qui ira commotus. Studeat sanctitas tua licet extra animum aliquem interfecit.

persuadere episcopo tuo sibi canonicum consotiare numerum collegarum. et sex ex uicinis prouinciis. et corepiscopos suos quibus tecum iunctis et decernentibus diligenter inuestigare. et omnium rei fusitu tam percurate. quatenus inuenire ualeatis utrum percussione iam notati. antecieus fractione id diaconus ut fertur exitus est. et siquidem a se prefato presbitero non ad mortem percussus est. sed exequo cadens ceruice facta interiit. sed arbitror uestram proper percussione agenti incaute presbitero penitentiam competentem indicite. et aliquanto tempore a missarum sollempniis suspendatur. deinde post hec ad sacerdotale redeat offitium. quod si uidetur quali cumque percussione presbiteri ille mortuus est diaconus. nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus. quamuis et si uoluntate occidendi non habuit. furor tamen et indignatio et quibus motio illa mortifera prodiit. in omnibus et precipue in dei ministris. multipliciter inhibetur. atque dampnatur. Si uero si presbiter adeo uno studio obnoxius fore claruit. precipimus. ut tale beneficium sub ecclesie sue concedatur. quo et ipse et sui sufficienter possint habere sue sustentationis solatium; Item ex concilio neocesariensi. Quinquennio actione abstineant qui casu homicidium fatiunt. Eos uero qui non uoluntate sed casu homicidium fecerint. prior quidem regula post septem tamen annorum penitentiam communioni sociauit. sed gradus constitutos. hec uero humana diffinitio quinquennii tempus tribuit; Item ex concilio eliberitano. Quibus temporum spatiis actione abstineat qui uoluntate uel casu ancillam suam interfecerit. Siqua femina furore zeli accensa flagellis uerberauerit ancillam suam. ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu emittat. eo quod incertum sit uoluntate. an casu occiderit. si uoluntate post vii. annos. si casu post v. annorum tempora pacta legitima penitentia ad communionem pla-

monasterium quatenus non omnino sit publica. i. sollempnis pen. quia tamen mittitur ei et publicitatem obtinet. ideo quisquis monasterium sic intrat sollempnis penitens dicendus est. Non ut reatus sententia sit paritas sed similitudinis causa. propter quod iter ad sacerdotium ei prohibetur.

cuit admitti. quod si in fa. tempora constituta fuerit infirmata accipiat communionem. Item ex c. martini pp. **De his qui sponte vel casu hominem occiderint**

Si quis voluntate homicidium fecit. ad ianuam ecclesie catholice semper iaceat. et communionem in exitu vite sue recipiat. Si autem non voluntate sed casu aliquod homicidium fecerit. per ar. can. vii. annos agere penitentiam iussit. sed can. quinque mandavit. Item ex titulo de furtis. **Nomine sacci furti quis teneatur.**

Qui saccum habentem pecuniam subripuit. furti et sacci nomine tenetur. quamvis non sit ei animus sacci subripiendi. Contra animum non opus puniri. l. viii. cod. t. ad legem corneliam de sicariis. exemplo sacrum litterarum. dicitur et manifestius colligitur. Cum qui asseverat homicidium se non voluntate sed casu fortuito fecisse. cum calcis ictu mortis occasio prebita videatur. si hec ita est. neque supplicio abigi potest. omni metu ac suspitione quam ex admisse rei discrimine sustinet. et id quod annotatione nostra comprehensum est volumus liberari. hinc etiam pelagius pp. **Non imputatur ad penam quod ex voluntate non procedit.**

Quantum dicit iste placidius anno preterito dictum est de uxore ipsius quia subito inter caballos inventa est. et dum traherent caballi collisa est illa et abortum fecit. quod si ita est forte si caballos alienos tulit. inde est culpabilis. Nam de muliere que casu inter caballos confracta est. ubi voluntas illius non agnoscitur penitiosa fuisse non potest appellari. Item nicholaus pp. **De eodem**

Hi qui arborem incidere videntur. si contigerit ut cadens arbor occiderit homines inculpabiles sunt atque innoxii. quia nec voluntate eorum nec desiderio homicidium perpetratum est. Si vero aliqua eorum culpa vel neglectu morientis hominis interitus cognoscitur advenisse. abstinendi sunt a gradu. et in sacro ordine nullatenus suscipiendi. Item ex c. guarmatiensi. **De eodem.**

Sepe contigit dum quis operi necessario insistens arborem inciderit. ut aliquis subtus repente veniens deprimatur. et ideo tunc si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est. ut homicida penitenti se debet omnino submitti. quod si non voto sed incuria illius. non hec cum sententia contingit. Si enim dum ille operi necessario fortassis incumberet. iste inspiratus occurrit sub arbore. et sub ipsa oppressus est. incisor arboris non tenetur pro homicida. Item ex c. thuriensi. **De eodem.**

Si duo fratres in silva arbores succiderint et appropinquante casura unius arboris frater fratri dixerit cave. et ille fugiens in ipsam casuram arboris acciderit et mortuus fuerit. vivens frater innocens de sanguine germani dinoscitur.

Premissis auctoritatibus lapsis permittitur ut post penitentiam in suis ordinibus reparari valeant. ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur. immo penitus prohibetur. Unde in. elec. concili. c. legitur. **Lapsi in suis ordinibus reparari.**

Hi qui altario sancto deserviunt si subito flenda carnis fragilitate corruerint. et domino respiciente digne penituerint. ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium deo offerant. maneat in potestate pontificis ut veraciter afflictos non diu suspendere. vel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesie corpore segregare. ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant. ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint. et velut sues in volutabris emersi iacuerint. non solum dignitate officii careant. sed etiam sanctam communionem non nisi in exitu percipient. Sed exemplo beati petri. qui postquam trine negationis maculas confessione diluit amoris. non solum in gradu suo apostolatus remansit. verum etiam in pastorem totius ecclesie a Christo institui promeruit. per hoc probantur lapsi post dignam penitentiam. non propria officia retinere sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem beatus petrus post negationem pastor ecclesie a domino sit institutus. probatur auctoritate beati gregorii. qui in omelia dominice resurrectionis. De eodem principe apostolorum scribit dicens. **Petrus culpam negationis consideravit. Princeps apostolorum a domino est institutus.**

Considerandum nobis est cur omnipotens deus eum quem cuncte ecclesie preferre disposuerat. ancille vocem pertimescere. et seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus. ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret. qualiter aliis misereri debuisset. prius itaque eum ostendit sibi. et tunc preposuit ceteris. ut ex sua infirmitate cognosceret. quam misericorditer aliena infirma tolleraret. Item ambrosius in omelia l. **Per negationem fidelior in fide et gradu petrus profecit.**

Fidelior factus est petrus postquam fidem perdidisse deflevit. atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. tamquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit. ut qui sibi ante infirmus fuerat. fieret omnibus firmamentum. et qui sub interrogationis temptatione nutaverat. ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate devotionis ecclesiarum petra dicitur. sicut ait dominus. Tu es petrus et super hanc petram. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit. et tamquam saxum immobile totius corporis christiani compagem molemque contineat. Item obicitur. penitentes ad sacros ordines promoveri non debent. Nonnulli lapsi post penitentiam ad maiora pertingere possunt. Unde in cartaginensi. c. iiii. legitur.

Non ordinetur clericus ex penitentibus.

Ex penitentibus quamvis sit bonus nusceliu non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus ordinavit talem, etiam ipse a iure suo ordinandi dumtaxat potestate privetur. Simili sententie subiacebit episcopus si sciens ordinavit clericum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit aut secundam. Item Siricius papa Imerio episcopo. Bigamus penitens vidue maritus sacre militie se ingerere sine spe promotionis in ...

Quicumque penitens, quicumque bigamus, suo ordini quicumque vidue maritus ad sacram militiam indebite et incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio si adepta sibi omni spe promotionis in hoc quo invenitur ordine perpetua stabilitate permaneat. Item ex concilio Gerundensi. Non probatur a clero qui per sui langorem perceperit penitentiam.

Is vero qui egritudinis ... penitentie benedictionem accep... langore depressus penitentie benedictionem, quam viaticum dicimus, per communionem acceperit, et postmodum reconvalescens caput penitentie in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. Item Hormisda papa omnibus episcopis per universas provincias constitutis. Qui ad penitentiam agendam in monasterio retrusus presbiter non ordinetur.

Si ille qui ultro petit penitentiam quamvis eam perfecte agat, non potest tamen episcopus aut presbiter ordinari, ita ut et si per ignorantiam ordinatus fuit et postea convincitur penitentiam accepisse, deiciatur, si ille qui invitus ad penitentiam agendam mittitur in monasterio, qui utique nichil aliud quam penitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium provehi permittitur? Nemo michi alia quelibet esse auctoritate sedis apostolice, vel ccc.xviii. episcoporum et reliquorum canonum constituta obiciat, quia quicquid est illorum diffinitione in quibus superius sermonem credimus locutum dictum fuit, recipere non solum temerarium sed et periculosum esse non dubito. Item Gelasius urbis Rome omnibus episcopis. Bigamus vel quilibet post penitentiam sacris non applicetur ministeriis.

Non confidat quisquam pontificum facere bigamos, aut coniugia sortientes ab aliis relicta, sive quos libet post penitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curie, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos divinis futuros applicare ministeriis. Item Innocentius. Penitentes nec esse clerici fieri possunt.

Canones apud Nicenam constituti penitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt.

Hoc non de quibuslibet penitentibus intelligitur, sed de illis tantum qui post penitentiam secularis militie cingulum acceperunt, de quibus Innocentius episcopus scribit Victori Rotomagensi episcopo. Non debet fieri clericus qui post remissionem militie cingulum habuit.

Si quis post remissionem peccatorum cingulum militie secularis habuit, ad clericatum omnino admitti non debet. Potest etiam intelligi esse quedam penitentia que sollempnis appellatur, que semel tantum in ecclesia conceditur, de qua Ambrosius ait: Sicut unum est baptisma, ita unica est penitentia. Item non est secundus locus penitentie. Item reprehendit quam plurimi qui sepius agendam penitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si vere penitentiam agerent, numquam iterandam putarent. Item Augustinus ad Macedonium. Quamvis caute et salubriter provisum sit ut locus humillime penitentie semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset egrotis, que tanto magis salubris erit quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini qui post primam penitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit adhuc iterum parcis? ... nimis vilis haberetur, tamen cotidie peccantibus numquam per penitentiam venia negatur. Hec pro ... autem quomodo imponenda sit, In Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est. Quando penitentes ad penitentiam accedant.

Penitentes tempore quo penitentiam petunt impositionem manuum et cilicium super capita sua a sacerdote sicut ubique statutum est consequantur. Si autem comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint abiciantur, et nisi digne penituerint non recipiantur. Iuvenibus etiam penitentia non facile committenda est propter etatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum. Item ex eodem. Quomodo sollempnis penitentia.

In capite quadragesime omnes penitentes qui publicam suscipiunt aut susceperunt penitentiam ante fores ecclesie se representent episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram dimissis, reos se esse ipso habitu et vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est archipresbiteri parrochiarum, et presbiteri penitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, et secundum modum culpe penitentiam per prefatos gradus iniungere. Post hec eos in ecclesia introducant, et cum omni clero septem penitentiales psalmos in terra prostratus episcopus cum lacrimis pro eorum absolutione decantent. Tunc resurgens ab oratione iuxta quod canones iubent manus eis imponat, benedictam aquam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat, et cum gemitu et crebris suspiriis denuntiet eis quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiciuntur. Postea iubeat ministris ut eos extra ianuas ecclesie expellant. Clerus vero prosequatur eos cum responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane tuo etc., ut videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam non parvipendant penitentiam.

in sacra autem cena rursus ab eorum decanis et conpresbiteris ecclesie liminibus representetur. Hac penitentiam nulli umquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiusmodi penitentes ad clerum admitti prohibentur. Unde in Cartaginensi concilio statutum legitur: **Clericis non inponatur manus tamquam penitentibus.**

Confirmandum est, ut si quando presbiteri vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, ad eos non eis manus tamquam penitentibus vel tamquam fidelibus laicis inponatur; neque umquam permittendum est, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur. Item Siricius papa: **Nec clericus penitentiam agere nec penitens ad clericatum accedere.**

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut penitentiam agere nulli umquam conceditur clericorum, ita post penitudinem ac reconciliationem cuiquam laicorum non liceat honorem clericatus adipisci. Quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen gerendorum sacramentorum debent instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum. Item Leo papa: **A presbiteris et diaconibus tamquam penitentibus non debet inponi.**

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbiterali honore aut in diaconii gradu fuerint consecrati, hii pro crimine aliquo suo per manus inpositionem remedium accipiant penitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo? Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilii huiusmodi penitentes ad clerum non admittendi. In quo sic statutum est: **Causa necessitatis ad clericatum penitentes minores admittantur.**

Placuit ut penitentes non admittantur ad clerum, nisi tamen si necessitas aut usus exegerit. Tunc deputentur inter hostiarios vel inter lectores, ita ut apostolum vel evangelium non legant. Si qui autem ordinati sunt in diacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non inponant, nec sacra contingant. Eum vero penitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam penitentiam gerens sub cilicio divino fuerit reconciliatus altario.

Apostate quoque ad clericatus offitium admitti non debent. Unde in concilio Arelatensi: **Ad clericatus offitium non admittantur.**

Hii qui post sanctam religionis professionem apostatant, et ad seculum redeunt, et post modum penitentie remedia non requirunt, sine penitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus non admitti offitium, et quicumque ille sit post penitentiam habitum secularem accipere non presumat. Quod si presumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

Ecce quod criminosi vel generaliter penitentes, ut publicam penitentiam agentes, a sacris prohibentur ordinibus; adiecit quoque sancta mater ecclesia ut curiales post baptisma militantes aut in foro decertantes a sacris prohibeantur ordinibus. Unde ait Innocentius: **Post baptisma militantes vel in foro decertantes a sacris prohibentur ordinibus.**

Aliquantos ex his qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt et obtinendi pertinatiam susceperunt, ad sacerdotium esse conperimus. De quorum numero aliqui prohibentur ad sacerdotium assumi, aliquantos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, severa necessario precepta sunt executi; aliquantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, que sunt sibi inperata fecerunt; aliquantos qui voluptates et editiones populis celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii pervenisse. Quorum omnium neminem ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire. Que si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala his partibus provenire quibus mederi cupimus, de studio emendationis cupimus inducemus. Ideo concedenda remittenda potius hec putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestre maturitas providere debebit, ut tante usurpationi nunc finis necessarius inponatur. Eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. Item Felix episcopus Nuceriano: **De quibus laicis ad clericatum non possunt venire.**

Designata sunt genera laicorum de quibus ad clericatum aliqui venire non possunt, id est si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta est ratio, quoniam etsi inveniantur huiusmodi viri qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sepius acturia repetuntur, cavendum est ab his propter tribulationem que sepe de his ecclesie provenit. Idem: **Non admittantur curiales ad offitium.**

Preterea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, pro quibus postea maior est tristitia, cum de revocandis eis aliquid ab imperatore precipitur. Quia gratia nascitur de ascito. Constat eos enim in ipsis ministeriis et voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, et ludorum et munerum apparatibus aut preesse aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo et tristitia fratrum, quam sepe pertulimus, imperatore presente, cum pro his sepe rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognovisti, quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constituti ingens molestia ut redderentur instabat.

Item ex concilio Toletano: **Non perveniat ad diaconatum qui post baptismum ad fidelem necandum accesserit.**

Siquis post acceptum baptismum militauerit et clamidem sumpserit aut cingulum, etiam si nec grauiora admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem.

Item in Toletano c. iiii. **A quibus debet esse immunis qui episcopus est ordinandus.**

Qui in aliquo crimine detenti sunt, qui infamie nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitentiam se admisisse confessi sunt, qui in heresim lapsi sunt, qui in heresi baptizati sunt, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut qui naturali defectu membrorum aliquid minus, minus habere noscuntur, qui secunde uxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui uiduam uel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophiti sunt, uel laici sunt, qui seculari militie dediti sunt, qui curie nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad xxx annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem querunt, qui honorem muneribus optinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur: sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec populus ciuitatis eligit, uel auctoritas metropolitani uel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, et in his que predicta sunt exquisitus in nullo horum deprehensus fuit, et examinatus probabili uita atque doctrina extitit, secundum synodalia uel decretalia constituta cum omnium clericorum uel ciuium uoluntate ab uniuersis comprouincialibus episcopis aut certe a tribus in sacerdotem die dominico consecrabitur, conuenientibus ceteris qui absentes sunt suis litteris, et magis auctoritate uel presentia eius, qui est metropolitanus episcopus, constitutus episcopus aut comprouincialis ubi consecrandus est, uel metropolitanus elegit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli, comprouincialibus ibidem conuenientibus. Siquis autem deinceps contra predicta uetita canonum ad sacerdotii gradum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Qui uero premissis aliquibus non superbia sed negligentia ad maiores conscendunt, tamdiu a maioribus abstineant, quousque congruo tempore premissos accipiant. Unde Alexander scribit Gimaldo Constantiensi episcopo: **De eo qui subdiaconatu postposito diaconus et presbiter est ordinatus.**

Sollicitudo dilectionis tue studuit consulere utrum portitor istarum litterarum diaconatus et presbiteratus officium idoneus sit peragere nec ne. Cum autem idem presbiter est, subdiaconatus ordine postposito, negligentia potius quam superbia cognoscatur ascendisse, uobis consulendo caritati tue mandamus, ut ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quattuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, et sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. Curiales autem, ut supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia consequitur, uel quia ad curiales non uoto religionis, sed ut officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt. Unde Gregorius scribit l. viii. registri omnibus episcopis de lege Mauritii augusti: **Quod sit constitutum ne curiales ordinentur.**

Legem quam piissimus imperator dedit, ne fortasse hii qui militie uel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum ueniant, uel in monasteriis conuertantur, uestre studium fraternitatis mitto. Ob hanc maxime causam, quod hii qui secularibus actionibus implicati sunt, in clero ecclesie propere suscipiendi non sunt, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam prius uixerant uiuunt, nequaquam qui student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quique monasterium petunt, suscipiendi nullomodo sunt, nisi prius a negotiis publicis fuerint absoluti. Si qui uero ex militaribus uiris monasterium festinant ingredi, non sunt temere suscipiendi, nisi uita eorum subtilis inquisita fuerit, et iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati, tunc monasticum habitum Deo auctore suscipiant. Serui autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur. Unde Leo episcopus scribit omnibus episcopis: **Seruus ad clericatus officium non promoueatur.**

Nullus episcoporum seruum alterius ad clericatus officium promouere presumat, nisi forte eorum petitio aut uoluntas accesserit, qui aliquod sibi in eo uendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui diuine militie est aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullius necessitatis uinculis abstrahatur. Item ex concilio Triburiensi: **De seruili conditione ad sacros ordines nullus accedat.**

Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consecuti. Cuius libertatis carta ante ordinationem in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrentur. Porro serui non canonice consecrati, postquam degradati fuerint, eius conditionis sint cuius fuerant ante gradum. Item ex concilio Toletano viiii. **P[ost] donum libertatis famuli ecclesie deuocentur in clerum.**

Qui ex familiis ecclesie seruituri deuocantur in clerum, ab episcopis suis necesse est ut libertatis percipiant donum, et si honeste uite claruerint, tunc demum maioribus fungantur officiis. Quos uero flagitiis sordidatos incorrigibilis noxa perpetua seruitutis conditionis reuinget [?] in catena. Qui autem ordinandi ad nomen suis libertate consecuti [illegible]

abeorum patrocinio penitus debent esse alieni. ut in nullo eorum obsequio inueniantur obnoxii. Unde in concilio tolletano iiii. legitur. **Ad clericale officium suscipiantur qui nullo obsequio retento dimittuntur.**

Qui cumque libertatem a dominis suis non libertate perpetua ita perceperint ut sibi in eis nullum obsequium patronus retentet. isti sine crimine sunt ad clericatus ordinem liberi suscipiantur. quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui uero retento obsequio manumissi sunt. pro eo quod adhuc patroni seruitute tenentur obnoxii. nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi. ne quando uoluerint eorum domini fiant ex clericis serui.

Item ex concilio martini pape. **Sine patroni consensu non ordinetur qui patrocinio clerici est obligatus.**

Si quis obligatus est tributo seruili. uel aliqua conditione. uel patrocinio cuiuslibet domus. non est ordinandus clericus. nisi probate uite fuerit. et patroni consensus accesserit. Ceterum si a dominis suis libertatem consecuti non fuerint. et ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint presbiter peculii amissione mulctetur. diaconus uero factus aut uicarium prestabit. aut in seruitutem reuocabitur. Ceteri uero gradus non possunt quemquam a necessitate seruitutis absoluere. Unde gelasius scribit martino et iusto episcopis. **Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium peculii amissione**

Et antiquis regulis et nouella sinodali explanatione comprehensum est personas obnoxias clerico celestis militie non precingi. Sed nescio utrum ignorantia aut uoluntate rapiamini. ita ut ex hac causa nullus pene episcoporum uideatur extorris. Ita enim nos frequens et plurimorum querela circumstrepit. ut ex hac parte nichil penitus putetur constitutum. actores siquidem illustris uiri filii nostri amandi grauiter conqueruntur homines suo uiri deditos. alios iam in clericos. alios iam in diacones ordinatos. cum non solum post modernorum concilium. quod tantorum collectione pontificum sub domini salubrime prouisionis assensu constat esse perfectum. huiusmodi persone suscipi non debent. sed et si qui forte in diuine cultu militie ante fuerint ignorantia facientes suscepti. et in minasi prorsus. et exuti religioso priuilegio. ad dominorum suorum possessiones iusta debuerant admonitione compelli. et ideo fratres karissimi eos quos supradicti uiri actores inclericatus officio monstrauerint detineri. discussos et obnoxios approbatos. custodito legum tenore sine intermissione restituite. ita ut si quis iam ex his presbiter repertus. in eodem gradu peculii sola amissione mulctatus maneat. diaconus uero aut uicarium prestet. aut si non habuit ipse reddatur. reliqua uero officia sciant neminem posse

a bhac obnoxii etate si conuincitur uendicare. qua ratione his ordine cum custodito nec dominorum iura et ecclesiarum priuilegia uiolatione turbentur.

Idem erculentio. stephano. et iusto. episcopis. **Seruus clericus factus futuri obnoxius maneat.**

Frequens equidem et assidua nos querela circumstrepit. de his pontificibus qui nec antiquas regulas. nec decreta nostra nouiter directa cogitantes obnoxias possessionibus uel gratas personas uenientes ad clericale cingulum non refutant. Nuper etenim rectores illustris femine placidie petitori oblatione conquesti sunt. Sabinum marcellianensis siue cursi lunatis urbanti sustinentem antiochum fuluiurius patrone sue absentis et inde occasione captata. ad presbiterii honorem usque productum eique fratrem leontium clericatus offitii priuilegio decorasse. et ideo fratres karissimi tres supradictos actores et eos qui extreme conditionis repertum obiectu. cognitione uobis nostra auctoritate deputamus. ut omni ueritate discussa. si reuera obiectam sibi maculam iuste refragationis non potuerint rite diluere. leonti uero clericum quem generalis presumit legibus non defendit. ad sequendam conditionis sue necessitatem modis omnibus reddi. uiderunt antiochum uero quia presbiterium iam recolligi non potest. si in sua ecclesia in hoc in quo est honore collocare desiderat omnia non uelut redditum sibi habeat. sex presbiterium ministeriorum celebratione susceptum. Idem rufino et aprili episcopis. **De eodem.**

Quis aut leges principum aut patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contempni. nisi qui impunitum sibi existimat in suo commissum. actores siquidem filie nostre uiris. et magnifice femine maxime. petitorii nobis insinuatione conquesti sunt. siluium atque candidum originarios suos esse constitutes qui supradicte sunt. conditione perurgente non legitime a lucerino pontifice diacones ordinatos. et ideo fratres karissimi tante preuaricationis excessus noueritis sagatius inquirendos. et si constiterit querelam ueritate fulciri. continuo qui conditione perurgente non legitime sunt consecrati. a sacris offitiis repellantur. Item eiusdem. **Nec a religiose uite proposito nec ad clericatus offitium sine dominorum consensu admittantur.**

Generalis etiam querele uitanda presumptione. qua propemodum causantur uniuersi passim suos et originarios dominorum iura possessionemque fugientes sub religiose conuersationis obtentu. uel ad monasteria sese conferre. uel ad ecclesiasticum famulatum conuenientibus quoque presulibus indifferenter admitti. que modis omnibus est amouenda pernicies. ne per christiani nominis institutum aut aliena puadi. aut publica uideatur disciplina subuerti. Perpiue cum nec ipsarum mini

xiiii. q. v. forte et. i. q. i. non est putanda.

39

...q uis se emat ut p̃moueat' imo p̃mot' maneat in suo ordine ut. s. ... hic n̄ fit tin̄facto si' ordine si sit p̃bitate l' sr ip̃o seruo et seruicio p̃sti tu ... ptorib' nec ē mag'... q' siq's emēt tm̄ ut ibi edificaret ecclām; si tm̄ ... ē dn̄o ... ut. s. d' transact. intpositas.
... qui q̄. S; hic d'eo agit cui q̄stat ee' x̄anū. ibi deo qui mitit' et fingit ... t' iugum s'uitis.

P ... fr' q' dic' ap̄ls in p' eccle' ad timotheum. Sig' s'ui sb' subiugo ē infideliū dn̄o' suos omi honore arbitret' dignos. z alibi. S erui estote subditi dn̄is uris ē infidelib'. n̄ ē cōn̄ q' ibi ag' de s'uis gentiliū. hic uideo'... cc' quos seruus sepe constituit eccl'a. qui a ipi pfidus eam impugnat.

steriis. clericalis hac obligatione frustrāri digni tatem conueniat. cogaturq; p̃statu m ili tantum sibi conctitione ... obnoxia aū uideri. quod absit obnoxia. Quib; sollicita competenti infractione p̃hibitis quisquis ep̄s. p̄br. et diaconus uł eoꝝ qui monastiis p̃ee' noscuntur. huius mōi p̄sonas ap̄. se te nentes n̄ restituendas patronis aut deinceps uł eccl'e s'uituti uł religiosis congregationi bus putau'int applicandas. nisi uoluntate so sitam anno' subscriptionis testio p̃mitus abso lutas. uł legitima tn̄sactione concessas. piculū sepi honoris n̄ ambigant onomisq; subitēs. si super hac re cuius quā uerax nos querela pul sauit; Magnis quippe studiis secdm beatū petrū ap̄lm p̄cauendum ē ne fides et disciplina dn̄i blasphet'. Iō. mc' pire credimus. ecc'asticis utili tatib; si. q̄ s' aliena reddant.

Hoc tu ne ob s'uandum ē cum dn̄s et s'uus eiusdem p̃fessionis inueniunt'. Ceterum si iudeus mancipiū x̄pianū emit. iudicis uł ep̄i auctoritate. ē continuo ad libertatē debet p̃duci.

Vn̄ gg'. liberano ep̄o;

Ad libertatē p̃ducant' mācipia x̄ana a iudeis empta.

Mancipia x̄ana quecūq; iudeū compasse patuerit ad libertatē iuxta legū p̄cepta. sine ābiguitate p̃ducite. ne quod absit. religio x̄ana iudeis sub iecta polluatur.

Item ex cō. tolto. iii. Nulla offa publica iudeis n̄ s̄ committenda.

Nulla offitia publica iudeis iniungant'. per que eis occasio tribuat' penā x̄anis inferre. Si q' uero x̄ani ab eis in iudaismo ritus sr' maculati. t' ē eciscisi non reddito p̃cio ad libertatē. et religi onē reddant x̄anam.

De eis aūt qui in isidelitate ēpti ad grām baptismi uenire deside rant. quo fieri debeat. gg'. scbit fortunato neapo litano ep̄o;

Infidelitatem uendicent' sui q abifidelitate ad fidē accedit.

Fraternitatem tuam oportet ee' sollicitam. si de iudeoꝝ s'uitio. non solū iudeis. s; ē quisquā paganoꝝ fieri uoluit x̄anus. postquā uoluntas eius fuit patefacta ne huc sub quolibet ingenio. uł argumento cui piam iudeoꝝ uenundandi facultas sit. s; is qui ad x̄anā conu'ti fidē desidat. defensione ura i libertatē modis omib; uendicet'. hi uero quos huiuscemōi oportet suos admittere. ne forsitan utilitates suas irrōabiliť existimet impediri. sollicita uos hoc conuenit cōsiderātione s'uare. ut si paganos quos in mercimoniū cā de exteris finib' emit. i. tres menses. dum emptor cui uenditi fuerit. n̄ inuenitur. fugere ad eccl'am forte contigit. et uelle se dix'int fieri x̄anos uel ē extra eccl'am hane ta lem uoluntatē p̃dide rint. p̃ciū eoꝝ a x̄ano. s. ēptore p̃cipiat. Si autem post p̃finitos tres menses quisquam huiuscemōi suoꝝ iudaicorum uelle suū ap'it et fieri uoluit x̄anus. nec aliquis eū postmo dum emat. nec dn̄s qualibet occasionis spe huc audeat uenundare. s; ad libertatis p̃cul dubio p̃mia p̃ducatur. quia huc n̄ ad uendē dum s; ad sibi s'uiendū dr̄ compasse.

Item ex cō. aurelianensi; De eodem

Si s'uus absente aut nesciente dn̄o. ep̄o sciēte. quod s'uus sit. aut p̄br aut diaconus ordina tus fuit ip̃o in clericatus offitio p̃manente ep̄s eum dn̄o dupliciter satisfactione cōpenset. Si uō ep̄s eū s'uū nescierit. qui testimoniū p̃ib'. aut eum supplicau'it ordinai similiter redi bitione teneant' obnoxii;

Leo. ōib; cōstitutio noua; De eodem;

Si s'uus sciente et n̄ cōtradicente dn̄o in clo fuit ordinatus. ex hoc ip̃o lib' et ingenuus erit. S; si ignorante dn̄o uel debet in infra spatiū unius an ni. et s'uile' fortunā p̃bare. et s'uū suū accipere. Verū et si legitimo p̃batus experimto mōachus effitiatur. euadit iugū s'uitutis. debet enim p̃ triennū an quam monac' effitiant' in mona sterio p̃manere. Postea uō si monac' effecti fu erint. liberi effitiunt'. ep̄al ordo libat a for tuna s'uili. uł asc'ptitia. s; n̄ a curiali siue of fitiali. Nam et post ordinationē durat. S; ē uis patine potestatis soluit ep̄al dignitas. In sc'ptitios uero in ip̄sis possessionib; clericos etiā p̃t uoluntatē dn̄oꝝ fieri p̃mittimus. ita tn̄ ut clerici facti impositā sibi agri cultām adimpleat.

Item leo. omib; ep̄is; De eodem;

Admittunt' passim ad sacrū ordinē quib; nata liū nulla. nulla morum dignitas suffragat'. Et quia dn̄is suis consequi libertatē minime potuer'. ad fastigiū sacerdotii tanquā s'uilis uili tas huc honorem capiat. p̃ueniunt'. ab his ita q; fr̃s k'mi omīs uiri p̃uintie abstineant sacer dotes. et non tm̄ ab his. s; ē ab aliis originariis uł qui alicui conditioni obligati sūt. uolumus tp̄ari. nisi eoꝝ forte petitio aut uoluntas accesserit. qui aliquid in eos uendicant. potestatis;

De s'uis monasterii qr. an ecc'asticis offitiis possint aggregari annon. s; famuli eccl'arum n̄ sunt ordinandi. nc' sup' sc'ptum ē. n̄ a p̄p'is ep̄is libtatē consequant'. Porro s'uus mona sterii libertatē consequi non ualet. Non ergo ad clericatū sibi accedere licet. Quod aūt liber n̄ fieri possit p̃batur auctoritate octauie sino di. in qua sic statutum leg'. Monastii s'uū abbati t' monacho n̄ licet libm̄ face'.

Abbati uł monacho monasterii s'uū n̄ licet facere libm̄. Qui enī nichil p̃prium h't libtatem rei alie' dare non pōt. Nam et sicut sc'i leges sanxerunt. non pōt alienari possessio n̄ a p̄p'o plenō iure. s. nullo retento patrimo) fratrū aliq s'uū manu mittere. s. retento patrio.

domino. Hac auctoritate prohibentur servi adipisci libertatem recedendi ab obsequio monasterii. Sed non prohibentur nanciscenti libertatem promovendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus monasterii obsequio perpetuo deservire, ac sic servus monasterii et libertatem adipisci et sacris officiis adsociari valet. Unde in eodem cap. prefate constitutionis hec causa redditur: Iniustum enim est ut monachis rurale opus facientibus servi eorum otio torpeant et deliciis affluant. Quod autem servi ecclesiarum quo nomine et monasterii servos significari intelligimus, ad sacre religionis propositum debeant assumi auctoritate beati Gregorii probatur qui generali sinodo residens dixit: **Si conversatione probato famulus**

Multos de ecclesiastica familia novimus ad omnipotentis dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi in divino servitio valeant in monasterio conversari. Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ab ecclesiastici iuris dominio occasionem prebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis servitium incaute retinemus, illi invenimur negare quedam qui dedit omnia. Unde necesse est ut siquis ex iure ecclesiastico vel secularis militie servitute ad dei servitium converti desiderat, probetur prius in laicali habitu constitutus. Et si mores eius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractatione in monasterio omnipotenti domino servire permittatur, ut ab humano servitio liber recedat qui divino amore districtiorem appetit subire servitutem. Sicut et in monachico habitu secundum patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus post prefixa sacris canonibus tempora iam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur si tamen illis non fuerit criminibus maculatus que in textu veteri morte multant.

Ecce quomodo servi ad clericatum assumi valeant, ut quomodo non admittantur liberti quoque non sunt promovendi ad clerum nisi ab obsequiis sui patroni fuerint absoluti. Unde in conc. Toletano: **Absque patroni consensu libertus non promoveatur ad clerum.**

Prohibendum est ut liberti qui a patronis (?) fuerint ad clerum non promoveantur.

Corpore vero vitiati sacris officiis prohibentur. Unde Gelasius pp. scribit dicens: **E monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedit qui de laico ante acta (?)**

Priscis igitur pro sui reverentia manentibus institutis, que quidem ubi nulla rerum vel temporum perurget angustia regulariter convenit custodiri, quia eatenus ecclesie vel cunctis vel sufficientibus private sunt ministris, ut plebibus ad se pertinentibus divina munia supplere non valeant. Concedimus ut siquis monasterialibus disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, qui de laicis ante acta eius vita requiratur ne sit aliquo facinore infectus, si illiteratus, vel bigamus, vel adolescentia sortitus, vel corpore vitiatus, vel fuerit vel originarie conditionis utcumque vel publicarum rerum nexibus implicitus, vel publica penitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

Item ex conc. Arelatensi iii. **Penitentie suspensioni subiaceat qui preter canonum formam aliquem ordinat.**

Nullus penitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in predictis honoribus audeat ordinare. Et licet hec iam omnia preter canonum instituta contineant, tamen necubi quam sacerdotum supplicantium sicut iam dixi importunitas vel suggestio umquam subripiat. Necesse fuit ut nunc severiorem regulam sibi velint domini sacerdotes imponi. Et ideo quicumque ab hac die contra ea que superius comprehensa sunt clericum ordinare presumpsit, ab ea die qua hoc potuerit ei approbari anno integro missas non presumat celebrare. Quare et siquis observare noluerit et contra constitutum fratrum faciens missas celebrare voluerit, ecclesie communione privetur et ab omnium fratrum communione noverit se alienum. Quia dignum est ut severitatem ecclesiastice discipline sentiat qui salubriter a fratribus patribus instituta observare contempnit.

Item Hylarius pp.: **Non ordinentur penitentes vel inscii litterarum.**

Penitentes vel inscii litterarum aut aliqua membrorum dampna perpessi ad sacros ordines aspirare non valeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvet.

Corpore autem vitiati intelliguntur non casu sed propria voluntate abscisi. Unde in canonibus apostolorum legitur: **Qui semet**

Siquis abscidit semetipsum, id est siquis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia suus est homicida et dei conditioni inimicus. Siquis cum clericus fuerit absciderit semetipsum, omnino dampnetur, quia sui homicida est.

Item ex conc. Arelatensi secundo: **Non provehantur ad clerum qui se ipsos absciderunt.**

Hii qui se carnali vitio repugnare nescientes absciderunt, ad clerum pervenire non possunt.

Item Innocentius scribit Felici Nuceriano episcopo: **Non ordinatur qui partem digiti sibi volens absciderit.**

Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens absciderit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui si casu aliquid contigit dum aut operi rustico curam impendit aut aliquid faciens se non sponte percutit, hos canones precipiunt et clericos fieri et si in clero reperti fuerint non abici. Fuit autem voluntas eius in dicta que sibi causa fuit ferrum inicere. Iniustis vero casus veniam meruit.

Similiter vero intelligendum est de his qui plangore rem a medicis secantur aut a barbaris absciduntur aut a dominis castrantur. Unde in Niceno conc. legitur: **Qui plangore a medicis ad clerum valet admitti.**

Siquis a medicis plangore desectus est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Siquis autem se cum sanus esset absciderit, hunc et in clero constitutum abstineri conveniet, et deinceps nullum debere talem promoveri. Sicut autem claret, hec de his qui vel affectaverint hec vel ausi sunt se ipsos abscidere. Hii que diximus statuta sunt, si eos quos aut barbari

No. quod famulum ... qui absciderit ...

aut dominis castrati fuerint. si inveniuntur alias digni, tales [ad clerum] suscipit regula. Item ex concilio apostolorum.

Licite ordinetur episcopus qui propter hominum insidias eunuchus factus est.

Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, et est dignus, fiat episcopus. Item ex concilio Martini pape.

Non excluduntur a clero qui a medicis vel a barbaris vel a dominis suis castrantur.

Siquis per egritudinem naturalia a medicis secta habuit, similiter et qui a barbaris aut dominis suis castrati fuerint, et moribus digni inveniuntur, hos canon admittit ad clerum promoveri. Siquis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentie, sed per abscisionem a Deo plasmati corporis existimat posse a se carnales concupiscentias amputari, et ideo se castravit, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam fuerat ante promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur. Item ex concilio Ylerdensi.

Non prohibetur a sacris ordinibus qui medicorum incisione claudus efficitur.

Siquis in infirmitate positus clericus medicorum incisione claudus efficitur, promoveri ad sacros ordines eum non denegamus. Item Stephanus Robtomeriensi episcopo.

Non prohibetur a clero qui digitum sibi casu abscidit.

Lator presentium Flavius clericus ad sanctam sedem apostolicam veniens de civitate directam nobis epistolam, quam indagare studuisti, eum a Nomanis nuper imecaptum sinistre manus digitum habere abscisum, si sanctitatis si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoveri an non. Quod et nos repientes quia solertia tua magis super hoc sollicita a sede apostolica doceri flagitat normam iusticie semper sequi desideramus, reverentiam studium tue sanctitatis multo collaudamus, reverentiam tuam scire volentes quoniam si ita est, quod a Nomanis digitum ipse habeat abscisum, ad promotionem si alias dignus fuerit, nil ei nocebit. eo quod quibus de his, qui a dominis vel a medicis sive a paganis non sponte tale quod patiuntur sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus. Item Gelasius papa Palladio episcopo.

Post sinceritatis dignitatem acceptam sequenti debilitate non admittatur.

Precepta canonum, in quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore, ita siquis in eo fuerit constitutus, actum fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore sue sinceritatis accepit. Petitorio nobis defletur oblato quod habetur in subditis olim sibi, ante annos plurimos collatam presbiterii dignitatem, quam re vera inmaculati corporis ordine susceptisset. Sed nuper per provincie vastitatem quam tristie per omnibus barbarorum diuca feritas sectantium et ambiguitas inuexit animorum, dum imminentes gladios evadere fuge presidio nititur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggessit. quibus vix adhibita curatione biennio potuisset abstergi, et ideo fieret [illegible]. subiecto. locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacro sancta misteria sicut consuevit exerceat. Nec enim convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem in quo post modum invalitudinem corporis casu probantur facientem prolapsus. Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. qui enim oculum amisit, licet desit voluntas, tamen sacerdotium adipisci non potest. Unde Gelasius scribit Rufino episcopo.

Non est prestanda iura sacerdotii cui oculus erutus est.

Si evangelica ammonitio iracundiam nec usque ad vanum furentem prosilire permittit, ne si iracha fratri suo quis dixerit, reus sit gehenne ignis, qualiter putamus pena plectendum, eum qui non solum pugno impie percussit in leviticis ordinis hominem ministerio fulgentem, sed quasi non sufficeret accedere manus ita instigante se diabolo raptus est ad iracundiam, ut fuste [illegible] percutiens eruerit oculum fratris, et quamvis huiusmodi excessus gravior esset, pena plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbiterii removendo, hoc tamen sollicitudinis tue sit, ut locum penitentie ei constituas, in aliquo cum monasterio retrudas, laica tamen sibi concessa communione. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbiterum. nam cui erutus illi est oculus non possunt iuxta canones sacerdotii iura concedi. neque enim aliquid de eo presumpserit quod oculum invitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est, nec sacros canones aliquem casum in amissione oculi eius qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, fuisse excepisse regulis invenimus. Sed hec tamen modo ad prohibitionem fecisse videmus, ut qui caret oculo sacerdotii officium adipisci non possit. Sed nec illi ullatenus quasi in compensatione iniurie sacrus ordo concedi potuit, qui ad tantam sacerdotem propium potuit iracundiam provocare ut et ille officium in quo erat amitteret, et iste provectus sui perderet facultatem.

Presbiterorum etiam filii ad sacra officia non sunt admittendi. Unde Urbanus papa secundus ait:

Filii presbiterorum a sacris ordinibus prohibentur.

Presbiterorum filios a sacris ministeriis removemus, nisi aut in cenobiis aut in canonicis religiose probati fuerint conversari. Sed hoc intelligendum est de illis qui paterne incontinentie imitatores fuerint. Verum si morum honestas eorum commendabiles fuerit exemplis et auctoritatibus, non solum sacerdotes sed et summi sacerdotes fieri possunt. Unde Damasus papa scribit Ieronimo presbitero. Osius papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifatius papa filius Iocundi presbiteri. Felix papa filius Felicis presbiteri de titulo Fasciole. Agapitus filius Gordiani presbiteri. Theodorus papa filius Theodori episcopi de civitate Ierosolima. Silverius papa filius Silverii episcopi Rome. Felix IIII natione Romanus ex patre Felice presbitero fuit. Item Gelasius natione Afer ex patre Valerio episcopo natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbitero originem duxit. Quam plures etiam alii inveniuntur qui de sacerdotibus nati apostolice sedi prefuerunt. Hinc Augustinus ait:

C. LVI

Vicia parentum filiis non inputentur.

Undecumque homines nascantur si parentum uitia non sectantur honesti et salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine dei creatura est et eo male utentibus male erit non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum nulla est defensio, sic et mali filii coniugatorum nullum est crimen nuptiarum. Item Iohannes Crisostomus super Matheum omelia i.

Nunquam de uitiis erubescamus. De eodem.

Parentum sed unum illud queramus semper amplectamur uirtutem. Uidet huiusmodi est si alienigenam habet matrem si fornicatione pollutam ut quolibet huiusmodi decore sordidatam. Nichil tamen de eius aut utilitate fuscabitur aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam porro uita conmaculat multo magis ex meretrice natum et adultera si propria uirtute decoretur parentum suorum nec dedecorabit obprobrium. Item non est omnino nec de uirtute nec de uitio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus nemo inuenire aut obscurus aut clarus est. Immo etiam ut considerantius aliquid dicamus ac expressius nescio quomodo non ille magis resplendet qui ex parentibus a uirtutibus prosus alienis ipse tamen fuit de uirtute mirabilis. Item Ieronimus inepta contra Rufinum. Non parentum sed propria culpa quemquam contempnat.

Nasci de adulterio non est eius culpa qui nascitur sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra que confouet non semen quod in sulcis iacitur non humor et calor quibus temperata frumenta in germen pullulant sed ubi gratia fur et latro qui fraude ui eripuit semina. Sic genus humanum recipit terra id est uulua quod suum est et receptum confouet et confotum corporat corporatum in membra distinguit et inter illas sacras uentris angustias dei manus semper operatur. Idemque corporis creator et anime. Noli despicere bonitatem figuli qui te plasmauit et fecit ut uoluit. Ipse est dei uirtus et dei sapientia, que in utero uirginis edificauit sibi domum. Iepte in inter uiros sanctos apostoli uoce numeratus meretricis est filius. Esau de Rebecca et Ysaac hispidus tam mente quam corpore quasi bonum triticum in lolium auenasque degenerat. Quia non in seminibus sed in uoluntate nascentis causa uitiorum est atque uirtutum. Item Augustinus.

Iniquitates parentum filiis obesse non posse.

Sponsus ille qui uocatus erat ad nuptias bonos et malos congruens inuitatis nasci et uoluit de bonis et malis quo exemplo discant filii parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Item Augustinus.

Non aliena culpa sed propria aliquis a deo quod fugitur dicitur.

Satis peruersum et contra ecclesiasticam probatur gradum esse censuram ut frustra quorumdam uoluptatibus quis priuetur officiis quem sua culpa uitia eum ab officiis et quo fungitur gradu non deicit.

Item Ieronimus. Ex adulterio natus a sacerdotio non prohibetur.

Dominus noster Ihesus Christus uoluit non solum de alienigenis sed etiam de adulterinis commixtionibus nasci nobis magnam fiduciam prestans ut qualicumque modo nascamur tamen ut eius uestigia imitemur. A b ipso in corpore non seperemur cuius per fidem menbra effecti sumus. Et sicut ille uerus est pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus ita qualicumque ordine natus sit aliquis tamen ut fidem perfectam habeat et quod fide tenet operibus impleat sitque litteratus et iure unius uxoris nequaquam a sacerdotio repellitur. Iudas enim patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua et ex illo concubitu nati sunt Phares et Zaram. Inde postea Salmon qui fuit dux in deserto in Raab. Inde quoque Booz tamen postea Ysai qui fuit pater Dauid. Ex illa uero progenie origo ducitur Christi qui uerus sacerdos est. Ideoque si filii eius sumus quod ipse fecit nos imitari debemus. Item Augustinus de unico baptismo l. i. A populo dei non separat aliquem maternitas.

Ismael ut separetur a populo dei non condicio sed propria culpa non obfuit mater ancilla sed offuit fraterna discordia nec profuit potestas uxoris cuius magis filius erat quia propius iura coniugalia et mancilla semen natus erat et ex ancilla susceptus. Et Bonifacius martiri regi Anglorum scribit. Vicia parentum que ad reges Anglorum sicut prestat pronuntias. Posteros transeunt.

Diuulgatum est et nobis in Frantia et in Italia et ipse patitur et ab ipsis paganis in improperium nobis obicitur spretis legalibus connubiis adulterando et luxuriando ad instar Sodomitice gentis fedam uitam duxerit de tali commixtione meretricum existimandum est degeneres populos et ignobiles et furentes libidine fore procreandos et ad extremum uniuersam plebem et ad deteriora et ignobiliora uergentem et nouissime nec bello seculari fortem nec in fide stabilem nec honorabilem hominibus nec deo amabilem esse uenturam sicut aliis gentibus Yspanie et prouincie et Burgundionum populis contigit que sic a deo recedentibus fornicate sunt donec iudex talium criminum ultrices penas per ignorantiam legis dei et Sarracenos uenire et seuire permisit. Et quidem Urbanus in fine superioris capituli distinguendo subiunxerit. Nisi autem in cenobiis aut in canonicis religiose probati fuerint conuersari. Item Alexander iii. De eodem.

Apostolica uobis auctoritate precipimus ut si eum quem ad ecclesia electus est digniorem alteri esse canonicamque eius electionem probaueritis fulti nostra auctoritate confestis. Nam pro eo quod filius sacerdotis dicitur si cetere uirtutes eum conueniant non reicimus sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipi mittimus.

Hoc autem quod de filiis sacerdotum dicitur uel ex dispensatione ecclesie introductum uidetur et quod ex dispensatione introducitur ad consequentiam

Siquis clericum monasterio repertum uel adscitum promouere uoluerit, uel in suo monasterio maiorem monasterii constituere. Episcopus qui hoc fecerit a cetu communione se iunctus sue tantummodo plebis communione contentus sit. et ille neque clericus neque prepositus perseueret. Item quia ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt. et per nullam approbationem non sunt discussi ad summum sacerdotium non aspirent. Unde Zosimus papa.

regule tradi non potest. Unde Urbanus scribit Bartholomeo Turonensi archiepiscopo: Filius sacerdotis non prohibetur a presulatu si ecclesie utiliter

Cenomannica censem electum pro eo quod filius sacerdotis dicitur. si ecclesie utilitates in eum conueniunt non reicimus. set suffragantibus nunciis patienter suscepimus. non tamen ut hoc pro regula in posterum assumatur set ad tempus ecclesie periculo consulimus.

Cum enim ex sacerdotibus nati in summos pontifices supra legimus esse promoti. non sunt intelligendi de fornicatione set de legitimis coniugiis nati que sacerdotibus ante prohibitionem ubique licite erant. et in orientali ecclesia usque hodie eis licere probatur.

Quod autem uitium originis semini imputari negatur. uidetur esse contrarium illi sententie: adulterorum filii abhominatio sunt domino. Set sicut supra dictum est de presbiterorum filiis. ita et hoc de filiis adulterorum intelligendum uidetur. ut illi dicantur esse abhominatio domino. ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter et illud urbani intelligendum est quod ipse scribit patrono legionensi episcopo. De eodem.

Quia simpliciter ad sedem apostolicam ueniens huius peccatum confessus es. quod pontificium tuum uidebatur officium inpedire. uidelicet quod ex matre non legitima procreatus sis. quam uiuente propria uxore pater tuus cognouisse cognoscitur. nos apostolice mansuetudinis gratia admonente. a cetis que sacerdotium inpediunt criminibus tam tui professione. quam fratrum testimonio qui tecum sunt immunem te agnoscentes et uitam tuam religiosam audientes. ab huius te peccati uinculo absolutum in suscepto sacerdotali offitio confirmamus.

Item qui in egritudine constitutus baptizatur presbiter ordinari non debet. Unde Neocesariensi c. leg. Non ordinetur presbiter qui in egritudine constitutus baptizatur.

Siquis in egritudine constitutus fuerit baptizatus presbiter ordinari non debet. Non enim fides illius uoluntaria set ex necessitate est nisi forte ipsius studium et fides probabit fuerit aut hominum raritas exegerit.

Item ex monachali habitu nullus assumatur ad ecclesiasticum offitium. nisi fuerit oblatus uoluntate propria abbatis. Unde Gregorius scribit. Monachus non ad clericatum nisi uoluntate abbatis episcopo fuerit oblatus.

Nullus ad clericatus offitium ex monasterio producatur monachus. nisi quem abbas loci admonitus propria uoluntate optulerit episcopo. Item ex concilio Cartaginensi v.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est inbutus. nec temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus. nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare debet. et non solum in eo ambitio inefficax habeatur uerum etiam ordinatores eius careant eo ordine quem sine precepta crediderant presumendo. Ad sacerdotale offitium nullus nisi per singulos gradus approbatus accedat.

Si offitia secularia preter principalem locum non uestibuli actionis ingressus set per plurimos gradus examinati deferunt. quis tam arrogans. tam inpudens inuenitur. qui in celesti militia quem propensius preponderanda est. et sicut aurum repetitis ignibus exprobanda. statim dux esse desiderat. cum tiro ante non fuerit. et prius uelit docere quam discere. assuescat domini castris in lectorum primitus gradu diuini rudimenta fuiti. nec illi uilescat exorcistam acolitum subdiaconum diaconum per ordinem fieri. nec hoc saltu set statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam uero ad presbiterii fastigium tali accedat. ut nomen etas impleat. et meritum probitatis stipendia ante acta testentur. in ad summi pontificis iure locum sperare debebit. facit hoc nimia remissio. cum sacerdotum nostrorum qui pompam multitudinis querunt. et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis adquiri. hinc passim numerosa pluralitas est in his locis ubi solitudo est. talium reperitur. dum parrochias extendi cupiunt. aut quibus aliud prestare non possunt. diuinos ordines largiuntur. quod oportet districti semper esse iuditii. rarum est enim omne quod magnum est. Item Gregorius. Cuilibet in uita laicali ad summum non aspirat sacerdotium.

Hoc ad nos peruenisse non dissimili dignum est detestatione conplecti. quod quidam desiderio honoris inflammati defunctis episcopis tonsorantur. et fiunt repente ex laicis sacerdotes atque inuerecunde religiosi propositi ducatum arripiunt. qui necesse adhuc didicerunt. quid putamus? quid isti subiectis prestaturi sunt. qui ante quam discipulatus limen attingunt. tenere locum regiminis non formidant. Quia ergo necesse est. ut qui a uita inculpati quisque sit. multi ante tamen per distincta ecclesiastici ordinis exercant offitia. Item Celestinus episcopis Galliarum. Non aspiret ad sacerdotium ad summum qui disciplinis ecclesiasticis non inbutus.

Ordinatos uero quosdam fratres nostri episcopos qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tanto dignitatis fastigium constituti fuerint. contra patrum decreta huius usurpatione. qui se hec recognoscit. fecisse didicimus. cum ad eo patrum his gradibus quibus frequentissime cautum est. debeat puerum ut in minoribus initiatis offitiis ad maiora firmentur. debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat. ut possit docere quod didicerit. Omnis enim uite institutio hac ad id quod tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dedit preceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit. ad emeriti stipendii ordinem non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista rogo uiuitur est. cur facilius tribuitur. cum difficilius impleatur. Ecce ex parte ostensum est. qui possunt ad sacerdotii ordinem promoueri. et qui non. Nunc autem considerandum est ex quibus ordinibus in archipresbiterum uel prepositum uel episcopum uel

D. LXI

archiepiscopi sint eligendi. Debis ita statutum est in c. urbani pp. celebrato autumne. Archipresbiter vel di

Nullus episcopus in ecclesia sua. aconi vel presbiteri aut diaconi or

Nullus episcopus in ecclesia sua nisi diaconus sit archidiaconum instituere. nec archipresbiterum. aut decanum. nisi presbiteri sint. ordinare presumat. Quod ut districtius teneatur. auctoritate apostolica prohibemus. et interdicimus. Item calixtus pp. Nullus in prepositum vel archiepiscopum vel archipresbiterum vel archidi

Nullus in prepositum nullus in archiepiscopum aconi vel presbiteri aut vel archipresbiterum. nullus in decanum. nisi presbiter. vel diaconus. nullus in archidiaconum nisi diaconus ordinetur.

Item innocentius ii. Ex hoc ecclesiam propter capacitatem quorundam statutum est. qui nomen prepositure. adepti. officium contempnunt. nolentes fieri sacerdotes. alias autem inane esset cum etiam in episcopum eligi possint. in subdiaconatu constituti. iuxta illud urbani pp.

Innovamus autem et precipimus ut nullus. De eodem.

In archidiaconum vel decanum nisi diaconus. vel presbiter ordinetur. archidiaconi vero. vel decani. vel prepositi qui infra ordines prenominatos existunt. si inobedientes ordinari contempserint. honore suscepto pariter prohibemus ne adolescentibus. ut infra sacros ordines constitutis. sed qui in prudentia et merito vite clarescat. perfecti concedantur honores. Nullus in episcopum eligatur

Nullus in episcopum eligatur nisi in sacris ordinibus constitutus nisi in sacris ordinibus religiose vivens fuerit inventus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum et presbiteratum. hos siquidem solos primitiva legitur habuisse ecclesia. sub diacones vero quia et ipsi altaribus ministrant. oportunitate exigente concedimus. sed tamen spectate vite sit et religionis. et scientie. quod ipsum non sine romani pontificis. vel metropolitani scientia fieri permittimus.

Ex Alterum vero ut in episcopum vel archiepiscopum nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur propter dignitatem ordinis statutum est. Item lacinium sunt in episcopum eligendi. sed per singulos ordines prius sunt probandi. Unde gg. brunichildi regine francorum.

Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi.

Sacerdotale officium vestris in partibus in tanta sicut didicimus est ambitione perductum. ut sacerdotes subito quod nimis grave est. ex laicis ordinentur.

Item ormisda pp. omnibus episcopis. De eodem.

In sacerdotibus eligendis. ut ordinandis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim. esse convenit quos preesse necesse est corrigendis. longa debet vita suam probatione monstrare. cui gubernacula committuntur ecclesie. Non negamus esse in laicis deo placitos mores. sed milites suos probatos sibi querunt. instituta fidelium. discere quis debet. antequam doceat. et exemplum religiose conversationis de se potius aliis prestare. quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo. quem necesse est orare pro populo. longaque observatione. religiosus cultus tractatur. ut luceat et clericalibus obsequiis erudiendus insinuatur

ad venerandi gradus perductus summa quia sit fructus humilitatis ostendat. nec tamen consecrare de laicis inhibemus. sed nec de penitentibus. quid quisquam ad huiusmodi gradus proprius temeratorem aspiret. Satis illi sit postulanti veniam concedi. quam conscientia absolvat reum. qui se peccata sua proprio sit teste confessus. Quis enim quem paulo ante iacentem viderat. veneretur antistitem. preferens memorandi criminis labem. non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

Item innocentius pp. De eodem.

Miserum est. eum fieri magistrum. qui numquam fuit discipulus. eumque summum sacerdotem fieri qui in nullo gradu umquam obsecutus fuerat sacerdoti. Item leo episcopus

Miramur tamen apud vos per occasionem. De eodem.

temporis inpacti. aut ambientium presumptionem. aut tumultum valuisse popularem. ut indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis. pastorale fastigium et gubernatio ecclesie crederetur. non enim hoc consulere populis. sed nocere. nec prestare regimen. sed augere discrimen. Integritas enim. presidentium salus est subditorum. et ubi est incolumitas obedientie. ibi sana est forma doctrine. Principatus autem et c. et infra. Quod si in quibuslibet ecclesie gradibus providenter. scienterque curandum est. ut in domo domini nichil inordinatum sit nichilque preposterum. quanto magis elaborandum est. ut in electione eius qui super omnes gradus constituitur non erretur. Nam totius familie domini status. et ordo nutabit. si quod requiritur in corpore. non invenitur in capite. Ubi est illa beati pauli apostoli per spiritum dei emissa preceptio. qua in persona timothei omnium sacerdotum numerus eruditur. et in unicuique nostrum dicitur. manus cito nemini imposueris. neque communices peccatis alienis. Quid est cito manus imponere. et c. et inf. Sicut enim boni operis sibi comparat fructum. qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium. ita gravi semetipsum afficit dampno. qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum est. quod in institutis generalibus continetur. nec putandus est honor ille legitimus. qui fuerit contra divina precepta legis. collatus. Meritum patrum beatorum venerabiles sanctiones cum de sacerdotum electione loquerentur. eos demum sacris administrationibus ydoneos censuerunt. quorum omnis etas a puerilibus exordiis. usque ad perfectiores annos per discipline stipendia ecclesiastice cucurrisset. ut unicuique testimonium prior vita preberet. Nec potest de eius provectione dubitari. cui pro laboribus multis. pro moribus castis. pro actibus strenuis. celsioris loci premium debetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis. sine merito laboris indignum est. perveniri. et notari ambitus solent. quos probitatis documenta non adiuvant. quam diligens. et quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum et celestium dignitatum. Item ex c. laudicensi. Nos eligendi adeptum neque est propter bis vita commendat

Episcopum non oportet. preter iudicium.

metropolitanorum et finitimorum episcoporum constitui ad ecclesie principatum. Nec eligantur nisi quos mutua anteacta probabilisque vita commendat, et in commendatione fidei et recta ratione, per suam conversationem probati fuerint. Item celestinus omnibus orthodoxis.

Quod post per singula stipendia clericos De eodem. militasse, et omne egisse in ecclesiis castris etatem sibi qui futuri sunt sacerdotes ex laicis requirant, qui vacantes seculo et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu precipiti in alienum honorem abeunt, immoderata cupiditate transcendere, et in aliud vite genus, calcata reverentia ecclesiastice discipline, transire tanto; itaque fratres karissimi necesse est ut obviemus, per fraternitatem vestram decretis commonemus, ne quis laicum ad clericatus ordinem admittat, et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causam generet, quibus reus constitutorum decretalium fiat. Item leo. Rudibus capitis gubernacula non sunt committenda.

Statuimus ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his regenda ecclesia domini credatur, qui legitimarum institutionum nescii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit et absurdum ut imperiti magistris, novi antiquis, rudes preferantur emeritis. His omnibus auctoritatibus laici prohibentur eligi in episcopatum. Sed beatus nicholaus ex laico est electus in episcopum. Beatus severus ex lanificio assumptus est in archiepiscopum. Beatus ambrosius cum nondum esset baptizatus in archiepiscopum est electus. Sed sciendum quod ecclesia sicut prohibitiones positas per has habent causas, quibus cessantibus cessant et ipse. Ut enim laicus in episcopum non eligeretur, hec causa fuit, quia vita laicalis ecclesiastice disciplinis portionem non erudita nescit exempla religionis de se prestare aliis, que in se ipsa experimento non didicit. Ergo quilibet laicus merito sue perfectionis clericalem vitam transcendens exemplo beati nicholai et severi et ambrosii eius electio potest rata haberi. Unde idem ambrosius in epistola ad vercellenses. Nam et de scripto neophitus prohibetur ordinari ne extollatur superbia, scilicet si non deest humilitas competens sacerdotio, ubi causa non adheret vitium non imputatur. Ordinationem itaque meam occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probaverunt. Item obicitur illud sardicensis concilii. Scolastice ex foro aut ex administratione pertu

Dives episcopus eligatur. et hoc necessarium arbitror. Lateranensis episcopus. ut diligentissime tractetur si forte aut dives aut scolasticus de foro aut de administratione episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur nisi ante lectoris munere et officio diaconi aut presbiteri fuerit perfunctus, et ita per singulos gradus si dignus fuerit ascendat ad culmen episcopatus.

Sed aliud est postulari, aliud eligi. Postulatur ne quibus est astrictus ab imperatore, clericus alterius civitatis a suo episcopo; sed non eligi aliquis nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum humilitate, solempnitate decretorum omnium subscriptionibus roborati; postulatio vero simplici petitione, quam distinctionem declarat gregorius in registro, scribens cuidam episcopo. Episcopi electio debet fieri cum sollempnitate. Decretorum subscriptione roborari.

Episcopum fuit postulatus cum sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, et dilectionis tue testimonio litterarum ad nos consecrandus occurrat. Sicut beatus ambrosius ante susceptum baptisma ab imperatore est postulatus non electus. Item clerici alterius ecclesie non sunt preferendi in electione his qui bene militant in propria ecclesia. Unde celestinus papa. Extranei clerici invitis his qui in ecclesiis non preponantur.

Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei, et qui ante ignoti sunt, ad exclusionem eorum qui bene civium suorum merentur testimonium preponantur. Item De eodem.

Nullus invitis detur episcopus. Tunc autem de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis cuius est episcopus ordinandus nullus quod evenire non credimus dignus potuerit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habeat unusquisque fructum militie sue in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit etatem. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alter sibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis resistendi si se viderint pergravari, et quem sibi ingeri ex transverso viderint non timeant refutare; quia etsi non debitum premium, vel liberum de eo qui eos recturus est debent habere iudicium. Item gregorius civibus neapolitanis.

Studiosi vestri sit etiam alium qui aptus sit providere, ut si forte petrus quem a vobis electum asseritis huic ordini non videatur idoneus sit in quo declinari vestra possit electio, nam grave est illius erit obprobrium, ut si hic fortasse probatus non fuerit, alium se dicant qui eligi debeat non habere. Item gregorius in registro.

Obitum victoris panormitane civitatis. De eodem. antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitute ecclesie fraternitati tue operam sollempniter delegamus, et ideo fraternitas tua ad predictam ecclesiam in re propria properet et assiduis exhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesie amonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem presidendum sibi expetant sacerdotem qui tanto ministerio valeat dignus reperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Commonemus quoque fraternitatem tuam ut nullum de altera eligi permittas ecclesia, nisi forte in clericis ipsius civitatis in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Provisurus ante omnia ne ad cuiuslibet conversationis meritum laice persone aspirare presumant, ne et tu illi sue voluntatis effectum non inveniat et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in prefate constituta parrochia sub tua cura dispositioneque quousque illi ecclesie proprius fuerit ordinatus episcopus esse concedimus. Item pellagius papa eucarpo cathanensi episcopo; De eodem.

Cathanensis ecclesie visitationem tibi iniungimus.

cuꝰ epm̄ de hac luce transisse suscepta cleri relati
one didicimus, inpossibile enim ē ut nos inpuri
tia illa diu tapeat in uacuitaī pātrib; aliūcluby cas q̄ad
hinc ēmittam. n̄ fort talē p̄ore dī n̄ icathanēsi ecclā eligē
uoluit. de cuī conscientia possimus ēē securi. ut
ante labores istos paululū remouere possimus. Ox
ḡ dilectio tua ad suprāictam catanensem ecclām
pgat. et homine electo qui nec uxorem hābt nec
filios nec eum aliquod canonib; inimicū eligi cū
auxilio dei compellat atq; suadat. et statim eum
ad urbem romam. cum decreto et testificatione
relationis tue transmitte. Item gg. passiuo epō.

Qđ iepm̄ eligā n̄ reu ēminū q̄ lac lex mō

Bene nouit fraternitas tua quā longo tpr̄ aprutinū
pastorali sit sollicitudine destitutum. ā diu q̄
siuimus qui fordinari debuisse. et nequaquā
potuimus inuenire. Sz quia opportunus mi
chi in moribus suis in psalmodie studio in amore
orōnis ualde laudatus religiosam uitā omni
modo dr̄ habere. hunc uolumus ut fraternitas
uestra ad se faciat uenire. et de anima sua admo
neatur quatenus in bonis studiis crescat et si
nulla ei crimina. que p legis sacre regulam mō
te multanda sūt obuiant. tunc ordandus ē. ū
ut monachus ut aliob subdiaconus fiat. et po
aliquantulū tpis. si tō placuit. ip ad pastoralē
curam debeat p̄moueri. Cui aūt uisitatio
niung̃ nichil de reb; eiusdem ecclē a quoquā
p̄sumi patiatur. Unde gg. Nō patiatur

aliq̄ q̄ p̄sumi de reb; ecclē cui ei uisitatio

Qm̄ festus capuane ecclē epūs in romana ciuitate
positus de hac luce migrauit. cuūe nobis fuit.
que uniūsis ecclīis inpenditur fraternitati tue
p̄sentia scripta dirigere. ut memorate ecclē uisi
tator accedas. Sic tā ut nec deprecationib; clicoꝝ
redditū. ornatu ministerisq; ut quicquid p̄sti
lecti ēē potuit. a quoquā p̄sumi patiaris. Sz omē;
uigilantiam atq; cautelam circa clicos plebemq;
eiusdem ecclē exibe te conuenit. ut in uigilius
obsequioq; ecclāstico sedule ac deuote debeant
deseruire. Breuit̄ monstratum ē ex quibus
ordinib; in quos gradus sunt eligendi. n̄c uidē
dum ē. a quib; sunt eligendi. et consecrandi.
Electio clicoꝝ consensum plebis. Unde leo pp. Nō

bn̄di int̄ epōs q nec a cliciis eligūt n̄ a plebi

Nulla rō sinit. ut int̄ epōs hant̄ur qui b; expetīt
nec a clicis sunt electi. nec a plebib; sūt expetiti
nec a conpuintialib; epīs cum metropolitani
iudicio consecrati. vn̄ cum sepe questio d̄ male
accepto honore nascitur. quis ambigat nequaquā
ab istis ēē tribuendum. quod nec docet̄ fuisse col
latum. Siqui aūt clici ab istis pseudo epīs
in eoꝝ ecclīis ordinati sunt. et c̄. In sia causa
simoniacorum. Item celestinus papa;

Populus n̄ debet p̄ire s; subsequi;

Docendus ē. ppls non sequendus. nosq; quoq; si
nesciunt eos que liceat. et que non. commonn
ere. non his consensum p̄bere debemus. Cuius
quis conatus fuit temptare p̄hibita sentiet cen
suram sedis aplice mise destituta. que enī sola
āmonitionis auctoritate n̄ corrigimus. necēē ē
p se ueritatem congruentem. regulis uindice
mus. Proīas hoc g quē ppl̄s rectorib; carent
ecclās uolumus. innotescat. ut nullus sibi ali
qua spe forsitan blanditus illud at; Nisi
aūt canonice electus fuit. consecrari n̄ debet;
Unde calixtus pp. N̄ ꝯsecret̄ iepm̄ n̄ canōice elect̄.
Nullus in epm̄ nisi canonice electum consecret̄ et
quod si p̄sūptū fuit. et consecrans et consecratus
absq; recuperationis spe deponatur; Laici
uō nullo modo debent insēre electioni. V adrian̄ pp;

Laici pōtificū electioni n̄ se ipōs infant.

Nullus laicoꝝ p̄ncipum. uł potentum semet in
serat electioni. et p̄motioni. patriarche metro
polite. aut cuiuslibet epī ne uidet. inordina
ta et incongrua fiat. confusio. uł contentio. p̄
sertim cum nullā in talib; potestatem quēquā
potestatiuoꝝ. uł ceteroꝝ laicoꝝ. hr̄ conueniat;
inīs q̄uisquis secularium p̄ncipū. uł potentum.
uł alterius dignitatis laicus aduersus cōem ac cō
sonantē atq; canonicā electionē ecclāstici or
dinis agē temptauerit. anathema sit. donec obedi
at. et consentiat quicquid ecclā de ordina
tione ac electione p̄p p̄sulis se uelle monstra
uit. Item ex viii. sinodo; De eodem;

Adrianus pp. sedis quod nicholaus decessor eius
disposuit. missos suos donatum scilicet. ostien
sez epm̄. et stephanū nepesinū epm̄. et ma
rinū diaconū scē romane ecclē. ad basiliū inpa
torem et ad filios eius constantinū et leonē au
gustos constantinopoli direx̄. Cum quib; et
anastasi bibliothecarius romane sedis utriusq; li
gue gnē. s. et latine peritus pres̄. et sinodo cong
gata quā octauā uniūsalē sinodū. illuc conue
nientes appellauerunt. exortum scisma de ig
tii depositione et fotii ordinatione sedauerūt
foceum anathatizantes. et ignatiū restituentes
in qua sic statutum ē. consecrationes. et p̄moti
ones epōꝝ. concordans p̄orib; conciliis clicoꝝ
electione ac decto et epōꝝ collegio fieri decēa
et uniūsat synodi diffiniuit et statuit atq;
iure p̄mulgauit. Neminē laicoꝝ p̄ncipū uel
potentū semet inserere electioni. uł p̄motioni
patriarche uł metropolitani aut cuiuslibet epī. ne
uidelicet inordinata. et incongrua hinc fiat
contentio uł confusio p̄sertim cum nullā inta
lib; potestatē quēquā potestatiuoꝝ uł laicoꝝ
ceteroꝝ habere conueniat. ꝯ fixe & attende.

D. LXIII.

[...] si diu usque quo regiam [...] a collegio ecclesie suscipiat finem electio pontificis futuri. Si uero quis laicorum ad concertandum uel inpugnandum inuitatur ab ecclesia, licet huiusmodi cum reuerentia, si forte uoluit obtemperare se asciscentibus. Talem enim dignum pastorem regiam ad suam et ecclesie salutem promouet. Item ex istoria tripartita.

Electioni episcoporum imperator esse non debet.

Ualentinianus imperator ueniens ab oriente ad hesperias partes, ut refert istoria ecclesiastica, mortuo Auxentio Arriane perfidie magistro, qui Mediolanensem ecclesiam ut lupus dilaniauerat, et cum uellet catholicum Deo ordinante ibi consecrari episcopum, euocans episcopos hec eis locutus est: Nostis aperte eruditi diuinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem, et quia non decet eum uerbo solo, sed etiam conuersatione gubernare subiectos, et totius semetipsum imitatorem uirtutis ostendere, testemque doctrine conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui et nos qui gubernamus imperium sincere nostra capita submittamus, et eius monita, dum tanquam homines delinquimus, necessario uelut curantis medicamina suscipiamus. Hec autem cum dixisset imperator, petiit sinodus ut magis ipse decerneret, sapiens et pius existens. At ille: Super uos, inquid, est talis electio; uos enim gratia diuina potiti, et illo splendore fulgentes, melius potestis eligere. Tunc sacerdotes egressi de palatii sede tractabant. Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus electus fuisset, exultans imperator ait: Gratias ago tibi domine omnipotens et saluator noster, quoniam huic uiro ego quidem commisi corpora, tu autem animas, et meam sententiam ostendisti iusticie conuenire. Cumque sanctus Ambrosius constitueretur, de hoc quod acciderat, uir ille tempore in suis epistolis scripsit, dicens confortauit eum imperator: Noli timere, quia et Deus qui te elegit semper te adiuuabit, et ego adiutor et defensor tuus, ut meum ordinem decet, semper existam. Item Nicholaus Lotario regi.

Apostolica auctoritate in regno fauore episcopus eligitur.

Porro scias quia relatum est nobis, quod quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est, non nisi fauentem tibi permittas eligi. Ideo apostolica auctoritate sub diuini iudicii obtestatione iniungimus, ut in Treuerensi urbe et in Agrippina colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro fiat apostolatui. Item ex concilio Parisiensi.

Non recipiatur a conprouincialibus qui regia ordinatione episcopale culmen adipiscitur.

Si per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate presumpserit, a conprouincialibus eiusdem loci episcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum agnoscunt. Si quis de conprouincialibus recipere eum contra interdicta presumpserint, a fratribus omnibus segregatus, et ab episcoporum ipsorum omnium caritate summotus. Item ex concilio Laudicensi.

De eodem.

Non est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Item ex secunda actione vii. sinodi, cap. iii. episcoporum.

Irrita sit electio episcopi aut presbiteri a principibus facta.

Omnis electio episcopi uel presbiteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam que dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per eas obtinuerit, deponatur, et segregetur, omnesque qui illi communicant. Item ex concilio Martini pape.

Non eligant a populo qui sunt promouendi ad clerum.

Non licet populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium promouentur, sed in iudicio episcoporum sit, ut ipsi eum qui promouendus est probent, si in sermone et fide et spirituali uita edoctus sit. His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi. Ceterum scribit beatus Gregorius Iohanni episcopo prime Iustiniane Illirice.

Voluntas principis in ordinatione pontificis desideratur.

Quia igitur suscepta fratrum atque coepiscoporum relatio ad locum uos sacerdotii totius concilii unito consensu et serenissimi principis uoluntate declarat accersiri, gratias saluatori nostro magna cum exultatione retulimus. Nos quoque in persona fraternitatis tue pontificia committimus, atque omnipotentem Deum deprecamur, ut caritatem uestram sicut gratia sua elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Item Gregorius Iohanni subdiacono.

Clericus et populus pontificis electioni intersit.

Quanto apostolica sedes auctoritate cunctis prelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos ualde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum spectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesie Mediolanensis archiepiscopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filii nostri Constantii diaconi unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus, ideo huius precepti auctoritate suffultum Ianuam te proficisci necesse est; et quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te uoluntates oportet conuocatis eis in commune perscrutari, et si nulla eos diuersitas ab electionis unitate disiungit, si quidem in predicto filio nostro Constantio omnium uoluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostre auctoritatis assensu solatiante Domino facias consecrari, quatenus huiusmodi seruata consuetudine et apostolica sedes proprium uigorem retineat, et a se concessa aliis iura non minuat. Item Gelasius papa Philippo et Geruntio episcopis.

In electione episcopi populus debet interesse.

Plebs Diecterensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi, ad se [...]

assertitur. is qui iam a uobis probatus sollicitudinem pa-
cis et tenuiorib; putatur electus. cum a uobis pertine-
at uniuersos assidua amonitione compellere. ut oms
inimicu que dignitatem sacerdotio inderint. et sine
aliqua reprehensione consentiant. Et io filii mi di-
uersos ex omnib; sepe dicti loci parrocie. et presbiteros. et di-
aconos. et uniuersam turbam uos oportet sepius
conuocare. quatenus non prout cuique libuerit. sed con-
cordantib; animis talem uobis amonitionibus
sibi querant. sola diuinitatis attentione personam
quam nulla temeritas a constitutis possit reuocare
preceptis; Item stephanus eps seruus seruorum dei.
romano archiepo rauennati; *De eodem;*

Nosse tuam fraternitatem uolumus. ad nostras aures
fore peruentum. ymolensem epm ab hac luce migrasse.
in cuius successoris electione populi diuisionem
peruenisse audiuimus. Quod quia sepe contingere
uellet solet. querentib; singulis que sua sunt. non
que ihu xpi. non adeo miramur. Verumtamen in hoc tuam
plurimum oportet adhiberi sollicitudinem. ut conuo-
cato clero et populo. talis ibi eligatur. pro dei misericordia cui
sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe
est electio et fidelis populi consensus adhibendus est. quia
docendus est populus. non sequendus. Item nicholaus
pp. iohi rauennati archiepo; *De eodem.*

Epos preter uillam non consecres. nisi post electionem cleri
et populi. Item pellagius pp. tolliano epo gruminio;
Litteras caritatis tue suscepimus. quib; *De eodem.*
significas latinum diaconum tuum ad episcopatum eccle mar-
cellignensis a clero et omnib; qui illic conuenerunt postu-
lari. hoc itaque omnis ut si omnes eum eligunt. et uis
eum concedere gratum nobis eum esse cognosce. et si
potest ante diem sanctum festinet occurrere. ut uel sabba-
to ipso noctis magne post baptismum cum dei gratia
ualeat ordinari. Item laurentio epo centum cellensi;
Sacerdotis principis auctoritas ordinandi non est necessaria.

Principali deuotissimorum militum qui illic in ciu-
itate centumcelensi consistunt. relatione ad nos di-
recta. sanctitatem insinuant serenissimi principis auc-
toritate impetrasse. quem eis presbiterum diaconum et subdia-
conum fieri debere precepit. Ideo hortamur dilectionem
tuam ut personas ipsas uideas. et diligenter requiras.
ne aliquid contra canones commiserint. et si eas inculpabiles
repereris. et uite ipsorum laudabile testimonium
uideris. ueniente media ebdomada pasche si
dominus uoluerit. et superius dictum est. unumquemque possitia que
petierimus non differas promouere. Item leo iiii.
lothario. et lodoico augustis; *Papa rogat augu-*
stos ut reatinam ecclesiam cuidam electo diget.

Reatina eccla que per tot tempora ut annorum spatia pastora-
lib; curis destituta consistit. dignum est ut brachio
amplitudinis uestre subleuetur. ac gubernationis te-
gmine protegatur. Unde salutationis alloquio premisso.
uestram mansuetudinem deprecamur. quatenus co-

lono humili diacono eandem ecclesiam ad regendam
concedere dignemini. ut uestra licentia accepta ibi-
dem cum deo iuuante consecrare uideamus ua-
leamus epm. Sin autem in predicta eccla noluistis. ut
prestituatur eps. ausculanam ecclam que uiduata
existit. illi uestra serenitas dignetur concedere. ut
consecratus a nobis presulatu deo omnipotenti uobisque im-
pio gratiis pagere ualeat. Item item comitisse;
Regio precepto a baptico colonus reatine ec-
Nobis dominus imperator. *clesie ordinatur eps.*
et imperatrix per suas epistolas direxerunt. ut colonum
in reatina eccla que pastoris offitio per longa iam
tempora destituta uidebatur. epm facere debemus. sic
et fecimus. Item stephanus uitoni comiti; *Im-*
peratoris epistola in electionis confirmatione desiderat;

Lectis sagacitatis uestre apicibus. qui defuncto eccle-
reatine antistite clerum et plebem eius elegisse
sibi futurum antistitem nobis consecrandum uestro
studio directum esse. ne ipsa eccla diu sine proprio
consisteret pastore fatebantur. Nos de obitu pontificis
dolentes. Nunc ipsum electum unanimitate et
canonica ipsius eccle electione. ut mandastis
tam citissime ordinare omisimus. quod imperia-
lem nobis ut mos est absolutionis minime detulit.
epistolam per quam res ambiguum nobis est. Ideo uolunta-
ti uestre in hoc parere distulimus. ne augustalis
animus durissime quocumque modo perpetret. scien-
tes ecclesiam diu sine proprio pastore non debere
consistere. gratie uestre mandamus quoniam aliter nos
agere non debuimus ut uestra sollercia imperiali ut
prisca consuetudo dictat percepta licentia. et nobis
quemadmodum uos ferre credimus imperatoria
directa epistola. tunc uoluntati uestre de hoc parebimus.
eundemque electum domino adiuuante consecrabimus.
Quod karissime fili moleste nullomodo suscipias. Item leo
pp. *Clericorum et ciuium uoluntate metropolitanus est ordi-*
nandus.

Metropolitano defuncto. cum in loco eius alius fuerit
subrogandus; prouinciales epi. ad ciuitatem metro-
polim conuenire debent. ut omnium clericorum atque ciui-
um uoluntate discussa. ex presbiteris eiusdem eccle uel
ex diaconib; optimus ordinetur. Item ex sinodo sint.
offitiorum *Clericis et populo archipresbiteri fiat electio;*

Si in plebibus archipresbiteri obierit. aut per aliquo rea-
tu eiecti fuerint; archidiaconus quam totius
proficiscatur illuc. et cum clericis et populis ipsius plebis
electionem faciat. quatenus dignus pastor commu-
ni constituatur. et dum ordinatur. eius prouiden-
tia ipsa plebs custodiatur. Item ex gestis roma-
norum pontificum. *Electus romanorum pontifex*
non ordinetur nisi eius decretum imperatori prius representet.

Agatho natione siculus fuit. cuius legatione fungens
iohes eps portuensis dominicorum die octaua pasce in
eccla sancte sophie. publicas missas coram principe. et
patriarcha latine celebrauit. hic suscepit diuale

Adr. papam in suum successorem posse ferre sententiam anathematis ar. j. e. tibi domino sco. et ca. xii. q. ii. Non liceat. Sed par parem ligare, par parem ligare non potest. Unde si papa alium eligeret, non incideret in canonem date sue. Preterea potestas et imperatio amoris semper relinquitur tacite et expresse successori. Unde si in canone statuatur, non incidat in canonem et ideo dicendum quia in suum successorem sententiam anathematis ferre non potest. ar. j. i. q. v. C. i. j. ii. Q. v. mandastis, Audituri et j. viii. Q. iii. Salvo et j. iii. Q. vi. Non liceat.

P. Non, quia cum sub tali vel consimili forma aliquid prohibetur aliquid non incurrit anathema ante quam fiat prohibitum. Si quis ergo facit aliquid illud quod prohibitum est, non incurrit anathema vel excommunicationem. Unde iste appellat excommunicatum, quia post talem intimationem missas cantavit. Sed si diceret excommunico te si hoc vel illud feceris et tu feceris quod prohibitum est, non incurris excommunicationem quousque sententia non fiat. Quidam vero dicunt quod iste fuit excommunicatus si hoc faceret, ita si excommunicamus omnes si hoc fecerit et erat diffinitiva sententia.

et regiam epistolam secundum suam postulationem per quam relevata est quantitas que solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda. Sic tamen ut si contigit post eius transitum electionem fieri non debeat ordinari qui electus fuit nisi prius decretum generale introducatur in regia urbe secundum antiquam consuetudinem ut cum eorum conscientia et iussione debeat ordinatio provenire. Item Vitalius natione signensis direxit responsales suos cum sinodica epistola iuxta consuetudinem in regiam urbem ad piissimos principes significans de ordinatione sua.

Item ex istoria ecclesiastica. **Imperator ius habet eligendi pontificem.**

Adrianus papa Romam venire Karolum regem ad defendendas res ecclesie postulavit. Carolus vero Romam veniens papiam obsedit. Ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adriano papa Rome honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reversus papiam cepit regem desiderium deinde Romam reversus constituit ibi sinodum cum Adriano papa in patriarchio Lateranis in ecclesia sancti Salvatoris. Que sinodus celebrata est a c l. tribus episcopis religiosis et abbatibus. Adrianus autem papa cum universa sinodo tradiderunt Carolo ius et potestatem eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus, ab eo investituram accipere desiniunt et ut nisi a rege laudetur et investiatur episcopus a nemine consecretur. Et quicumque contra hoc decretum esset anathematis vinculo eum innodavit et nisi resipisceret bona eius publicari precepit. Item Leo papa.

Electio Romani pontificis ad ius pertinet imperatoris.

In sinodo congregata Rome in ecclesia sancti Salvatoris ad exemplum beati Adriani apostolice sedis antistitis qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolice sedis et investituram episcoporum concessit, ego quoque Leo servus servorum Dei episcopus cum cuncto clero ac Romano populo constituimus confirmamus et corroboramus et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domino Ottoni primo regi Teotonicorum eiusque successoribus huius regni Italie in perpetuum sibi facultatem eligendi successorem atque summe sedis apostolice pontificem ordinandi ac per hoc archiepiscopos seu episcopos ut ipsi ab eo investituram accipiant et consecrationem unde debent, exceptis his quos imperator pontificibus et archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cuiuscumque dignitatis vel religionis eligendi vel patricium vel pontificem summe sedis apostolice aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius imperatoris, quod tamen fiat absque omni pecunia, et ut ipse sit patricius et rex. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus nisi a supradicto rege laudetur et investiatur non consecretur. Siquis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid molietur hunc excommunicationi

subiacere decrevimus. Et nisi resipuerit inrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis feriri. Item Gregorius.

Precepto principum maximo remittitur quod absque apostolica auctoritate ordinatur.

Salonitane civitatis episcopus me ac responsali meo nesciente ordinatus est, et facta res est que sub nullis antioribus principibus evenit. Quod ego audiens ad eundem prevaricatorem qui inordinate ordinatus est protinus misi, ut omnino missarum sollempnia celebrare nullo modo presumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscere si hoc fieri ipsi iussissent, quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Qui contempto me atque despecto in audacia quorumdam sectarium hominum quibus denudata sua ecclesia premia multa prebere dicitur, nunc usque missas facere presumit atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem precepcioni pietatis eorum obediens eidem Maximo qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me vel responsalem meum pretermittere presumpsit, ita ex corde laxavi ac si me auctore fuit ordinatus. Alia vero perversa illius, scilicet mala corporalia que cognovi, vel quia cum pecuniis est electus, vel quod excommunicatus missas facere presumpsit, propter Deum inrequisita preterire non possum. Et si ad me diu venire distulerit, exercere in eo districtionem canonicam nullo modo cessabo. Item ex concilio Tolletano.

In electione principis voluntas consideratur.

Cum longe lateque diffuso tractu terrarum commeantium nuntiorum impeditur celeritas, quo aut nequeat regibus decedentis presulis transitus notificari, aut de successore morientis episcopi libera principis expectari electio. Nascitur sepe aut nostro ordini de legatione talium difficultas aut regie potestati dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet iniuriosa necessitas. Unde placuit omnibus pontificibus Hispanie atque Gallie ut salvo privilegio uniuscuiusque provincie licitum maneat deinceps Tolletano pontifici quoscumque regalis potestas elegit et iam dicti Tolletani episcopi iudicium dignos esse probaverit in quibuslibet provinciis in precedentium sedibus preficere presules et decedentibus episcopis eligere successores. Ita tamen ut quisquis ille fuerit ordinatus post ordinationis sue tempus infra trium mensium spatium metropolitani proprii presentiam visurus accedat. Electiones quoque summorum pontificum atque aliorum infra presulum quondam imperatoribus representabantur, sicut de electione beati Ambrosii et beati Gregorii legitur. Quibus exemplis et premissis auctoritatibus liquido colligitur laicos non esse excludendos a electione, neque principes esse reiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus iubetur electioni interesse non precipitur advocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim ut in fine superioris ca-

pituli Stephani pape legitur, e[st] electio fidelis, per hoc, vt consentire debeat, cum requiritur plebis an clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia digniter perficietur antistes, cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi uoto elegit. **Vnde** Celestinus papa ait;

Plebi non est eligendi facultas.

Cleri plebisque consensus et desiderium requiratur.

Item Leo primus; **De eodem;**

Vota ciuium, testimonium populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituantur. Et infra. Per pacem et quietem sacerdotes qui futuri sunt postulentur. Teneatur subscriptio honoratorum, clericorum testimonium, ordinis conuentus et plebis.

Principibus uero atque imperatoribus electiones Romanorum pontificum atque aliorum episcoporum referendas usus et constitutio tradidit, propter scismaticorum atque hereticorum dissensionibus, quibus non nunquam ecclesia Dei concussa periclitabatur. Contra quos legibus fidelissimorum imperatorum frequenter ecclesia munita legitur. Representabatur ergo electio catholicorum principibus, ut eorum auctoritate roborata, nullus hereticorum uel scismaticorum auderet contraire, ut ipsi principes tanquam deuotissimi filii in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi uiderent, et eius omnibus suffragatores existerent. Sicut Ualentinianus beato Ambrosio legitur dixisse: Noli timere, quia Deus qui te elegit, semper te adiuuabit, et ego adiutor et defensor tuus, ut meo ordini etiam semper existam.

Vnde Stephanus papa statuit dicens; **Presentibus imperatoris legatis ordinetur pontifex Romanus.**

Quia sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore presidemus, a plurimis patitur uiolentias pontifice obeunte, que ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia pontificis non fit consecratio, nec canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi nuntii, qui scandala uetent fieri, uolumus, ut cum instituendus est pontifex conuenientibus episcopis et uniuerso clero eligatur, presente senatu et populo, qui ordinandus est, et sic electus ab omnibus presentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine sui periculo iuramenta uel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, nisi que antiqua exigit consuetudo, ne uel ecclesia scandalizetur, et imperialis honorificentia minuatur.

Verum quia imperatores quandoque modum suum ignorantes non in numero consentientium, sed primi distribuentium immo exterminantium esse uoluerunt, frequenter etiam in hereticorum perfidiam prolapsi catholice matris ecclesie unitatem impugnare conati sunt, sanctorum patrum statuta aduersus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis uinculo innodaretur. Sicut scriptura quoque diuina dicit, quod postquam Ezechias dissipauerat excelsa, et contriuit statuas et succidit lucos et confregit serpentem eneum, quem fecit Moyses, unde licet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat. Ne serpentina morte populus interiret, ideo pro peccato colere et uenerari eum ceperat, et ideo destruxit iste quod iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista habenda est in ecclesia, ut si nonnulli ex predecessoribus et maioribus nostris fecerunt aliqua, que illo tempore potuerunt esse sine culpa, et postea uertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum magna auctoritate a posteris destruantur.

(Postremo presentibus legatis imperatorum et in consultis electiones Romanorum pontificum leguntur celebrate. Et tandem ipsi imperatores religioso mentis affectu premissi priuilegii renuntiauerunt, multa insuper donaria ecclesie Dei conferentes;

Vnde Gregorius quartus scribit; **In absentia legatis imperatoris Adrianus ad pontificatum eligitur.**

Cum Adrianus .ii. ad pontificatum a beati Petri ecclesia nutu diuino in presbitero qui dicitur ad presepe traheretur, a Lateranensi patriarchio certatim a populo et clero et proceribus deportatus est. Quod audientes missi Lodoici imperatoris moleste tulerunt indignantes, quod cum presentes essent non fuerunt inuitati, nec optate ante futuri presulis electioni interesse meruerunt. Quorum accepta ratione quod sic acta contemptus augusti, set futuri temporis prospectu hoc commissum fuerat, ne uidelicet legatos principum in electione Romanorum presulum mos expectandi per huiusmodi fomitem inolesceret, omnem indignationem medullitus sedauerunt, et ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.

Item pactum constitutionis imperatoris primi Lodoici cum Romanis pontificibus. **Romani pontifici electio a Lodoico Romanis conceditur;**

Ego Lodoicus imperator Romanus augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum, et per te uicario tuo domino Paschali summo pontifici et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus uestris usque nunc in uestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis ciuitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis, atque uiculis omnibus et territoriis eius montanis atque maritimis litoribus et portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis ac uillis in Tuscie partibus. Item quando diuina uocatione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex regno nostro aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice aut priuatim ueniendi uel electionem faciendi, nullusque in ciuitatibus aut in territoriis ad ecclesie beati Petri apostoli potestatem pertinentibus;

aliquod malum propterea facere presumat. Sed liceat Romanis cum omni ueneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam. et eum quem diuina inspiratione et beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque una concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint. sine qualibet auctoritate ambiguitate uel contradictione more canonico consecrare. et dum consecratus fuerit legati ad nos uel ad successores nostros reges Francorum dirigantur. qui inter nos et illum amiciciam et caritatem ac pacem socient. Item Leo IIII. Lothario et Lodoyco Augustis. Electio et consecratio romani pontificis nisi iuste [et] canonice fieri debet.

Inter nos et uos pacti serie statutum et confirmatum est. quod electio et consecratio futuri romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat. Ab imperatore uel nuncius eius electioni romani pontificis nullum generetur obstaculum.

Constitutio primi Henrici. et primi Ottonis cum romani pontificibus: ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum in electione romani pontificis componere audeat. omnino prohibemus. Item in electione romanorum pontificum neque liber neque seruus ad hoc conueniens presumat ut Romanis illis quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo. aliquod faciat impedimentum. quod si quis contra hanc nostram constitutionem presumpserit exilio tradatur. Item constitutio Ottonis. Iuramentum Ottonis quod fecit domino pape Iohanni.

Tibi domino Iohanni pape ego rex Otto promittere et iurare facio per patrem et filium et spiritum sanctum. et per hoc lignum uiuifice crucis. et per has reliquias sanctorum quod si permittente domino Romam uenero sanctam romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse. et nunquam uitam aut membra neque ipsum honorem quem habes mea uoluntate aut meo consilio. aut meo consensu. aut mea exortatione perdes. et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus que ad te pertinent. aut ad Romanos sine tuo consilio. et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit tibi reddam. et cuicumque regnum italicum commisero iurare faciam illum. ut adiutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse. Item ex libro primo capitulorum Karoli. et Lodoici imperatorum. Liberum sit clero et populo de propria diocesi episcopum eligere.

Sacrorum canonum non ignari. ut in dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur honore. assensum ordini ecclesiastico prebemus. ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi remota personarum et munerum acceptione. ob uite meritum et sapientie donum eligantur. ut exemplo et uerbo sibi subiectis usquequaque prodesse

ualeant. Ex his constitutionibus et pacto Lodoici imperatoris deprehenditur imperatores illis renunciasse priuilegiis que de electione summi pontificis Adrianus papa Carolo imperatori. et ad imitationem eius Leo papa Ottoni primo regi Teotonicorum fecerat. Cum ergo ex premissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantum modo esse. queritur quorum sit ipsa electio an clericorum maioris ecclesie tantum an etiam aliorum religiosorum qui in eadem ciuitate fuerint. Sed sicut in breuiatione canonum Fulgentii Cartaginensis ecclesie diaconi inuenitur. septimo concilio Niceno. et in Cartaginensi constitutum est. ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesie matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi pontificis non a cardinalibus tantum. sed etiam ab aliis religiosis clericis auctoritate Nicholai pape est facienda. ita et episcoporum electio non a canonicis tantum sed ab aliis religiosis clericis sicut in generali sinodo Innocentii pape Rome habita constitutum est. Ait enim; Absque religiosorum uirorum consilio canonici maioris ecclesie episcopum non eligant.

Obeuntibus sane episcopis. quoniam ultra tres menses uacare ecclesiam sanctorum patrum prohibent sanctiones. sub anathematis uinculo interdicimus. ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos uiros. sed eorum consilio honestam et ydoneam personam in episcopum eligant. quod si exclusis religiosis electio facta fuerit quod absque eorum consensu et conniuentia factum fuerit. irritum habeatur et uacuum. Nunc ergo queritur si uota eligentium in duas se diuiserint partes quis eorum sit preferendus alteri. De his ita scribit Leo papa. Cum uota eligentium in duas se diuiserint partes quis sit preferendus alteri.

Si forte uota eligentium in duas se diuiserint partes. quod nec reprehensibile. nec inreligiosum iudicamus uota eligentium in duas se diuiserint partes. is metropolitani iudicio alteri preferatur qui maioribus iuuatur studiis. et meritis. tamen ut nullus detur inuitis etiam non petentibus; ne plebs inuita episcopum non optatum contempnat aut odiat.

Hinc considerandum est a quibus. et quo tempore sacri ordines sint tribuendi. uel quibus in locis patriarche primates archiepiscopi. corepiscopi. et reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi in Niceno concilio diffinitum est in quo sic legitur; Episcopi ab omnibus prouincialibus episcopis ordinentur.

Episcopi ab omnibus qui sunt in prouincia sua debent ordinari. Si uero hoc difficile fuerit uel urgente necessitate uel itineris longitudine tres episcopi debent in unum congregari. ita ut ceterorum qui absentes sunt consensum in litteris teneant. potestas sane uel confirmandi pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum; Item Anacletus. De ...

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem sunt prouincia episcopis sunt celebrande. quod si omnes simul minime conue

D. LXIIII.

nire poterunt assensum tamen suis ipsius prebeant apicibus ut accepta ordinatione aliquid non desit; Item Anitius papa. **Ceteris assentientibus ab aliis conprovincialibus.**

Conprovinciales episcopi si necesse fuerit ceteris consentientibus a tribus episcopis iussu archiepiscopi consecrari possunt; Item Innocentius papa. **Non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani.**

Extra conscientiam metropolitani nullus audeat ordinare episcopum; Integrum est enim iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus presumat ordinare episcopum, ne furtivum beneficium prestitum videatur. Hoc enim et sinodus Nicena constituit, atque custodiendo diffinivit; Item Gelasius universis episcopis per Dardaniam constitutis. **Episcopi a suo metropolitano tempore abeuntis consecrantur.**

Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum iura perturbare ac privilegia, que metropolitanis ut provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria presumptione privare, papa, quod etiam communis apostolice desiderant tenere custodium, quod sine ab eius auctoritate divisi, ut impune pravas usurpationes exerceant, non respicientes quia extremo iudicii ratione tam de catholice sinceritatis iniuria, quam de traditionum preiudiciis patriarum non sine perpetue dampnationis sint intuitu redditi, si in hac obstinatione permanserint, caritatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in communione fratres sive per Dardaniam sive per unam quamcumque provinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis, et ab eis eidem substitui decernentes, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter studeatis antistites, et vicissim si metropolitanus humane conditionis sorte decesserit, a conprovincialibus episcopis sicut forma transmisit sacrari modis omnibus censeatis. Nec sibi quemquam quod vobis antiqua dispositione concessum est patiamini vendicare, quatenus et inter tempora adversantium votivatatum procellas regulas veterum nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum patres nostros constant fecisse non dubium est; Item ex concilio Martini pape. **De eodem.**

Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc pro necessitate aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur, et omnium presentium vel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertinet episcopum; Item ex concilio Niceno. **Non est episcopus sine metropolitani consensu ordinatus.**

Illud generaliter clarum est, quod si quis preter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, hunc magna sinodus diffinivit episcopum esse non oportere. Cum provinciali vero episcoporum universitas desideratur consensus in ordinatione episcopi, quod si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, optineat sententia plurimorum. Unde in Niceno c. **Sane ceteris consentientibus, ordinationi episcoporum duo vel tres contradicant, optineat sententia plurimorum.**

Sane si communi omnium consensu rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam duo vel tres animositate ducti contradicere voluerint, obtineat plurimorum sententia sacerdotum. Item ex concilio Martini pape. **De eodem.**

Non deberet ordinari episcopus absque consilio et presentia metropolitani episcopi; Adesse autem oportet omnes qui in provincia sunt sacerdotes, quos per suam debet epistolam metropolitanus convocare, et quidem si omnes occurrant, bene est. Si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere; qui autem non conveniunt, presentia sua per epistolas suas fateantur, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi oportet fieri. Si autem aliter preter quod a nobis diffinitum fuerit actum, talem ordinationem nichil prevalere decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, et aliquis cum sua malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat. Item ex concilio Antiocheno; **De eodem.**

Episcopus non est ordinandus sine consilio et presentia metropolitani episcopi, cui melius erit si ex omni provincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt per suas litteras consensum suum de ipso designent, et tunc demum per plurimorum episcoporum sive per presentiam, sive per litteras consensum sententia consona ordinetur. Quod si aliter quam ita statutum est fiat, nichil valere huiusmodi ordinationem. Si vero etiam diffinitas secundum regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias et domesticas simultates, his contemptis sententia de pluribus obtineat plurimorum; Si autem provincia primatem habere constitit, nec etiam metropolitano absque eius conscientia episcopum consecrare licebit; Unde Leo episcopus urbis Rome Athanasio episcopo. **Absque primatis consensu metropolitanus episcopum non ordinet.**

De persona autem consecrandi episcopi et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Que rectis dispositionibus nec more aut difficultatis debebit afferre, ne gregibus dominicis diu desit cura pastorum; Item ex concilio Cartaginensi III. **De eodem.**

Placet omnibus, ut inconsulto primate cuiuslibet provincie tam facile nemo presumat, licet cum multis in quocumque loco sine eius ut dictum est precepto episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi in quocumque loco sint, cum primatis precepto ordinare debent episcopum. Item ex Niceno c. VII. **De eodem: cuique ecclesie prius honor observetur.**

CDLXV

Mos antiquus. porrecit in egypto, ut lubia. et pentapolim. ut alexandrinus eps. hor omnium hat potestatem. qm quidem et romano epo parilis e mos. similit aut et apud antiochiam. et ceteras quoque puintias honor suus unicuique suetur ecclie. Item ex eodem. De eodem;

Mos antiquus obtinuit et uetusta traditio. ut elie. i. ierosolimo r epo honor deferatur. hat consequenter honorem. manente tn metropolitane ciuitatis ppria dignitate. Qui uo a conpuintialibus suis cum metropolitani licentia fuit ordinatus. infra constituta tpa eius represientet se conspectib; Unde in tarraconensi. c. leg. De eodem.

Siquis in metropolitana ciuitate eps n fuit ordinatus. pea quam suscepta bndictione. p metropolitani litteras honorem fuit epi adeptus id optimum ee decreuimus. Ut post modum statuto tpr. i. impletis duobus mensibus se metropolitani sui repsentet aspectib; ut ab illo monitis eccliasticis instructus. plenius quicquid obseruare debeat. cognoscat. quod si forte hoc implere neglexerit. insinodo increpatus. a fratrib; corrigatur. et si forte infirmitate aliqua ne hoc ipleat fuit inpeditus. hec suis litteris metropolitano indicare pcuret. His auctoritatib; datur intelligi qd epi a conpuintialib; suis debent ordinari. Sed qr si in pruintia fuint plimi epi. et contigit forte unum remanere epm. quid fieri debeat. siue quia solus e. ordinare non pot epm. conpuintiales non ht cum quibus epm consecrare ualeat. Cum g talis necessitas fuit quid faciendum sit, in sarracensi. c. diffinitur. in quo sic statutum leg.

Si unus tm in puintia remanserit eps ad osectione epi de uicina puintia uocet.

Si forte in puintia unum tm contigit remanere epm. fristes. eps conuocet epos uicine puintie et cum eis ordinet conpuintiales epos. Quod facere neglexerit. pp conueniant epos uicine puintie. ut illi prius commoneant. epm qui in ea e puintia commoat. et ostendant quod pp petant epm rectorem. et doceant iustum ee ut ueniat ipe et cum eis ordinet epm. et si litteris conuentus tacuerit. et dissimulauit nec rescripsit. tunc satisfaciendum e pps. ut conueniant ex uicina puintia et epm ordinent; Archieps aut ab omnib; sue puintie epis debe ordinari. Unde anitius pp ait; Ab oib; suffraganeis tr arcieps.

Archieps. ab omnibus sue puintie epis ordinetur. hoc aut quod de archiepi consecratione pceptum e ut oms suffraganei eum ordinent. Nullatenus licet inmutari quia ille qui pe e. ab omnib; epis quibus pre e debet constitui. Si aut aut psumptum fuit uiribus carere non dubium e. quia anitatem secus acta ordinatio. Ex epis aut non ordinandis a paucioribus quam tribus epis scribit anacletus dicens. Porro et ierosolimitarum primus archieps. beatus iacob; qui iustus dicebatur. et s carnem frat dni nuncupatus e. a petro et iacobo. et iohe aplis e ordinatus. successorib; aut uidelicet suis dantibus formam eoz ut minus quam tribus epis reliquis omnib; assensum pbentibus nullatenus eps ordinet. et com uoto ordinatio celebret. Presbri uo. et co epi a buno epo ordinari possunt; Unde anacletus. Sacerdotes a buno

Reliqui sacerdotes possunt ordinari epo.

A proprio ordinentur epo. ita ut ciues et alii sacerdotes assensum pbeant. et ieiunantes ordinationem celebrent. similit et diaconi ordinentur. Ceterorum aut graduum distributioni trium ueratium testimonium epi. s approbatione sufficere potest. Item in spalensi. con. legitur; De eodem.

Eps. sacerdotibus ac ministris solus. honorem dare pot. Solus auferre non pot. Queritur de illis qui ordinantur ab eis quos non constat fuisse epos. an sint itm consecrandi. an n. qd uo consecrandi no sint pbatur auctoritate; gg. Qui scribens iohi epo rauennati ait; Semel osect itm osectari n debz;

Sicut semel baptizatus itm baptizari non pot. sic et semel consecratus itm consecrari non pot. Sed si quis cum leui culpa ad sacerdotium uenit; p culpa penitentia debet indici. et tm ordo suetur. Contra idem gg. testatur. cuidam epo dicens; De pbris qui ordinant ab eis quos constat n fuisse epos;

Presbri quos retulisti si in cogniti fuint. utrum illi qui ordinantur. et dubium e eos epos fuisse an non. qui eos ordinauerunt. si bone actionis. uitique catholici sint ipi pbri. et in ministerio xpi. oiq sca lege edocti. ab epo suo bndictionem psbitatus suscipiant et consecrentur. et sic ministerio sacro fugantur;

Quod ego consecratus in eodem ordine iterum consecrari phibetur. de eo intelligendum e. qui consectus e ab illo quem certum erat ius consecrandi ht. qui aut ab illo consectur quem non constat fuisse. itm consecrandus e. quia si ille ius consecrandi non huit. iste ex olei infusione. nichil consecrationis accepit. et quia in ppo ordine consecratus non erat. nuc qsi primum ad consecrationem ueniens. a b epo sacerdotalem bndictionem et consectionem consequitur. Si aut ius consecrandi huit. in pma unctione consecutus e consectionem. in secda uo non reiterat consecratio s; sola unctio. sicut de quo dubium e an sit baptizatus an non debet baptizari. qui si prius baptizatus non fuat consequit gram baptismi. Si aut baptizatus erat. nic accepit in secda tinctione. nec ptinet hoc ad reiterationem baptismi. s ad cautelam salutis. hoc etiam de ecclis consecratis similit obseruandum e. Unde in niceno con. N debet itm consecrari eccla semel consecrata;

D. LXVI

D. LXVII

D. LXVIII

Ecclesiis semel deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi nisi aut ab igne exuste aut sanguinis effusione aut cuiuscumque semine pollute fuerint. quia sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine patris et filii et spiritus sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari. ita nec locus deo dicatus est iterum consecrandus. nisi propter eas causas quas superius nominavimus. si tamen fidem sancte trinitatis tenuerunt qui eum consecraverunt. Inter episcopos autem et corepiscopos hec differentia est. episcopi non nisi in civitatibus. corepiscopi etiam in vicis ordinari possunt. episcopi formatas scribunt litteras. corepiscopi non nisi commendaticias litteras et pacificas dare valent. episcopi ius consecrandi habent. corepiscopi minores tantummodo ordines tribuunt. levitcam autem et sacerdotalem benedictionem prestare non valent. Item de his ita scribit beatus Leo episcopus omnibus episcopis et presbyteris.

In quibus corepiscopi ab episcopis differant.

Quamvis corepiscopis et presbyteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio. quedam tamen sibi prohibita noverint corepiscopi sicut et presbyteri et diaconi. et virginum consecratio. constitutio altaris. ac benedictio vel unctio. Siquidem nec erigere altaria nec ecclesias consecrare eis licitum est. nec per inpositionem manuum fidelibus baptizatis vel conversis hereticis paraclitum spiritum sanctum tradere. nec crisma conficere. nec crismate baptizatorum frontes signare. nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare. nec formatas cuilibet epistolas mittere. que omnia illicita sunt corepiscopis qui quamquam consecrationem habeant. pontificatus tamen apicem non habent. Hi vero propter insolentiam suam qua episcoporum officia sibi usurpabant ab ecclesia hodie prohibiti sunt. Unde Damasus papa ait.

Ordo corepiscoporum a sancta sede reprobatur.

Corepiscopi tam ab hac sacra sede quam ab episcopis totius orbis prohibiti sunt. nimis enim eorum institutio improba est et perversa. quia ut de summo sacerdotii ministerio aliquid presumat omni auctoritate caret. nam non amplius quam duos ordines inter discipulos domini esse cognovimus. id est xii. apostolorum et lxxii. discipulorum. unde iste tercius processit ignoramus. et quod caret ratione. exstirpandum est. Quod autem episcopi non sint qui minus quam a tribus sunt ordinati episcopis. omnibus patet. prohibitum est enim a sanctis patribus ut qui vel ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis. non nominentur episcopi. Si nomen non habent qualiter officium habebunt. Item Urbanus.

Apostolorum in ecclesia locum tenent episcopi.

Quorum vices in ecclesia episcopi habent et quis eis hanc dignitatem dare debeat. sanctus Augustinus ostendit inquiens. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. patres missi sunt apostoli. pro apostolis filii nati sunt. et constituti sunt apostoli episcopi. Hodie enim episcopi qui sunt per totum mundum unde nati sunt. ipsa ecclesia patres illos appellat. ipsa illos appellat. ipsa illos genuit. et ipsa illos constituit in sedibus patrum. non te ergo putes desertam quia non vides Paulum. quia non vides Petrum quia non vides illos per quos nata es. de prole tua crevit tibi paternitas. pro patribus tuis nati sunt tibi filii. et cetera. filios genuit ecclesia. et constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram. Et contra.

A non clerici de manu abbatis suscipi potest si eidem abbati manus inpositio facta noscatur ab episcopo. Unde in viii. sinodo legitur.

Abbates quibus ab episcopis manus inposita est. aliquos tonsurare possunt.

Quoniam videmus multos sine manus inpositione a parvula etate tonsuram clerici accipientes. nondum que ab episcopo manus inpositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes. percipimus amodo id minime fieri. id ipsum quoque observandum est etiam in monachos. Lectores autem manus inpositione licentia est unicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi. si dumtaxat eidem abbati manus inpositio facta monstratur ab episcopo secundum morem preficiendorum abbatum. dum constet illum esse presbyterum. Simili modo secundum antiquam consuetudinem corepiscoporum preceptione oportet episcopi promovere lectores. Item ex concilio Laudicensi.

Non exorcizent qui ab episcopo provecti non sunt.

Non oportet exorcizare eos qui nec dum ab episcopis sunt electi neque in ecclesiis neque in domibus. Ab episcopis alterius civitatis clericus ordinari non potest. nec etiam ab eo absolute ordinandus est. absoluta autem ordinatio Calcedonensi concilio prohibetur. et vacuam habet manus inpositionem percipit. In quo sic statutum est.

Nullus ordinandus est absolute.

Neminem absolute ordinari iubemus presbyterum vel diaconum. nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum nisi manifeste in ecclesia sue civitatis sive in possessionis aut in martirio. aut in monasterio hic qui ordinatur mereatur ordinationis publicatum vocabulum. eorum autem qui absolute ordinantur decrevit sancta sinodus vacuam habere manus inpositionem. et nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius qui eum ordinavit. Item ex sinodo Urbani habita Placentie.

Irrita sit ordinatio sine titulo facta.

Sanctorum canonum statutis consona sancientes decernimus. ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. et in qua ecclesia quilibet titulatus est. in ea perpetuo perseveret. omnino autem in duabus titulari aliquem non liceat. sed unusquisque in qua titulatus est. in ea perpetuo perseveret. et canonicus habeatur. licet enim episcopi dispositione unus duabus preesse possit ecclesiis. canonicus tamen prebendarius nisi unius ecclesie in qua conscriptus est esse non debet. Si que tamen capelle sunt que suis redditibus clericos sustentare non possunt. earum cura ac dispositio maioris ecclesie preposito cui capelle subdite esse videntur inmineat. et tam de possessionibus quam de ecclesiasticis capellarum officiis respondeat.

C. LXVIII.

C. LXX.

deat. In eodem etiam est. antiquis conprobationibus decima addita est. que ita se habet. commune et salutare quemadmodum virginem tuum sanctus spiritus obumbratione concepit. et virginitatis gloria permanente lumen eternum mundo effudit ihesum christum dominum nostrum.

DLXXI

Decernimus vero non ordinandos ab episcopo alterius civitatis in sacerdotem. quod statutum est in quo ianuarius episcopus legitur depositus. Clerici ab episcopo alterius.

Illud quoque sanctitas vestra. In civitate sua non ordinetur. statuit ut nulli episcopo liceat alterius civitatis ecclesiasticum sollicitare et in sua diocesi clericum ordinare. quia ex his contemptionibus solent nasci discordie. et ideo prohibetur omnium sententia ne quis hoc facere audeat. Unde cuius episcopus dixit. et hoc universi constituimus. ut quicumque ex alia parrochia voluerit alienum ministrum sine consensu ipsius et episcopi voluntate ordinare. non sit rata eius ordinatio.

Item innocentius. Qui sine sui episcopi consilio ordinatur irrita sit.

Si quis ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet in ecclesia ordinare cum non habet consensum illius episcopi a quo recessit clericus. irrita sit huiusmodi ordinatio. Item ex concilio calcedonensi. De eodem.

De aliena ecclesia ordinare clericum nullus presumat nisi eius episcopus precibus exoratus concedere voluerit. Item ex concilio. Clerici unius ecclesie in aliena non ordinentur.

Clericos in singulis ecclesiis constitutos non liceat sicut iam diffinivimus in alterius civitatis ecclesiis ordinare. Sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare meruerunt. exceptis illis qui propter suas civitates perdiderunt et necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum suscepit. placuit sancte sinodo et hunc qui suscepit. et eum qui susceptus est tamdiu excommunicatos manere quamdiu ipse clericus revertatur ad propriam ecclesiam. Item gregorius fortunato episcopo neapolitano. Apostolica permissione unius ecclesie clericus in alia valet ordinari.

Fraternitatem tuam a nobis petiisse recolimus ut gerontium ecclesie venefrane diaconem tue concederemus ecclesie ordinandum. et quoniam nec episcopum cui obsecundare debeat propria habet ecclesia hoste scilicet prohibente. quo suum debeat ministerium exhibere. petitionem tuam non pr[e]vidimus differendam. Ideo scriptis tibi presentibus cum necessario duximus concedendum. habito licentiam illum diaconum nostra inturventione auctoritate ecclesie tue dono proprio constituere cardinalem. Item ex concilio cartaginensi ii.

Sine litteris sui episcopi in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.

Primatus episcopus begeselitanus dixit. suggero sanctitati vestre ut statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui. neque apud se retinere. nec laicum usurpare

---

P[rimo] Notandum quod clerici qui promoventur aut ad ordinem aut ad dignitatem solummodo promoventur. Et cum ad hec coguntur aliqua coactio fit eis possitur ... aliquam pro violentie affectationem ... Et ille qui ad promotionem cogit: hoc agit aliqua causa gratitudinis. aliqua ex rectitudine pietatis. Nullus ita que clericum promovere debet in dignitatem vel ordinem

sibi desplebe aliena ut eum obtineat sine conscientia episcopi eius de plebe cuius est. Gratus episcopus dixit. hec observantia pacem custodit. Nam et memini in sanctissimo concilio sardicensi simul statutum. ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius petat a collega suo. et per consensum suum episcopi habeat. Item ex concilio calcedonensi.

Sine litteris commendaticiis extra suam ecclesiam clerici ...

Extraneo clerico et lectori extra suam civitatem non ministret sine commendaticiis litteris proprii episcopi nusquam liceat penitus ministrare. Item ex sermone sancti augustini ad populum. De eodem.

Hortamur sanctitatem vestram ut iuxta sanctorum canonum instituta in ecclesiis a nobis fundatis alienum veniens presbiter non suscipiatur. nisi aut se fuerit ecclesie episcopo consecratus aut ab eo per commendaticias litteras suscipiatur. Item antioceno concilio.

Absque formata clerici peregrini non suscipiantur.

Nullum absque formata quam greci epistolam dicunt peregrinorum clericorum suscipi oportet. Dimissorias vero litteras episcopus non nisi rogatus tribuat sicut statutum est in sinodo habita rome. Unde leo papa ait. Nisi eos petente nulli dimissorias.

Episcopus subiecto sibi sacerdoti vetavit. Sine littere primitus clerico nisi ab ipso postulatus dimissorias non faciat. ne quisquam porta aut errans inveniat. Item ex concilio cartaginensi iiii. De eodem.

Clericum alienum nisi concedente eius episcopo nemo audeat retinere. vel promovere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomine etiam lectores et psalmiste et ostiarii retinent. Item ex concilio mileuitano.

In una ecclesia ordinatur in alia non teneatur.

Placuit ut quicumque in ecclesia ut semel elegit. ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Qualiter vero commendaticia aut dimissoria. seu formata epistola facienda sit. videndum est. debent namque littere grece in ea epistola inponi. et non sine causa. Greca enim elementa litterarum numeros etiam exprimere. nullus qui vel tenuiter grece sermonis notitiam habet ignorare. Neque in faciendis epistolis canonicis quas mos latinus formatas vocat. aliqua fraus falsitatis temere presumeretur. hoc a patribus cccxviii nicene congregatis salubrime inventum est. et constitutum ut formate epistole hanc calculationis seu supputationis habeant rationem. id est ut assumatur in supputatione prima greca elementa patris et filii et spiritus sancti. hoc est. π. α. que elementa octogenarium quadragentesimum et primum significant numeros. petri quoque apostoli prima littera. id est. π. qui numerus octoginta significat. Eius episcopi prima littera scribitur. cui scribitur. id est. accipientis tertia litteram. civitatis quoque decima scribitur quarta. et indictionis quecumque est id temporis. id est. qui fuerit numerus assumatur. atque his litteris omnibus grecis que ut

DLXXII

DLXXIII

.b. ſ aliquo indicio alio quam uoce uoluntatē oſtendente;
.c. ſ uoce l' ſigno .l. di. ſiquis diaconus q̄uis .ē. eēt īuit' ſi n̄ uoce ñ aliquo ſigno reclamaret pſumeretur uoluntarius. ut. di. liiij. ſi ſuus.
.d. ſ ſigno. nam et pſigna appāret ſic puocē. ar. xxxiij. q. v. nec ſolo. xvi. q. ij. c. i. et .ij. c. ſic notat' diffiā int' īuitū et reclamantē ut ff. d' ſuīſ. ut. p. īuitū;
.e. ſ alt. ſimil' xxxiij. di. non op.

dixim̄us numeros exp̄muunt inunum ducitis. una queciumq; collecta fuīt ſumma epla teneat. hanc qui ſuſcipit cum oī cautela requirat exp̄ſſā. addat p̄terea ſeparatim inepias nomina genarium ē nonum numerum. qui ſcōm greca elementa ſigñat amen;

Exēplar formate eplē q̄ .a.

In nomine patris. et f. et ſ. s. Ual terio ſpirensi epō. ego brocardius ſcē uuarmatienſis eccle deuotus gregis xpī famulus. inxō uero ſumme felicitatis beatitudinem; Cum ſcā eccta catholica pmta ſit ſequi documēta euāglīca que dicunt. Q: recipit pphām innomine pphe mercedem pphe accipiet. et qui recipit iuſtum innomine iuſti .ē. et apſs iubeat hoſpitalitatem ſectari et neceſſitatib; ſcōr uitorum cōmunicare. tn̄ q̄a pp̄ eos qui cauteriatam hñt ſuam conſcientiam dicentes ſe eē ſimplices cū ſint aſtutia diabolica repleti. et ppe pietatis dicunt ſe de loco ad locum tranſire. cum ſint fugitiui ſua malitia faciente. et dicunt ſe eē miniſterio sac inſertos. cum non ſint fugitiui ſua militia fatiē te. et dicunt ſe eē miniſtio sacro inſertos. cū non ſint. ſtatutum ē aſcīs patribus neminem clicum alienum et ignotum recipi. ab aliquo epō. et intronizari in ſua eccta niſi hāt ab epō ꝓp̄o eplam que in canonib; nominatur formata; Jdeo notum facimus paſnitati urē quod p̄ſens fr̄ nr̄ harum littāꝝ portitor nōie hermānus nō p ſua nequitia expulſus ē a nobis ſꝫ poſtulā tib; fratrib; eo quod ex familia nr̄a fuit. ꝯ nr̄ba ptizatus. fecimus ei libertatem receptam cornu altaris canonice et ordinauimus eum ad gradū pbrī. Cui etiam has dimiſſorias ſiū commendatitias littās fecimus. et eum ad ur̄am dilectam fraſnitatem dirigimus et in ur̄a parrochia ſub ur̄o sacro regimine et defenſione conſiſt' ualeat. Ego inquam brocardus humil' epſ. Jn nomine patris. et f. et ſ. s. et unitate ſcē eccle in qua petro datum ē ius ligandi. atque ſoluendi. abſoluo hermanum pbrm de ciuitate uuarmatienſi. Jndictione x. et licentiam do uobis intronizandi eum in quācumq; ecctam uultis ur̄e parrochie. hanc ḡ eplam grecis littis hinc inmunire decreuimus et anullo [al' anulo] eccle nr̄e firmare cenſuimus. fratnitatē ur̄a xpc̄ inob inco lumē cōſeruet;

Data uuarmatie .id. martii. anno dnice incarnationis. Millesimo .ii. menſe .xii. Jndictione .x.

Jncip̄ epla formata a. ccc. xviii. epīs ꝯ ab batib; conſtantinopolitane urb epō edita

Sctiſſimo inxpō fr̄i ſumma dulcedine caritatis amplectendo. illius ciuitatis epō. illius ecclie p̄ſul ppetue beatitudinis optat inxpō ſalutem;

Decreto nouīt ſcā fratnitas ur̄a quod ipſe clicus hermānus nōie . ur̄a in parrochia. inſtructus ac detonſus paruitatem mām rogauit quatenus conmdatitias littās conſcederemus quibus ur̄e celſitudini commendatus ſub tui nomine ur̄i regiminis degere poſſet. cuius uoluntati conſentientes ſcōm canonicam auctoritatem littās ei dimiſſorias dedimus. p quas et ipī concedimus. ut ſub ur̄o magiſterio diuinē inſtitutī inſiſtens ſue deſuiat utilitati. Et uobis licentiam tribuimus ut ſi dignum eum iudicauītis. ad ſacros ordines pmoueatis. commdatum ḡ eum cure ur̄e ſuſcipite et nſis expartib; abſolutum inuitarum oīū ouium numero cuſtodite; Quas littās ut in uigorem ur̄tatis firmitate inoubitant a uobis ſuſcipiantur. littis grecis ut canonica docet auctoritas. confirmare satagimus. Scā trinitas ur̄am beatitudinem ad regimī ſcē ſue eccle ppetuari beneuate concedat. ut ſic. ve. quod eandem ſummam exp̄muunt; Incipit .x. continet hec formata epla. ſūmam nūi .m. ccc. xv. ꝓ ḡ tam innōie illius p̄mam ponimus quia grēci eā inquib; dā loc̄ p. v. conſonante ponunt ſicut ē.

Qr̄ de his qui ab epīs ſuis pmouī contempnūt an inuiti ſint ſublimandi an non. Q de his ita ſtatutum inuenitur in con. aurelianenſi. **Annue ſuſpenſiōi ſubiaceat epſ q inuitū aut reclamātē ordīare pſumpſit.**

Epſ. qui inuitum aut reclamātem. ordinare p̄ſumpſit. annuali penitentie ſub ditus miſſas facē non p̄ſumat; Item gḡ. in regiſtro natali epō. in p̄mo li [illegible] bro; **Nullus pmoueat ur in [illegible] ui tus.**

Geſta que nobis conſ ilii [illegible] ur̄i confecta in ſecretario direxiſtis. in quo archidiaconus honoratus. adoī. plena eē cognouimus. ſemine iurgioꝝ cum uno eodemq; tp̄r una pſōna nolens ad sacerdotii ordinem p uehitur. que tanquam inmerita. a diaconatus offitio remoueat. et ſicut iuſtum ē ut nemo. clericē compellatur inuitus. ita cenſendum puto. ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio deiciatur iniuſte. E contra inuenitur in con. cartaginenſi; **Q ab epīs ſi pmouī ꝯ tēpnūt a loco ſuo deiciant.**

Si qui clici ab epīs ſuis pmouī contempſint nec illuc maneant ur̄i recedere noluerunt; Item;

De eodem.

Placuit ut quicumq; clici ut diaconi. p neceſſitatib; eccliaſticarū rerū. n̄ optemparūnt epīs ſuis uolentib; eos ad honorem ampliorem in eccla ſua pmouē. nec illic miniſtrent in gradu ſuo ur̄i recedere noluerunt. Item ex. agathenſi; **Poſtiores prorib; epīs n̄ pponantur.**

Eporum etiam quorum uita non rep̄hendit poſteriorem p̄ori nullus p̄ponat. niſi forte ſupbia elatus

Archidiaconus

quod pro necessitate ecclesie episcopus iusserit . ipse contempnat. Sane si offitium archidiaconatus . propter simpliciorem naturam implere aut expedire nequiverit . ille loci sui teneat nomen . et ordinatio nem ecclesie quem elegit episcopus preponendum. Item gregorius Iohanni episcopo siracusano. In quo loco cordi

Pervenit quidem ad nos. Non est invitus tenendus debet relatione pervenit. Cosmam qui ex monacho monasterii sancte lucie a decessore tuo venerande memorie maximiano in ecclesia siracusana subdiaconus factus . atque ante postea in possessione que iuliana vocatur presbiter est ordinatus . ita nimia tristitia . et loci qualitate vehementer affligitur ut vitam sibi penam existimet . et constrictionis sue fuge querat auxilium . et ideo quia tales erga subiectos nostros vellemus esse prepositos . magne benignitatis est . si eum in ecclesia vel subdiaconus functus est offitio . fraternitas tua reducere atque illic studuerit constituere cardinalem . quod et facere quantum arbitramur debes . sin autem est quod iuste contra eum animos tuos exasperet . Si vero aliqua culpa est super nobis epistolis hoc vestra fraternitas ut scire possimus insinuet.

Verum illud gregorii . de his intelligendum est qui non causa necessitatis . sed causa ingratitudinis calumpniose ab episcopis suis promoveri querunt . illud autem cartaginensis concilii . de his intelligitur qui nolunt optemperare suis episcopis . propter necessitatem ecclesie volentibus eos ad altiora promovere. Hanc distinctionem ex decreto simplicii . pape . quilibet corroborare valet . qui scribens iohanni archiepiscopo ravennati ait inter cetera. Non est aliquis invitus ad episcopatum

Bisita dicitur . que in episcopum et contra eum theodorum gregorium . non electione sed invidia perpetrasti . quem inexcusabili violentia pertrahi ante passus es atque vexari ut ei tamquam honorem non parari tranquillitatis immo pro animam sicut ostenditur non invogares: neque enim talia potuissent fieri . sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est ne cogamur iudicare quod dignum est . nam privilegium meretur amittere . qui permissa sibi abutitur potestate. Denuntiamus autem quod si post hec tale aliquid presumpseris . et aliquem talem seu episcopum vel presbiterum . vel diaconum invitum facere posse crediteris forte, ordinationes tibi ravennatis ecclesie . vel emilie . scis noveris auferendas. Item gregorius . antonino subdiacono. De eodem.

Honoratus archidiaconus salonitane ecclesie, sancte memorie decessore meo missa supplicatione poposcerat ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullo modo cogeretur. hoc enim fieri sibi non causa provehendi . sed causa ingratitudinis prohibebat . propter quam rem tunc etiam sancte memorie predecessor noster scriptis suis natali fratri et coepiscopo nostro inhibuerat . ne predictum honoratum archidiaconem invitum proveheret . ne ve dolorem concepte ingratitudinis in corde retineret. Cumque etiam hec eadem scriptum oportet . fuerint inflicta non solum mandata divinis negligens . sed etiam scripta nostra contempnens . prefatum archidiaconem quasi ad fortiorem honorem provehens conatus est callide degradare. unde actum est ut eodem archidiaconatu summoto loco alium asciscerit . qui eius obtemperare moribus potuisset . quem honoratum archidiaconem arbitramur antistiti suo aliunde displicere non posse . nisi quod eum vasa sacra suis parentibus dare prohibebat . quam causam subtili voluimus . et tunc sancte memorie decessor meus et nunc in indagatione perquirere . Sed sui suorumque actuum conscia personam suam ad iudicium proposuit destinare. Unde experientiam tuam ad iudicium presentis precepti auctoritate duximus fulciendam . quatinus conveniens in salonam Natalem fratrem nostrum et coepiscopum saltem tot scriptis ammonitum studeat adortari . ut supramemoratum archidiaconem in suo statu suscipiat . quod si facere hoc contumaciter vel consueverit forte distulerit . usum ei pallii qui ab hac sede concessus sibi fuerat ex auctoritate sedis apostolice contradices . quem si etiam in eadem pertinantia ammisso pallio adhuc perseveraverit presbiteris dominici quoque corporis et sanguinis eundem antistitem participatione privabis

Adhibenda est disciplina etiam qua nolentes promoveri ad sacros ordines . ad obediendum episcopis suis provocentur. in minoribus sicut ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt promovendi . ut contempnentes suis obedire episcopis doleant sibi esse prelatos quos prius habebant subiectos. Unde gelasius scribit victori episcopo. Cum maiores ordinari contempserit qui in minoribus promoveatur ordinibus

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum perhibens quod diacones ad presbiterii gradum . quo ecclesiam tuam memoras indigere venire detrectant . quapropter quia multos fieri ecclesiastica moderatio quantitas quoque non patitur . ut ex nolentibus fiant volentes . ordinatio illa potest proficere. Si quos habes vel acolitis . vel subdiaconibus maturiores etate et quorum sit vita probabilis hos in priorum studeas promovere . ut qui in suis ordinibus proficere noluerint . reddantur suis inferioribus minores. Ipsa commoda presbiteri prepensius quam diaconi consequantur . ut hac saltem ratione constricti . et honorem quem fugerant appetere mittantur et quesitum:

Tempus autem consecrationis sicut in ordine romano habetur . a deo episcopi benedictionem non eligitur. Omni enim tempore benedicuntur . dum modo ieiuni . et hora tertia benedictionem accipiant. Unde anacletus papa scribit omnibus episcopis. Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant.

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem provintia fuerint episcopis sunt celebrande

CDLXXV

hanc tamen intelligit quidam de promovendo . et totum capitulum istud assignatur duo casus in quibus ...

qui simul convenientes scrutinium cum preci-
bus celebrent manus cum sanctis evangeliis impo-
nentes dominica die hora iii. orantes sacraque unc-
tione prophetarum exemplo regum capita pun-
gentium eos more apostolorum et moysi unguentes.
Quia omnis sanctificatio constat esse in spiritu sancto cuius virtus
invisibilis sancto est crismati permixta. et hoc ritu sol-
lempne celebrent ordinationem. Et episcopus
autem consecrationis tum mensium spatio claudit.
ultra quod non necessitate cogente. episcoporum conse-
crationes post electionem differri non licet. Unde
in calcedonensi concilio. legitur. *Ultra iii. menses non differatur*
Quia quidam metropolitanorum. episcoporum ordinatio

Quia quidam metropolitanorum sicut ad nos pervenit neglegunt sibi greges cre-
ditos et differunt ordinationes facere episcoporum. pla-
cuit sancte sinodo intra tres menses fieri ordinationes
episcoporum nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit
ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis
episcoporum hoc non observaverit tempore debet ecclesiastice
condempnationi subiacere. Reditus vero eiusdem
viduate ecclesie integros reservari apud yconom-
um eiusdem ecclesie censemus. Cetorum vero
ordinationes non nisi certis temporibus et certis diebus magis
sacerdotum et levitarum fieri debent. vespe-
rascente sabbati. vel mane die dominice continuato
ieiunio. Unde zepherinus papa omnibus episcopis.

Presbiteri et levite qua hora ordinentur.

Ordinationes episcoporum presbiterorum vel levitarum tempore congruo multis coram
astantibus sollempniter agite. et probabiles ac docto-
tos ad hoc opus provehite. ut de eorum societate
et adiumento plurimum gaudeatis. Item leo papa
dioscoro alexandrino episcopo. *De eodem.*

Quod a patribus nostris propensiori cura novimus esse
servatum. a nobis quoque volumus custodiri. ut non
passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordi-
natio celebretur. Sed post diem sabbati eiusque no-
ctis que in prima sabbati lucescit exordia conse-
crandi eligantur. In quibus his qui consecrandi sunt
ieiunis et a ieiunantibus sacra benedictio confe-
ratur. quod eiusdem observantie erit si mane
ipso die dominico continuato ieiunio sabbati or-
dinatio celebretur. a quo tempore precedentis noctis
initia non recedunt quod ad diem resurrectionis
sicut in pascha domini declaratur pertinere non dubium est. Ibidem.

Quod die dominico ordinationes celebrentur.

Quod die dominico celebrationes sacerdotum celebran-
tur. non tantum ex consuetudine sed etiam ex apostolica novi-
mus venire doctrina. Scriptura manifestante
quod cum apostoli paulum et barnabam spiritu sancto pre-
cepto ad evangelium gentibus mitterent. Ieiuna-
dum ieiunantes et orantes imposuerunt eis
manus. ut intelligamus quanta et dantium
et accipientium devotione curandum sit. ne
tante benedictionis sacramentum negligenter

videatur impletum. et ideo pie et laudabiliter
apostolicis morem gestis institutis. si hanc ordinan-
dorum sacerdotum formam per ecclesias quibus dominus
preesse te voluit. etiam ipse servaveris. ut his qui
consecrandi sunt nunquam benedictio nisi in die
dominice resurrectionis tribuatur. cui a vespere sab-
bati initium constat ascribi. que tantis divi-
narum dispensationum misteriis est con-
secrata ut quicquid a domino est insigne consti-
tutum in huius diei dignitate sit gestum.
In hac die mundus sumpsit exordium. In hac
per resurrectionem et mors interitum. et vita ac-
cepit principium. Item gelasius omnibus episcopis.
De temporibus ordinationis.

Ordinationes presbiterorum
et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent
id est quarti mensis ieiunio. et septimi. et decimi.
Sed etiam quadragesimalis initii ac mediane
ebdomade. et sabbati ieiunio circa vesperas. ipsas
ordinationes noverint celebrandas. nec cuius-
libet utilitatis causa. seu presbiterum seu diaconum
his preferre audeant. qui ante ipsos fuerint or-
dinati. Quibus temporibus ieiunia celebran-
da sunt calixtus papa determinat scribens benedic-
to episcopo. *Quibus temporibus ieiunia celebrantur.*

Ieiunium quod ter apud nos in anno celebrare
didicisti. convenientius nunc per iiii. tempora fieri
decernimus. ut sicut annus per iiii. volvitur
tempora. sic et nos quaternum sollempne agamus
ieiunium per iiii. anni tempora. Item ex concilio magontiensi.
Constitutum est ut iiii. tempora anni
ab omnibus hominibus communi ieiunio observentur
id est in martio ebdomada i. in iunio secunda.
in septembri tertia. in decembri iiii. Item ex concilio
salegunste habito. *De eodem.*

De ieiunio autem iiii. temporum hanc certitudinem
statuimus. ut si kalende martii in iiii. feria aut
ante evenerint. eadem ebdomada ieiunium
celebretur. Si autem kalende martii in v. feria aut
in vi. feria aut in sabbato. distenduntur in sequentem
ebdomadam ieiunium differatur. Similiter quoque
modo si kalende iunii in iiii. feria aut antea eve-
nerint. in subsequenti ebdomada ieiunium
celebretur. et si in v. aut sexta feria aut sabbato con-
tigit ieiunium in iii. ebdomada resolvetur. et hoc
sciendum est quod si quando ieiunium mensis iunii in
vigilia pentecostes. propter predictam regulam eve-
nerit non ibi celebrandum erit. sed in ipsa ebdoma-
da sollempni pentecostes. quia vigilia simul
et ieiunium celebrari non debent. etiam tunc
propter sollempnitatem sancti spiritus diacones dalmaticis
induantur. et alleluia cantetur. et flectamus ge-
nua non dicatur. Eodem modo de septimi men-
sis ieiunio constitutum est. ut si kalende septem-
bris iiii. feria evenerint. aut ante in iii. ebdomada

[illegible]

ieiunium celebretur. et si in v. aut vi. aut in sabbato contigit. i. iiii. ebdomada ieiunandum erit. In decembri uero illud obseruandum erit. ut si pridie sabbato ante uigiliam natalis domini celebretur ieiunium. quia si uigilia in sabbato euenerit. simul uigiliam et ieiunium celebrari non conuenit. Item Urbanus.

Statuimus etiam ut ieiunia iiii. temporum hoc ordine celebrentur. i. ieiunium in initio xl. secundum in ebdomada pentecostes. iii. uero et iiii. septembri et decembri more solito fiat. Item ex sermone Leonis pape. De eodem.

Igitur post sancte letitie dies. quos in honore domini a mortuis resurgentis ac deinde in celum ascendentis exegimus. postque acceptum spiritus sancti donum salubriter et necessarie consuetudo est ordinata ieiunii. ut siquid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligens libertas et licentia inmoderata presumpsit. hoc religiose abstinentie censura castiget. Item. De eodem.

Huius obseruantie utilitas fratres dilectissimi in ecclesiasticis precipue est constituta ieiuniis que ex doctrina spiritus sancti ita per totius anni curriculum distributa sunt. ut lex abstinentie omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem ieiunium uernum in xl. estiuum in pentecoste. autumpnale in mense vii. hiemale in hoc quod est decimus celebremus. intelligentes diuinis nichil uacuum esse preceptis. et uerbo dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire. dum per iiii. mundi cardines quasi per iiii. euangelia incessabili tuba discimus. quod et predicemus et agamus.

Primum uero mensem. iiii. vii. et x. non ebreorum ratione sed nostra debemus accipere. primus enim mensis apud illos est aprilis. iiii. iulius. vii. octubris. x. ianuarius. in quibus et postea in v. mense qui est augustus que fuerunt eis causa ieiunii. Ieronimus super Zachariam exponit dicens. Quare in supradictis mensibus ieiunia lex indixerit.

Ieiunium iiii. sed ieiunium v. et ieiunium vii. et ieiunium x. sub auditur mensis. domui iuda et ierusalem in dies festos uertetur in gaudium. Hoc loco nostrorum multi multa dixerunt. et inter se dissonantia. cogimurque ad hebreos occurrere. et scientie ueritatem de fonte magis quam de riuulis querere. Ieiunium iiii. mensis. qui apud latinos uocatur iulii die vii. et x. eiusdem mensis uolo arbitrantur. quando descendens de monte syna tabulas legis abiecit atque confregit. et iuxta ieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis. In v. uero mense qui apud nos appellatur augustus cum per exploratores terre sancte seditio esset orta in populo. iussi sunt montem non ascendere. sed per xl. annorum longis a terra sancta errare dispendiis ut exceptis duobus. caleph et iosue. omnes in solitudine caderent. In hoc mense et a nabuchodonosor et multa post secula a tito uespasiano templum ierosolimis incensum est atque destructum. capta urbe bethel

ad quam multa milia confugerant iudeorum. In vii. uero qui apud nos appellatur octubris. occisus est godolias. et unde tribus ac iherusalem reliquie dissipate sunt. Mense x. qui apud nos ianuarius est. eo quod ianua sit anni atque principium et ezechiel in captiuitate sit positus audiuit. et cunctus populus captiuorum quinto mense templum esse subuersum. quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. hoc est dies planctus. Ergo et quod dicit ieiuniorum quos actenus habuistis in luctum. sciatis cum uia cogitaui ut benefaciam ierusalem. et domui iuda uobis in leticiam et gaudium. et sollempnitates esse uertendos. ita dumtaxat si ueritatem diligatis et pacem. Iuxta anagogen. quia tunc ieiunamus. quando sponsus aufertur a nobis. et non meremur eius habere presentiam. cum reuersus fuerit ad nos dominus et cogitauerit ut benefaciat nobis. omnis tristitia uertetur in gaudium. et fames prestita sermonis domini presentia doctrinarum eius. et celestis panis saturitate compensabitur. Non autem licere ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem pentecosten. addicenim dominice resurrectionis usque in diem pentecostes non indicuntur ad obseruanda ieiunia. Unde Ambrosius in uisione diei sermone

Sed quis sic incipit. Scire debet sanctitas uestra quod per hos quinquaginta dies nobis est iugis et continuata festiuitas. ita ut in hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia. neque ad exorandum deum genibus succedamus. et infra. ad instar dominice resurrectionis quota quinquaginta dierum curricula celebrantur. et omnes dies isti uelud dominici deputantur. resurrectio enim dominica est dies est. In dominica enim resurgens saluator reuersus est ad homines et post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus conuersatus est. Equa ergo eorum necesse est. ut sit festiuitas quorum equat est sanctitas. non ergo ieiunamus in quinquagesima. quia in his diebus nobiscum dominus commoratus est. Ideo in apologia dauid hunc numerum quinquagesimum uidetur celebramus. post domini passionem remissio cui per totius debiti cyrographo euacuato ab omne xii ubi suscepimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti die pentecostes uacant ieiunia. laus canitur deo. alleluia cantatur.

Necessario ergo ecclesia constituit ut post diem pentecoste ieiunia celebrent. Sed quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur. ex obseruantie necessitate intelligitur. unde in eiusdem diei sermone qui sic incipit. Obsecro uos fratres. ut non minore leticia celebremus diem pentecoste quam sanctum pasca celebrare curauimus. Tunc enim sicut modo fecimus ieiunauimus sabbatum uigilias celebrauimus orationibus precantes insistimus. unde necesse est ut similem

[illegible]

obseruantiam similis leticia subsequantur.

Obseruantia uero similis. quo ad factum non quo ad necessitatem. Item Ysidorus. Post pascha usque ad pentecosten licet traditio ecclesiarum abstinentie rigorem prandiis relaxauerit. tamen si quis monachorum uel clericorum uel laicorum ieiunare cupit. non sunt prohibendi. quia et Antonius et Paulus et ceteri patres antiqui etiam in his diebus in heremo leguntur abstinuisse. nec soluisse abstinentiam nisi tantum die dominico; Item Ieronimus. ad Lucinianum; De eodem.

Utinam omni tempore ieiunare possemus quod in actibus apostolorum diebus pentecosten et die dominico apostolum Paulum et cum eo credentes fecisse legimus. nec hoc dico quod festiuis diebus ieiunandum putem. et contextas ferias quinquaginta dierum auferam. Sed unaquaque prouincia habundet in suo sensu. et precepta maiorum et leges apostolicas arbitretur. Item Pelagius Petro episcopo Potentino; Sabbato magno post horam baptismi episcopus ualet

ordinatione facta

Dilectionis tue scripta suscepimus. quibus significas Latinum ecclesie Grumentine diaconem ad episcopatum Marcellianensis ecclesie siue Cusilitanum ab omnibus fuisse electum. quod iam ante tempus hoc retulistis. et iussimus ut uenirent credentes cum de persona eiusdem ab episcopo suo dimissorias accepisse. quod si modo fecerunt. facite eum uelociter ad urbem Romam concurrere. ut si nos iusserit in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. quia si ante memoratum diem non occurrerint. cogentur usque ad quarti mensis ieiunia sustinere;

D. LXXVII

His temporibus sancti Anacletum. et Zepherinum. Gelasium. et Pelagium. episcopi presbiteri et diacones sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem papam. ex presbiteris eiusdem ecclesie uel ex diaconibus ordinetur optimus ordinetur. Ex monachis uel laicis nullus nisi per gradum ecclesie debet ad summum sacerdotium peruenire. Unde Gelasius papa. Non ex distinctos

Illuc nos statuentes uobis. gradus quosque sacerdotii et omnibus fuatre mandamus. ut omnes ad ordines ecclesiasticos sic accedant in recta qui ordinari merentur. i. si quis episcopus esse meretur sit primum hostiarius deinde lector. postea exorcista. inde factus acolitus. deinde subdiaconus. postea diaconus. et postea presbiter. et deinde si meretur episcopus consecretur. Unde Zosimus papa. Que

interualla temporis in singulis gradibus sit obseruanda.

In singulis gradibus hec tempora sunt obseruanda si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit ut inter lectores et exorcistas quinquennio teneatur. Exinde acolitus uel subdiaconus .iiii. anno fiat et sic ad benedictionem diaconatus si meretur accedat. in quo ordine quinque annis si inculpate gesserit. adherere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis probe fidei documentis sacerdotium poterit pro

mereri. de quo loco si eum exactior ad bonos mores uita potuerit. summum pontificatum sperare debebit. Defensores autem ecclesie etiam qui ex laicis fiunt supradicta obseruatione teneantur. si meruerint esse in ordine clericatus. Item Siricius papa. De eodem.

Quicumque ita se uouit obsequiis ecclesie a sua infantia ante pubertatis annos baptizari debet et lectorum debet ministerio sociari. qui ab accessu adolescentie usque ad .xxx. etatis annum si probabiliter uixerit, una tantum et ea uirgine contentus quam per sacerdotem benedictione communi percepit uxore contemptus. acolitus et subdiaconus esse debebit. postque ad diaconii gradum si se ipsum primitus continentia preeunte dignum probauerit accedat. ubi si ultra .v. annos laudabiliter ministrauerit congrue presbiteratum consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci. si tamen per hec tempora integritas sue uite ac fidei eius fuerit approbata. Qui uero iam etate grandeuus melioris proposito conuersationis prouocatus ex laico ad sacram militiam peruenire festinat. desiderii sui fructum non aliter optinebit. nisi eo quo baptizatur tempore statim lectorum aut exorcistarum numero societur. si tamen eum unam habuisse uel habere et hanc uirginem accepisse constet uxorem. qui dum initiatus fuerit expleto biennio per quinquennium aliud acolitus et subdiaconus fiat. et sic ad diaconatum si per hec tempora dignus iudicatus fuerit proueatur. Exinde iam accessu temporum presbiterii et episcopatus si eum plebis acceti euocauerit electio non inmerito sortietur. Item ex .vi. sinodo. De eodem;

Subdiaconus non minor .xx. annorum ordinetur. Siquis uero in aliquo ordine sacerdotali preter constituta tempora ordinatus fuerit deponatur. Item ex concilio Cartaginensi .iiii. De eodem;

Placuit ut ante .xxv. annos etatis nec diaconi ordinentur. nec uirgines consecrentur. et ut lectores populum non salutent. Item ex concilio Agathensi; Minoribus .xxv. annis leuitica non prestetur benedictio;

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam .xxv. annorum penitus non committat. Sane si coniugati iuuenes consenserint. ordinari etiam uxorum uoluntas ita requirenda est. ut sequestrato mansionis cubiculo religione promissa postea quam pariter conuersi fuerint ordinentur. presbiterum uero uel episcopum ante .xxx. annos. i. antequam uiri perfecti ad etatem perueniat. nullus metropolitanorum ordinare presumat. ne per etatem quod aliquotiens euenit aliquo errore culpetur. Item ex concilio Toletano .iiii.

Inueni lege ab anno .xxv. leuite tabernaculo fuerit iubentur. cuius auctoritatem in canonibus et sancti patres secuti sunt. Nos et diuine legis et preceptorum canonum inmemores infantes et pueros leuitas facimus ante legitimam etatem, ante experientiam uite. Ideoque ne ultimus fiat a nobis et diuina lege et canonicis ammonentibus sententiis. sed a .xxv. anno sue etatis

leuite consecretur. et a xxx. presbiter ordinetur. Item gelasius. **Per que interualla temporis ordinetur qui de**

Siquis de religioso proposito. **monachus in clericatum eligitur.**
et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit; inprimis eius uita ante acta temporibus inquiratur. si nullo grauium facinore probatur infectus. si secundam fortasse non habuit uxorem. nec a marito relictam sortitus ostenditur. Idem monachus uero nouitius. morum honestate fulcitus. continuo lector. uel notarius aut certe defensor. effectus post tres menses exsistat acolitus. maxime si huic etas suffragatur. vi. mense subdiaconi accipiat nomen. ac si modeste conuersationis honesteque uoluntatis exsistat. nono mense diaconus. completoque anno sit presbiter. Cui tamen quod annorum fuerant inter spatia collatura. sci. propositi sponte suscepta docetur prestitisse deuotio. Si uero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis. tanto sollicitius in singulis que superius comprehensa sunt huiusmodi decet examinare personam. quantum inter mundanam religiosamque uitam constat esse discriminis. quia utique conuenientia ecclesiasticis ministeria deputanda sunt. non inconuenientibus ingerendam. tantoque magis eius sacris actionibus possit esse furtiuus. in eorum que retenendum est institutis. quantum deprehenditur quo fuerint hec assequenda decernitur. ut morum hoc doceat habere probitas. quod prolixior consuetudo non contulit. ne per occasionem supplere penitus eiicatus. uitia potius diuinis cultibus intulisse. Non legitime famulie domini conputentur percurasse compendia. Quorum promotionibus annimetas sex menses nichilominus subrogamus quem sicut dictum est distare credimus inter personam diuino cultui dedicatam. et de laicorum conuersatione uenientem. quam tamen eatenus indulgenda credimus. ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus canonum patrum uetus forma seruetur.

D. LXXVIII

Qua uero etate sacerdotes ordinari debeant. bonifacius papa diffinit dicens; **Ante annos xxx. presbiter non ordinetur;**

Siquis etatis sue xxx. non impleuerit annos. nullo modo presbiter ordinetur. etiam si ualde sit dignus. Item innocentius. Nemo presbiter consecretur. qui minor xxx. annis sit. Nemo diaconus uel subdiaconus fiat qui minor xxv. annis sit. Nemo lectoribus connumeretur. qui minor xvii. annis fuerit. Nemo inter diaconissas consecretur sacrosancte ecclesie. que minor sit xl. annis ut ad secundum matrimonium peruenerit. Item leo papa; **Non est ordinandus sacerdos nisi longo probatus examine.**

Quid est manus cito imponere nisi ante etatis maturitatem. ante tempus examinis. ante meritum obedientie. ante experientiam discipline. sacerdotalem honorem tribuere non probatis. Et quid est communicare peccatis alienis nisi talem effici ordinantem qualis est ille qui non meruit ordinari; Item ex concilio neocesariensi. **Ante xxx. annorum etatem presbiter non ordinetur.**

Presbiter ante xxx. annorum etatem non ordinetur. quamuis sit probabilis uite. sed obseruet usque ad prefinitum tempus. Dominus enim xxx. anno baptizatus est et tunc predicauit.

Hec regulariter uerum et christus et iohannes baptista et ezechiel et nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus predicasse uel prophetasse. Verum quia et ieremias et daniel ante iuuenilem etatem spiritum prophetie accepisse leguntur. david quoque et salomon in adolescentia uncti inueniuntur. Iohannes euangelista cum adhuc esset adolescens a domino in apostolum electus. et cum aliis ad predicandum missus inuenitur. Paulus quoque apostolus in adolescentia a domino est electus. et ad predicandum missus asseritur. Ecclesia similiter necessitate exigente non nullos ante xxx. annum ordinare consueuit. Unde zacharias papa bonifatio episcopo; **Necessitate cogente xxv. annorum sacerdotes ordinentur;**

Si xxx. annorum non repiuntur. et necessitas exposcit. a xxv. annis sacerdotes ordinentur.

Apostolicus autem non nisi a cardinalibus et religiosis clericis est intronizandus. Unde nicholaus papa ait; **De eo qui sine consensu electione cardinalium intronizatur;**

Siquis apostolice sedi sine concordi et canonica electione cardinalium eiusdem ecclesie ac deinde sequentium clericorum religiosorum intronizatur. non papa uel apostolicus sed apostaticus habeatur; Item simachus papa. **Papa superstite eo insulto de electione futuri pontificis nemo audeat loqui.**

Siquis papa superstite pro romano pontificatu cuicumque quolibet modo fauorem prestare conuincitur. loci sui honore priuetur. Et infra. Siquis presbiter aut diaconus aut clericus papa incolumi et eo inconsulto aut subscriptionem pro romano pontificatu commodare aut pitatia promittere aut sacramentum prebere temptauerit. aut aliquod certe suffragium polliceri. uel hac de causa priuatis conuenticulis factis deliberare aliquid atque decernere presumpserit. loci sui dignitate uel communione priuetur. et infra. Propter occultas fraudes et coniurationum secretas insidias quas sententia huius districtionis consequitur. Siquis ad ecclesiasticam peruenerit notitiam. concilia eorum qui contra hanc sinodum de pontificali ege te ambitu et detestabili probatione conuicerit. participes actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit. sed etiam remunerationem que non indigna sit. subleuetur. Item ex concilio stephani papa; **In apostolatus culmen nullus nisi ex cardinalibus presbiteris**

Oportebat ut hec sacrosancta domina nostra romana ecclesia iuxta quod a beato petro. et eius successoribus institutum est rite ordinaretur et in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbiteris aut

diaconib; consecraretur. Item ex eodem;
Nullus unquam laicoz nec ex clero **De eodem;**
ordine p̄sumat. nisi p distinctos gradus ascen
dens. diaconus. aut pbr̄. factus fuit cardi
nalis. ad sacrum pontificale ordinē pmoueri.
Item ex eodem. **Anathematizet epi̅s inuadē[?] r laic romanā ecclā inuadēs nisi gdū filioz ei**
Siquis exceptis uel monachis uel laicis cc̄ canonū
et scōz patrum instituta prumpens. ingra
dum filioz scē romane eccle. i. pbroz cardi
nalium. et diaconoz. ire p̄sumpsent. et hanc ap
licā sede inuadere quilibet ex supdictis tēp
tauit. et ad summum pontificalem hono
rem ascendere uoluit ipsi et sibi fauentibus fi
at ppetuum anatha. Et infra. Siquis resiste
p̄sumpsent sacerdotibus atq; pmatib; eccle. r
cuncto clō ad eligendum sibi romanum pon
tificem scd̄ canonicā traditionē anatha sit. Item
ex eod. leonis pp̄. **Anatha sit qui canoni ce electioī romani pon. presūpserit.**
Siquis ex sacerdotibus seu pmatibus nobilib; seu ali
to clero huius scē eccle romane electionē roā
ni pontificis cc̄ canonicē p̄sumpsit. sicut in concilio
beatissimi bonifatii. et stephani pp̄. leg. statu
tum anatha sit. Item ex eod. bonifatii iii. pp̄.
Nulli epi fiat electio nisi p̄ die iii. alt̄ de[?]
Nullus pontifice romano uiuente aut epō ciui
tatis sue p̄sumat loqui. aut partes sibi face.
nisi tercio die depositionis eius adunato clero
et filiis eccle. et tunc electio fiat; Sed cū si
duo temeritate contendentium ordinati fuint.
quis eoz ē canti pferendus. Dehis ita scbit
honorius augustus. ad bonifacium. pp̄. **Si te meritate gōtantiū duo fuerit ordinati.**
Si duo forte cc̄ fas temeritate concertantium
fuint ordinati nullum ex eis futm sacerdote[m] fieri
pmittimus. sed illum in sede aplica solum p
mansurum censemus. quem ex nouo clicorum
noua ordinatione diuinum iudicium. et uni
uersitatis consensus ele[. . .]git. Hoc
aut capitul[. . .]um non deo intelligendū ē.
qui uno p apostasiam ordinato a cardinali
bus et religiosis clicis aplice sedis introniza
tur. cū si ille apostaticus ita cathedram beati
petri uiolent' tenuit. ut canonica electio in
tra urbem fieri non ualeat. Unde nichola
us pp̄. statuit dicens; **De eo q pecunia ut pplari tumultu ñ canonica electioē or**
Siquis pecunia uel gr̄a humana. aut populi
seu militari tumultu sine concordi et cano
nica electione cardinalium et sequentium
religiosoz clicoz fuit aplice sedi intronizat
tus. ñ apostolicus sed apostaticus habeatur. liceatq;
cardinalibus et aliis omib; clicis. dm̄ timen

bus et laicis inuasorem illum anathatizare.
et humano auxilio a sede aplica pellere. Quod
si hoc intra urbem pficere nequiuint. aplica
auctoritate extra urbem congregati. in loco
quo eis placuit. electionem faciant. concessa
auctoritate electo regendi et disponendi res
et utilitatem scē romane eccle. iuxta qualita
tem tpis. quasi intronizatus sit. Electio
uō romani pontificis. etiam cum deliberatione
pdecessoris fieri debet. Unde simachus ait. **si pp̄ de electioē suc ssoris...[?] sortis dēnē ñ potest[?]**
Sicut istius pp̄. inopinatus euenit.
ut de sui successoris electione ut sup placuit ñ
possit an decernere. siquidem totius in unū
conuenit ecctastici ordinis electio consecret
electus eps̄. Si uō ut solet fieri studia ce cepint
diuersa eoz quibus certam emersit. conuincat
sententia plurimoz. Sic tm̄ ut sacerdotio careat
qui captus pmissione non recto iudicio de ele
ctione decreuit. Sicut sup monstratum
ē. electio summoz sacerdotum a cardinalib;
et religiosis clicis fieri debet. Electio uō eorum
diuino iudicio ē reseruata. Unde anaclet' pp̄. ait.
Summoz sacerdotū electionem sibi dn̄s
Electionem uō summoz sacerdotum **reseruauit.**
sibi dn̄s reseruauit. licet electionem eoz bonis sace
dotib; et spualib; ppls concessisset. Loca
uō in quib; pmates. patriarche. epi. archiepi.
pbri. sint ordinandi. hec sunt. scilicet lucius pp̄. et
clementem. atq; anacletum. Ait enī lucius
pp̄. **In quib; locis pmates r patriarche ēbant**
Urbes et loca in quibus pmates p̄sidere **ordinari**
debent non mo. dcimus sed an̄ aduentum xpi. ist
statuta tpibus quarum pmates gentiles etiam
pmaioribus negotiis appellabant. In ipsis uō
urbibus post aduentum xpi. apli. et eoz succes
sores patriarchas et pmates posuer. ad quos epō
rum negā causa in oībus aplica auctoritate et
maiores cause post aplicam sedem ē referende.
Item clemens pp̄; **De eodem:**
In illis uō ciuitatibus in quib; olim ap ethnicos
pmi flamines eoz. atq; pmi legis doctores erant.
eporum pmates uel patriarchas. beatus petrus
poni pcepit. qui reliquoz epoz cās. et maiora nego
tia in fide agitarent. In illis aut in quib; ducum
ap predictos ethnicos erant eoz archiflamines. ta qs
minores tenebant. quam memoratos pmates.
archiepōs institui pcepit. In singulis uō reliquis
ciuitatib; singlos et non plures epōs constitui
pcepit. qui epoz tm̄ uocabulo potirent. Quāuis n
int ipos aplos par fuit institutio sed unius p
fuit omnibus; Item anacletus. **De eodem.**
Epi non in castellis nec in modicis ciuitatibus
debent constitui. sed pbri p castell modicas ciuitates atq;
debent ab epis ordinari. et poni singulis tam



... ante ordinationem presbiterii sive equalis in duobus sacris prioribus ordi... sub diaconatu vel minoribus ordinibus, scilicet diaconatu aliq... postmodum fuerant statuta tempora presbiteri vel episcopi. Facta fuerint. Si ... in minoribus ordinibus ... innuisse ... grad... levitate minime probabuntur postquam in sacerdotum vel episcoporum ... sed si prius in sacris ordinibus officiis hoc fecerant ... susceperint

per singulos titulos suos. Episcopus non ab uno sed a pluribus episcopis debet ordinari, et ut dictum est non ad modicam civitatem. Ne vilescat nomen episcopi et ad honorabile ... Presbiter non ad equalem suum locum in eo constituere ecclesie presidentibus est; Item Leo papa. **De eodem;**

Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis neque in quibuslibet castellis et ubi ante non fuerunt episcopi consecrentur. Cum ubi minores sunt plebes minoresque conventus, presbiterorum cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi in maioribus populis et frequentioribus civitatibus oportet presidere, ne quod sanctorum patrum divinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis et possessionibus vel obscuris et solitariis municipiis sacerdotale fastigium. Item ex concilio Laudicensi. **De eo**

Non debere in vicis et in villis episcopos ordinari. **Debent** visitatores, id est circueuntes constitui. His autem qui iam hoc ordinati sunt, nichil agere censemus sine conscientia episcopi civitatis. Similiter autem presbiteri nichil sine precepto et consilio episcopi agant. Sedes autem episcoporum non longo intervallo debent disiungi et ad consecrationem sui comprovinciales sine difficultate possint occurrere. Unde Gregorius Augustino Anglorum episcopo. **Episcopales sedes non longo intervallo a se disiungi.**

Fraternitatem tuam volumus ordinare episcopos. **Debent** ut ubi ipsi longo intervallo minime disiungantur, quatinus nulla sit necessitas ut in ordinatione episcopi convenire non possint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus aut quattuor episcopis fieri nullatenus debet. Hec de eligendis et ordinatis atque de singulorum graduum distinctionibus et officiis nos expressisse sufficiat. Verumquia aliquantulum diffusi in his immorati sumus, precedentibus coherentia quedam sub epilogo admonendum subiciamus. Debet autem ordinandus inreprehensibilis ut apostolus scribit esse, sine crimine, id est sine peccato mortali. Quod non solum de episcopo sed de quolibet electo ad aliquam prepositurum ecclesie oportet intelligi. Unde Augustinus scribit super Iohannem: **Sine crimine, id est sine gravi peccato debere esse qui ordinatur.**

Apostolus Paulus cum eligeret ordinandos in diacones episcopos, presbiteros, ut diacones et quoslibet ordinandos esse ad prepositurum ecclesie nominat: siquis sine peccato esse, hoc enim si diceret omnis homo reprobaretur, et nullus ordinaretur, sed ait: siquis sine crimine, sicut est homicidium, aliqua immunditia, fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium et cetera huiusmodi. Crimen autem est grave peccatum accusatione et dampnatione dignissimum; Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet, ut si iam ordinatus ante tempus ut post tempus sue ordinationis aliquod eorum admisisse convincitur, suscepti gra-

dus officio privabitur. Unde Simachus papa ait. **Nemo recte personam non suscipit qui in operibus docet.**

Nemo recte ministerium personam suscipit nisi qui actibus suis errata contempnat et amorem innocentie conversatione demonstrat. Item Celestinus papa. **Careat ordine quem prava quidem indignum sub[...]**

Tantis Daniel gravatus **limare non metuit** testimoniis facinorum tanta accusatione pulsatus fuerat, ut de virginum pollutus incestu, episcopus asserit ordinatus, et ut in missis vobis scriptis continetur, quorum ad nos gesta exemplaria direximus, in pontificali dignitate hoc tempore quo ad causam dicendam missis a nobis litteris vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facinus est enim ut hanc dignitatem talitanto ambitu ordinator quam eam optineat ordinatus. Cum convicto sociabitur, qui enim sibi crediderit largiendo pontificium sociandum. Quale enim sit ipse quisquis tales ordinavit ostendit. Item ex concilio Niceno. **Non recipit ecclesiastica ordo**

Siqui sine examinatione promoti presbiteri sunt, et postea examinati sunt confessi peccata sua, et cum confessi fuissent venientes homines contra regulam eis manus imposuerint, hos ecclesia sicut ordo non recipit. In omnibus enim quod inreprehensibile est defendit ecclesia. Item eodem. **Lapsi pigritantiam aut contemptu ordinantium de-**

Quicumque ex his qui lapsi sunt **forati deiciantur** per ignorantiam iam ordinati sunt ut contemptu eorum qui eos ordinaverunt, hoc non preiudicat regule ecclesiastice. Cum enim cognitum fuerit deponentur. Item Innocentius. **Aliena fiat amministratio qui illud ... in vitendo**

Maximinum filium nostrum qualem querelam deposuit libelli eius series ante pagina declarat. Qui zelo fidei ac discipline ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbiteris quos in presbiterio fuisse asserit peccasse. Et ideo fili karissime libelli qui subiectus est tenore perspecto eos qui talia perpetrasse dicuntur debetis in medio collocare et discussis singulis obiectionibus, que ipsis presbiteris impingunt, si convinci potuerint a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt. Item Eugenius papa. **Cuilibet deposito a borde episcopi providentia.**

Sacerdos aut quis alius in ordine **locus penitentie** ecclesiastico preventus si in eo scelere invenitur quo abiciendus comprobetur, depositus providentia episcopi bene provisso loco constituatur, ut peccata lugeat et ulterius non committat. Item ex concilio Maguntino. **Reclu dant in monasterio**

Dictum est nobis, **presbiteros quod penitentiam agere contempnunt**, presbiteros per suam negligentiam canonice degradatos et relictam gradu amisso vivere et peni-

Extra d[omi]n[u]m potuit fieri excommunicatio; non tamen potest esse aut perpetue aut pro tempore. Si perpetue, intelligenda est pena depositionis, primo enim debet deponi et ad agendam penitentiam in monasterio retrudi, et si sic non resipiscit debet excommunicari, et si nec sic corrigi potest debet ultimo tradi curie, quo casu loquitur hoc capitulum ...

tentie agende donum negligere. unde statuimus ut gradu amisso agende penitentie gratia in monasterium aut canonicam regularem mittantur. Si uero hoc fieri causa qualibet prohibuit, ubicumque sint penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter uiuere uoluerint et penitentiam agere neglexerint, a beneficio communione se sepererint. Item ex concilio.

Mutatio loci ualet conuersis ad penitentiam.

Valet interdum conuersis pro anime sue salute mutatio loci. Plerumque enim cum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Congruum est igitur in corpore etiam euelli, ubi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus ubi prius quisque uixit in aspectu mentis apponit quod semper quisque ibi uel cogitauit uel gessit. Item ex concilio Aurelianensi.

Clericus adulterasse conuictus aut confessus in monasterio retrudatur.

Si quis clericus adulterasse aut confessus fuerit aut conuictus, depositus ab officio communione concessa in monasterio toto uite sue tempore detrudatur. Item Pelagius Constantino defensori. De eodem.

Romanus ecclesie Tyranensis clericus pro crimine adulterii quod admisisse perhibetur, a clericatus ordine depositus in monasterio huic urbe romana ad agendam penitentiam ex nostra iussione retrusus est. Item ex canone apostolorum. Remittit capitulo diaconi uel presbiteri.

Presbiter aut diaconus qui in fornicatione deprehensus fuerit aut periurio aut furto aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: non iudicabit deus bis in ipsum. Item. De eodem.

Si quis episcopus presbiter aut diaconus post diaconii sui gradum acceptum fuit fornicatus, deponatur et abiectus ab ecclesia inter laicos agat penitentiam. Item ex concilio Aurelianensi. De eodem.

Si diaconus aut presbiter crimen capitale commiserit, simul ab officio et communione pellatur. Si uero peccatum suo se ab altaris communione sub penitentis professione submouit, usque si alii defuerint et causa certe necessitatis exorierit, poscentem baptismum liceat baptizare. Item Gregorius Gregorio Italicum et Deo tonico. Non ingrediantur ecclesiam presbiteri diaconi qui in fornicationis crimine iacent.

Si qui sunt presbiteri subdiaconi uel diaconi qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte dei omnipotentis et sancti Petri auctoritate ecclesie introitum usque dum peniteant et emendent. Si qui uero in peccato suo perseuerare maluerint, nullus uestrum eorum presumat audire officium, quia benedictio eorum uertitur in maledictionem et oratio in peccatum, dicente domino per prophetam: Maledicam inquid benedictionibus uestris. Qui uero huic saluberrimo precepto obtemperare uel obedire noluerint, ydolatrie peccatum incurrunt Samuel teste et beato Gregorio instruente. Peccatum ariolandi est non obedire, et scelus ydolatrie nolle acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dum christianum se asserit sedi apostolice obedire contempnit. Item Calixtus.

Isti (?) uero uero ... quando ... non ualet si fuit excommunicatio.

... episcopis et regi Dalmaticorum. Officio et beneficio priuetur episcopus presbiter aut diaconus uxorem suscipiens uel dimittens.

Si quis a modo episcopus presbiter diaconus deinceps feminam acceperit aut acceptam retinuerit, proprio gradu decidat usque dum ad satisfactionem ueniat. nec in choro psallentium maneat nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat. Item de eodem.

Si quis diaconorum uel subdiaconorum. De eodem. sacerdotium officium contumaciter deserens sibi feminam potius eligit sicut sponte ad fornicationem dimittit officium, ita ad preuaricationem dimittere cogatur et inuitus beneficium. Item mediolanensi populo. De eodem.

Eos etiam qui ut fornicari eis liceat diuinum officium derelinquunt a deo recedentes, diabolo eius operibus eius fuerint, sic se iustissime ab officio alienos faciunt, ita beneficio ecclesiarum priuatos esse adiudicamus. Item Lucius papa. De eodem.

Ministri altaris presbiteri siue diaconi ad dominica tales eligantur officia qui continentiam seruant. Si uero post ordinationem suam ministros contigit per uxoris inuadere cubile, sacraria non intrent limina, nec sacrarii portitores fiant, nec altare contingant, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, non ad dominici corporis portionem accedant, nec propinent, neque sine maioris natu auctoritate minora gerant officia, uerum sane ad altare ut calicem non suggerant. Item ex concilio Martinianum. Domicilia frequentans deponatur.

Clericus solus ad femine tabernaculum non accedat nec presumat, neque sine maioris natu sacerdotis iussione, nec solus presbiter cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus sub pretextu humilitatis aut officii frequenter intret domicilia matronarum aut forte pellicos aut domesticos mansione manet aliquo secrete. Si agnitum fuerit, et ille deponatur et illa a liminibus ecclesie arceatur, sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur, et si talis est, ad cuius tuetur ... pro fuentum purgat. Si autem delatorem suo corrigat cum duobus aut testibus tribus. nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut proxima fuerit, et cum magna sollicitudine fiat. non enim ignoro malitias sathane. Item Gregorius. Simul enim mulieribus cum sacerdotibus habitare non licet.

Oportet sacerdotem quibus dominici gregis commissus est cum magna constantia uigilare desuper dominicas oues, ne lupinis morsibus id est diaboli stimulis lanientur. Nec enim hoc sine merore debeo quod cum graui animi tristitia et admiratione dico: Sacerdotes cum feminis habitare conspicio quod nefarium est dicere uel audire, et contra sanctorum canonum sancita. ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Item ...

que ammonendi sunt. ut non antiqui hostis decipiantur fraude quatinus iuxta apostoli uocem, non uituperetur ministerium nostrum. Cauere enim nos oportet fratres a uitiis. ut mundas ad deum ualeamus leuare manus. scriptum est enim. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Si quis uero presumpserit aliter agere. sacerdotii sui honore priuetur. Unde omnibus cauendum est fratres. ne fallamus populum. et impleatur illud in nobis prophete dictum. Sacerdotes mei contaminant sancta. et reprobant legem. Quos et alius propheta increpat dicens. Uos sacerdotes qui fallitis nomen meum. et dixistis. in quo te fallimus nomen tuum. Quibus responsum est. offerentes ad altare meum, panes pollutos. non mihi uoluntas in uobis dicit dominus. et sacrificium non accipiam de manibus uestris, quia polluti estis. Idem simacho. Uolumus ut sacerdotes prohiberi. De eodem.

Uolumus ut sacerdotes prohiberi debeant. ne cum mulieribus commaneant. excepta dumtaxat matre. et sorore uel uxore que caste regenda est. Idem registro. Legitur quod beatus augustinus nec cum sorore sua. De eodem. habitare consensit dicens. Que cum sorore mea sunt. sorores mee non sunt. Docti igitur uiri cautela magna debet esse nobis instructio. Item ex viii. sinodo.

Nominibus obseruare conuenit. De eodem. ut certis cuius. et toto tempore et certo loco. et certis personis ut appareret clericus. ut loqui debeat mulieribus ut excludatur omnis nefanda suspitio. Certe solum ad illam accedere. nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duo quam unus. Simul enim et fidelius et tutius res geritur. Ue enim uni quia si ceciderit non habet qui erigat. Item ex concilio cartaginensi iiii.

Cum omnibus omnino clericis extranee femine. De eodem. non cohabitent. sed sole matres auie et matertere. amite sorores et filie fratrum aut sororum et quecumque ex familia uera domestica ex necessitate. etiam antequam ordinarentur. iam cum eis habitabant. uel si filii eorum iam ordinatis parentibus uxores acceperint, aut fuis non habentibus in domo. quas ducant. aliunde ducere necessitas fuit. Item ex concilio laudicensi iiii.

Non oportet ministros altaris uel De eodem. etiam clericos quoslibet aut se continentes. et omnino christianum cum mulieribus lauacra habere communia. Hec enim apud gentiles prima reprehensio. Item gregorius ianuario episcopo carolitano. De eodem.

Archidiaconum tuum ut audio habitare cum mulieribus prohibuisti. et nunc uero mea prohibitione despiciens qui non iussioni tue paruerit. eum sacro ordine nolumus esse priuatum. Item ex concilio toletano. Uetuuentur ab episcopo que appetunt illicita clericorum.

Quidam clerici legitimum non habentes coniugium. extranearum mulierum uel ancillarum suarum consortia appetunt; ideoque quecumque clericis talibus coniuncte sunt ab episcopo auferantur. et uenundentur.

ut pro tempore relegatis ad penitentiam quos sua libidine infecerit. Item siricius papa hymerio episcopo cap. xii. Non habitent cum clericis nisi quos necessitudo excusat.

Feminas non alias in domo clericorum esse patimur. nisi eas tantum. quas solum propter necessitudinem causas habitare cum eisdem sinodus nicena permisit. Item ex concilio affricano iii. Nisi maiorum iussione ad feminas domicilia clerici non accedant.

Clerici uel continentes ad uiduas uel uirgines nisi ex iussu uel permissu episcoporum aut presbiterorum non accedant. et hoc non soli faciant sed cum clericis uel cum quibus episcopus uel presbiter iusserit. nec ipsi episcopi aut presbiteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas. sed uel ubi aut clerici presentes sint. aut graues aliqui christiani. Item ex concilio cartaginensi iiii. Episcopi prouideat ne occasione temporali non clericorum familiaritatibus uirgines socient.

Ad reatum episcopi pertinet. uel presbiteri qui parrochie preest. si sustentande uite presentis causa adolescentiores uidue uel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subdantur. Item ex eodem. De eodem.

Uidue que stipendio ecclesie sustentantur. tam assidue in dei opere esse debent. ut et meritis et orationibus suis ecclesiam adiuuent. Generaliter pauperibus. et his qui suis manibus laborare non possunt. episcopus necessaria prouideat. Unde in aurelianensi concilio dicitur. De eodem.

Episcopus pauperibus uel infirmis. qui debilitate facient suis manibus laborare non possunt. uictum et uestitum in quantum possibile fuerit largiatur. Item innocentius. ex superio tolosano. Qui in uolutate officio perpetuo missis omnibus summoueantur.

Proposuisti quid de his obseruari debeat quos in diaconii ministerio. aut in officio presbiterii positos incontinentes esse. aut fuisse generati filii prodiderint. De his etiam manifesta est diuinarum legum disciplina. Et beate recordationis sirici episcopi monita euidentia commearunt. ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priuarentur nec admittantur ad tale ministerium quod sola continentia oportet impleri. Est enim uetus admodum sacre legis auctoritas. iam inde ab initio custodita quod in templo anno uicis sue habitare precepti sunt sacerdotes. ut puri uenientes sacris oblationibus puros et ab omni labe purgatos. sibi uendicent diuina ministeria. Nec eos ad sacra officia fas sit admitti qui exercent uel cum uxore carnale consortium quia scriptum est. Sancti estote quia ego sanctus sum dominus deus uester. Quibus utique propter sobolis successionem propter ea usus fuerat relaxatus. quia de alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat iussus accedere. Quanto magis ipsi sacerdotes uel leuite pudicitiam ex die ordinationis sue seruare debent quibus et sacerdotium uel ministerium sine successione est. nec preterit dies qua uel a sacrificiis diuinis uel baptismatis officio uacent. Nam et si paulus ad corinthios

scribit dicens. abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi. et hoc utique precepit laicis. Multo magis sacerdotes quibus sacrificandi et orandi iuge officium semper debent ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo nomine excusari se posse credit. cum dictum sit omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum. Sed coinquinata est eorum mens et conscientia. Sed fortasse hoc licere sibi credit quia scriptum est unius uxoris virum. Non dixit hoc ut permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram quod apostolus declaravit dicens. Qui autem sunt in carne deo placere non possunt. Vos autem non iam estis in carne, sed in spiritu. Sed ea plane dispar et diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma ecclesiastice vite pariter et discipline que ab episcopo sit initio ad omnes provincias commeavit, non probatur pervenisse, his ignorantibus venia non negabitur. ita ut de cetero penitus incipiant abstinere. et ita gradus suos in quibus fuerint inventi retineant, ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet quod ipsum hunc locum quem retinent non amittunt. Si qui autem formam scisse vivendi missam a Syricio detegentur, nec statim cupiditatem libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt voluptatem.

Item Siricius papa. De eodem.

Plurimos sacerdotes Christi atque levitas longa post consecrationis sue longa tempora tam de coniugiis propriis quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse. et crimen suum hac prescriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat nunc mihi quisquis ille est sectator libidinum preceptorque vitiorum. Si existimat quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a domino nostro relaxata fuerint frena luxurie, cur eos quibus committebantur sancta sanctorum premonet dicens. Sancti estote quia sanctus ego sum dominus deus vester. Cur etiam procul a suis domibus anno vicis sue in templo habitare iussi sunt sacerdotes. hac videlicet ratione ne vel cum uxoribus possint carnale exercere commertium, ut conscientie integritate fulgentes munus deo offerrent. Quibus expleto deservitionis sue tempore uxorius usus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu Levi quisquam ad dei ministerium fuerat preceptus admitti.


Item de eodem.

Quia aliquanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorantia lapsos deflent esse, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc quo detecti sunt quamdiu vixerint officio perseverent. Si tamen post hec continentes studuerint se exhibere. Hii vero qui illicitum privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore quo indigne usi sunt apostolice sedis auctoritate deiectos, nec umquam posse veneranda attrectare misteria, quibus se ipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant privaverunt. et quia exempla presentia cavere nos premonent in futurum, si quilibet episcopus aut presbyter aut diaconus, quod non optamus, fuerit talis inventus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentie aditum intelligat obseratum, quia ferro necesse est ut abscidantur vulnera que fomentorum non senserint medicinam.

Qui autem pro peccato iubetur deponi, post condignam penitentiam in suo ordine potest reparari. Unde in Gangrensi concilio legitur. Que penitentia sit imponenda sacerdoti qui de fornicatione convincitur.

Presbyter si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones apostolorum deponi debeat, tamen iuxta auctoritatem beati Silvestri pape summotio non ponitur, si sua sponte confessus aduerit, ut resurgeret, X annis in hunc modum peniteat. Tribus siquidem mensibus acceptis remotus pane et aqua a vespera in vesperam utatur, diebus autem dominicis et precipuis festis modico vino et pisciculis atque leguminibus recreetur, sine carne et sagimine, ovis et caseo, sacco indutus humi adhereat, die ac nocte iugiter omnipotentis misericordiam imploret. Et finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publice penitere sicut laicus. Postea a luctu? pristinis viribus unum annum et dimidium in pane et aqua expleat, exceptis dominicis diebus et precipuis festivitatibus, in quibus vino et sagimine, ovis et caseo iuxta canonicam mensuram uti potest. Finito primo anno et dimidio corporis et sanguinis domini ne indurescat particeps fiat, et ad pacem veniat, et psalmos cum fratribus in choro ultimus canat. ad cornu altaris non accedat. iuxta beati Clementis vocem minora gerat officia divina usque ad expletionem VII anni. Deinceps preter exceptis paschalibus diebus tres legitimas ferias in unaquaque ebdomada in pane et aqua ieiunet. Expleto VII anni circulo, si fratres apud quos penituit, eius condignam penitentiam laudaverint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti pape auctoritatem eum revocare potest. Sane sciendum est quia secundam feriam unius psalterium canendo aut unius denarii pauperibus donando, si operarius est, redimere potest. Finitis VII annis deinceps usque ad finem decimi anni VI feria nulla interveniente redemptione observet in pane et aqua. Eadem quoque penitentia erit sacerdoti in omnibus aliis peccatis criminibus que eum





DIST. LXXXIII

in deposicione adducunt. Neque hoc cuilibet et uidatur honestissimum. si sacerdos post lapsum digne ut supradictum est penitens ad pristinos redeat honores.

Prouidendum quoque est ne is qui adoctrinandum eligitur et sua pollutio inquinet ut enim Simachus papa ait. Non est grandis distantia utrum letum inferas uel admittas. mortem enim languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit.

Hinc Gregorius VII ait. Suspendatur ab officio clericorum suorum fornicationi consentiens.

Si quis episcopus fornicationem presbiterorum diaconorum uel subdiaconorum seu crimen incestus in sua parrochia precio uel precibus interuenientibus consenserit uel commissum auctoritate officii sui non inpugnauerit ab officio suspendatur.

Item Augustinus. Qui prauos ecclesiam ledere sustinet subsecutatis noxe reus est.

Nemo quippe nocet in ecclesia amplius. (Item) quam qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis et sacerdotis habet. delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit. et in exemplum culpa uehementer extenditur. quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit. magis dicendus est canis inpudicus quam episcopus.

Item Innocentius. Qui non resistit errori consentit.

Error cui non resistitur approbatur. et ueritas cum minime defensatur opprimitur. negligere quippe cum possis perturbare peruersos nichil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Pius papa. Non prodest suo errore non pollui qui alieno consentit.

Quid enim prodest illi suo errore non pollui. qui consensum prestat erranti.

Item Gregorius. Qui non occurrit consentit.

Consentire uidetur erranti. qui ad resecanda que corrigi debent non occurrit.

Sicut autem aliorum uitia palpare non debet. ita nec malorum laudibus delectari.

Unde Anacletus papa cunctis fidelibus. Miserrimus episcopus est qui malorum laudibus gratulatur.

Nichil illo pastore miserius. qui luporum gratatur laudibus. quibus si placere uoluerit atque ab his amari delegerit. erit hic omnibus magna pernicies. Nullus quoque pastorum placere lupis et gregibus ouium potest. Potest enim memoria laborum mens firmius obligata carere. Sicut autem artium in suo quoque opere inuenitur magistra instantia. ita nouitia eruditionis est negligentia.

Quamquam sacerdotem tam a suis quam ab alienis criminibus oporteat esse inmunem. tamen si aliorsum sese uertit. non ideo uerba sue predicationis debent contempni. sic enim Ieronimus ait. ut lixiuia pre cinere dum tonsum fluens lauat et non lauat. ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lauat a sordibus peccatorum.

Sollicitum quoque ac uigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperum. releuationem oppressorum. tuitionem monasteriorum. quod si facere neglexerit aspere corripiendus est.

DIST. LXXXIIII

Unde Gregorius Anthemio subdiacono Campanie. Corripiatur episcopus qui circa officium suum negligens existit.

Peruenit ad nos. fratrem et coepiscopum nostrum Pascasium ita desidem et negligentem in cunctis existere. ut in nullo quia episcopus est agnoscatur. adeo ut neque ecclesia eius neque monasteria siue filii uel oppressi pauperes eius erga se dilectionis studium sentiant. neque aliquam supplicantibus sibi in quibus iustum est opem defensionis accommodet. et quod adhuc est grauius dicitur consilia sapientium et recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere. ut quod ipse nequiuit attendere. ab alio saltem possit addiscere. Quod si ita est non sine tua culpa esse cognoscas. qui eum obiurgare atque coherere ut dignum est distulisti. Volumus itaque ut eum coram aliis sacerdotibus uel quibusdam de filiis nobilibus contestare per hoc te debeas. et ortari. Si uero quod non credimus. post hanc adortationem nostram solito adhuc more negligens esse temptauerit. ad nos est omnimodis mox transmittendus. ut hic positus discere possit quid uel qualiter secundum deum timorem agere conueniat sacerdotem.

Item ad eundem. De eodem.

Nuntiatum est nobis Campanie episcopos ita negligentes existere. et inmemores honoris sui. ut neque erga ecclesias neque erga filios paterne uigilantie curam exibeant. ut monasteriorum sollicitudinem gerant. seu in oppressorum siue pauperum se tuitione inpendant. Ideoque hac tibi auctoritate precipimus ut eis ante conuocatis ex nostro illos mandato districte commoneas. quatinus ita in his que eos iuste pro quo agere conuenit. uigilantes existant. ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem uero eorum post hec negligentem esse cognoueris. ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte. ut qua sit grauе nolle ab his que reprehensibilia et ualde uituperanda sunt corrigi. regulari in se ualeat districtione sentire.

Quod autem de mundicia castitatis sacerdotibus imperatur. hoc est de quibus libet altari deseruientibus intelligendum est.

Unde in Cartaginensi concilio. c. II. Aurelius episcopus dixisse legitur. Qui sacramentis diuinis deseruiunt continentiam in omnibus seruent.

Cum in preterito concilio de continentie et castitatis moderamine tractaretur gradus isti tres coniunctione quadam castitatis per consecrationem adnexi sunt. Episcopos inquam presbiteros et diacones ita placuit. ut condecet sacros antistites. ac dei sacerdotes. nec non leuitas. uel qui sacramentis diuinis inseruiunt. continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter quod a domino postulant inpetrare. ut quod apostoli docuerunt et ipsa seruauit antiquitas. Nos quoque custodiamus.

Cont. maturus pp. supra lector. sinuduã. Sz illud ubi necessitas hic ubi nulla necessitas urguet.

mus. ab omnibus episcopis dictum est. placet. ut episcopi presbiteri et diaconi. uel qui sacramenta contrectant pudicitie custodes. etiam ab uxoribus abstineant. ab omnibus dictum est. placet. ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur. qui altario deseruiunt.

Item ex eodem. cap. v. De eodem.

Cum de quorumdam clericorum quamuis erga uxores suas incontinentia referretur. placuit presbiteros episcopos et diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere. quod nisi fecerint ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi. sed unius cuiusque ecclesie consuetudinem obseruari debere.

Similiter quod monogamum episcopum esse iubet. et ad reliquos ecclesiasticos ordines deriuari oportet.

Unde Siricius papa scribit Himerio Terraconensi episcopo. Laicali sit tantum communione contentus clericus qui uiduam aut secundam uxorem duxerit.

Quisquis clericus aut uiduam aut uxorem secundam duxerit. omni ecclesiastice dignitatis priuilegio mox denudetur. Laica sibi tantum communione concessa. quam ita potuit demum possidere. si nichil postea propter quod hac carere debeat admittat.

Presbiterorum uero nomen quamquam a senectute sit sumptum. magis tamen maturitatem indicat sapientie. quam canitiem corporis. Unde Anacletus. Presbiteri seniores dicuntur non tam etate quam sapientia.

Porro Moysi precipitur ut eligat presbiteros. id est seniores. uerum in pueris dicitur. Gratia senum est canities. hec uero canities hominum prudentia est. Cumque quingentis et eo amplius annis ab Adam usque ad Abraham uixisse homines legamus. nullus alius primus appellatus est presbiter. id est senior. nisi Abraham. qui multo paucioribus uixisse annis conuincitur. Non igitur propter decrepitam etatem uel senectutem. set propter sapientiam presbiteri nominantur.

Hospitalitas uero usque adeo episcopis est necessaria. ut si ab ea inueniantur alieni. iure prohibeantur ordinari. Bo

Unde Gregorius scribit Iohanni episcopo. Hospitalitatem nescientes non

Florentinum ecclesie Anchonitane archidiaconum qui ad episcopatum electus fuerat. scripture sacre quidem scientiam habere. sed ita etatis senio iam confractum accepimus. ut ad regiminis officium non possit assurgere. Adicientes etiam illum ita tenacem existere. ut in domo eius amicus numquam ad caritatem introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesie qui similiter electus fuerat. uigilans quidem homo dicitur. sed quantum asseritur psalmos ignorat. Florentinum uero diaconum ecclesie Rauennatis qui ab omnibus memoratur electus. sollicitum esse nouimus. sed qualis sit in ministerio nescimus. Ideoque fraternitas tua una cum fratre et coepiscopo nostro Armenio supradicte ecclesie Anchonitane uisitatore illuc festinet accedere. et diligenter de uita ac de moribus clericorum requirere. et si nullo sunt crimine con

scii. quod eos ad hoc officium uetet accedere. Pariter etiam requirendum est si hoc quod de prefato archidiacono dictum est. quia numquam amicus domum eius ingressus est. si ita se ueritas habet. Et utrum ex necessitate an ex tenacia talis sit. aut si ita est senex ut ad regendum non possit assurgere. ut si tactis sacrosanctis euangeliis sicut nobis nuntiatum est iusiurandum prebuit. numquam se ad episcopatum accedere. Sed et de Rustico diacono quantos psalmos minus minusue teneat scrutandum est. Florentino autem archidiacono Rauennati similiter sicut optimus cum est. quod obsistat. a ad episcopum eius necesse est agere. ut ei debeat concessionem concedere. non tamen ex nostro mandato uel edicto. ne contra suam uoluntatem eum concedere uideatur.

Doctorem autem episcopum oportet esse ne inferiorum culpe in eum refundantur. qui docendi officium accepit. quod esse qui nescit uel negligit.

Unde Leo episcopus scribit Aquiliensi episcopo. Negligentie rectorum deputantur culpe inferiorum.

Inferiorum culpe ordinum ad nullos magis sunt referende quam ad desides negligentesque rectores. qui multam nutriunt sepe pestilentiam. dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo. Homines sunt diligendi peccata hodio habenda.

Odio habeantur peccata. non homines. corripiantur tumidi. tollerentur infirmi. et quod seuerius castigare necesse est. non seuientis plectatur animo sed medentis.

Item Iohannes octauus. Qui neglegit facientis periculo. cui dat conniuentia. facientis culpam habet qui quod potest corrigere negligit emendare. Septum quippe est. non solum qui faciunt. sed et qui consentiunt. facientibus participes iudicantur. et liberat Domino prospera. qui ab afflictis pellit ad usura. et negligere cum possis perturbare peruersos. nichil est aliud quam fouere. nec caret scrupulo consensionis occulte. qui manifesto facinori desinit obuiare. et probat odisse seuitia. qui condempnat errantes. nec relinquit sibi locum deuiandi qui non pepercit excedenti. Et primus innocentie gradus est. odisse nefanda. et latum pandit delinquentibus aditum. qui iungit cum prauitate consensum. et nichil prodest alicui non puniri proprio qui puniendus est alieno peccato.

Si autem in corripiendo quisquam modum excesserit. non a subditis. set a Domino ueniam petat. Unde Augustinus de uita clericorum. Ueniam a subditis non petat qui in corripiendo modum excedit.

Quando necessitas discipline in moribus coercendis dicere uos dura uerba compellit. si etiam ipsi modum uos excessisse sentitis non a uobis exigitur. ut uobis a subditis

C. LXXV

C. LXXVI

tis ueniam postuletis ne ap(ud) eos quos oportet ee subiectos dum nimium s(er)uatur humilitas. regendi frangatur auctoritas. et t(ame)n petenda e(st) uenia ab o(mn)i(um) d(omi)no qui nouit eos. quos plus iusto forte corripitis. quanta beniuolentia diligatis. In doctrina u(er)o sacre scripture auctoritates debet p(ro)ferre. n(on) secularium litterar(um) peritiam ostentare. non enim e(st) ep(iscop)alis officii gramaticam expo(ne)re ne laudes iouis p(er)sonent. Unde Greg(orius) scribit desiderio ep(iscop)o. Scam scriptam no(n)

gramaticam debet ep(iscop)us exponere.

Diaconi sunt quos in apocalipsi legimus vii. angeli ecclesiarum. Hii sunt vii. candelabra aurea. Hii sunt uoces tonitruorum, uirtutum operatione preclari, humilitate patenti, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annuntiantes bona, dissensiones, rixas et scandala recusantes, docentes soli deo colloquentes in templo, nichil penitus de mundo cogitantes, dicentes patri et matri non noui uos, et filios suos non agnoscentes. Sine his sacerdos nomen habet, non officium. Hic minister dei est, cui ut scriptum est maior est qui ministrat quam cui ministrat. Et sicut est in sacerdote ministratio, ita in ministro dispensatio sacramenti. Sacerdotibus enim propter presumptionem non licet de mensa domini calicem tollere nisi eis traditus fuerit a diaconibus. Ita enim deus noster omnia uniuersa disposuit ut qui maiorem se crediderit minor esset, et qui minor uideretur maior existeret. Denique quia hoc ueru sit ipse preuidebat leuite composuit mensam domini. Leuite sacerdotibus cum benedicunt sacramenta assistunt. Leuite autem sacerdotes orant. Et si distinctio locorum credatur in mundo, tamen in altare diuidantur episcopi qui superbi sunt diacones ante ponit, si humilitatem diligunt. Et diaconis maiores se esse in eo quod sunt humiles recognoscant. Tandem ut aures habeamus ad dominum, diaconus clamat, ipse predicat, ipse ortatur, ipse commonet et astantibus sacerdotibus. Nec leuiter hanc uocem que loquitur et pacem annuntiat aut negligenter aspicias. Sufficit huic ordini tantum fuisse premium concessum ut non solus sacerdos in templo dei totum agere et implere uideatur. Et infra. Nunc autem ex quo in ecclesiis sicut in romano imperio crevit auaritia, periit lex a sacerdote et uisio de propheta. Singuli quoque per potentiam episcopalis nominis quia sibi ipsi uiuere absque ecclesia uendicauerunt, totum quod leuitarum est etiam in suos usus redigunt. Nec hoc solum quod sibi ascriptum est uendicat, sed cunctis auferunt uniuersa. Vendicat infelix in plateis clericus et singuli opibus mancipat publica a quibus pascat elemosinam, qui ergo magis despicitur a cunctis quo misere desolatus iuste putat ad hanc ignominiam deuenisse. Solus episcopus incubat domus. Solus utitur ministerio. Solus sibi uniuersa uendicat. Solus partes inuadit alienas. Solus occidit uniuersos. Hinc propter auaritiam sacerdotum sepe odia consurgunt. Hinc episcopi accusant a clericis. Hinc principium litis, hinc defectionis causa, hic origo fit criminis. Et enim si unusquisque ita in hoc mundo rationabile aliquid possidere uidetur, ut sua tantum sit possessione sit contentus, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperis tollat, non uineam, non subuectionem sed aliquid, non famulos, non fructum, quanto magis qui ecclesie dei preest debet ita seruare in omnibus iustitiam ut hoc sibi uendicet quod sui iuris esse cognoscit. Aliena non rapiat, aliena non tangat, equalem se ceteris faciat. Sed et sicut sine his in ministerio non uiuit, ita in dispensatione non iuuat. Certe ut ipse nosti qui uiuit sibi uiuit in hoc mundo uis inuadit alterum, accusat a paupere, dampnatur a iudice. Ita in ecclesia dei cum quisque stipendia perdit, clamat ad dominum et exaudietur a Christo nec differet uitiosis sententia si non sedauerint iniusta. Moderatio enim dei ac pietas solum nostrum reditum requirit, ac nos cupit longa sua bonitate saluari. Si non conuertimur, sicuti colui sumus, sic in peccatis usque ad mortem uiuere poteramus, ad suoque peccatum non miseretur deus.

Hoc capitula sacerdotum auaritia reprehenditur. Diaconorum dignitas siue officium commendatur. Sed quia ut supra dictum est, diaconi insolescentes se presbiteris preferendos arbitrati sunt, eorum supercilium sedatur. Ieronimus ad Euangelium episcopum.

Diaconi presbiteris debent subesse.

Legimus in Ysaia: fatuus fatua loquitur. Audio quendam in tantam erupisse uecordiam, ut diaconos presbiteris, id est episcopis, anteferret. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbiteros quos episcopos, quid patitur mensarum et uiduarum minister, ut supra eos tumidus se efferat, ad quorum preces Christi corpus et sanguis conficitur? Queris auctoritatem? Audi testimonium: Paulus et Timotheus serui Christi Ihesu omnibus sanctis qui sunt

Nota contra auariciam · detrorum · que multum · habundat ·

philippis. cum epis et diaconibus. Vis et aliud exemplum. In actibus aplorum adunatis ecclesie sacerdotibus ita paulus loquitur. Attendite uobis et cuncto gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos ut regatis ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contemptiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat: audiat aliud testimonium in quo manifestissime declaratur ut comprobatur eundem esse episcopum atque presbiterum. Propter hoc reliqui te Crete ut que deerant corrigeres. et constitueres presbiteros per ciuitates sicut ego mandaui tibi. Siquis est sine crimine unius uxoris uir. filios habens fideles non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse. quasi dei dispensatorem. Et ad timotheum. Noli negligere gratiam que tibi data est cum prophetia. et per inpositionem manuum presbiterii. Sed et petrus in prima epistola. presbiteros qui in uobis sunt precor presbiter et testis passionum christi. et future que reuelanda est glorie particeps. regite gregem christi. et inspicite non ex necessitate. sed uoluntarie iuxta deum. quod quidem grece significantius dicitur epiclertus. unde et nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum uirorum testimonia? clangat tuba euangelica filius tonitrui quem ihesus amauit plurimum. qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit. Presbiter electe domine et filiis eius quos ego diligo in ueritate. Et in alia epistola. Presbiter gaio karissimo quem in ueritate diligo. Quod autem postea unus electus est. qui ceteris preponeretur in scismatis remedium factum est. ne unusquisque ad se trahens ecclesiam christi rumperet. Nam et alexandrie a marco euangelista usque ad eraclam et dionisium episcopos presbiteri ex se unum semper eligebant. et in excelsiori gradu collocabant. quem episcopum nominabant. quomodo si exercitus imperatorem faciat. diaconi autem eligant de se quem industrium nouerint. et archidiaconum nuncupent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus. quod presbiter non facit. nec altera romane urbis ecclesia. altera totius orbis existimanda est. et gallie et britanie et africa. et persis. et oriens. et india. et barbare omnes nationes unum christum adorant. unam obseruant regulam ueritatis. Si auctoritas queritur. orbis maior est urbe. Vbicumque fuerit episcopus siue rome siue eugubio. siue constantinopoli. siue regio. siue alexandrie. siue tanis. eiusdem meriti est. eiusdem sacerdotii. Potentia diuitiarum. et paupertatis humilitas. uel sublimiorem uel inferiorem episcopum non facit. Ceterum omnes apostolorum successores sunt. Sed dicis quomodo rome ad testimonium diaconi presbiter ordinatur? Quid enim profers mihi unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem de qua ortum est supercilium in leges ecclesie uendicas? Omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud indos pipere preciosius est. Diacones paucitas honorabiles. presbiteros turba contemptibiles facit. Ceterum in ecclesia etiam rome presbiteri sedent. et stant diaconi. licet paulatim crebrescentibus uitiis inter presbiteros absente episcopo diaconos sedere uideamus. et in domesticis conuiuiis benedictiones coram presbiteris dare. Discant qui hoc faciunt se non recte facere. audiant apostolos. Non est dignum ut nos relinquentes uerbum dei ministremus mensis. Sciant diaconi quare constituti sunt. legant acta apostolorum. recordentur conditionis sue. presbiter et episcopus aliud etatis aliud dignitatis est nomen. Vnde ad titum. et timotheum de ordinatione episcopi et diaconi dicitur. De presbiteris omnino reticetur. quia in episcopo etiam presbiter continetur. Qui prouehitur. de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbitero ordinetur diaconus ut presbitero maior comprobetur. in quem crescit ex paruo. aut si ex diacono ordinatur presbiter. nouerit se lucris minorem. sacerdotibus esse minorem. Item cyprianus. De eodem.

Dominus noster ihesus christus rex et iudex usque ad passionis diem seruauit honorem pontificibus et sacerdotibus. quamuis illi nec timorem dei nec agnitionem christi seruassent. Nam cum leprosum mundasset. dixit illi. uade et ostende te sacerdoti. et offer donum. Humilitate nos humilis docuit. sacerdotem adhuc appellans quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ipso tempore passionis cum alapam accepisset. et ei diceretur. sic respondes pontifici. Nichil ille contumeliose locutus est in personam pontificis. sed sic magis innocentiam suam tuitus est dicens. Si male locutus sum exprobra me de malo. si autem bene. quid me cedis? Que omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter. ut nos humilitatis ac patientie haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes uos legitime et plene honorari. dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent. quoniam apostolos id est episcopos et presbiteros dominus elegit. diacones autem post ascensum domini in celum apostoli sibi constituerunt. episcopatus sui et ecclesie ministros. Quod si nos aliquid audere contra deum possumus qui episcopos facit. possunt et contra nos audere diacones a quibus fiunt.

Hoc autem quod de diaconorum minoritate dicitur. uerum est quando fuerint intra locum. Cum locum diaconus habuerit aut patriarche aut metropolite sui. Vnde in .vi. sinodo legitur.

Diaconus sacerdotibus non preferatur nisi locum metropolitani sui optineat.

Precipimus ne diaconus quamuis etiam dignitate hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit. ante presbiterum sedeat. nisi eum locum habuerit patriarche aut metropolite sui presuli quo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Siquis uero presumpserit hoc ti

D. XCIIII

ramice facere, a suo gradu repulsus, ultimus omnium fiat in ordine suo. §. Subdiacono etiam summus patriarcha uices suas committere ualet.

Unde Simachus ait. *Etiam subdiacono uices suas committit apostolica ecclesia*

Ualde necessarium esse prospeximus, ut sicut decessorum nostrorum fuit iudicium, ita uni eidemque persone omnia committantur, et quia nos presentes esse non possumus, nostra per eum cui precipimus representetur auctoritas. Quapropter Petro subdiacono sedis nostre intra prouinciam Siciliam uices nostras, adiuuante Deo, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo adiuuante totum nostre ecclesie nostrum patrimonium commisisse. §. Legatum uero apostolice sedis quicumque impedierit usque ad satisfactionem excommunicetur. Unde Alexander. *Excommunicetur qui legatum sedis apostolice impedire temptauerit.*

Siquis autem legationem impedierit non unius sed multorum profectum auertit, et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, et bonorum societate priuandus, et quia dei causam impedit, et statum conturbat ecclesie, ideo ab eius liminibus arceatur, a deo itaque talis est cauendus, et non in communione fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. §. Archidiaconi quoque, qui a uiris ex officio suo clericorum uitam diligenti examinatione debeant inquirere, et que corrigenda inuenerint episcopo nuntiare, non dominationem super eos exercere, et censum exigere prohibentur. Unde in Cabillonensi concilio legitur. *Archidiaconi super presbiteros dominationem non exerceant.*

Dictum est quod in plerisque locis archidiaconi super presbiteros parrochianos quandam exercent dominationem, et ab eis censum exigunt, quod magis ad tirannidem quam ad rectitudinem pertinet formam. Si enim iuxta apostolicam sententiam episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, multo minus facere hoc isti debent. Sint itaque contenti regulis ac disciplinis, et teneant formam ministrorum, et quod ab episcopis eis iniungitur, hoc per parrochias suas exercere studeant, nulla per cupiditatem et auaritiam presumentes.

Quod autem sacerdotes suprascriptis iubentur episcopis tanquam filii obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis presentibus episcopis sacra misteria celebrare, sicut episcopalis supercilio quidam ab eis uolebant presbiteros prohibere. Sed quia presbiteri pontificibus tanquam filii parentibus debent obedire, baptizatos etiam crismate eis tangere conceditur. Unde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano. *Ubi desunt episcopi baptizatos in frontibus presbiteri crismate tangant*

Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbiteros crismate tangere eos qui baptizatis sunt prohibuimus, et nos quidem secundum ueterem usum nostre ecclesie fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbiteri etiam in frontibus baptizatos crismate tangere debeant, concedimus.

D. XCV

Supra Leo episcopus certe dicit, ualuis corepiscopi. Item Gelasius papa. *Presbiteri ultra suum modum tendere non presumant.*

Presbiteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibimet audeant assumere, non pontificatus conficiendi crismatis, non consignationis pontificalis adhibende sibimet arripere facultatem. §. Sed istud Gregorii pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis pape et Gelasii approbante usu preualuit. Nisi forte, ut aliquorum consuetudo admisit, hoc ut in absentia episcopi extrema necessitate cogente ex concessu Gregorii presbiteri baptizatos in frontibus liniant, prohibitio uero Leonis et Gelasii in eo casu intelligatur, cum episcopi presentes sunt, ut cum non cogit ultima necessitas. Oleo uero sanctificato permittitur eis ungere infirmos, unde Iacobus ait. Infirmatur quis in uobis inducat presbiteros ecclesie qui orent super eum, ungentes eum oleo, et oratio fidei saluabit infirmum. Sed queritur an episcopis liceat eodem oleo ungere infirmos, uel si in penitentibus huiusmodi unctio sit concedenda. De his uero ita scribit Innocentius papa. *Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere.*

Illud superfluum adiectum esse uidetur, ut de episcopo ambigatur quod presbiteris licere non dubium est. Nam ideo de presbiteris dictum est quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem a se uisitandum, et benedicere, et tangere crismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum crisma conficere. Nam non penitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? His igitur frater karissime omnibus, que tua dilectio uoluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curauimus. §. Crisma uero a suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbiteri petant. Unde in Cartaginensi concilio IIII. legitur. *De eodem.*

Presbiteri qui per dioceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per iuniorem clericum, sed aut per se ipsos aut per illum qui sacrarium tenet, ante pasce sollempnitatem crisma petant.

Item Ieronimus super epistolam ad Titum. *Presbiter idem est qui et*

Olim idem est presbiter. *episcopus ac sola consuetudine presbiteri episcopis pre*

qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis, ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autem Cephe, communi presbiterorum concilio ecclesie gubernabantur, postquam autem unusquisque eos quos baptizauerat suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbiteris superponeretur, et scismatum semina tolleret. Et paulo post. §. Sicut ergo presbiteri sciunt se ecclesie consuetudine ei qui sibi prepositus fuit

ẽẽ subiectos. ita epi nouerint se mag consuetudine quam dispensationis ueritate presbiteris ẽẽ maiores. canonice debere ecclesiam regere. Idem ad rusticum narbonensem episcopum. **Coram episcopis presbiteri do**

Ecce dico ego presentibus episcopis suis atque astantibus **ẽẽ licet.** in altario presbiteros posse sacrificia conficere. Sed quia scriptum est presbiteri duplici ẽẽ honore honorentur. maxime qui laborant in uerbo dei. predicare eos decet. utile est benedicere. congruum confirmare. conuenit reddere communionem. necesse est uisitare infirmos. orare pro inualidis atque omnia dei sacramenta complere. Nemo hec episcoporum inuidia diabolice temptationis inflet. irascatur. Si plebes uictum ex ordine presbiteri. Si in egrotis potenti. Si plebi uidelicet dictum est benedicant. Etenim abnuentibus m ista si dicam. Qui non uult presbiteros facere quod iubentur a deo dicant. Quid maius est Christo. aut quid potius corpori aut sanguini eius anteponi? Si presbiter Christum consecrat. cum in altario dei sacramenta benedicit. benedicere populum non debet. qui Christum consecrare non metuit. Circa laicos ac mulieres iubentibus nobis in iustissimi sacerdotes. presbiteri dei benedictionis post offa. amittunt lingue opus. non habent confidentiam predicandi. truncatus est ei parte uirtutum. solum presbiteri habent nomen. plenitudinem ac perfectionem que consecrationi eius competit. non retentat. Quis queso hic ingo sacerdotes honor uester est. ut dampna gibbi inferatis. Quin cum pastoribus propotentiam aufert eo digna diligentia. contagium quoddam et calamitas crescit in gregibus. ac domini patrimonium dampna conquiritis. dum soli uultis in ecclesiis potentari. presbiteri negotiorum ab initio iudices ẽẽ mandatis. presbiteri sacerdotium debent inter ẽẽ concilio. Quin et ipsi presbiteri ut legimus episcopi nominantur. Secundum quod dictum est ad episcopum. Noli negligere gratiam que data est tibi. per impositionem manuum presbiterii. et alibi ad maiores natu. qui uos posuit episcopos regere ecclesiam suam. Sed hoc derunt hoc superbi sacerdotes. in presbiteri nomine qui nolunt hoc ẽẽ quod Christus. qui discipulorum pedes lauit. qui baptizatus a iohanne est. licet baptizandum se ẽẽ a domino proclamaret. Quod propterea scribo uobis ut sepultum ipsi error iam non possit reuocari. ut ad presens in ecclesiis fatiant. quod rome fit. quod in affrica. quod in oriente. quod in ispania. quod in gallia. quod in britannia quod in omnibus locis ubi humilitas perseuerat. quod in celis quod maius est. ubi sedes eorum leges ẽẽ disposita. Idem ad nepotianum. **Episcopi et clerici**

Esto subiectus. **inuicem se honorem exibeant.** pontifici tuo. et quasi anime parentem ama. Sed episcopi sacerdotes se sciant ẽẽ non dominos honorent clericos quasi clericos. Ut ipsis episcopis a clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris domitii. Cur ego inquid te habeam ut principem. cum tu me non habeas ut senatorem. Quod aaron et filios eius. hoc ẽẽ episcopum et presbiteros nouimus. unus dominus. unum templum. unum baptisma. unum sit ministerium. Recordemur semper quod apostolus petrus precepit sacerdotibus. pascite eum qui in uobis est gregem domini prouidentes non coacte sed spontanee. secundum deum neque turpis lucri gratia sed uoluntarie. neque ut dominantes in clero. sed forma facti gregi ex animo ut cum apparuerit princeps pastorum. percipiatis inmarcessibilem glorie coronam. Pessime consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui quasi eis inuideant. aut eos dedignentur ẽẽ audire. et si alii ut inquid apostolus paulus fuerit reuelatum sedenti prior taceat. Gloria patris est filius sapiens. gaudeat episcopus in iudicio suo cum tales elegit sacerdotes. Item ex concilio la

uidicensi. **Episcopus non precedat presbiteri sed comitetur.**

Non oportet presbiteros ante ingressum episcopi **subsequantur** ingredi et sedere in tribunalibus. sed cum episcopo ingredi. nisi forte aut egrotet episcopus. aut in peregrinatione nisi quocumque modo eum ẽẽ constitutos. Item ex concilio carthaginensi iiii.

Episcopus non dominum sed collegam se presbiterorum cognoscat.

Episcopus in quolibet loco sedens stare presbiterum non patiatur. Item ex eodem. **De eodem.**

Episcopus in ecclesia in consessu presbiterorum sublimior sedeat. intra domum uero collegam presbiterorum se ẽẽ cognoscant. Item ex concilio martini pape. **Sine precepto episcopi presbiter non signet infantes.**

Presbiter presente episcopo. non signet infantes nisi ab episcopo fuerit ei preceptum. Illud autem honori augendo quod de electione summi pontificis super constituisse legitur. nullius momenti ẽẽ probatur. cum non solum decernimus: sed nec etiam de rebus ecclesiasticis laicis legatur aliquando attributa disponendi facultas. unde quecumque a principibus instituimus; ut ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur. nullius auctoritatis ẽẽ monstrantur.

Unde Simachus episcopus catholice ecclesie urbis rome in sinodo residens dixit. **De rebus ecclesiasticis disponendis laicis nulla facultas relinquitur.**

Bene quidem fraternitas uestra ecclesiasticis legibus assecuta subditum timore nouit. que erant statuenda diffiniuit. et ea de iustitie cumulum peruenit. cum sufficienter omnia amplectitur. nec adiectione indiget plenitudo. maxime de eius quos amor dominationis inuasit. et iugum discipline ecclesiastice fecit respuere. quorum excessus enarrare difficile est. unum tamen quod occurrit uenerando ordini uestro intimare non differo. Inter alia scripta quondam illustris memorie basilium quasi pro ecclesiastice amore sube conscepisse refero. in qua nullus

D. XCVI

Nota quod si in dicto .... non .... ut debes ego non habeo te .... ut debeo. q. ....

tudinis ac pulcritudinis extruxit sepulcrum mirandum ut usque hodie omnia sepulcra preciosa ex nomine eius mausolea nuncupentur.

rius romane ecclesie institutum fuit ut subscripsit antistes. per quem potuisset firmitatem legitimam sortiri. Neque enim in dispicienda unde post visum in iudicare consilium requirat et referat in medium. ut ex lectione cognoscatis cuiusmodi possit habere subiam. (Sancta sinodus dixit. Referat in medium ut cuiusmodi sit possit cognosci. Hoc cum dicerent. hormisda diaconus recitauit. cum in mausoleo quod est ad beatum paulum apostolum resideret sublimis et eminentissimus uir prefectus pretorio atque patricius agens etiam uices precellentissimi regis odoacris basilius dixit. Quamquam studium nostri et religionis intersit. ut in episcopatus electione concordia principaliter seruetur ecclesie. tamen ne per electionis occasionem status ciuitatis reuocetur in dubium. admonitione beatissimi uiri pape nostri simachi. simpliciter. quam ante oculos semper habere deberemus. hoc nobis meministis sub ostentatione fuisse mandatum. ut propter illum strepitum et uenerabilis ecclesie detrimentum. si eum de hac luce transire contigerit. non sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Hec cum legerentur. crescomus tudertine ciuitatis episcopus surgens ex consessu suo dixit. hic perpendat sancta sinodus utrum pretermissis religiosis personis quibus maxime cura est de tanto pontifice. electionem eius in sua laici possint redigere potestate. quod esse contra canones esse manifestissimum est. Item hormisda diaconus legit. ac ne confusionis atque dispendium aliquid uenerabilis sustineret ecclesia. miramur pretermissis nobis quicquam fuisse temptatum cum sacerdote nostro superstite nihil debuisset assumi. Odoacris si amplitudini uestre ut scitati placet. incolumia. omnia que adfuturi antistitis electionem respiciunt religiosa ueneratione fuerimus. hanc legem proferentes quam nobis heredibusque nostris sancte mentis deuotione sanctimus. Neutiquam predium seu rusticum siue urbanum uel ornamenta aut ministeria ecclesiarum que nunc sunt uel que ex quibuslibet titulis ecclesiarum iura peruenerint. ab eo qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinatus. et ab illis qui futuris seculis secuntur quocumque titulo atque commento alienari liceat. et quicumque facere uoluerit. hoc inefficax atque irritum iudicetur. sitque facienti et consentienti. accipientique anathema (Maximus episcopus bleraine ecclesie dixit. Modo sancta sinodus dignetur edicere. si licuit laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare. aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere. Et contra canones quod ei non competebat constituere. Dicite quid uobis uidetur. deinde. licuit laico legem dare (Sancta sinodus dixit. Non

licuit. et adiecit. lege sequentia. hormisda diaconus legit. et is qui predium seu rusticum uel urbanum iuris ecclesiastici. fuerit consecutus. nouerit se nulla lege uel prescriptione munitum. Sed siue is cui alienauerit siue eum quisquis sequens uoluntate contra predium huiusmodi alienatum retinere uoluerit. id cum fructibus restituat qui illud consecutus fuerit. Hec cum legeret stephanus uenusine ecclesie episcopus surgens e consessu suo dixit. Prelegatur. hormisda diaconus legit. qua etiam pena placuit accipientis et heredes afficere in qua re cuilibet clericorum nulla contradicendi libera sit facultas. Iniquum enim est et sacrilegii instar. ut que pro salute et requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesie pauperum causa contulit aut certe reliquerit. ab his quos maxime seruare conuenerat in aliud transferantur. Plane quecumque in gemmis uel auro atque argento necnon et uestibus minus apta usibus uel ornatui uidebuntur ecclesieque seruari. ac diu manere non possunt. sub iusta extimatione uendantur et erogatio religioni proficiat. Cumque lecta esset. laurentius episcopus mediolanensis ecclesie dixit. Ista scriptura nullum romane ciuitatis potuit obligare pontificem. quia non licuit laicis statuendi in ecclesia preter romanum papam. habere aliquam potestatem. quos obsequendi manet necessitas. non auctoritas imperandi. maxime cum nec papa romanus subscripserit. nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus. Petrus episcopus rauennatis ecclesie dixit. Scriptura que in nostra congregatione uulgata est. nullas uires habere manifestum est. Quia nec canonibus conuenit. et a laica persona concepta uidetur maxime quia in ea nullius presulis sedis apostolice intersuisse uel prima subscriptione eam firmasse monstratur. Eulalius episcopus siracusane ecclesie dixit. Scripturam que in sacerdotali concilio recitata est euidentissimis documentis constat esse inualidam. Primum quod esse patrum regulas a laicis quamuis religiosis quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid decernendi legitur unquam attributa facultas facta uidetur. Deinde quod nullius presulis sedis apostolice subscriptione firmata docetur. quod si cuiuslibet prouincie sacerdotes intra suos terminos concilio habito quicquid sine metropolitani sui auctoritate tractauerint irritum esse debere sancti patres sanxerunt. quanto magis quod in apostolica sede nunc extante presule qui merito beati petri apostoli per uniuersum orbem primatum optinet sacerdotii. statutis sinodalibus consueuit tribuere firmitatem. a laicis licet consentientibus aliquantis episcopis qui tamen pontifici adhuc consecrati probantur preiudicium inferre non

Pa. legitur enim omnes clericos deos appellasse ... [illegible]
.b. ... [illegible]
.c. ... [illegible]

potuerunt. presumptum fuisse cognoscitur. viribus carere non dubium est. nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri. Sancta sinodus dixit. licet pro persecutionem venerabilium fratrum nostrorum Laurentii. Petri. Eulasii. Cresconii. Maximi. vel Stephani. ne capitulo nos incertum habetur. hanc ipsam scripturam nullius esse momenti. verumtamen etiam si aliqua possit ratione subsistere modis omnibus in sinodali conventu previda beatitudinis vestre sententia enervari conveniebat et in irritum deduci. ne in exemplum remaneret presumendi quibuslibet laicis. quamvis religiosis vel potentibus in quacumque civitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus. quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa docetur. Unde in vii. actione calcedonensis concilii Marcianus imperator dixit inter cetera; Imperatores ad fidem confirmandam non potentiam ostendendam

Nos ad fidem confirmandam sinodo interesse non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi principis Constantini sinodo interesse volumus. Ut veritate inventa non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet. Idem in eadem. De eodem;

Ovetiam capta sunt que ad honorem vestre reverentie vobis observavimus. decorum esse iudicantes a vobis hec regulariter potius firmari per sinodum. quam nostra lege sanciri. Item Nicholaus papa; Sinodali conventui imperatores interesse non

Ubinam legistis. conventui nisi ubi de fide agitur. imperatores antecessores vestros sinodalibus conventibus interfuisse. nisi forsitan in quibus de fide contractatum est. que universalis est. que omnium communis est. que non solum ad clericos. verum etiam ad laicos et ad omnes omnino pertinet christianos. Idem. De spiritualibus divinitatis rebus qui iudicare non possunt.

Denique hii quibus humanis rebus et non divinis preesse permissum est. quomodo de his per quos divina ministrantur. iudicare presumant. penitus ignoramus. Idem. Nec imperator iura pontificis nec pontifex regia iura usurpet.

Cum ad verum ventum est. ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit. nec pontifex nomen imperatorium usurpavit. Quoniam idem mediator dei et hominum homo Christus Ihesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit. propria volens medicinali humilitate sursum efferri. non humana superbia rursus in infernum demergi. ut et christiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigerent. et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus

uterentur. quatinus actio spiritualis a carnalibus distaret incursibus et ideo deo militans minime se negotiis secularibus implicaret. ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur. qui esset secularibus negotiis implicatus. Idem; Ascetari pontifex potestate. presul solvi vel ligari non valet.

Satis evidenter ostenditur a secolari potestate nec solvi prorsus nec ligari pontificem. quem constat a pio principe Constantino quem longe superius memoravimus. appellatum deum. cum nec posse deum ab hominibus iudicari manifestum sit. Sed et Theodosius minor sancte sinodo scribens ephesine primum dixit. Deputatus est Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire usque ad sanctissimam sinodum vestram et in nullo quidem que facienda sunt de piis dogmatibus questiones seu potius expositiones communicare. Illicitum namque est eum qui non sit in ordine sanctissimorum episcoporum ecclesiasticis intermisceri tractatibus. Et post pauca. Huius itaque manifestius reperitis apparet communi ministrum Ignatium principalem tantum modo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. Incuriius dampnatione quia presulum consensus est; subsecutus apparet ob causa patriarum fuisse adulationis. non legitime sanctionis; Idem Lodoico imperatori;

Facta pontificum imperator iudicare non debet.

In scripturis narratur imperator Constantinus dixisse. Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem dei aut aliquem eorum qui monachico habitu circumamicti sunt peccantem. clamidem meam explicarem. et cooperirem eum. ne ab aliquo videretur. Inquibus ergo desideratissime fili necessario commonemini. ut quemadmodum fide et religione ac honoris parilitate ei adequari videmini. ita quoque humilitate atque devotione equiparari nullomodo aneletis. ita ut in nullo inferior eo set potior inveniamini. Post exempla cuius qui talem se exhibuit. ante talia prius exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes. ut si de eius sacerdotibus qui iure patres dicuntur aliquid contigit vos audire. quod confusionem piis mentibus ingerat. non infruniti set pudoratos filios noe imitantes patrum detectionem verecundiam contegatis. ut affluentia quemadmodum et illi benedictione repleri mediante domino mereamini. Item exempla gregorii ad Hermannum metensem episcopum;

Regum et principum patres et magistri sunt sacerdotes

Quis dubitet sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et magistros censeri. Nonne miserabilis in

Nota imperatorem mirabilem dictum et valde notabile.

... [illegible] ... (falsum) ... non ... allegare in spiritualibus ... #

\# No. quod bene licet in causis spiritualibus legem allegare.

Infamiam esse si filius patrem, si discipulus magistrum conetur subiugare.

§. di. xxi. Nolite. ·j. vi. q. i. Oves pastore

... culi regit.

samie ēē cognoscitur. si filius patrem. discipls
magistrum. sibi conetur subiugare. ⁊ ini
quis obligationib; illum sue potestati
subicere aquo credit non solum infra. sͣ etiā
in celis se ligari posse et solui. Item gelasi
us papa. anastasio imperatori. **Auctoritas sac̄ pōtific̄ ⁊ regal' potestas hmōi gubn̄a**

Duo sunt quippe. o. īpatur auguste quib; pnci
palit̄ hic mundus regitur. auctoritas sacra pō
tificum ⁊ regalis potestas. in quib; tanto gūi
us ē pondus sacerdotum. quanto etiam pipis
regib; hominum in diuino ē reddituri exami
ne rationem. Et post pauca. Nosti itaq; int̄ h
exillor pendē iudicio. n̄ illos ad tuam posse
redigi uoluntatem. talib; ḡ institutis talib;
q̄ fulti auctoritatib; pliq̄ pontificū alii re
ges alii imperatores excōicauerunt. Nam si spe
ciale aliquid de psonis pncipum requiratur
exemplum. beatus innocentius. pp. archadiū
imperatorem. Quia consensit ut scs. iohs. crisos
tomus asua sede pelleretur. excōicauit. Beatus
etiam ambr. licet scs. non tn̄ uniūsal eccle
eps. pculpa q̄ ab aliis sacerdotib; non adō ḡuis
uidebatur. theodosium magnum imperatorē
excōicans ab eccā exclusit. Qui etiam in suis
scriptis ostendit quod aurum non tam ptio
sius sit. plūbo. quā regia potestate sit altior or
do sacerdotal. Hoc modo cita pncipium sui pa
storal scribens. honor frs ⁊ sublimitas epāl nul
lis poterit comparationibus adequari. Si regum ful
gori compares. ⁊ pncipum. diademati. longe
erit inferius. quam si plūbi metallū ad auri
fulgorem compares. Quippe cum uideas regū
colla. et pncipum submitti gen̄ ibus sacerdo
tum. et osculata eor dextā orationib; eorum
credant se communiri. Item ioannes. **Imperatores pontificibus debn̄ subēē n̄ pēē.**

Si imperator catholicus ē. qd salua pace ipsius dms.
filius ē. non psul ecclē. ad religionem competit.
discē ei conuenit non docere. ht pulegia po
testatis sue que in administrandis legibus
publicis diuinitus consecutus ē. et eius be
neficiis non ingratus. cōē dispositionē celestis
ordinis n̄c usurpet. ad sacerdotes enīi dōs uolu
it que ecclē disponenda ē ptinē. n̄ ad scli
potestates. quās si fideles ecclē sue ē sacerdo
tibus uoluit ēē subiectas. non ē uendicet ali
enum ius ⁊ ministrium quod alii deputatū
ē. Nec cōē eum tendat abrūpi aquo omia cō
stituta ē. et cōē illius bnficiā pugnare uid
atur. aquo ppam consecutus ē potestatem.
n̄ alegib; publicis. n̄ apotestatibus scli. sed
apontificibus et sacerdotib; omps deus xpi
ane religionis clicos et sacerdotes uoluit ō

dinari et discuti et recipi deerrore remean
tes. Imperatores xpiani subdere debent execu
tiones suas ecclasticis psulibus n̄ pferre. Itē

Nunquam de pontificibus n̄ecclam.
iudicare debere. non ē humanarum legum de
talibus ferre sententiā. absq; ecclē pncipa
lit̄ constitutis. pontificib; obsequi solere. ostat pn
cipes xanos. decretis ecclē non suam pponē
potestatem epis capā subdē pncipes solitum ē.
non de eor capitib; iudicare. Item constan
tinus imp. Coronam et omnem regiam
dignitatem in urbe romana et italia. et in
partib; occidentalib; aplico concessit. Nam
in gestis beatissimi siluēi que beatus. pp. ge
lasius in concilio. lxx. epōr acatholicis legi
cōmemorat. ⁊ pantiquo usu multas hoc eccle
imitari eccās. ita leḡ. **De priuilegio constantini imperatoris.**

Constantinus imp. quarto die sui baptisma
tis priuilegium romane ecclē pontifici contu
lit. ut in toto orbe romano pontifices l' sacerdotes ita hūc
capā hant. sicut iudices regē. In eo priuilegio
ita inf̄ cetā legitur. Vtile iudicamus. una cū
omib; satrapis nr̄is. ⁊ uniūso senatu obtima
tibus etiam. et cum cuncto pplo imperio roma
ne ecclē subiacenti. ut sicut beatus petrus
in t̄ris uicarius filii dei uidetur ēē constitut̄.
ē pontifices ipsius pncipis aplor uice. pnci
patus potestatem amplius quā t̄rene impi
alis nr̄e serenitatis mansuetudo ht̄ uidetur.
concessam anobis nr̄oq; imperio obtineant.
Eligentes nobis ipm pncipem aplor. ut eius
uicarios firmos apd dm̄ ēē patronos. ⁊ sic nr̄a ē
t̄rena imperialis potentia. ita eius sacscam
romanam ecclam decreuimus uenāri honore.
et amplius quam nr̄m imperium t̄renumq; th
ronum sedem sāctissimam beati petri glose
exaltari tribuentes ei potestatem et glām et di
gnitatem atq; uigorem ⁊ honorificentiā im
perialem atq; decernentes sanctimus. ut pncipa
tum teneat. tam sup. iiii. sedes alexādrinam.
antiocenam. ierosolimitanam constantinopo
litanam. quam etiam sup omis in uniūso or
be terrarum dei ecclas. et pontifex qui p tēpa ip
sius sacro scē roma ne ecclē extitit celsior. et
princeps cunctis sacerdotib; et totius mundi
existat. ⁊ eius iudicio que ad cultum dī ⁊ fidē
xanor ⁊ stabilitatē pcuranda fuint dispon
antur. Et infra. Ecclīs beator aplor petri
et pauli. p continuatiōē luminarior posses
sionum pdia contulimus et rebus diuīsis eas
ditauimus. et pn̄ām imperialem iussionem
sacram. tam in oriente quam in occidente. t
etiam asep̄tetonali et meridiana plaga. uid
in iudea. grecia. asia. tracia. affrica. et italia. t

diversis insulis nostra largitate ei concessimus et a prefus ratione. ut per manus beatissimi patris nostri silvestri summi pontificis successorumque eius omnia disponantur. et infra. Beato silvestro patri nostro summo pontifici et universali urbis rome pape et omnibus eius successoribus. de presenti tradimus palatium imperii nostri lateranense. deinde diadema videlicet coronam capitis nostri. simulque frigium. nec non etiam superhumerale. videlicet lorum. quod imperiale circumdare assolet collum. verum etiam clamidem purpuream. atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta. seu etiam dignitatem imperialium presidentium equitum. Conferentes ei etiam imperialia sceptra simulque cuncta signa atque banna et diversa ornamenta imperialia et omnem processionem imperialis culminis et gloriam potestatis nostre. Viris etiam diversi ordinis reverentissimis clericis sancte romane ecclesie servientibus illud culmen singularis potentie et precellentie habere sancimus cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari. id est patricios consules effici. nec non et ceteris dignitatibus eos promulgamus decorari. et sicut imperialis extat decorata militia. ita clerum sancte romane ecclesie adornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia diversis officiis cubiculariorum nempe et ostiariorum atque omnium concubitorum ordinatur. ita et sanctam romanam ecclesiam decorari volumus. et ut amplissime pontificale vobis decus prefulgeat. decernimus ut et clerici eiusdem sancte romane ecclesie mappulis et linteaminibus. id est candidissimo colore decoratos equos equitent. et sicut noster senatus calciamentis utitur cum udonibus. id est candido linteamine illustrentur. et ita celestia sicut terrena ad laudem dei decorentur. Pre omnibus autem licentiam tribuimus beato silvestro et successoribus eius ex nostro indictu ut quem placatus proprio consilio clericare voluerit. et in numero religiosorum clericorum connumerare nullus ex omnibus presumat superbe agere. Decrevimus itaque et hoc. ut ipse et successores eius diademate videlicet corona quam ex capite nostro illi concessimus ex auro purissimo et gemmis preciosis uti debeant pro honore beati petri. Ipse vero beatissimus papa super coronam clericatus quam gerit ad gloriam beatissimi petri. ipsa ex auro non est passus uti corona. Frigium vero candido nitore splendidam resurrectionem dominicam designans. eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus. Et tenentes frenum equi ipsius pro reverentia petri beati pastoris officium illi exhibuimus. Statuentes eodem frigio omnes eius successores singulariter uti in processionibus ad imitationem imperii nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat. sed magis quam imperii terreni dignitas gloria et potentia decoretur. Ecce tam palatium nostrum quam romanam urbem et omnes italie sive occidentalium regionum provincias. loca civitates. beatissimo pontifici et universali pape silvestro concedimus atque relinquimus. et ab eo et a successoribus eius per pragmaticum constitutum decrevimus disponenda. atque iuri sancte romane ecclesie concedimus permanenda. Unde congruum prospeximus nostrum imperium et regni potestatem orientalibus transferri regionibus et in bizantie provincie optimo loco nomini nostro civitatem edificari. et illic nostrum constitui imperium. Quoniam ubi principatus sacerdotum. et christiane religionis caput constitutum est ab imperatore celesti. iustum non est ut illic imperator terrenus habeat potestatem. Hec vero omnia que per hanc imperialem sacram et imperialia divalia decreta statuimus et confirmamus. usque in finem mundi illibata et inconcussa decrevimus permanere. Unde coram deo vivo qui nos regnare precepit. et coram terribili eius iudicio obtestamur. omnes nostros successores imperatores vel cunctos obtimates. satrapas etiam. amplissimum quoque senatum et universum populum in toto orbe terrarum. Nunc et in posterum nulli eorum quoquomodo licere. hec aut confringere. vel in quoquam convelli. Si quis autem quod non credimus in hoc temerator aut contemptor extiterit. eternis condempnationibus subiaceat innodatus. et sanctos dei principes apostolorum petrum et paulum. sibi et in presenti et in futura vita sentiat contrarios atque in inferno inferiori concrematus cum diabolo et omnibus deficiat impiis. Huius vero imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes super venerandum corpus beati petri posuimus. Data rome tertio kalendas aprilis a constantino augusto quater consule. et gallicano. iiii. cc. Item gelasius. Imperatoria auctoritas religiose dispensationis in suis non mutat.

Sicut quamvis parva civitas. prerogativam presentis regni non minuit. sic imperialis presentia mensuram dispensationis religiose non mutat. et infra. Semper est effectum sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia provenire. Nam qualescumque pontifices. et si errore humanitus accedente. non tamen contra religionem ullatenus excedentes. nullatenus universaliter a seculari potestate posse percelli. Item marcellus papa maxentio. Ecclesias restaurare contritas non pontificem prosequi boni principis est.

Boni principis ac religiosi est. ecclesias contritas atque confectas restaurare novasque edificare et dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos eorumque successores sub divina contestatione constitutos precepisse legimus non debere fieri persecutiones nec inferri fluctuationes nec in unde laborantibus in agro dominico nec expelli eterni regis dispensatores. Hoc capitulo patenter ostenditur. quod nec imperatori nec

D. XCVII

cuilibet laico licet decernere. ut de electione pontificis. uel de rebus ecclesiasticis. Quecumque autem ab eis constituta fuerint. pro infectis habenda sunt. nisi subscriptione romani pontificis fuerint roborata. Unde illud honorii augusti. ut superdictum est. uanum esse uidetur. quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi pontificis decernere temptauit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur ecclesie preditus imperator in presumptores ualet decernere. sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur. ne heretici aliquo nomine ecclesie possiderent. ab ea autem non inuitati de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius uero augustus non sua auctoritate sed beato bonifatio supplicante ecclesiastice quieti consulens. et concertantium ambitionem punire curauit. Unde idem bonifatius episcopus supplicationis epistolam honorio augusto destinauit dicens; Epistola bonifatii ad honorium augustum.

Ecclesie mee. cui deus noster meum sacerdotium uobis res humanas regentibus deputauit. nos cura constringit. ne causis eius quamuis adhuc corporis incommoditate detinear. pro conuentibus quia sacerdotibus uniuersis et clericis et christiane plebis perturbationibus agitantur. ad pias aures christianissimi principis existimemus deferenda. Si enim secus quam oportet ueniat. non uos id facere qui cuncta equa moderatione componitis sed per nos per nostram tacentem desidiam uidebimur. quod ciuitatis quietem et ecclesie pacem peruertere ualeat admisisse. Cum enim humanis rebus diuine cultor religionis domino fauente presideas. nostra culpa erit. si non id uestra regalia quam certum est diuinis rebus semper animo fauisse. per meliorem et firmo et stabili iure custodiat. quod per tot annorum seriem sumpsit etiam principibus optinuit quos nulla nostre religionis cura constrinxerit. i. ut licita fuerint. et sub uestro imperio clementie minime quesita illicita formident. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam christianissime imperator meo quod est in me ore. sed suo uenerabili affectu appellat. quam christus dominus noster uere fidei rector. et uestri gubernator imperii sibi uni desponsatam. et intactam uirginem seruat. ne in ea aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi. et quietam satis tempestatis insolito tumore turbari gloriosissime et tranquillissime imperator auguste. Ipsa uero que uni desponsata est. uestra tamen mater ecclesia est. pietatem uestram legationem quam suis sacerdotibus commisit appellat. presentia per sententiam repetit. uobis inquit religiosissime imperantibus modo tutus est populus tam fidus deo quam tibi principi christiano. Ecce enim ministeria inter preces suas quas ecclesia pro felicitate uestri de... pendit impium teste apostolo quem quodecimus sedes agitur sancto petro sollicitus pro religionis obseruantia uocibus clamat. cum sollicita petitione miscetur oratio. ne hos inuasores soluto temptatore occulte sollicitate semel excussa discordia distrahat. Augentur pluribus princeps christianissime mater ecclesia. uiri aperte suarum esse secuta causarum et in oppositionibus idolorum. inhere ti... fide tua correctionibus; diuino cultui pariter cum imperio florente semper uicisset. Hoc refugium presidium tue mansuetudinis. nostrum animum cum sue religionis ueneratione coniunctum cum quicquid huic proficeat uos agatis. et conferatis fratribus et cum sacerdotibus meis probatissimis uiris ame et ab omnibus qui ecclesiam faciunt legatis. quibus prosequentibus precamur facere causa religionis ut in urbe uestre mansuetudinis. hoc animo quo postulatis. annuitis. in perpetuum statum uniuersalis ecclesie consulatis. Item. Rescriptum honorii ad bonifatium papam.

Uictor honorius inclitus triumphator semper augustus. sancto ac uenerabili bonifatio pape urbis eterne. Scripta beatitudinis tue debita reuerentie gratulatione suscepimus quibus recensitis egimus omnipotenti deo. maximas gratias. quod sanctimonia tua post longum morbum optatam redditam dicitur sanitati. et ideo reuerentibus uenerabilibus uiris gaudentium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus ac petimus uti cotidianis orationibus aptatus tuus studium deuotum suum circa salutem atque imperium nostrum impendere dignetur. Illud autem pietati nostre satis placuisse cognosce. quod sanctimonia tua de ecclesiarum ac populi perturbatione sollicita est. que ut aliqua ratione non possit euenire satis. clementia nostra credidit esse prouisum. denique prouidente beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam uolumus peruenire. ut si quid forte religioni tue quod non optamus humana sorte contigerit. sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Et si duo contra fas temere. ut supra. et infra. uero nullo de his futurum esse ordinandum. ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis uestre ammonitione custodiant. nec aliquid seditiosis conspirationibus audeant temptare. cum certum sit nulli partium sua studia profutura;

Sine signatis apicibus non est mos romane ecclesie uniuscuiusque legationem suscipere; Unde nicholaus papa; Romanus pontifex non consueuit

sine signatis apicibus legatione quilibet suscipere.

Nobilissimus uir atque strenuus uir subli-mitatis legatus licet nullam epistolam iux-ta consuetudinem a uobis nostro pontificio de-tulisset. nunquam apostolice sedis mos fuit ab-sque signatis apicibus uniuscuiusque legationem suscipere. nos tamen uos in illa honorantes eius gravitatem et eloquiorum illius ueritatis cognoscentes assertiones. nichilominus eum et sicut decuit suscepimus. et sicut ei ho-nestum fuit credidimus.

D. XCVIII

Que circa ordi-nandos observanda sunt que in eorum electione di-ligenter sunt consideranda multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia ueritas rei non num-quam obscuratur mutatione prouincie. de-cretum est sacris canonibus. ut peregrini nisi qui-cumque uel eo amplius suorum episcoporum fuerint com-mendati cyrographis non ordinentur. Unde Innocentius pp. generali sinodo presidens dixit. Nullus episcoporum sine signatis manu hominem ad clericatum nullus suscipiat.

Nullus aliqua ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradus suscipiat nisi quinque uel eo amplius episcoporum designatus sit cyrographis.

Item Anastasius urbis rome episcopus omnibus episcopis.

Transmarinos homines in clericatus. De eo dem. honore nemo suscipiat nisi quinque aut eo amplius episcoporum cyrographis fuerint designati. quia per subreptionem multa solent euenire. Item Gregorius Romane ecclesie presul Sauillitano episcopo. De eo dem.

Afros passim et ignaros et peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipi-as quia afrorum alii quidem sunt manichei alii rebaptizati sunt. peregrini uero plurimi in minoribus ordinibus constituti fortiores de se prtendunt se honores sepe probati sunt. Item ex concilio Elibertano.

Non sunt promouendi clericos qui peregre baptizati sunt.

Omnes qui in peregrinatione fuerint. etc.

baptizati eo quod eorum minime sit cognita uita placuit ad clerum non esse admitten-dos in alienis prouinciis.

D. XCVIIII

De primatibus autem quorum superius mentionem fecimus queritur quem gra-dum in ecclesia optineant. an in aliquo a pa-triarchis differant. Quam obedientiam archiepi-scopi eis debeant. primates et patriarche diuersorum sunt nominum. sed eiusdem officii. ab archiepiscopis autem quotiens(que) cumque necesse fuerit episcopi ad primates appellant. sed a primatibus ad archiepiscopos appe-llari non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus que sunt ab eis iuste fuerint imperata. Unde Anacletus pp. ait. Que obedientia

Prouincie sit exhibenda primatibus et patriarchis. multo ante Christi aduentum tempore diuise sunt. maxima ex parte. et postea ab apostolis et beato Clemente predecessore nostro ipsa diuisio renoua-ta est. et in capite omnium prouinciarum ut ci-uium primates legis erant sed ac prima iu-diciaria potestas; ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur quando eis necesse erat. qui ad aulam imperatoris uel regum confugere non poterant. uel quibus permissum non erat. confugiebant pro oppressionibus uel iniusticiis suis. ipsos appellabantque quotiens opus erat sicut in lege eorum preceptum erat. ipsi quoque in ciuitatibus uel locis. nostris patriarchas uel primates qui unam formam tenent. licet diuersa sint nomina leges diuine et ecclesiastice poni et esse iusserunt ad quos episcopi si necesse fu-erit confugerent eosque appellarent. et ipsi nomine primatum fruerentur. Relique uero me-tropoline ciuitates que minores habebant iudices. licet maiores comitibus essent. ha-berent metropolitanos suos. qui prefectis iuste obedirent primatibus sicut et legibus; scilicet olim ordinatum erat. qui non prima-tum. sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Item Anicius. Non uocentur primates nisi qui primas sedes tenent.

Nulli archiepiscopi primates uocentur. nisi illi qui primas tenent sedes quarum episcopos apostoli eorumque successores regulariter patriarchas uel primates esse constituerunt. nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur. cui necesse sit propter multitudinem primatem constitui. Reliqui metropoli-tani nominentur qui alias metropoles te-nent. Item ex concilio Africano. Princeps sacerdotum aut summus sacerdos non appelletur prime sedis episcopus.

Prime sedis episcopus non appelletur princeps sacer-dotum aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi sed tantum prime sedis episcopus. Uniuersalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur. Unde Pelagius pp. omnibus episcopis. Nec etiam Romanus pontifex uniuersalis est appellandus.

Nullus patriarcharum uniuersalitatis uocabulo umquam utatur quia si summus patriarcha uniuersalis dicitur. patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc a fidelibus hoc sibi uelle quem-piam arripere. unde honorem fratrum suorum immi-nuere ex quantulacumque uideatur parte. Quia pp. caritas uestra neminem umquam suis in epistolis uniuersalem nominet. ne sibi debitum subtrahat. cum alteri honorem offert in-debitum. Item Gregorius Eulogio patriar-che Alexandrino. De eo dem.

Ecce in prefatione epistole quam ad me ipsum qui prohibui direxistis superbe appellationis uerbum uniuersalem me pp. dicens. imprimere curastis. Quod peto mihi dulcissima



scitas uestra ultra non faciat. quia
uobis subtrahitur quod alii plusquam ratio
exigit prebetur. ego non uobis quero prosperari set
moribus. nec honorem esse deputo in quo fratres
meos honorem suum perdere cognosco. Meus
namque honor est uniuersalis ecclesie. Meus honor
est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego honora-
tus sum cum singulis quibusque honor debi-
tus non negatur. Si enim uniuersalem me
papam uestra scitas dicit, negat se hoc esse quod me
fatetur uniuersum. Sed absit hoc. recedant uer-
ba que unitatem inflant, caritatem uul-
nerant. Episcopum autem ordinare ante pal-
lium acceptum nec archiepiscopo nec primati nec
patriarche licet. Quod ex auctoritate Pelagii
pape licet minus euidenter datur intelligi:
Ait enim Pelagius papa. Infra tres menses fidem
suam exponere et pallium postulare archiepiscopi debent metro-
politani suas sedes.
Quoniam quidam metropolitanorum
fidem suam secundum priscam consuetudinem sedi sancte
apostolice exponere detrectantes, usum pallii
nec expetunt nec percipiunt, ac per hoc episcoporum
consecratio uiduatis ecclesiis non sine periculis
protelatur, placuit ut quisque metropolita-
nus ultra tres menses consecrationis sue ad
fidem suam exponendam palliumque susci-
piendum ad apostolicam sedem non miserit, com-
missa sibi careat dignitate, sitque licentia
metropolitanis aliis post secundam et tertiam com-
monitionem uiduatis ecclesiis cum consilio Roma-
ni pontificis ordinando episcopum subuenire.
Si uero consecrandi episcopi negligentia peruenerit ut
ultra tres menses ecclesia uiduata consistat,
communione priuetur, quousque loco aut cedat
aut consecrandum se offerre non differat. Quod
si ultra .v. menses per suam negligentiam reti-
nuit uiduatam ecclesiam, neque ibi neque alibi
consecrationis donum percipiat, immo metro-
politani iudicio suo cedat. Item Gregorius papa
Brunichelde regine. Honor pallii non datur
nisi meritis exigentibus fortiter postulanti.
Prisca consuetudo optinuit ut honor pallii
nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postu-
lanti dari non debeat. Item Gregorius Iohanni Co-
rinthiorum episcopo. De eodem.
Nouit fraternitas tua quia prius pallium non dato
commodo non dabatur. Quod quam incon-
gruum erat facto concilio ante corpus beati
apostolorum principis tam de hoc quam de ordinatio-
nibus aliquid accipere sub districta interdictio-
ne uetuimus. Oportet ergo ut neque pro eo mo-
dum neque pro gratiam aut quorundam supplicati-
onem aliquos ad sacros ordines consentiatis
uel permittatis adduci. Cauendum uero nimia

accipienda sunt. ut et is qui postulat merea-
tur accipere, et fidei sue professionem prius iuramento
confirmet, et apostolicis decretis atque sinodalibus sta-
tutis se obediturum nichilominus caueat. Pallio autem
non nisi certis diebus et intra ecclesiam ad missarum
sollempnia cuiquam metropolitano uti licebit.
Unde Iohannes episcopus Guillberto Agripinensi episcopo. Nisi post consue-
tam fidei professionem pallium dari non debet.
Optatum tibi pallium nec conferre nequiuimus,
quia fidei tue paginam minus quam oporte-
at continere repperimus, cum uidelicet nullam in ea
sanctarum uniuersalium sinodorum in quibus fidei nostre
simbolum continetur, nec decretalium ponti-
ficum Romanorum constitutionum secundum morem feceris
mentionem. Sed nec illam propria subscriptione munie-
ras nec aliquem qui hanc iure iurando firma-
ret misisti. Item Gregorius Aregio episcopo Francorum. Qui
pallium uult habere debet prius illicita a se mouere promittat.
In ea sinodo quam contra simoniacam heresim per fratrem et co-
episcopum nostrum Siagrium decreuimus congregari, sci-
tatem uestram uolumus interesse, atque eidem fraternitati
pallium quod nos transmisimus tribui, si prius se
promiserit illicita que prohibuimus per diffinitionem
sinodi a sancta ecclesia remouere, de qua sinodo omnem
nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem uo-
lumus scriptis discurrentibus nuntiare, ut ipse
cuius nobis scitas ualde accepta est nos reddat de
omnibus certiores. Item Uirgilio episcopo Arelatensi. Non
nisi ad missarum sollempnia archiepiscopo uti pallio licet.
Pallium tibi transmisimus quo fraternitas tua in-
tra ecclesiam ad sola missarum sollempnia utatur.
Item Iohanni episcopo Rauennati. De eodem.
Non multum temporis interuallum est, quod querelam no-
bis de tua fraternitate fuerant nuntiata, de quibus
nobis ueniente illuc Castorio notario sancte cui
deo auctore presidemus ecclesie subtiliter non indi-
casse meminimus. Peruenerat namque ad nos
quedam in ecclesia uestra esse consuetudinis atque hu-
militatis terminum geri, que sola ut bene no-
stis est officii sacerdotalis erectio. Que si sapien-
tia uestra uel mansuete ut cum epistolis suscepis-
set studio, si de illis accendi debuerat, sic op-
tuerat hec eadem cum gratiarum actione corrige-
re. Contra morem quippe ecclesiasticum esse non
patientissime tollatur, quod a nobis absit
etiam iniusta correctio. Et infra. Hinc
tibi non putamus ignotum quod prope de
nullo metropolitano in quibuslibet mundi par-
tibus sit auditum extra missarum tempus usum
sibi pallii uendicasse. Et quod bonam hanc consue-
tudinem generat ecclesie nouitas. Unde nobis mani-
festis significastis epistolis quibus preceptum be-
ate memorie decessoris nostri Iohannis pape nobis
in subditis transmisistis adnexum, continens

omnis consuetudines et privilegio decessorum nostrorum concessas vobis vestreque ecclesie debere conservari. Confitemini ergo aliam esse generalem ecclesie consuetudinem, postremam ea que geritis vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo nobis in hac re ut arbitramur poterit remanere dubietas; aut enim more omnium metropolitanorum et alia esse servata teste vanitatis, aut sicut ecclesie aliquod specialiter dicit esse concessum preceptum ne a prioribus romane sedis pontificibus. Quod hec ravennati ecclesie sit concessa, a vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenderit, restat postquam talia agere nec consuetudine generali, nec privilegio vendicare usurpasse te comprobes quod fecisti. Et infra. Decorari pallio volumus fortasse motibus indecori. Dum nichil in episcopali cervice splendidius quam fulget humilitas. Oportet ergo fraternitatem tuam si honores suos cuiuslibet argumentis stabili proposuit mente defende, aut generalitatis usum ex nostro scripto sequi aut excepto privilegiis se tueri. Quod si postremo mete horum esse ultimus metropolitanis huius te prebere nolumus presumptionis exemplum.

Privilegia quandoque semper cum usu pallii debent concedi. Unde idem Gregorius Siagrio episcopo Augustensi.

Rationis ordo omnino nos ammonet ut cum usu pallii aliqua largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere ut cultui vestium actionum quoque ornamenta conveniant. Oportet ut experientia in cunctis studiis se una fraternitas exerceat, et circa subiectorum actus sit evigilans.

Idem Iohanni episcopo prime Iustiniane Ylirice. Usu pallii conceditur, et antiqua privilegia innovantur.

Pallium vobis ex more transmisimus, et vices vos apostolice sedis agere iterata innovatione decernimus. Idem episcopis Epiri; de eadem.

Scriptorum vestrorum insinuatio fratris karissimi patefecit Andream Nicomediane civitatis episcopum domino propitio sollempniter ordinatum cui pallium nos direxisse cognoscite atque cuncta privilegia concessisse que predecessoris nostri eius predecessoribus contulerunt.

In una autem provincia duo metropolitani esse non debent. Sicut in Calcedonensi concilio statutum est. Duo metropolitani in eadem provintia esse non debent.

Pervenit ad nos quod quidam preter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per pragmaticum sacrum unam potentiam provintiam in duas dividant, et ex hoc inveniunt duo metropolitani episcopi in una et eadem provintia esse. Statuit ergo sancta sinodus deinceps nichil tale attemptari a quolibet episcopo. Eos vero qui aliquid tale attemptaverint cadere de proprio gradu.

Hactenus de electione et ordinatione clericorum tractavimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus, et ut facile liqueat quid super hanc diversim sanctorum patrum decrevit auctoritas, causa deducatur in medium, cuius negotium et de scientia a simoniacis ordinatis, et de ignoranter a simoniacis consecratis, et de ordinationibus que per pecuniam fuerint continentur.

CAUSA PRIMA

QUIDAM habens filium obtulit eum ditissimo cenobio. Exactus ab abbate et a fratribus x. libras solvit, ut filius susciperetur. Ipso tamen beneficio etatis hoc ignorante, crevit puer, et procedente tempore ad sacerdotii gradum pervenit, exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur. Interveniente obsequio et patris precibus data quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi consecutus iste antistitem nescius patris obsequium et oblate pecunie. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniam ordinavit, quibus dam vero gratis benedictionem sacerdotalem dedit. Tandem apud metropolitanum suum accusatus et convictus sententiam in se dampnationis accepit.

Hic primum queritur, an sit peccatum emere spiritualia. Secundo an pro ingressu ecclesie sit exigenda pecunia, vel si exacta fuerit an sit persolvenda. Tertio queritur an ingressum vel prebendas ecclesie emere sit simonia. Quarto an sit iste reus criminis, quod eo ignorante pater admisit. Quinto an liceat ei esse in ecclesia vel fungi ea ordinatione quam paterna pecunia est assecutus. Sexto an illi qui ab eo in simoniaco ignoranter ordinati sunt sint abiciendi an non. Septimo si renuntians sue prelationi sit recipiendus in episcopali dignitate vel non.

Quod autem spiritualia emere peccatum sit probatur multorum auctoritatibus. Ait enim Leo papa;

Simoniaci non probant quia vendere querunt.

Gratia si non gratis datur vel accipitur, gratia non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt. Ergo gratiam que maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur non accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent. Si autem non habent, nec gratis nec non gratis cuiquam

dare possunt. Quod quod dant. profecto quod habent. Quod autem habent, spiritum utique sanctum. Quomodo hoc probamus? Quia si spiritus ueritatis testante ipsa ueritate, quem a patre procedit, gratis accipitur, procul dubio spiritus sanctus mercari esse conuincitur, qui non gratis accipit. Item Gregorius siagrio episcopo augustensi.

Inanis sacerdos dicitur quicumque simoniace ordinare studet per elationem. *Unde supra.*

Quicumque studet per elationem sacrum ordinem accipere sacerdos non esse, set inaniter tantummodo dici concupiscit. Item in registro. *Spoliantur honore qui ecclesiam per pecuniam optinent.*

Presbiter si ecclesiam per pecuniam optinuerit, non solum non ecclesia priuetur, set etiam sacerdotii honore spolietur, quia altare et decimas et spiritum sanctum emere uel uendere simoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat. Item. *In eodem.*

Benedictio illi in maledictionem conuertetur, qui ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Item in eodem. *Partem habebit cum Simone qui ecclesias simoniaco uehementer non arguit.*

Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Quisquis quoque esse simoniacam et neophitorum heresim pro officii sui loco uehementer non exarserit, cum eo se non dubitet habiturum portionem, qui prius commisit hoc piaculare flagitium. Item Gelasius. *Simoniis dampnatio datur et accipienti inuoluit.*

Quos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse precio dignitatem, conuictos oportet arceri non sine periculo facinus tale perpetrantes. Quia dantem pariter et accipientem dampnatio simonis, quam sacra lectio testatur, inuoluit. Item Ambrosius in libro pastorali. *Antichristi sententia dampnantur qui simoniaci reperiuntur.*

Reperiuntur quam plurimi negotiatione odibili mutuum mercari uelle gratiam spiritus sancti, cum illi precium donant ut pontificalis ordinis sublimitatem accipiant, obliti uerborum Petri qui dicit ad Simonem: pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum dei pecunia possideri. Proinde quia usitatum est tam malum, et maiorum extat frequentia mucrone succisum. Nos quoque huic uulneri canceroso ignitum, quod super est adhuc inicimus ferrum, decernentes omnino, ut quicumque deinceps pro accipienda cuiuslibet dignitate doni quodlibet premium detectus fuerit optulisse, excedente ipse se nouerit anathematis obprobrio condempnatum atque a participatione corporis et sanguinis Christi se nouerit alienum. Ex quo illum constat execrabile Christo peregisse flagitium. Quod si aliquis eius accusator extiterit, ille qui hunc ordinem munerum fuerit datione lucratus, et suscepto honoris gradu priuetur, et in monasterio sub perpetua penitentia retrudatur. Item Ieronimus. Qui hac de causa munera acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris sui amissione mulctentur. Si uero laici, perpetuo anathemate condempnentur. Item ex concilio calcedonensi. *Dampnatur episcopus qui per pecuniam ordinationem facit.*

Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, et sub precio redegerit spiritus sancti gratiam quem uendi non potest, ordinaueritque per pecuniam presbiterum aut diaconem uel quemlibet de his qui cognominantur in clero, promouit etiam dispensatorem aut defensorem uel quemlibet qui subiectus est regule pro sui turpissimi lucri commodis, is cui hoc attemptatum probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est nichil ex hac ordinatione uel promotione que est per negotiationem facta proficiat, set sit alienus a dignitate uel sollicitudine quam pecuniis acquisiuit. Si quis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis extiterit, siquidem clericus fuerit, a proprio gradu decidat. Si uero laicus, anathematizetur. Item ex octaua sinodo.

Qui per pecuniam quemquam consecrauerit, uel ab alio consecratus est, alienus a sacerdotio sit. Item Calixtus papa. *Nec ordinari nec promoueri...*

Sanctorum patrum *in ecclesia dei per pecuniam ... ualet.* exempla sequentes et officii nostri debita innouantes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia dei uel promoueri auctoritate sedis apostolice modis omnibus prohibemus. Si quis uero in ecclesia ordinationem uel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate. Item Gregorius Nazanzenus.

Qui studet donum dei precio mercari, in sacro ordine nulla ratione decreto permanere aut reuocari posse dubium non est. Talis accusatione omnibus modis abscidatur. Nam spiritus sancti donum precio comparari quid aliud est quam capitale crimen et simoniaca heresis? Quod quam detestabile multorum testo uindicatum sit, multorum exemplis facile apparet. Giezi enim gratiam sanitatis Naaman Siro uendidit, eandem gratiam sanitatis heliseo uendicante lepra sit factus ammisit. Iudas omnium redemptorem uendidit, mox laqueo suspensus eandem redemptoris gratiam non optinuit et merito, quia nemo potest retinere quod uendidit. Simon etiam magus cum eandem spiritus sancti gratiam emere uellet, dampnationis sue sententiam aperte audiuit: Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum dei existimasti pecunia possideri. Dominus etiam ut uendentes et ementes huius gratie expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter uendentes et ementes increpans et flagellans de templo eiecit. Quo

uenderes et

uenditores et emptores suos gratia spiritus sancti constat destitutos esse et uacuos. Quos enim Christus eiecit de templo, nunquam Christi spiritus faciet sibi templum. Item Gregorius. **Simoniaci sacerdotes esse non possunt.**

Quicumque sacros ordines uendunt aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est: anathema danti, anathema accipienti. Hec est simoniaca heresis. Quomodo ergo si anathema sunt et sancti non sunt, sanctificare alios possunt? Et cum in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere uel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest? Item.

Cum liqueat hanc heresim ante omnia radice pestifera subrepsisse, atque in ipsa origine sua apostolica esse detestatione dampnatam, cur non cauetur? cur non perpenditur quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc ut fiat hereticus promouetur? Item Ambrosius de misteriis. **Qui pretio ordinat leprosum.**

Cum ordinaretur episcopus, **non officium confert.** quod dedit aurum fuit, quod perdidit anima fuit. Cum aliquem ordinaret, quod accepit aurum fuit, quod dedit lepra fuit. Item.

Gratiam cum ordinareris non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti. Item de Giezi. Cito ipse sequitur lepra mercedem et pecunia male quesita corpus animamque contaminat. Vides quia facto auctoris successio dampnatur heredis. Inexpiabilis enim est uenditi culpa misterii, et uindicta gratie celestis transit in posteros. Denique Moabite et Ceci non intrabunt in ecclesiam dei usque in decimam et quartam generationem. Tam diu uidelicet simpliciter in perpetuum, donec culpam auctorum multiplex successio generationis aboleret. Sed cum illi qui in deum idolatrie errore deliquerunt in quartam generationem uideantur esse multati, durior profecto uidetur esse sententia, quia Giezi semen usque in eternum per cupiditatem benedicti prophetica auctoritate dampnatur. Presertim cum dominus noster Ihesus Christus per lauacrum regenerationem omnibus remissionem omnium peccatorum dedit. Cur ergo Giezi semen in eternum dampnatur, nisi ut uitiorum magis quam generis semen intelligas? Sicut enim qui filii promissionis sunt extimantur in semen bonum, ita etiam qui erroris sunt extimantur in semen malum. Nam et Iudei ex patre diabolo sunt, non utique carnis successione set criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi lepram cum diuitiis suis possident, et male quesita mercede non tam patrimonii facultatem quam thesaurum criminum congregant, eterno supplicio et breui fructu. Quia ergo auctoritate Leonis pape simoniaci non in spiritu ordinatum

(second column)

Ita namque Macedones episcopi quibus hoc scribit Innocentius, uel alia priorum fecerunt questiones. Prima erat utrum quis uiduam ducens uxorem possit promoueri. l. factus clericus. pro hoc ubi etiam degradari cuius determinationem ponit. s. di. xxxiiii. Si quis uiduam. Secunda erat utrum dicendus esset bi...

accipiunt, et secundum Gregorium apostolicum simoniacos sacerdotium non subsistit, benedictio eorum in maledictionem constituitur. Apud eos manet anathema danti et accipienti. Cum sancti non sint, nec in Christi constituti corpore, cum sint maledicti, nec sanctificare eos possunt alios, nec corpus Christi tradere uel accipere, nec benedicere aliis ualent. Secundum Ambrosium uero anathematis obprobrio condempnantur atque a participatione corporis et sanguinis Christi alienantur, cum accipiatur aurum et lepra detur. Cum inexpiabilis sit culpa uenditi ministerii, et ea lectione uel consecratione nichil proficere iudicatur. Et qui secundum Gelasium Simonis dampnatione inuoluuntur, secundum Gregorium Nazanzenum in sacro ordine permanere aut reuocari nulla ratione possunt. Ab Heliseo lepra perfunduntur, a Petro in dampnatione dampnantur, a Christo uero de templo eiciuntur. Quid ergo aliud simoniacus simoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de ceteris hereticis testatur, ita dicens: **Qui a spiritu perfectione non habuit dare non potest.**

Qui perfectionem spiritus quam acceperant perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt, que maxime operatur in ordinationibus, quam per perfidiam perdiderunt. Et iterum. Qui honorem non habuit, honorem dare non potuit, nec aliquid ille accepit, quia nichil erat in dante, nisi dampnationem quam habuit per prauam manus inpositionem dedit. Idem. **Simoniaci per prauam manus inpositionem dampnationem non perfectionem prestant.**

Venientibus ad tertiam questionem, que pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cum nos dicimus ab hereticis ordinatos uulneratum per illam manus inpositionem habere caput. Ubi uulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem, que sanitas post uulnus secuta sine cicatrice esse non potest. Atque ubi penitentie remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. Nam sic legitur, quod qui tetigit inmundum inmundus erit. quomodo ei tribuetur quod munditia et puritas consueuit accipere. Sed econtra asseritur, eum qui honorem amisit honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nichil in dante erat quod ille posset accipere. Adquiescimus et uerum est, quia quod non habuit dare non potuit. Dampnationem utique quam habuit per prauam manus inpositionem dedit, et qui particeps factus est dampnationis, quomodo honorem debeat accipere inuenire non possum. Sed dicet

uera et iusta legitimi sacerdotis benedictio, aufert omne uitium quod uitioso fuat inuectum. Ergo si ita ē. applicentur ad ordinationem sacrilegi. atque omni eminentium rei. ea benedictione ordinationis crimina uel uitia putant auferri. nullus penitentie locus sit. quia id pōt pstare reordinatio quod longa satisfactio pstare consueuit. Sed intre ipē eccle. uenientib: ab hereticis qui tm̄ illic baptizati s̄. pmanicus in posi tionem laicam tm̄mō tribuere cōnionem n̄ ex his aliquem in eclēatus ordine ł ex eiguū subgare consueu. Sed obicit. alii heretici a fide exorbitant. Simoniaci aūt et si grām sps̄. s. uenalem putent. tn̄ a fide alieni non s̄. atque ideō quod ab innocentio decretis hereticis decernitur. n̄ ualet dein consequent̄ intelligi. huic ita respondet. simoniaci et si fidem tenē uideantur. infidelitatis. tn̄ pditioni subiciunt. vn̄ beatus abr̄ in ii. li. de peniten tia adnouatianum scribens ait; Simo

Petrus. niaci fidi integritate non habent cum simō magice artis consuetudine dep uatus putasset quod grām xp̄i. p inpositionem manuus. et infusione sps̄. s. pecunia conparet. ait. Non ē tibi sors. neque pars in hac fide. quia cor tuum. non ē rectum apud deum. Vide quod hunc magica arte blasphemantem i spū scō aplica auctoritate contempnat. et eo magis quod p̄iram consciam fidei n̄ habe bat. Item. gg. in registro. Simoniacum i

Cum omni auaritia ydolorum. fidelis ee phat sit seruitus. quisquis hanc et maxime in dandis ecclasticis honorib; uigilans n̄ pcauet. i fidelitatis pditioni subicitur. etiam si tenē fi dem quam neglig̃ uideatur. Ex epta thara sii constantino politani epi missa. pp̄. adriano.

Simoniacorum heresis ceteris dapnabilior ē.

Eos qui p pecunias manus inponūt. ut imposuerūt petrus cuius hui aplicus cuius cathedram sortita ē sedes nr̄a. tā quam simonē magum deponit. Tollerabilior ē enī macedonii. et eorum qui circa ipm̄ s̄. sci. s. inpugnatorum impia heresis. Illi enī creaturam et seruum dei patris. et fi. eundem s. s. deli rando fatentur. isti uō eundē s. s. suum efficiunt seruum. Omnis enim dominus quod hēt. si uult uendit. siue suū siue aliud aliquid eorum q̄ possidet. Similiter et quiemit dominus eius uolens ēē quod emerit. p p̄tium pecunie illud acquirit. Ita et qui hanc iniquam actionem opātur detrahūnt spūi scō equalit pecca tes his qui blasphemauerunt. dicentes xp̄m in belzebuth eicere demonia. atque ut uerius dicamus. unde conpant peccatori. qui uidendi

occisoribus xp̄m uendiderunt. Cum ḡ. sps̄. s. consubstantialis sit xp̄o. eiusdē ipi portionis erunt. et p culdubio inetis non ē grā sps̄. s. i. sacerdo tii scitas. Nam quod n̄ acceperunt. non hūt. Att enī petrus simoni. Non ē tibi pars neque sors in sermone isto. quia existimasti donum dī pecunia possideri. Nam et uicesimus nonus ca non scorum aplorum. et actus eorum dem et tertius et quartus liber regnorum. alienum omīo a sa cerdotio p nuntiant eum qui aliqui dederit ł. acceperit pecuniam in aliquo tpē. siū ante manus inpositionem. siue post inpositionē. Accipe enī ē. quandocumque accipe. Item.

ex con. bracarensi. secundo. Et qui dat et qui accipit

Placuit. ut. pro uordinem sac p̄rent anatha sit de ordinatione clicorum epi munā nulla suscipiant. Sed sicut scriptum ē. quod gratis donāte dō accipiunt. grātis dent. Non aliquo p̄tio. dei grā et inpositio manuū uenundetur. quia antiqua diffinitio patrum. ita de ecclasticis ordinibus statuit dicens. anathema sit danti et accipienti. pp ea quia multis sceleribus aliquanti obruti scō altario indigne ministrantes. non hoc testimonio bonorum opīm sed pfusione mūm optinent. oportet n̄ p grā munerum sed p ciligentem p̄ius discussionē. deīn p multorum testimoniū. clicos ordinare.

Ex illa auctoritate beati ambrii et ggīi pa tet quod simoniaci sicut et alii heretici a fide exorbitant. Et iō consequent deiuis in telligit. quod etiam de aliis cernitur. Itē.

Opponitur quod pphia donum sps̄. s. ē. De eo hec aūt inueti. t. a ceis pphis uendi consue uerat. vn̄ saul ad samuelem p uaticinio ex petendo. non nisi cum munē ire p̄sūpsit. Vxor etiam ierobaā ad hominē dei n̄ n̄ cum munere accessit. Item;

Xp̄s ancilla uenditus auriculam, sui sanauit. exemplo itaque saul et uxoris ierobaam. pa tet quod donum sps̄. s. emere ut uendere n̄ ē peccatum. Exemplo ḡ liquet. quod sps̄ scī et si iniuste a simoniacis uenal putet. uirtutis tam̄ sue n̄ obliuiscitur. nec desinit effectum sue grē. etiam uenditus pstare; Sed de pphia beatus ieronimus in michea conpetent soluit. malos tm̄ accepisse et non bonos denuntians; Item; mali pphe n̄

Duces inquid. boni pphetiam uendebant. eius in muniibus iudicabant. sacerdotes eius in mercede respondebant. et pphe eius in pecuniis diuinabant. et sup dnm̄ requiescebant. dicentes. Non ne dns ē in nobis. n̄ uenient sup nos mala. Jdcō pp̄ uos sion q̄ ager arabitur. et ierlm ut custodia pome

rii erit. nemo ambigat p̄p̄ scelera que ibi capto leguntur. iertm fuisse subu̅sam. Et paulo post. Poterat petrus symoni mago uendere quod petebat. imo poterat simulare uendentem. sp̄s enim s̄cs nec uendi nec emi pōt. s; oblatam pecuniam cum offerente dāpnauit. Nec moueat quemquā illud quod in p̄mo regnoꝝ ubi legimus saulem uolentem ire ad samuelem dixisse puero suo ad eum se ire non posse. q̄a p̄tiū n̄ ē in manu m̄a. 7 adiec̄ q̄ru p̄s sicli ē i manu m̄a. hāc dabo uiro dei et annuntiabit nobis uiam n̄ram. N̄ enim scriptum ē quod samuel accepit. aut quod illi optulerint quin potius pascunt̄ a p̄p̄ha. s; fac eum accepisse. stipes mag̃ ē extimā di tabnaculi quam munia p̄p̄he. Siclus enim .xx. obolos hēt. iiii. pars sicli g̃. v. ē oboli. N̄n igitur sacerdotes si uolunt uende p̄ p̄hiam et colūbam in cathedris suis p̄ponē. quas dominus flagello subuertit. s; tantum oboloꝝ sint mercede contenti. quia ul̄tima non p̄tium illaꝝ s; v. obolos accipent. h̄ t̄p̄m sonat in t̄tio regnoꝝ ubi d̄ uxore ieroboam ad homine dei p̄gente. que n̄ n̄ x. panes optulit et crustulam. et uas mell. hec mag̃ in stipēus p̄p̄he quam munera p̄p̄hie reputanda s̄. licet potuerint. hii qui ad ariolos ire consueuerant. ex mala eoꝝ consuetudine id t̄p̄m extimasse de p̄p̄his. et uoluisse s̄cis uiris offerre quod diuinis consueuerāt offerre. Vn̄ in. iiii. lib regum legitur. quod eliseus uenit ad damascū. et benedab rex sirie egrotabat. nuntiauerūq; ei dicentes. venit uir dei huc. ait rex ad azahelem. Tolle tecum munia et ua. de in occursum uiri dei. et consule p eum dn̄m. dicens. Si euadē de infirmitate hac potero. Iuit ḡ azael in occursum eius h̄ns munera secum 7 oīa bona damasci. honera xl. cameloꝝ. S; n̄ ē credendum accepisse. sicut de eodem heliseo legitur. quod naaman mundatus a lepra optulit ei munera dicens. Obsecro ut accipias benedictionē a s̄uo tuo. At ille respondit. uiuit dominus ante quem sto. quia non accipiam. Cumq; uim faceret. penitus non acquieuit. Item in eodem; Quod diuinatio in bono n̄ accipit̄.

Nonnumquam. diuinatio in bonam partem accipitur. Videbant̄ quidē s̄ eē p̄p̄he. s; quia pecuniam accipiebant. p̄p̄hia eoꝝ facta ē diuinatio.

Cum ḡ f. iet. boni p̄p̄he non munera p̄p̄hie accipiebant. s; stipes tabnaculi. mali autē accipiebant. p̄p̄hia que dei erat donum in diuinationem que diabolica ē conu̅tebatur.

quid aliud colligitur. nisi quod simoniacis quod sup̄ius dictum ē. Nulla sp̄ual' gr̄a cooperatur. Cum enim in sacramentis nec qui plantat nec qui rigat sit aliquid. s; qui incrementum dat d̄s. quis operatur in eis. si dn̄s qui incrementum dat in eis non lucet. s; ē ociosus; Item;

Quod de xp̄o dicitur. quod sicut uenditus restituit auriculam malcho et fecit mirabilia sic et sp̄s s. posset uendi. et in ip̄a uenditione suā gr̄am opari. non ualet hec similitudo. Non enim hoc operatur sp̄s s. spual' in p̄fidis mercimoniis auaricie quod xp̄s gessit corporal'. certi misterii cā. ad exemplum patientie. Si enim omni faria ē similitudo cum credatur posse uendi ut xp̄s. credatur etiā sp̄s s. posse crucifigi. quod impossibile ē. Pōt etiam intelligi. ut a similitudine n̄ recedamus. Quod sicut xp̄s uenditus non uenditori uel ementi. s; eis qui nescientes aderāt. dona sue gr̄e contulit. p quibus etiam incruce supplicauit. sic et sp̄s s. n̄ uendenti. uel ementi. s; his quī manibus eoꝝ ignorantia ducti. sacramenta dominica accipiūt. sue gr̄e effectum largiri p̄batur. Item. d icitur. quod etsi malum sit ecclastica emere. tamē sepe sinistra p̄ncipia ad felices p̄uenirūt exitus. ut iacob p supplantationē p̄uenit ad benedictionem. ut seges que lepsa manu seritur. munda tn̄ metitur. ut ex adulterino concubitu pulcra soboles nascit̄. sic et pecunia que p simoniam acquiritur felicem hēt exitum cum paupibus fructuura erogatur. S; nichil hoꝝ simoniacis patrocinatur. Ait enim leo ep̄s ad mauros epos. Quod de malo inchoat̄ p̄ncipio n̄ p̄agit̄ bō exitu;

Principatus quem aut seditio extorsit aut ambitus occupauit. etiam si moribus aut actibus n̄ offendit. ipsius tn̄ initii sui ē p̄niciosus exemplo. et difficile ē ut bō p̄agantur exitu que malo sunt inchoata p̄ncipio;

Item gg̃. antioceno epō. Nō sup bonū opus ubi xp̄i fundamentū non ē.

Cum paulus dicat fundamentum aliud nemo pōt ponere. p̄t id quod positum ē quod ē xp̄s ih̄s. consequenter p̄batur. quia ubi xp̄s non ē fundamentum. nullius boni opis. sup̄ edificium. Idē. si ago epō; Nō pōt fieri elimosina ex pecunia symoniace acq̄sita

Non ē putanda elemosina si paupibus dispensetur. quod ex illicitis rebus acquiritur. quia qui hac intentione male accepit ut bene dispenset. grauatur potius quam iuuetur. Vnde etiam certum ē. quia et

simoniasteria ut xenodochia uel aliquid aliud ex pecunia que pro sacris ordinibus datur construantur non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu elimosine cum peccato aliquid studeamus accipere, prohibet scriptura dicens. Hostie impiorum abhominabiles sunt que offeruntur ex scelere. Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est. Honora dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit ut quasi bene prebeat, constat sine dubio quia dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si uictimet filium in conspectu patris. Quantus autem sit dolor patris perpendamus, si in eius conspectu filius uictimetur. et hoc facile cognoscitur quanto dolore apud deum exaspetur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est sub obtentu elemosine peccata simoniace heresos perpetrare. Nam aliud est propter peccatum elemosinas facere. aliud propter elemosinas peccatum perpetrare. Et post pauca. Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius uires suas cum eo quod est subiturus honore metiatur, ut se et impar abstineat, et ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat accedat. Item Theoderico et Theodoberto regibus Francorum. **Pastor simoniacus nullam ouibus prebet medelam.**

Fertur simoniaca heresis que prima contra dei ecclesiam diabolica supplantatione subrepsit, et in ipso ortu suo zelo apostolice ultionis percussa atque dampnata est, in regni uestri finibus dominari. Cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum uita. Si enim uita deest, fides meritum non habet. Beato Iacobo attestante, qui ait. Fides sine operibus mortua est. Que enim opera esse ualeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur optinere per premium. Et post pauca. Hinc non solum in ordinatoris et ordinati animam letale uulnus infigitur, uerum etiam excellentie uestre regnum uirorum episcoporum culpa quorum magis intercessionibus iuuari debuerat, prograuatur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed premiorum copia suffragatur, restat ut nichil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nichil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor optineat. Et dum uitia remuneratur honor in locum ultoris, is fortasse cui faciat ulciscendus adducitur. atque in sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur.

Uulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? Aut quomodo populum orationis tueatur clipeo, qui iaculis hostium sese feriendum exponit? Aut qualem fructum esse producturus est, cuius grauiter peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui dei magis in se iracundiam prouocent, quam per se met ipsos placare debuerant. Cum ergo secundum Leonem simonia non bono pagatur exitu, et ergo nullum boni operis sequatur ecclesie fructum, nec est putanda elimosina que ex pretio simonie erogatur pauperibus. Uulnerato pastore medicina non adhibetur curandis ouibus, de infecta radice fructus non producitur, maior etiam calamitas in futuro metuitur. de tam sinistro principio quis felix exitus speratur? Hinc etiam Augustinus ait. **Simonia corpus sacramenta effectu gratie caret.**

Sicut eunuchus fuit qui Ioseph comparauit, ita qui gratiam mercatur, uirum semini non habet, siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificii qui per septuaginta annos Babilonice captiuitatis sub aqua uixerat, extinctus est Antiocho Iasoni uendente sacerdotium. Quod significauit ignem spiritus sancti non lucere in sacramentis simoniacis. Quibus similitudinibus beatus Augustinus notare uoluit, non quia sacramenta simoniacorum sicut et ceterorum hereticorum licet sint uera quantum ad formam, inania tamen et falsa sunt quantum ad effectum, cum non possint in cordibus bonum gignere uel accendere celeste gratiam. Sed obicitur illud Augustini contra hereticos. **Siue bonus siue malus sit minister, pariter effectu gratie confert.**

Si fuerit iustus minister, computo eum cum Paulo qui gloriam suam non querit dicens. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Qui uero superbus fuerit minister, cum zabulo computabitur, sed non contaminat donum dei quod per illum purus fluuius transit et uenit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum facere non potest. Per lapideos canales transit aqua ad areolas, in canali lapideo nichil generat, sed ortus fructum plurimum affert. Spiritualis enim uirtus sacramenti ut lux pura ab illuminandis excipitur, et si per inmundos transiens non inquinatur. Item ad Iulianum contra Donatistam. **De eodem.**

Ex catholica ecclesia sunt omnia sacramenta dominica que sic habetis et datis sicut habebantur et dabantur, prius quam inde exiretis. Item ad Donatistas. **De eodem.**

Sic autem deus adest sacramentis et uerbis suis per quoslibet ministrentur, quorum sacramenta

et uerba recta sunt. sicut mali homines. quibus inclusi presunt. ubique positi sunt intus et foris.

Item. De eodem.

Nec foris ergo nec intus quisquam qui ex parte diaboli est potest in se uel in quoquam maculare sacramentum quod est Christi. Item ad emeritum.

Sacramenta que non mutantur catholici tenent.

Sacramenta que non mutastis. sicut habetis approbantur a nobis. ne forte cum uestram prauitatem corrigere uolumus. illis misteriis que in uestra prauitate deprauata non sunt sacrilegam faciamus iniuriam. Neque saul deprauauerat unctionem quam acceperat. cui percussione dauid pius sepius exhibuit tantum honorem. Idem ad donatistas. De eodem.

Sicut ficti ueraciter et non ficte recipiunt. nec eorum baptisma reprobatur. sic et illa que scismatici et heretici non aliter habent. nec aliter agunt. quia uera ecclesia. cum ad nos ueniunt non emendamus. set potius approbamus.

Idem contra petilianum. Ne effugiat sacramenta a quocumque ministrentur.

Neque in homine bono aliquis dei sacramenta fugiat. neque in homine malo. Idem in libro de bap. Hominum malitia sacramenta non prophanat.

Non ne sodomite ethnici erant. id est gentiles. at peiores ergo iudei quibus dominus dicit. Tollerabilius erit sodomis in die iudicii. quam uobis. et quibus propheta dicit. Iustificastis sodomam. id est comparatione uestra iusta facta est. Nunquid tamen ideo sacramenta diuina que apud iudeos erant talia erant quales et ipsi erant. que dominus etiam ipse suscepit. et ad ea celebranda leprosos quos ipse mundauerat misit. et ea zacharie ministranti angelus astitit. eumque in templo sacrificantem exauditum esse nuntiauit. Heedem sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant. et in malis peioribus quam sint ethnici. qui quidem in malitia sodomitis prelati sunt. et tamen illa sacramenta erant in utrisque integra et diuina. Nam et ipsi gentiles si quid diuinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt. non improbauerunt sancti uiri. quamuis illi per suas superstitiones et ydolatriam superbiamque. et ceteros prauos mores detestandi essent. et nisi corrigerentur diuino iudicio puniendi. Idem.

Sacramenta mali habere possunt licet uirtutem spiritus habere non possint.

Multe autem operationes sunt spiritus sancti. quas idem apostolus cum quodam loco commemorasset. ita conclusit. Omnia autem hec operatur unus atque idem spiritus. diuidens singulis prout uult. Cumque ergo aliud sit sacramentum quod habuit etiam simon magus potuit. aliud operatio que in malis bonis etiam fieri solet. ut in saul. aliud operatio eiusdem spiritus quam nisi boni habere non possunt. id est caritas quodlibet horum heretici et scismatici accipiant. caritas que operit multitudinem peccatorum. proprium donum est catholice unitatis et pacis. nec est eius solum in omnibus quia nec omnes sunt eius. Item. Licet

sacramenta mali ministrent remissionem peccatorum tamen non prestant.

Remissionem peccatorum. quam non dant que per orationem id est per columbe gemitum datur. Quicumque baptizet. si aduersus pacem illi pertinent quibus datur. Non enim raptoribus et feneratoribus dicit dominus. sicut dimiseritis peccata dimittuntur illi. si cui tenueritis tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquis potest nec solui. ubi non sit qui aliquem ligare possit aut soluere. sed soluitur qui cum columba fecit pacem et ligatur qui cum columba non habet pacem. siue aperte foris sit siue intus esse uideatur. Et si ergo sacramenta in modum lucis ab inmundis coinquinari non possunt sed in morem puri fluuii per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt patet quod simoniaci sacramentum unctionis sibi quidem inutiliter et perniciose habent aliis uero utiliter et salubriter eandem unctionem administrant. Sicut ergo sunt uera sacramenta hereticorum quantum ad formam. ita sunt uera et non inania quantum ad effectum. Et notandum est quod sacramentorum alia sunt necessitatis alia sunt dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem. sed ipsa sibi facit legem. Illa sacramenta que salutis sunt necessaria quia iterari non possunt cum sint uera. ac ferri et admitti non debent. sed cum penitentia rata esse permittuntur. Illa uero sacramenta que sunt dignitatis non digne fiunt administrata ita ut digni digne ac digni perhibeantur. dignitates esse desinunt non ut minuatur ueritas sacramenti. sed ut cesset officium amministrandi. uel loco uel tempore uel promotione. loco ut ait leo. De his qui a pseudo episcopis ordinantur.

Si qui a pseudo episcopis ordinati fuerint in his ecclesiis que ad proprios episcopos pertinebant et ordinatio cum consensu et iudicio presidentium facta est. potest rata haberi talis ordinatio. ita ut in ipsis ecclesiis perseuerent. aliter uana habenda est talis quia nec loco fundata est. nec auctoritate munita ordinatio. Et ecce alicuius a pseudo episcopis ordinatus si locum sue ordinationis mutauit uana est et sine amministratione erit talis ordinatio. Tempore ut ait innocentius de ordinatis a bono

§ .10. Que pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessant.

Quod pro necessitate temporis inde cessabunt. statutum est, cessante necessitate debet cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio. Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bonoso sit similiter ordinatus, cessabit ab amministratione que pro necessitate illius fuerat temporis permissa. Item pro motione ut ait Leo. Qui ab hereticis redeuntes sine spe promotionis in suis ordinibus recipiantur.

Siquis heretice promotionis contagione se maculavit, hoc in magno beneficio habeat, si adempta omni spe promotionis in eo quo invenitur ordine permaneat. Ecce sicuti ex ordinatione ut quolibet sacramento hereticis communicat, cessat a promotione, licet in suo ordine perseveret. Non est enim de hoc sacramento ut de ceteris. Certa enim, ut ad culpas abluendas dantur, ut baptismum et penitentia; ut pro culpis non in eternum sed ad horam negantur, ut eucharistia que in articulo mortis penitentibus etiam de nefariis peccatis conceditur. Hoc solum non solum pro culpa sed etiam infamia interdicitur, etiam pro imminuta munditie sue intrinsece vel extrinsece perfectionis prerogativa, ut bigamis vel vidue maritis vel illitteratis, vel corporis qualibet parte viciatis denegatur. Quibus tamen baptismus et eucharistia non negatur. Potest etiam tale certa sacramenta administrare, cui istud solum non valet conferre. Unde Leo ait: De episcopis qualem consecrant qualem consecrari non licet.

Siqui episcopi talem consecraverint sacerdotem qualem non liceat esse, etiam si aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec unquam ei sacramento interierunt, quod immerito prestiterunt. Ecce cum honoris periculum evadant, ut cetera sacramenta sacerdotalia administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro heresi vel qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligentia removentur. In quibus omnibus sollicite notandum est quod sacramentum sacerdotalis promotionis pre ceteris omnibus magis accurate et digne tandem ut accipiendum est, quia nisi ita collatum fuerit eodem sicut esse ratum quod non fuerit rite perfectum. Certa enim sacramenta unicuique pro se dantur, et unicuique talia fiunt quali corde vel conscientia accipiuntur. Istud solum non pro se solum sed pro aliis datur, et ideo necesse est ut cum corde mundo ac conscientia quantum ad se sumatur, ad alios vero non solum sine omni culpa sed etiam sine omni infamia propter fratrum scandalum, ad quorum utilitatem non solum ut prosint sed etiam ut presint sacerdotium datur. Unde Ieronimus in Michea: De impiis reatus infidelitatis eorum qui

Hii quoscumque de affectis suis, famulis, gratia ordinantes et vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizantur. Certa enim qui ad hoc eliguntur ut ceteris presint, sicut preordinant dignitate, sic preminere debent sanctitate. Alioquin cum ceteris preferuntur qui nulla meritorum gratia ceteris assumuntur. Hinc etiam Simmachus Laurentio Mediolanensi episcopo: Sic honore vita et scientia quisque precellat.

Vilissimus computandus est nisi precellat scientia et sanctitate qui est honore prestantior. Patet ergo illud Augustini sacramenta videlicet Christi per hereticos ministrata suo non carere effectu, non de omnibus intelligitur generaliter, sed de sacramento baptismatis. Unde idem Augustinus ait: Baptismum sive per bonum sive per malum ministretur, iterari non debet.

Dedit baptismum Iudas et non est baptizatum post Iudam; dedit Iohannes et baptizatum est post Iohannem, quia qui datus est a Iuda baptismus Christi est, qui autem a Iohanne, Iohannis erat. Non Iudam Iohanni, sed baptisma Christi etiam per Iude manus datum baptismo Iohannis recte preponimus. Item. Quos Iudas baptizavit et Christus. Sic ergo quos baptizat ebriosus, homicida, adulter, Christus baptizat. Item. Sacramentum ecclesie tam magnum est ut nec homicida ministrante polluatur. Item contra Donatistas. De eodem.

Sicut urgeri videor cum michi dicitur: ergo hereticus dimittit peccata cum iuste baptizat; sic et ego urgeo cum dico: ergo avarus religionis simulator peccata dimittit. Si per vim sacramenti sicut ille et ille, et si per meritum suum nec ille nec ille. Illud enim sacramentum Christi et in malis hominibus esse cognoscitur. In corpore autem unice columbe et immaculate nec ille nec ille invenitur. Ut sicuti manus esset arida verum quidem esset membrum, quamvis sine sanguine inefficax esset et mortuum; sic et fides cum sit vera, tamen sine operibus mortua est. Item. Sic in heresi baptizatus in nomine sancte trinitatis non fit tamen templum dei si ab heresi non recesserit. Quomodo nec in avaritia in eodem nomine baptizatus fit templum dei si ab avaritia non recedat, que est ydolorum servitus. Ex his itaque verbis apparet baptisma quod ab hereticis tribuitur virtute sua remissionem conferre peccatorum. Sed idem Augustinus e contra testatur in libro de baptismo dicens: Baptisma est et si nulla perversitate violetur, apud hereticos tamen caret effectu.

Etiam corde tardiores intelligunt baptisma est nulla perversitate dantis vel accipientis posse violari. Sed quia aliud est sacramentum, aliud effectus sacramenti, cum eos qui intra unitatem ecclesie positi non sunt constat remissionem peccatorum nec dare nec

[illegible]

habere posse. quia non in malignus sed bonus spiritus dictum est. si cui dimiseritis peccata dimittentur. cui tenueritis tenebuntur. Patet ergo hereticos tantum dare uel accipere sacramentum baptismi et non dare remissionem peccatorum. Item in libro de blasphemia spiritus sancti. De eodem.

Corporalia sacramenta que portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis christi formam possunt hic pietatis. uirtus uero inuisibilis et spiritualis ita in eis esse non potest. quemadmodum sensus non sequitur membrum cum amputatur a corpore. Item ambrosius in libro de initiandis rudibus. De eodem.

Non sanat baptismus perfidorum non mundat. sed polluit qui in diluuio aquarum ad dominum non approximabunt quia ut apostolus dicit. quicquid non est ex fide peccatum est. et ipsis qui faciunt et quibus faciunt non solum prodest sed ad iudicium est. Item leo papa ad nicetem episcopum. Per manus inpositionem confirmentur qui ab hereticis baptismum acceperunt.

Hii qui baptismum ab hereticis acceperunt cum antea baptizati non fuissent sola sancti spiritus inuocatione per inpositionem manus confirmandi sunt quia formam tantum baptismi sine sanctificationis uirtute sumpserunt. Et notandum est quod heretici ut arriani et sabelliani quorum alii inequalitatem. alii indiscretionem personarum confitebantur baptisma non in forma ecclesie sed sue prauitatis ministrabant. De his spetialiter ambrosius locutus est dicens. non sanat baptismus hereticorum etc. Sed etiam rebaptizentur et reordinentur. Unde in concilio niceno statutum est. Rebaptizentur et reordinentur qui de paulianistis et catafrigis ad ecclesiam redeunt.

Siquis confugit ad ecclesiam catholicam de paulianistis et catafrigis statutum sit rebaptizari eos omnino debere. Siqui uero clerici erunt apud eos si quidem inculpati fuerint. et inreprehensibiles rebaptizati sunt rursus ab episcopo catholice ecclesie ordinentur. Si uero examinati minus apti fuerint deprehensi deponi eos oportet. Similiter autem et circa diacones. et de omnibus qui in eodem clero inueniuntur. eadem forma seruabitur. Item Innocentius. De eodem.

Pauliani ut in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizant minime. et nouatiani hisdem nominibus tremendis baptizant. nec apud istos de unitate potestatis diuine hoc est patris et filii et spiritus sancti questio aliquando commota est. etc.

Cum autem formam ecclesie in baptizando seruant. sed cum ab eis baptizantur. qui in heresi uel scismate eos sciant sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt uirtutem uero non consecuntur quam nullus sine fide consequi potest. Unde de domino dicitur quod in patria sua non poterat facere signum propter incredulitatem eorum. Unde aug. in omelia lxxx. Cum uerbum accedit ad elementum fit sacramentum.

Detrahe uerbum aque quid erit nisi aqua. Accedit uerbum ad elementum et fit sacramentum. unde ista tanta uirtus aque ut corpus tangat et cor abluat. nisi faciente uerbo. non quia dicitur sed quia creditur. nam et in ipso uerbo aliud sonus transiens aliud uirtus manens. Debes etiam qui in heresi uel scismate baptizantur. Scribit aug. ad petrum diaconem dicens. Extra ecclesiam baptizati pernicie sunt cumulati si ad ecclesiam non redierint.

Firmissime tene et nullatenus dubites extra ecclesiam baptizatis si ad ecclesiam non redierint baptismo cumulari perniciem. tantum enim ualet ecclesiastice societatis communio ad salutem. ut baptismo non saluetur cum ubi non datur uel oportet ut detur. Idem. Inutilia dona que preter ecclesie unitatem habentur.

Teneamus fratres mei unitatem. preter unitatem et qui facit miraculum nichil est. In unitate populus israel erat et non faciebat miracula. preter unitatem erant magi faraonis et faciebant similia moysi. populus israel ut dixi non faciebat miracula. qui erant saluandi apud deum qui faciebant miracula. an qui non faciebant. petrus apostolus resuscitauit mortuum. simon magus fecit multa. erant quidam christiani qui non poterant facere quod faciebat petrus. nec quod faciebat simon. sed inde gaudebant quia nomina eorum scripta erant in celo. Item leo ad nicetem episcopum. Baptisma semel traditum non est reiterandum.

Hanc regulam seruandam in omnibus ecclesiis predicamus ut lauacrum semel initum nulla iteratione uioletur. dicente apostolo. unus deus una fides unum baptisma. cuius ablutio nulla iteratione uiolanda est. sed sola spiritus sanctificatio inuocanda. ut quod ab hereticis nemo accepit. a catholicis sacerdotibus consequatur. Nemo in heresi uel scismate constitutus intelligendum est. Ceterum sicut in fidei integritate et animi puritate de manu hereticorum aliquis in forma ecclesie baptisma accepit. tunc impleatur illud augustini. per lapideum canalem aqua transit. ut fluit ad areolas. Item spiritualis uirtus sacramenti etc. Item in libro de blasphemia spiritus sancti. Etiam per malos boni corriguntur.

Spiritus sanctus in sancta ecclesia. etiam in isto tempore quo uelud granum atteritur cum palea sic operatur ut nulli ueram confessionem aspernetur. nullius simulatione fallatur. atque ita re-

[illegible]

Et hac regula ut scriptum seruanda in omnibus ecclesiis predicamus ut lauacrum semel initum nulla iteratione uioletur dicente apostolo. unus deus una fides unum baptisma. cuius ablutio nulla iteratione uiolanda est. sed sola sanctificatio spiritus sancti inuocanda ut quod ab hereticis nemo accepit a catholicis sacerdotibus consequatur.

presbiteros ut etiam fugiat prius illorum ministerium presbiteros colligat. Ecce quando ab hereticis baptismus cum sua uirtute accipitur. cuius tam necessaria amministratio est. ut nec etiam a paganis datum possit reiterari; unde in ecclesiastica hystoria legitur. quod alexander episcopus alexandrie cum petri martiris sollempnia celebraret post expleta missarum sollempnia uidit super horam maris puerorum ludum imitantium ut fieri solet episcopum et gerentium que in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet. et quid egissent perscrutatur. Iubet ei ordinem pandunt baptizatos a se esse quosdam cathecuminos confitentur. Panathasium puerum qui illis fuerat episcopus simulatus. ubi ex responsis eorum uidit. que religionis nostre ritum cuncta constare statuit illis quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa. iterari baptismum non debere sed adimpleri ea que sacerdotibus mos est. hinc etiam ysidorus ait.

De his qui pignorantiam ordinantur antequam

Siquis pignorantiam ordinatur. baptizetur ante quam baptizetur debent ab eo baptizati iterum rebaptizari. et ipse ulterius non ordinetur. Sed romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat sed spiritum dei subministrare gratiam credidit baptismi. licet paganus sit qui baptizat. Quod autem cetera sacramenta ab hereticis ministrari non possunt. testatur Ieremias in ageo propheta; **Non placet deo quod ab heretici offerunt.**

Sic populus iste hereticorum omnium est. et offerunt in conspectu meo dicit dominus de quo fecerint quod michi optulerint. uel uota uel pro salute uel pacifica uel pro peccato uel holocausta siue pelemosinas siue ieiunia uel corporis castitatem contaminata erunt. in conspectu meo. quamuis enim esse sancta uideantur specie sui que offeruntur. tamen quia tractata. sunt ab illo qui pollutus est in anima. polluunt omnia Item in amos propheta. **De eodem.**

Odit deus sacrificia hereticorum et a se proicit et quotienscumque in nomine eius congregati fuerint detestatur fetorem eorum et claudit nares suas Item in osee. **De eodem.**

Illi offerunt panem sacrilegum et dant elimosinas et sectari uidentur humilitatem. Que ego si fiant uere. holocausta mea preter cum autem scientiam dei reliquerit frustra truncato capite fidei cetera membra habere se iactant Item in epistola ad galathas **Sine fide et caritate nec euangelium habetur nec ipsa aliqua bona.**

Marcion et basilides. et cetere hereticorum pestes non habent dei euangelium. quia non habent spiritum. sine quo humanum fit euangelium. quod docetur. nec putemus in uerbis scripturarum esse euangelium. sed in sensu. non superficie sed in medulla. non in sermonum foliis. sed in radice rationis. Idem. **De eodem.**

Uide quantum bonum est caritas. Si ita martirium fecerimus ut nostras uelimus ab omnibus reliquias honorari. et si opinionem uulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus. et substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus huic opinioni tam premium quam pena debetur et perfidie magis tormenta sunt. quia corona uictorie Idem ex. laudicensi. **Hereticorum benedictio maledictio est.**

Non oportet hereticorum benedictiones accipere. quoniam magis maledictiones quam benedictiones sunt. Item ex concilio martini pape. **Cum hereticis neque cum scismaticis orare licet.**

Non liceat clericis. uel laicis ab hereticis eulogias accipere quia maledictiones sunt magis quam benedictiones. Neque liceat aut cum hereticis aut cum scismaticis orare. Item leo ad anatholium constantinopolitanum episcopum;

Extra ecclesiam non sunt uera sacrificia;

In ecclesia dei que est corpus christi. autem nec rata sunt sacerdotia nec uera sacrificia nisi in proprietate sue nature uerus nos pontifex reconciliet It. leoni augusto **Impiorum manibus diuina sollicitude misteria subtrahuntur.**

Manifestum est per crudelissimam et insanissimam uesaniam in alexandrina sede omnem celestium sacramentorum lumen extinctum. et intercepta est sacrificii oblatio defecit crismatis sanctificatio. et parricidalibus manibus impiorum omnia se se subtraxere misteria Item beatus martir ciprianus contra hereticos **Sacrificia extra ecclesiam ministrari pro salute non offertur; non prosunt;**

Siquis inquit de ecclesia heretica presumptione exierit a semetipso dampnatus est. cum huiusmodi secundum apostolum nec cibum quidem debemus accipere. Declaratur hoc in libro regnorum ut cum homo dei ad ieroboam missus esset qui peccata sua exprobaret atque ultionem futuram prediceret panem illorum edere. et aquam bibere prohibitus esset. quod cum non custodisset diuina sententia interueniens morsu leonis in itinere interiit. an debet quisquam dicere sacramentum salutare et gratiam celestem communem cum hereticis esse posse cum quibus nec terrestris cibus nec secularis potus debet esse communis. Constat autem oleum unde baptizati unguntur sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. ubi spes nulla est. et fides falsa ubi omnia per mendatia geruntur. Nam hereticus more simiarum que cum homines non sint formam humanam imitantur. cultum catholice ecclesie et auctoritatem

heulogias heu bonum logos sermo. inde eulogia. i. bonus sermo quod fiebat in sinodo uel munera illa que fiebant in sinodo dantur heulogie. i. benedictiones uel dona que illis oblata. uel heulogias. i. sancta que in superiori capitulo uocantur benedictiones i. eulogie. que munera ipsis omnia offerentur

qui in eo tempore in sanctam baccadiam predicam fiebat et totam alexandriam sua heresi infecerat. ita ut sacrificia ecclesie a platis indigne ministraret propter hereses et alios indigne suscepere propter hereticorum crudelitates

sibi. et ueritatem uendicat cum ipse in eccl(esi)a non
sit. benedicit cum a deo sit maledictus. uitam p(ro)
mittit cum sit mortuus. deum inuocat cum
sit blasphemus. sacerdotium amministrat p(ro)
phanus. ponit altare sacrilegus. ad hec o(mn)ia accedit.
et illud malum ut antistes diaboli erant aude
at eucharistiam facere. et cum nec sacrificari
oblatio illic possit ubi sp(iritu)s s(anctus) non sit. n(ec) cuiquam
d(omi)n(u)s per eius p(re)ces et orationes p(ro)sit qui d(omi)n(u)m ipse
uiolauit. Si enim qui eccl(esi)am uiolant ethnici
(et) publicani h(abe)nt(ur). multo mag(is) rebelles et hostes fal
sa altaria et illicita sacerdotia et sacrificia (et)
sacrilegia et o(mn)ia adulteria fingentes int(er) eth
nicos et publicanos necesse e(st) ut computent(ur).
quos o(mn)es constat a caritate atq(ue) unitate ec
cl(esi)e catholice recessisse. Ergo o(mn)ia quecumq(ue)
faciunt heretici carnalia s(unt) et inania (et) falsa.
ita ut nichil eor(um) que illi gesserint a nob(is) p(ro)bari
debeat. non statim suscipienda s(unt). et assum
da que iactantur in (christ)i nomine. se que ge
runtur in (christ)i ueritate. Quomodo enim p(ro)ficere
que agunt aut impetrare aliquid illicitis
conatibus a d(e)o possunt. qui esse d(omi)n(u)m quod eis n(on)
licet mo liunt. Quare quia heretici et scisma
ticis patrinantur censura diuina in eor(um)
p(ro)bantur facinore. et penis non solum duce(s)
et actores. s(ed) etiam participes destinari. nisi
se a co(mmun)ione malor(um) separauerint. p(re)cipiente d(omi)no
p(er) moysen. Separamini a tabnaculis hominu(m)
istor(um) durissimor(um). (et) nolite tange(re) de o(mn)ibus
que sunt in eis ne simul pereatis in peccatis eor(um).
(et) q(uo)d co(m)minat(us) d(omi)n(u)s p(er) moysen fuerat i(m)pleu(it) ut q(ui)squis se a chore
dathan et abiron non separasset penas statim
p(ro) impia co(mmun)ione solueret. Sic et p(er) p(ro)phetam osee
sp(iritu)s s(anctus) testatur dicens. Sacrificia eor(um) tanquam
panis luctus o(mn)es qui manducant ea conta
minabuntur. docens s(cilicet) et ostendens o(mn)es
o(mn)i(n)o cum auctoribus supplicio coniungi qui
fuerint peccato eor(um) contaminati. Item aug(ustinus).

Vera sacrificia n(on) n(isi) in c(on)fin(i)o eccl(esi)e celebrant(ur).

Extra catholicam eccl(esi)am non e(st) locus ueri sacrifi
cii. Item gg. in iii. l(ibro) dialogorum ad de
ermigildo rege leuuicildi filio. De manu

hereticor(um) co(mmun)io n(on) e(st) recipienda.

Superueniente paschali festiuitatis die intempe
ste noctis silentio ad eu(m) p(er)fidus pat(er) arrianu(m)
ep(iscopu)m misit. ut ex eius manu sacrilege consecra
tionis communionem acciperet atq(ue) p(er) hoc pa
tris ad gr(ati)am redire mereretur. Sed uir deo
deditus arriano ep(iscop)o uenienti exp(ro)brauit ut
debuit eius q(ue) a se p(er)fidiam dignis increpa
tionibus repulit. Item innocentius cap.
vii. Sacerdotes hereticor(um) n(on) (est) honorib(us) n(on) digni.

Arrianos p(re)terea ceterasq(ue) eiusmodi pestes. h(ab)nt(ur)

detestamur quia eor(um) laicos conuersos ad d(omi)n(u)m
sub imagine penitentie ac sp(iritu)s s(an)c(t)ificatione
p(er) impositionem manus suscipimus non ui
dentur ut clerici eor(um) cum sacerdotii aut cu
ius piam ministerii suscipiendi esse dignita
te. Quoniam quibus solum baptisma ratum esse p(er)
mittimus quod utiq(ue) in nomine patris et
filii et s(piritus) s(ancti) p(er)cipitur nec sp(iritu)m s(anctum) eos idem h(ab)ere
ex illo baptismate ipsisq(ue) ministeriis arbitra
mur. Quoniam cum a catholica fide eor(um) auctores
discederent. etiam p(er)fectionem sp(iritu)s quam ac
ceperant amiserunt. nec dare eius possunt
plenitudinem. que maxime in ordinati
onibus op(er)atur. Qui p(ro) impietatis sue p(er)fidi
am fidem domini p(er)diderunt. p(ro)p(ter) quod fieri
non potest. ut eor(um) p(ro)phanos sacerdotes dignos
(christ)i honorib(us) arbitremur. quor(um) laicos imp(er)fec
tos. ut dixi ad s(an)c(t)i sp(iritu)s p(er)cipiendam gr(ati)am cum
penitentie imagine recipimus. Item le
gitur. Qui tetigerit inmundum inmundus
erit. Quomodo g(ratia) ei tribuetur qui inmun
diciam et spurcitias consueuit accipere.
et infra. Qui particeps factus e(st) da(m)pnati.
quo modo honorem debeat accip(er)e. inueni
re non possumus. Credendu(m) (est) aut(em) quod
manus impositio iterari p(er)cipitur sacra
mentum non esse ostenditur. Unde
aug(ustinus) de baptismo l(ibro) iii. Manus impositio

non e(st) sacramenti iteratio.

Manus impositio non sicut baptismus repeti non
potest. Quid enim e(st) aliud nisi oratio sup(er) ho(m)i(n)em.
Cum g(ratia) innocentius solum baptisma here
ticis ratum esse p(er)mittat. cum gg. sacrilegam
uocet consecrationem arrianor(um). cum cip(ri)an(us)
quecumq(ue) ab hereticis fiunt carnalia et ina
nia et falsa iudicet. cum nich(il) o(mn)ia que ab eis
offeruntur contaminata in conspectu do
mini asserat. cum leo extra eccl(esi)am nec rata
sacerdotia. nec uera sacrificia testetur. patet
quod eccl(esi)astica sacramenta p(re)ter baptisma
ut sup(ra) dictum e(st) ab hereticis ministrari n(on)
possunt. Item obicitur illud ieronimi
ad luciferianum. Qui in baptismo sce

(le)re ad altare peccator n(on) accedit.

Sicut (christu)s e(st) qui baptizat. ita (christu)s e(st) qui sci(fi)
cat. Unde ora te ut aut sacrificandi licentiam
ei tribuas cuius baptisma p(ro)bas. aut rep(ro)
bes eius baptisma quem non putas esse sacer
dotem. Nec enim potest fieri ut qui in baptismo
sce(ler)e s(an)c(tu)s sit ad altare peccator. Sed hoc de
peccatore tantum catholico. non de heretico in
telligendum e(st). qui quicquid cum fide ca
tholica p(ro)fessio suo facit. licet indignus
tamen diuina gr(ati)a coop(er)ante ratum esse c(re)dit(ur).

alioquin si de hereticis dictum intelligitur ipse sibi contrarius esset, cum dicat in Osee: Sacrificia eorum etc. et alibi in persona Domini: *Benedictionibus hereticorum Deus maledicet.*

Maledicam benedictionibus vestris. Hoc est quicquid ab eo benedicetur per me erit maledictum. Hoc igitur intelligendum est de heretico. Illud autem ad Luciferianum de occulto peccatore. De quo Augustinus ait in libro de corpore Domini: *A bonis et malis sacerdotibus equaliter corpus Christi conficitur.*

Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis Domini nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris et in virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem et transfundit in sanguinem. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius potestate creantur in primo, eius utique verbo recreantur ad melius. Idem in libro II. contra epistolam Parmeniani. *De eodem.*

Omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus, sicut et verbum Dei, unde dictum est: Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite. Idem in tractatu epistole Iohannis. *De his qui scienter malis sacramentis utitur.*

Prophetavit Saul malus rex, cum et sanctum David persequeretur. Non ergo se iactent qui forte sine caritate habent sacramentum Dei, sed videant qualem rationem sint habituri cum Deo qui sancto non sancte utuntur. Exhibiturunt qui dicturi sunt in iudicio: In nomine tuo prophetavimus, quibus non dicetur: Mentimini, sed: Non novi vos etc. Spiritum ergo prophetie dicendi sunt habuisse, sed non meritum. Item Ieronimus in Aggeo propheta: *Quisquis non tantum sanctificatur ex hostiis quantum per peccata polluitur.*

O propheta qui altari tantum extructo et domo mea diruta hostias mihi offers, in altari et victimis eius sanctificari te putas. Scito enim sanctum esse quidem quod offertur in altari, sed non tam sanctificaris ex hostiis quam ex mortuis operibus polluens. Item Augustinus in X. de verbis Domini: *Contra Spiritum sanctum verbum dicitur.*

Ita fit verbum contra Spiritum sanctum cum ex desperatione ad congregationem nunquam [illegible] venitur, que ad remittenda peccata accepit Spiritum sanctum, ad quam congregationem et si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum reprobum et fictum, et si aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritu sancto operatur remissionem peccatorum, cum in sancta ecclesia ita operatur ut reprobos fugiat et tamen per eorum ministerium probos colligat.

Item in sermone de remissione peccatorum. *Non meritis hominum, sed virtute Spiritus sancti peccata remittuntur.*

Ut evidenter ostenderet Dominus a Spiritu sancto quem donavit suis fidelibus dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait: Accipite Spiritum sanctum, et continuo subiecit: Si cui dimiseritis peccata, remittuntur ei, id est Spiritus dimittit, non vos. Proinde sicut iste quem sacerdos in ecclesia tollit, est tamen extra ecclesiam et extra corpus Christi capitis, ita si ei hostiarius non aperit, ita non ideo extra ecclesiam est et non est de corpore, si clericus pastoris preiudicio compellitur foris esse. Item Ambrosius de sacramentis. *Deus non merita personarum, sed sacerdotum officia consideravit.*

Cum scriptura testetur quod ad preces Ieroboam ignis descendit de celo et rursus precante Helia ignis missus est qui sacrificia consumeret, datur intelligi quod Deus non merita personarum consideravit, sed officia sacerdotum. Ignis ille invisibilis mittebatur, ut crederent; nobis invisibilis operatur, quod credimus. Crede ergo adesse Dominum Ihesum invocatum precibus sacerdotum, cum ait: Ubi fuerint duo vel tres, ibi sum in medio eorum. Item Gregorius papa. *Non merita sacerdotum, sed virtus divina sacramenta sanctificat.*

Multi secularium hominum, cum plus sacerdotum vitam quam suam discutiunt, in magnum contemptionis divinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos oculos habentes eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis. Quam dum incaute festinant avellere, erroris in foveam collabuntur, minus quidem considerantes quod non eos sacerdotum vita lederet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum ammonitionibus aurem accommodaret. Sed dum ypocritarum more plus illorum famam quam propriam vitam vel vite negligentias diiudicant, spernunt sancta monita et spiritualia dona, unde fit ut non solum ab eis dicta respuant, sed quod est deterius, divina etiam misteria contempnant, ut nec corporis communionem aut sanguinis Domini nostri Ihesu Christi eorum ministerio confectam assumant. Putantes hanc minus sanctificatam si illorum fiat officio quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu, quam magnum laqueum incidunt, ut divina et occulta misteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum unus et idem Spiritus sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea misteria et occulte atque invisibiliter operando sanctificet et benedicendo benedicat. Misterium itaque fratres ob hoc dicitur quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Sacrificium autem quasi sacrum factum, quia prece mistica consecratur pro nobis

in memoriam dominice passionis. Sacramentum uero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fiat ut aliquid significante accipiamus quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptisma, crisma, corpus et sanguinis. Que ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum diuina uirtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde a secretis uirtutibus uel sacris sacramenta dicuntur. Que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eundem sacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis et calicis sacramentum grece eucharistia dicitur, latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine Christi? Sicque per bonos siue per malos ministros intra ecclesiam dispensetur sacrum, non est quia spiritus sanctus mistice illud uiuificat, qui quondam apostolico in tempore uisibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur, nec malorum attenuantur, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hoc de corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi. Hoc etiam de baptismate et crismate sciendum est et tenendum, quia uirtus diuina discretius operatur in eis, et diuine etiam solummodo est hec uirtus siue potestas, non humane efficatie pollutum. Itaque panem, id est corpus Christi, quando indigne accedimus ad altare, et sordidi mundum sanguinem bibimus. Et infra: Idem:

Maledicam, inquit, benedictionibus uestris. Hoc est, benedicam uos in eis benedictionibus; possidetis seu quicquid a uobis benedicitur, ut enim non benedicunt sanctis ex uero corde, ut cum illa iniqua agunt, benedicuntur ab eis adulantibus peccatoribus, dummodo diuites fiant. Item Fabianus papa episcopis orientalibus. **Non sacerdotum uita, sed que docent et ministrant consideraie debent.**

Significastis insuper plerosque attendere multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter uiuere, sermonibus et sacramentis que per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui et multo ante predixit, ut legi Dei potius obtemperetur quam imitandi uideantur. Illi qui ea que dicunt non faciunt, et traditorem suum tollerans usque in finem, etiam eum euangelizatum cum ceteris misit. Nam apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt.

Item Nicolaus papa Michaeli imperatori. **De**

Non quales sacerdotes domini sunt, sed quid. **Eodem** de domino loquantur, est uobis magnopere perudendum, nec minuerunt beati Petri apostoli uobis. Est attendendum quid sint, sed quid pro correptione ecclesiarum, quid pro salute uitam sata

gant. Nec enim illos inferiores dicetis scribis et phariseis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus dominus precepit dicens: Quecumque dixerint uobis facite, sed opera eorum nolite facere. Et impetr consider filios dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quanto potius qui super cathedram Petri resident esse existimas audiendos. Item Aug. contra Petilianum. **Sacerdotum immunditia sacramentum non polluit.**

Dominus declarauit in uno cetu hominum eadem sacramenta sumentium non obesse in unicuique immunditiam. Petilianus dixit: at si quis quam carmina sacerdotis memoriter teneat, numquid inde sacerdos est, quod ore sacrilego carmen publicat sacerdotis? Aug. respondit: Ita istud dicis quasi modo queramus quis sit uerus sacerdos, et non quid sit uerum baptisma. Ut enim sit quisque uerus sacerdos oportet ut non solum sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas persecutor unius et ueri sacerdotis, quamuis ipse uerax non est, quod dat tamen uerum est, si non suum det, sed Dei. Item Cretenses semper mendaces, male bestie, uentres pigri.

Sig. apostolus nescio cuius alienigene testimonium, quia uerum comperit, etiam ipse attestatus est. Cur nos apud quemcumque inuenerimus quod Christi est et uerum est, et si ille apud quem inuenitur peruersus et fallax est, nec discernimus propter uitium quod homo habet ueritatem, quam non suam, sed Christi habet. Dominus: sacramentum hoc uerum est. Numquid ideo dicimus etiam ipse homo uerax est, quia dicimus sacramentum hoc uerum est? Uos autem necesse est ut semper erretis, quamdiu propter hominum uitia Dei sacramenta uiolatis. Aut nos propterea sacramenta que in uobis uiolare nolumus, etiam uestri scismatis sacrilegium assumere putatis. Item:

Baptismi igitur puritas a puritate uel inmunditia conscientie sue dantis siue accipientis omnino distincta est. Item:

Ex eemento sacramentis Dei nichil obesse mores malorum hominum, quo illa uel non sint uel minus sancta sint. Item. Si non habebat Saul sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid uenerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Nam eum propter sacramenti unctionem et honorauit uiuum et uindicauit occisum, et quia uel panniculum ex eius ueste abscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, et tamen habebat sanctitatem, non uite sue,

Nam hoc sine innocentia non potest. s3 sacramenti dei quod et in malis hominib; scm e. Item. De eodem.

Nos dicimus tale cuique fieri sacramentum qualis accedit. ut offerat. et qualis accedit ut sumat. 7 eos de sacrificiis talium manducare quia ad illum tales accedunt quales et illi sunt. Itaque si offerat deo malus et accipiat inde bonus tale cuique e. qualis quisque fuit. quia et illud scriptum e. Omnia munda mundis. Quia per hanc sententiam uendicam et catholicam etiam uos optati sacrificio polluti non estis. Si facta eius displicebant uobis. nam utique panis illius panis luctus erat. sub cuius iniquitatibus africa tota lugebat. S3 panem luctus omnibus uob ee commune. ouu uim malum scismatis facit. Item. De eode.

Gras deo ago qa tandem confessus es posse ualere nomen xpi inuocatum ad alioz salute etiam si a peccatoribus inuocetur. hinc g intellige. cum xpi nomen inuocatur non obee aliorum saluti aliena peccata. Item in lib. psalmorum; Quod per malum ministrum dona dei

Ipse quid fecit uobis qui traditorem suum tanta patientia ptulit. ut ei primam eucharistiam confectam manibus suis et ore suo commendatam sicut ceteris aplis traderet. Quod uobis fecit xps qui eundem traditorem suum quem diabolum nominauit qui ante traditionem dni nec locutus dnicis fidem potuit exhibere. cum ceteris discipulis ad predicandum regnum celoz misit. ut monstraret dona dei peruenire ad eos. qui cum fide accipiunt. etiam si talis sit per quem accipiunt qualis iudas fuit. Item gg. Sac

Adeos peruenit quod a fidelibus accipitur.

Non nocet. mali malicia non nocet epi.

Maliti[a] epi neque ad baptismum infantis neque ad eccle consecrationem quia baptisma a deo datur non ab homine uenit. sic et eucharistia et omnia quecumque in altari ponuntur non ab homine s3 a deo sanctificationem accipiunt. Obicitur illud ier in sophonia.

Non uba s3 merita sacerdotis eucharistia

Sacerdotes qui eucharistie seruiunt, a facerunt, et sanguinem domini ppli sui diuidunt impie agunt in legem xpi putantes eucharistiam imprecantis facere uba non uitam. 7 necessariam ee tantum solempnem orationem. et non sacerdotum merita de quibus dicitur sacerdos in quacumque fuit macula non accedat offerre oblationes dno.

Item alexander; Tanto facilius sacerdotes exaudiunt quanto ap dnm 7 digniores.

Ipsi sacerdotes pro pplo interpellant. 7 peccata pplorum comedunt quia suis precibus ea delet. atque consumunt. quanto digniores fuerint tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. Item gelasius elpidio epo.

Non adest sps s. sacerdotis quod peruenit osorum ministrant;

Sacrosancta religio que catholicam continet disciplinam tantam sibi uendicat reuerentiam. ut ad eam quilibet non pura conscientia non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini misterii consecrationem celestis sps inuocatus adueniet si sacerdos et qui eum adesse deprecatur criminosis plenus actionibus reprobetur. Item gg. in registro.

Manus inmunda tacta coinquinat non emundat.

Necesse e ut munda sit manus que diluere sordes curat. ne tacta quoque deterius inquinet si sordida sequens lutum tenet. Scriptum namque e. mundamini qui fertis uasa domini. Domini et enim uasa ferunt. qui proximorum animas ad interiora perducendas in conuersationis sue exemplo suscipiunt. Item aug. E

que fuerit dignitatis uba xpi corpus xpi;

Interrogo uos fres ut sorores dicite michi quid plus ee uidetur uobis. corpus xpi an ubum xpi. Si uultis uere respondere. hoc dicere debetis. quod non sit minus ubum dei quam corpus xpi. et ideo quanta sollicitudine obseruamus quando nobis corpus xpi ministratur. ut nichil ex ipso de manib; nris in terra cadat tanta sollicitudine obseruemus ne ubum dei quod nobis erogatur dum aliud cogitamus. aut loquimur. de corde nro depereat. quia non minus reus erit. qui ubum dei negligenter audierit quam ille qui corpus xpi sua negligentia in terram cadere permiserit. Item. De eodem.;

Neque enim id pot rite offerri nisi p sacerdotem iustum et scm. nec nisi ab eis accipiatur. quod offertur pro quibus offertur atque id sine uitio sit. ut pro uitiosis mundandis possit offerri. hoc certe omnes cupiunt qui pro se offerre sacrificium deo uolunt. Et Cum uita sacerdotum eucharistie necessaria dicitur ee. non confectioni s3 effectui intelligendum e. non enim effectum salutis confert ei quem merita faciunt indignum potius complectur. in eo illud apli. Qui manducat corpus indigne. i. s. m. 7 b. Ergo de eos qui crebra oblatione sacrificii se putant posse mundari non cessantes impie agere. in lege domini intelligitur. illud ee dictum ier. quod uo sacerdos etiam si malus sit tam possitio sue dignitatis gratiam transfundat hominibus. Testatur aug. in libro que

stionū in uetis .t. Sacdote nom dnī inuocari

Dictum ē a domino in numis. dnr a bndictōe p
ad aaron. vos ponite nomen meum sup ftēt.
filios isrl. ego dnr benedicam eos ut gra
tiam traditio p ministerium ordinati
transfundat hominibus. nec uoluntas sac
dotis obēē aut pdēē possit. s meritum
benedictionem poscentis. Quanta aūt dig
tas sit sacerdotalis ordinis hinc aduītamus.
dictum ē aūt de nequissimo cayphā int̄fec
tore saluatoris in t̄ceta. hoc aūt a semetipō
non dixit. s cum eēt p̄nceps sacerdotum
anni illius pphauit. per quod ostenditū
spm scm gratia₇ datōē n̄ psonam sequi.
digni. aut indigni. s ordinem traditiōis
ut quamuis aliquis boni meriti sit. non
tn̄ possit benedicē. nisi fuīt ordinatus. ut
offitii ministerium exhibeat. dei aūt ē effec
tum tribuere benedictionis. Quod
uō p hereticos sacramenta dignitatis mi
nistrata dicuntur carere effectu. inpbat
auctoritate anastasii pp. Qui ordinatio
nem achatii quamuis heretici iteratam
appbat ut etiam eis quos post dāpnatione
suam baptizauit. ut ordinauit. in nullo
ream psonam nocuisse asserat. s hoc
eum illicite et non canonice immo cont
decreta suoꝝ pdecessoꝝ fecisse. et succes
soꝝ pbat felix. et gelasius qui acha
tium an̄ anastasium excommunicauerūt.
et ormisda qui ab ipō anastasio tertius eū
dem achatium dāpnauit. unde etiam
ab eccta romana repudiatur et a dō fuisse
percussus legitur in gestis romanoꝝ pon
tificum. hoc modo anastasius secundus
natione romanus et ē. Require tertio in
tractatū decretalium eplaꝝ. Item obici
tur illud aug̃i ad parmenianum de here
ticis et dāpnatis: Qui recedit ab eccta nec
Quod quidam. baptisma necūdādi ādmittit
dicunt baptisma quod accepit non am
mittit. qui recedit ab eccta tamen ius
dandi quod accepit; āmittit multis mo
dis. apparet frustra et inanit̄ dici. Primo
quia nulla ostenditur causa. cur ille
qui ipm baptisma āmittē non pot. ius dan
di possit āmittere. utrumq; eñ sacramē
tum ē et quadam consecratione utrūq;
hoī datur. illud cum baptizatur. illud
cum ordinatur. ideoq; non licet catholi
co utrumq; iterari. Nam si qn ex ipā par
te uenientes etiam p̄positi p bono pacis
correcto scismatis errore suscepti s̄. et si ui
sum ē opus eē ut eadem offitia gererēt

que agebant non sunt tamen rursus or
dinati. s sicut baptismum in eis ita ordi
natio mansit integra. quia in p̄cisione
fuerat uitium quod unitate pacis ē corre
ctum non in sacramentis que ubicumq; sunt
ipsa s. et cum ipsi expedire uidetur eccle ut
p̄positi eoꝝ uenientes ad catholicam soci
etatem honores suos ibi non amministrēt.
Non eis tamen ipsā ordinationis sacramta
detrahuntur. s manū sup eos. ideoq; non
eis manus imponitur ne non homini
s ipsi sacramto fiat iniuria. sicut autem
ē in baptismo quod p eos dari possit
sic in ordinatione ius dandi ē utrumq;
quidem ad pniciem suam quam diu cari
tatem non habent unitatis. s tamen ali
ud ē non hr̄e. aliud p̄niciose hr̄e. aliud salu
brit̄ hr̄e. quicquid non habetur dandum ē
cum ē opus dari. quod uō p̄niciose habetur.
p correctionem depulsa p̄nitie agendum ē
ut salubrit̄ habeatur. Quod et si laicus ali
cui pereunti necessitate conpulsus bapti
ma dedit quod cum ipē acceperit. quomodo
dandum eēt addidicit. Nescio an quisquā
dixerit pie eē repetendum. nulla eñ necessi
tate cogente si fiat alieni muneris usurpa
tio ē. si aūt necessitas urgeat aut nullū
aut ueniale delictum ē. s si nulla necessi
tate usurpetur. et a quolibet cui libet
detur qd datum fuīt non pōt dici nō datum.
quamuis recte possit dici illicite datum.
Illicitam ḡ usurpationem corrig̃ reminisce
tis et penitentis affectus. quod si non cor
rexerit manebit ad penam usurpationis quod
datum ē. ut eius qui illicite dedit. ut eius
qui illicite accepit. non tn̄ p non dato ha
bebitur. Si eñ aliqui furtim extra ordina
ne ñ in monetis publicis aurum ut argen
tum p cutiendo signauerint. cum fuerint de
p̄hensi. non ne illis p̄unitis ut indulgentia
liberatis. cognitum regale signum thesau
ris regalibus congeritur. et paulo post. Si
forte militie caracterem in corpore suo ñ
militans pauidus exhorruit. et ad clementiā
imperatoris confugerit. et inpetrata uenia
militare iam ceperit numquid homine libe
rato atq; correcto. caracter ille repetitur. ac
non potius agnitus appbatur? An forte
minus hr̄ent sacramta xpiana quam cor
poralis hec nota. cum uideamus nec aposto
tas carere baptismate quibus utiq; p penei
tentiam redeuntibus non restituitur. et
ideo āmitti non posse iudicatur. De his qui
ab eccte catholice unitate sepati sunt. Nul

... pro obiectionem suam quam tangit. ubi ibi s. ne ubi post ... illud quamuis etc. Iam post aliam quam magis communis est ad quam probanda ... cum etc. sum. ibi dominus impatiens etc. ... ibi quod triplicem quartum ... ultimo concludit ab illo loco sciendum uero etc. ad probandam ...

In carne. scilicet mortali quam cum ad passionem ... uel quam cum ad ... pro ut ... discipulis ... in castellum Emaus ... quare dicit in carne ... carne scilicet immortali ... nam in carne mortali transfiguratus est ... ut post dici cum esset in carne ...

la iam questio est. quin habeant et dare possint. sed perniciose habent. perniciose que tradunt. quia extra uinculum pacis sunt. neutri sacramento iniuria facienda est. Sicut non recte habet qui ab unitate recedit. sed tamen habet et ideo redeunti non redditur. sic etiam non recte dat. qui ab unitate discedit sed tamen dat. et ideo quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. et infra. Sicut redeunti non redditur quod foris non habebat. sic uenienti repetendum non est quod foris acceperat. Unde consequenter intelligitur. peruersitatem hominum esse corrigendam. sanctitatem autem sacramentorum (i. ipsa sacramenta) in nullo peruersorum esse uiolandam. Constat etiam in peruersis hominibus et sceleratis siue interius qui intus sunt siue in eis qui foris incontaminatam atque inuiolabilem eam permanere. Ergo domini ea mali polluere quantum in ipsis est dicuntur. cum illa impolluta permaneant. sed in bonis permanent ad premium. in malis permanent ad iudicium. et infra; Quomodo catholici non clarificant christum qui sacramenta eius tam debita ueneratione prosequuntur. ut etiam si ab indignis tractata fuerint. illis sua peruersitate dampnatis. illa intemerata sanctitate permanere demonstrantur;

Ex his uerbis augustini constat in omnibus tam apostatis quam hereticis uel dampnatis permanere ipsi sacramenta uera quantum ad se et sancta. et nisi penitentia uel indulgentia subuentum fuerit ad dampnationem usurpatoris peruenient. uel peruersis uel dantis uel accipientis. Quando ergo probatur quod uera et sancta sunt. cum usurpatores suos eque perimant. ac si essent mala et noxia. crassus aurum sitiuit. aurum bibit. eum perimit uero auro. sicut uero ueneno; Item;

Aurum eque uerum est in archa furis. sicut in thesauris regis. sed a fure quia illicite habetur. illicite datur. uel accipitur. a rege autem licite habetur datur et accipitur. Ideo ipse fur et communicator furti nisi forte de conscientia furti se purgauerit ut prohibet gelasius ad anastasium imperatorem. utrique iuste et digne dampnabitur;

Opponitur autem huic sententie augustini. potestas dandi baptismum et ius consecrandi dominicum corpus. et largiendi sacros ordines plurimum inter se non differt; Suspenso enim uel deposito sacerdote nulla ei retinetur potestas sacrificandi. sacramentum tamen baptismi non solum a sacerdote deposito uel laico catholico uerum etiam ab hereticis uel paganis si ministratum fuerit nulla reiteratione uiolabitur. Nulla autem ratio sinit ut inter sacerdotes habeantur qui de manibus laici uel pagani oleum sacre immo execrande unctionis

assumunt. Non ergo consequenter colligitur. ut si recedentibus a fide ius baptizandi relinquitur. potestas etiam distribuendi sacros ordines eis relinquatur. quamuis utrumque consecratione perueniat. Degradatus enim episcopus potestatem largiendi sacros ordines non habet. facultatem tamen baptizandi non amisit. Sed ne augustinum in hac sententia penitus reprobemus. intelligamus aliud esse potestatem distribuendi sacros ordines. aliud esse executionem illius potestatis. Qui intra unitatem catholice ecclesie constituti sacerdotalem uel episcopalem unctionem accipiunt. officium et executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes uero ab integritate fidei potestatem acceptam sacramento tenus retinent. effectu sue potestatis penitus priuantur. sicut coniugati ab inuicem discedentes coniugium semel initum non dissoluitur. ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. Debiti ergo qui accepta sacerdotali potestate ab unitate catholice ecclesie recedunt. loquitur augustinus. non de illis qui in scismate uel heresi positi sacerdotalem unctionem acceperunt. alioquin esset contrarius calcedonensi concilio in quo ordinati a simoniacis in nullo proficere iudicantur. et innocentio. qui ordinatos a ceteris hereticis per prauam manus impositionem solam dampnationem et capitis uulnus assecutos testatur. Quamuis possit generaliter dici. sacramenta que apud hereticos non aliter quam in ecclesia dei celebrantur uera et rata esse quantum ad se. facta uero et inania quantum ad effectum. et in his a quibus male tractantur. et in illis a quibus male suscipiuntur. Nec mirum. ipsa enim saluator noster buccellam iude dedit. statim cum buccella non bonus. sed malignus spiritus intrauit. Quare? non quia bonus non daret bonum sed quia malus male accepit bonum. Sic ergo bonum effectum bonum non habuit quia ubi illum faceret; non inuenit. Item;

Dominus in patria sua presens et uerus affuit. non per malum ministrum. sed per se ipsum inebriari potuit. quia fidem non inuenit. per perfidia aliorum non caruit sua ueritate. sed effectus boni uirtute quod ut plene in omnibus sacramentis ostenderet. hic est transfiguratus cum esset in carne. In una transfiguratione sicut sol apparuit mirabilis. ut fides credentium augeret ad contemplandam celestem gloriam super se eleuatam in altam partem ut peregrinis incognoscibilis de se dubitantibus ire longius se fingeret. ne agnoscerent eum oculos eorum tenuit ad quid aliud nisi ut ...

presidem non erat in cordibus eorum. longius se ab
eis recessisse ostendit. et quia ipsum non crede
bant. esse quod erat uidebatur in eum alium quam
erat. Ecce in iudeorum uisione sua erat presentia et
ueritas. Sed in una credebat fides ut magis cre
derent quam credebant. in alia tenebatur
incredulitas ne etiam agnoscerent quod
uidebant. Sacramentum ergo corporis et san
guinis sui a malis est ad salutem aliis ad iudici
um fides etiam quamuis sit uera. tamen sine ope
ribus mortua est. Sic et omnes .x. uirgines equa
les erant uirgines sed ex his .v. erant fatue et
.v. erant prudentes equa erat uirginitatis
ueritas. Sed per eiusdem uirginitatis intentione
non omnibus equa mansit ueritas. Sic etiam est es
sonans aut cimbalum tinniens. martirium uel
elimosina quam nescit caritas. Si uero cecus ce
coram lucerne ministret ueritatem. neuter tam
ideo magis suam illuminat cecitatem. sic et ma
lus ministrat malo uera sacramenta sed non
ideo dona spiritualia. quia malus eorum spiritus sanctus. in
peditur. ne meus quod suum est operetur. Unde in
nocentius cum hereticorum baptisma concedat
esse ratum. non tamen ex illo baptismate concedi
dit spiritum sanctum. Et leo. hos qui formam baptismatis
acceperunt. non sinit rebaptizari. sed iubet
spiritum sanctum quem ab hereticis nemo accipit per
eius inuocationem et manus inpositionem
a catholicis sacerdotibus consequi. Sciendum
uero est quod sacramenta hereticorum dicuntur irri
ta uel etiam dampnanda falsa et inania. non quantum
ad se cum sint sancta et uera etiam ab heretico celebra
ta. Sed quia cum illicite dantibus perniciosa sint
ad iudicium. illicite ab eis accipientibus non con
ferunt spiritum sanctum. Irrita et non uera dicuntur quia
quod promittunt et conferre creduntur non tribu
unt. et ideo dampnanda ut ea dari uel recipi
ab hereticis non appetatur. sed interdicatur. non enim
quantum ad se polluta sunt. quamuis ab hereticis
polluta dicantur. Unde gregorius. consecrationem arrianorum uocat exe
crationem. et innocentius uocat dono sancti ordi
nationem dampnationem. non quod ita in se
sint. sed quia male dantibus uel accipientibus
ita efficiuntur. Sic et ieronimus in osee sacrificia eorum pa
nem luctus uocat. non quantum ad se. sed quantum
ad effectum. quod ipse inferius ostendit subiun
gens. Quicumque comederit ex eo contamina
bitur quia sibi ad iudicium sumet. Hinc
etiam augustinus. lib. ii. contra epistolam parmeni
ani. Sacramenta quamuis obsint indigne tracta
tibus; prosunt tamen per eos digne sumentibus.

Per ysaiam dominus dicit facinorosus qui sacrificat
michi uitulum quasi canem occidat. et qui
offert similaginem quasi sanguinem porci-

num. et qui offert thus. in memoriam quasi
blasphemus. quilibet uidelicet offert sacrifici
um. tali conditione uel factis ut hoc mereatur audire.
Prudentiam sibi infert. non illis bonis qui secundum
prophetam ezechielem gemunt. et merent pec
cata et iniquitates que sunt in medio eorum. quam
uis tamen se non corporaliter separent. et ista
sacrificia impiorum eis obesse. qui offerunt ipsi.
Nam unum atque idem est sacrificium. propter nomen
domini quod ibi inuocatur ut semper est sanctum et tale
cuique fit quali corde ad accipiendum ac
cesserit. qui autem manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit. non ait aliis set
sibi. et infra. Hoc pene in omnibus talibus que
stionibus intelligendum ammonemus. quia
scilicet omnia sacramenta cum obsint indigne trac
tantibus prosunt tamen per eos digne sumentibus. et infra.
Spiritus sanctus in ecclesie preposito uel ministro sic est. ut
si fictus non est operetur per eum et eius mercedem
in salutem sempiternam et eorum etiam regenerati
onem uel edificationem qui per eum siue con
secrantur siue euangelizantur. Si autem fictus est
quoniam uerissime scriptum est. Spiritus sanctus discipline
effugiet fictum. deest quidem saluti eius ut
auferat se a cogitationibus eius que sunt sine in
tellectu. ministerium tamen eius non deserat quo
per eum salutem operatur eorum. Constat ergo
ut innocentius ait de eo qui ab hereticis ordina
tos a simoniacis per prauam manus simoniace
inpositionem uulneratum habere caput. Sed obi
citur quod in ordinatione simoniacorum hoc
solum reprehensibile inueniatur quod gratia spiritus
sancti sub pretio redigi putetur. aliorsum autem
in omnibus integra forma sacramentorum fuerit.
Cum ergo illicita usurpatio per penitentiam con
recta fuerit ut gratia spiritus sancti gratuita et non uenalis
existimetur. integer debet adesse unctionis
effectus. immo etiam si non sequetur penitentia
licet symoniace tamen uera consecratus reputetur.
Sicut illi qui quondam non nisi pretio dato ad
sacri baptismatis regenerationem ne ad sacre com
onis participationem admittebantur. licet sym
oniace tamen non solum minus baptizati uel sacre
comunionis participes reputati sunt. Sed hoc tamen sacris
canonibus constitutum est. ne decetero sacram
ta christi symoniace distribuantur. Unde gela
sius. Baptizandis consignandisque fidelibus. exigant
sacerdotes premia nulla prefigere audeant. Nec illati
onibus quibuslibet inpositis exagitare cupi
ant renascentes. Quoniam quod gratis accepimus gra
tis dare mandamur. et ideo nichil a predictis pri
orsus exigere moliantur. quo uel paupertate co
gente deterriti. uel indignatione reuocati

redemptionis sue causas iure despiciant. Certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse ut commissa non potius sua sponte correxerit periculum subeant proprii honoris. Item de vi. sinodo. *A percipiente gratiam ordinis pretium exigi non debet.*

Nullus episcopus aut presbiter aut diaconus qui sacram dispensat ordinationem a percipiente gratiam ordinationis aliquod pretium exigat. neque enim vendi tur gratia neque pretio gratiam spiritus sancti damus. Sed dignis muneribus sine defraudatione participare concedimus. Siquis vero eorum qui in clero numeratur ab eo cui sacram ordinationem dispensat aliquod pretium exegit deponatur sicut imitator simoniace fraudis. Item ex concilio tolletano xi. *Omnia invisibilis gratie, videlicet quibus non sunt prebenda vel expanda.*

Quicquid invisibilis gratie consolatione tribuitur numquam questibus vel quibuslibet premiis venundari penitus debet. dicente domino. quod gratis accepistis gratis date. Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus aut pro baptizandis consignandisque fidelibus, aut crisma aut pro promotionibus graduum pretia que ut premia nisi voluntarie oblata pro huiusmodi ambitione susceperit equidem si sciente loci episcopo tale quicquam a subditis perpetratum fuerit. ideo episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat. pro eo quod in conscientia mala contexerit. et correctionem necessariam non adhibuerit. Sin autem quispiam suorum eo nesciente quicquam de supradictis capitulis accipiendum esse crediderit. Si presbiter trium mensium excommunicatione plectatur. Si diaconus iiii. Subdiaconus vero vel clericus his cupiditatibus serviens competenti pena et debita excommunicatione plectendus est. Item ex concilio cartaginensi ii. *Ne a sacerdotibus exigatur pro balsamo quo crismate ponitur.*

Placuit ut nullus episcoporum pro modico balsami quod benedictum per ecclesias datur causa singuli tremisse pro ipso exigere solent. aliquid ulterius exigat. ne forte quod per salute animarum per invocationem spiritus sancti consecratur sicut simon magus donum dei pecunia voluit emere. ita nos venundantes dampnabiliter venundemur. Item ex eodem. *Non est aliquid exigendum ab his qui infantes suos baptizandos.*

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat. ut hii qui infantes suos ad baptismum offerunt. si quid voluntarie pro suo voto offerunt. suscipiatur ab eis. Si vero pro necessitate paupertatis aliquid non habent quod offerant. nullum eis pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes. filios suos a baptismo retrahunt. qui forte dum differunt sine gratia baptismatis de hac vita recesserint. necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur quorum spolia pertimescentes a baptismi gratia se subtraxerunt. Item ex concilio eliberitano. *Ut ne baptizantes nummos in concham nullus mittat.*

Emendari placuit. ut qui baptizantur. ut fieri solebat nummos in concham non mittat. ne sacerdos quod gratis accepit. pretio distrahere videatur. neque enim pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus sed clericis. Item ex concilio triburiensi. *Pro perceptione crismatis aliquid exigi non debet.*

Notum est. solere quibusdam locis pro perceptione crismatis nummos dari. Similiter pro baptismo et communione. Hoc simoniace heresi detestata est sancta sinodus. anathematizavit. et ut deinceps nec pro ordinatione. nec pro crismate vel pro baptismo vel pro balsamo nec pro sepultura vel pro communione quicquam exigat statuit. Sed gratis dona christi gratuita dispensatione donentur. Item ex concilio gabulonensi. *Nec pro dedicandis basilicis vel perceptis sacramentis consecrandis.*

ecrare credendus est. hinc est quod beatus gregorius ecclesias arrianorum consecratas iterum consecrari precepit, qui sanctificationem consecrationis que non nisi in fide trinitatis perficitur prestare non poterant qui fide carebant. Archa uero et propheta peccato suorum ciuium hostibus tradita sunt. Electi quoque qui murmure eorum in pecu[...] tis sunt non in pena criminis sed in experi[...]mentum et exemplum patientie hec passi sunt. Item. populus qui peccato achor et filiorum heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari ut inter ipsa flagella prelatorum peccata feriantur. sicut anchor sorte deprehensus lapidibus obrutus est. Sic et nauicula ione periclitatur, ut fugitiuus sorte deprehensus fluctibus mergeretur. Aliquando primitus prelatorum deprauatur uita subditorum ut prelati sunt. subditi fauentes ad malum, cum eis simul corruant. sicut filii heli portantes peccata sacerdotum tandem cum eis occiderunt in manibus hostium. Item dauid populum numerauit quo peccato gladius domini deseuit in populum. Sed in illata gente gladio regis est in diminutione plebis contricio principis. Quia ergo de numerositate sue gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est. Item paruulos sodomitarum non excusauit ignorantia cum patrio scelere celesti igne consumerentur. Sed hoc igne pena uite diminuta est quibus successio patrum sceleris est adempta. Per hoc etiam demonstratum est peccatum parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem etiam intelligendum est. De paruulis qui peccato dathan et abiron uiui descenderunt ad inferos. Item. cham peccante chanaan filius eius maledicitur. Giezi delinquente lepra transmittitur ad posteros. Iudeis clamantibus sanguis eius super nos et super filios nostros, et reliquie eorum pene mortis christi addicti sunt. Achab quoque peccante posteri eius regni solium amiserunt et qui de eius semine in regno uide nati sunt usque ad purgatam labem illius familie a genealogia domini sunt exclusi. Odium quoque esau ut malachias testatur transiuit ad idumeos. Quibus omnibus colligitur quod ignorantia peccati non excusat aliquem. Sed his exemplis non probantur teneri peccato aliorum nisi imitatores nequitie. Quicumque de semine esau et ceterorum ad christum conuersi paternam maliciam detestati sunt non odium sed dei clementiam experti sunt. Item. Item Ambrosius. Turbatur nauicula petri in qua erat iudas. quia qui suis meritis erat firmus turbatus est alienis. Ignorabat petrus autem peccatum iude, non ergo ignorantia excusauit illum. Sed turbatio hec non est peccati communia

tio sed corporalis persecutio intelligitur. quia meritis malorum numquam adeo bonorum premitur ... turbetur infirmitas. Non itaque his auctoritatibus simoniaci probantur presertim ignorantibus pecunia data esse. Non ergo potest probari iste reus criminis cuius non habuit conscientiam. Notandum quoque est quod non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti, alia iuris. Sed facti alia eius quod non oportuit eum scire, alia quod oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut apostolus ait: Si quis vos infidelium vocaverit ad cenam, quicquid vobis appositum fuerit comedite nichil interrogantes. Si quis autem dixerit vobis hoc idolis immolatum est, nolite comedere. Ecce quod vocatus ad cenam non oportebat scire carnes sibi appositas idolis fuisse immolatas, quod oportuit eum scire. Sicuti ignorantia iudeorum et reliquorum infidelium qui ea que a prophetis de Christo fuerant prenuntiata adhuc ignorant esse completa, unde adhuc expectatur venturus, hec neminem excusat. Item Isidorus.

Ignorantia aliquando iuris, aliquando naturalis, aliquando civilis. Naturalis omnibus adultis dampnabilis est. Ius vero civile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris civilis ignorantia nemini obest in dampno vitando, si negotium non contigit, ut si minori pecuniam dedit filio familias, repetit. In maiore vero quasi delictum est. Item. Si successionem tibi etiam maiori delatam, cum aliosum iudice civitatis putans testamentum iure subnixum cum non esset, solidam successionem obtinebis. Si id quod nullo iure debuisti aut iure naturali non debuisti, sed civili tanquam ex chirographo solvas aut permittas, repetis. Non ita si delictum. Nam si putat rem suam secundum legem licere rapere, incidit in constitutionem. Si quis in tantam. In hoc autem non fuit ignorantia iuris sed facti, et illius quod non oportuit eum scire. Aetatis ergo criminis excusat eum ignorantia paterni delicti, quod etsi oportuisset eum scire, infirmitate tamen etatis deprehendere non poterat. Quod vero quinto loco queritur an liceat ei esse in ecclesia vel fungi ea ordinatione quam paterna pecunia est assecutus, auctoritate diffinitur Urbani qui scribens de simoniacis ait inter cetera: De paruulis qui cupiditate parentum ecclesias emunt.

Quicumque sane cupiditate parentum cum adhuc paruuli essent ecclesias vel ecclesiarum partes per pecuniam adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si canonice inibi vivere voluerint, pro magna misericordia eos ibi esse concedimus, nec pro hoc facto a sacris ordinibus illos removemus, si alias digni inveniantur. Illi vero qui per se ipsos cum maioris etatis essent nefanda cupiditate ducti eas emerunt, si in aliis ecclesiis canonice vivere voluerint, servatis prioribus ordinibus, pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus, quia si ad alias transferri fortasse non poterit et inde canonice vivere presumpserint, minoribus ordinibus contenti ad sacros ordines non accedant. Salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. Sicut tamen qui ante electionem catholice ordinati sunt, cum ea quas emerunt dimiserint et vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur, nisi forte huiusmodi ecclesia sit ut ibi primum locum debeat optinere. Primum enim vel singularem vel prepositure locum in ecclesiis emptis eos habere non patimur. Hoc autem eum non in preiudicium canonum sed ex misericordie dispensatione dixisse ex epistola eiusdem colligitur missa Vitali presbitero in hec verba: Indignitate suanda(?) symoniacis misericordia potest impendi si eos vita commendat.

Eos qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit quam vita commendet, videtur ut in monasteriis vel canonicis regulariter vivant, in suis honoris officio misericorditer condescendendo ministrare concedimus, tamen absque sacrorum canonum preiudicio. Ex hac itaque auctoritate colligitur quod ignorantia tales excusat a reatu criminis, ut supra dictum est, non a fructu emptionis, cum nec ecclesias quas parentum pecunia adepti sunt, nisi postquam eas omnino dimiserint, et ex misericordia ibidem esse conceditur. In quo patet etsi vel ignorantibus simonie peccatum sit admissum, fructum tamen paterne emptionis reportare non possint. Quod vero a crimine excusentur hinc patet, quia pro hoc facto a sacris ordinibus non removentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo qui per pecuniam est adeptus sacerdotii dignitatem, non episcopo sed cuidam ex principibus eius datam, utroque tamen ordinatore videlicet et ordinato hoc ignorante. Unde Urbanus secundus Alberto Metensi episcopo scribit: De quodam pro quo in curia parentum pecuniam dedit non episcopo sed uni principum.

Presentium portitorem quem parentum incuria per pecuniam non episcopo sed cuidam principum ei datam invitum sacerdotii dignitatem optinuisse significasti, licet sacri canones deponendum esse testentur, tamen quia culpam istam nesciens et coactus commisit, et quia ab eodem ordine in quo commisit ut deponeret supplicavit ultroneus, ex consideratione discretionis que mater omnium virtutum est, magis quam ex rigore canonum misericordie viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tue concessimus. Ita tamen ut quia ecclesia illa cui defuit sacerdotum penuria non patitur, suspensus a sacerdotali officio permaneat. Quod si forte ecclesie utilitas exegerit ut curam regiminis assumat, liceat eum ex concessione episcopi sui fratrium ea[illegible]

Q. VI.

obedientia sacerdotali officio fungi. Quid vero de his fieri debeat qui ignoranter a symoniacis ordinati sunt, quod vi. loco quesitum est, ut supra in capitulo illo videtur Urbani qui sic incipit: Si qui a symoniacis non simoniace ordinati sunt, requiratur.

Nunc autem de illis queritur qui non pro ordinatione pecunias offerunt, sed pro electione, ut vel decretum electionis fiat, vel ut subscriptione confirmetur, vel ut electioni non resistatur aliquibus premia largiuntur; an eorum electio irrita sit iudicanda. Non enim inveniuntur Spiritus sancti donum emere qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur, cum nullius spiritualis gratie aliquos faciat participes electio. Sed sicut ecclesiasticarum rerum emptores symoniaci iudicantur, que ecclesiasticis officiis ita adiuncte sunt, ut alterum sine altero aliquis non proveniat, itaque qui per electionem venitur ad consecrationem, pro premio symoniacus habetur, qui pro electione premia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset. Unde Symachus papa scribit Cesario episcopo: Nec timore nec premiis nec potentum suffragio episcopi subscribant vel confirment electio[nem].

De his qui muneribus ordinationem faciunt.

Siquis autem episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime subfragatores sibi adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives ad subscribendum, adhibito cuilibet genere timoris vel...

Item Gregorius Salonis consistentibus. **Symoniacus est qui ut eligatur premia largitur.**

Ego autem universe electioni prudens et mee anime omnipotentis Dei iudicium premetiens, eius de maximam causam subtiliter exequi desidero, si nullis premiis et muneribus, qui sacro ordini eligitur, sine symoniaca heresim, id est premia quibusdam se eligentibus prebendo, ad sacerdotale contingere conatur officium. Tunc enim, ut probus apud Deum intercessor erit, si non obligatus dolus ad locum intercessionis venerit.

Item Gregorius Sagrio episcopo Augustensi. **Sic ordinatio sic electio ... Offensus sit venalitate ob hoc prefert[ur].**

Sicut is qui invitatus renuit, quesitus refugit, sacris altaribus est admovendus, sic qui ultro ambit vel importune se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit nisi ut crescendo decrescat, et ascendendo exterius interius in profundum descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex et sine venalitate consensus, preferatur pura electio, ut ad summum sacerdotium non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur esse iudicio.

Si autem pecunia promissa fuit vel soluta, electo vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad ordinationem vel electionem pervenerit, ei nullatenus obesse videtur, nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit, nec ad electionis vel ordinationis cassationem pertinet, ad quam aliena non propria aliorum cupiditate pervenisse docetur.

Q. VII.

Nunc autem de vii. questione tractandum est: an renuntians sue heresi sit recipiendus in sua dignitate vel non. De his ita scribit Ciprianus ad Stephanum. Al': De his etiam ab hereticis redeuntibus an sint recipiendi in dignitate an non. **Quod redeuntes ab heresi in ordinibus [non] recipiuntur.**

Sicut presbiteri et diaconi in ecclesia catholica prius ordinati fuerint et postmodum perfidi et rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud hereticos a pseudo episcopis et antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sunt, et contra altare atque divinum unum sacrificia foris falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione suscipi convenit cum revertuntur, ut communicent laicis, et satis habeant quod admittuntur ad pacem qui hostes pacis extiterunt, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverunt.

Item ex vii. synodo. **De his qui pro muneribus ordinationem faciunt et redeuntes.**

Siquis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam vel non scriptam violat, anathema sit. Omnis enim episcopus aut presbiter aut diaconus convictus quod pro muneribus ordinationem dedit vel accepit, a sacerdotio cadat. Sed dicunt quidam, quia penitentiam agimus pro peccato, et Deus indulget nobis pro penitentia. Ita et ego dico quia omnem penitentiam recipit Deus, et indulget pro penitentia peccata que iam facta sunt. Novi enim quod Deus fornicatorem et homicidam pro penitentia recepit Deus, et quod dixit Deus: Inveni virum secundum cor meum. Novi rursum eundem audientem a Domino: Non edificabis mihi domum quia vir sanguinum es. Scio Manassen pro confessione suam dimissam impietatem. Scio meretrices et theolonarios pro penitentiam receptos, nullum horum tamen, qui ante baptismum peccavit, sacerdotum legibus connumeratum. Scio quosdam cum essent in mundo in fornicatione mansisse, monachos vero factos quasi luminaria mundi resplenduisse, nullum tamen sacerdotium ascendisse, quod et si raro contingit, nulla tamen lex ecclesie sunt. Novimus primum peccatricem Mariam post conversionem civitatis sanctam et castam, tamen in ministeria commissa computata non est. Sed quid hec dico? Sequens sanctos apostolos et venerabiles patres cum omni fiducia clamo quod siquis per simoniam ordinatus est, sive episcopus sive presbiter sive diaconus, est alienus a sacerdotio, neque est venalis est gratia Spiritus sancti. Cayphe traditio et adinventio symonis a sacerdotio omnino fieri est aliena.

Et si in fornicatione lapsus aliquis post baptismum fuerit in sacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis uero cum hoc peccato ad sacerdotium prouectus est, cognitus degradetur. Item. De eodem.

Episcopum qui per pecuniam ordinatur esse confiteor, quod per penitentiam recipit, dominus in euangelio dixit: Si capta uiderit eius omnibus hominibus penitentiam. Sed episcopum iuxta apostolum oportet episcopum irreprehensibilem esse. Qui enim per pecuniam ordinauit aliquem, uel ordinatus est ab eo, sacerdotio alienus sit. Tharasius patriarcha dixit de eodem. Quicumque per pecuniam ordinant, uel ordinauerunt, uel ordinantur, uel ordinandi sunt, episcopi, uel presbiteri, uel diaconi, uel quilibet de numero sacerdotum, repellantur omnino a sacerdotio, sicut Symon magus a Petro. Quicumque per pecuniam uel dispensationem, uel curam sortitus est monasteriorum, uel ecclesiarum, uel religiosarum domorum, xenodochiorum, senodochiorum, orphanotrophiorum, cum depositione expellantur a dispensatione illa et cura. Qui post baptismum cadens in fornicatione ordinatus est, si postmodum confessus fuerit, cesset ab administratione. Si uero conuictus ab aliquo, deponatur omnino. Percussor episcopus aut presbiter aut diaconus uel presbiter uel pallium aliquem quasi per hoc timeri uolens, deponatur. Item de eodem. Qui per seculares potestates ordinatus fuerit, aut ecclesiam detinuerit aut ecclesiam detinuit, deponatur. Si uero religiosam domum expellatur. Item in eadem synodo. Quod recedentes ab hereticis recipi possunt, et qui non.

Conuenientibus apud Niceam Bithinie et considentibus Petro archidiacono et Petro presbitero, et abbate monasterii sancte Sabine locum tenentibus Adriani pape, et Tharasio episcopo Constantinopolitano, et Iohanne et Thoma apocrisariis apostolicarum sedium orientalium, et ceteris episcopis, episcopi Sicilie dixerunt: Dignum est ut de statutis inquiramus. Item Basilius episcopus Anchire dixit: Constitutio ecclesiastica habet canonice tradita ab antiquo, et a sanctis apostolis et successoribus eorum patribus nostris et magistris, et sanctis uniuersalibus synodis et localibus synodis orthodoxis, ut qui ab aliqua heresi redeunt ad orthodoxam fidem et traditionem catholice ecclesie, scripto negare debent heresim suam, et confiteri fidem catholicam. Item de eodem. Tharasius patriarcha dixit: Videtur nobis ut suas sedes recipiant qui ab hereticis redeunt. Religiosissimi monachi dixerunt: Sicut receperunt uniuersales sex synodi ab hereticis redeuntes, et nos ita recipimus. Item sancta synodus dixit: Placet omnibus nobis. Et iussi sunt Basilius episcopus Anchire, et Theodorus episcopus Mire ciuitatis, et Theodosius episcopus sedere in gradibus et sedibus suis. Item Constantinus episcopus Cypri dixit: Non oportet nos qui episcopi sumus indigere doctrina, sed aliorum esse doctores. Item Tharasius episcopus dixit: Maiorum doctorum mala doctrina est ecclesia de maioribus doctoribus sacerdotes non recepit. Item Iohannes apocrisiarius orientalium sedium dixit: Heresis separat omnem hominem ab ecclesia. Item Tharasius episcopus dixit: Ecce multi canonici libri et sinodici et patrum lecti sunt, et ab hereticis reuertentes docuerunt nos recipere, si aliqua alia causa non est in eis. Item Petrus apocrisiarius pape dixit: Rome exultatus est Macharius hereticus a sexta synodo, et quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus papa, et cotidie mittebat ad eum Bonifatium consiliarium suum, et instruebat eum omnibus diebus sue excluisionis septimane et nullatenus uoluit euitari. Hoc autem faciebat ut eum reciperet in suo ordine. Item Tharasius patriarcha dixit: Quid dicitis de Anatholio? Non ne etiam in quarta sinodo factus est princeps? Et ecce ab impio Dioscoro ordinatus est. Et nos ergo recipiamus eos qui ab hereticis ordinati sunt, sicut Anatholius receptus est. Item. Uere uox dei est, et cum non moriuntur filii pro patribus, sed unusquisque in peccato suo moritur. Cum ex deo est ordinatio. Item Tharasius patriarcha dixit: Audiuimus patrum mandata quid dicunt. Oportet recipere ab hereticis ordinatos. Sancta sinodus dixit: Audiuimus domine et oportet nos recipere. Tharasius patriarcha dixit: Plures eorum qui in sexta sinodo conuenerunt, a Sergio, Pirro, Paulo, Petro ordinati sunt, qui fuerunt monotholitarum principes hereseos. Cum isti continuatam in Constantinopolitanam sedem sederunt, et ab ultimo eorum Petro usque ad sextam sinodum non fuerunt plus quam xii. anni. Thomas uero et Iohannes et Constantinus ab hereticis uiris archiepiscopi facti sunt, et tamen postea non sunt reprobati. Sancta synodus dixit: Hoc manifestum est. Constantinus episcopus Cypri dixit: Sufficienter ostensum est quod ab hereticis uenientes recipiendi sunt. Si uero quis sponte ad hereticum uadit et accipit ordinationem, non recipiatur. Item Tharasius patriarcha dixit: Et ego refuto eos qui ab hereticis mercede ad fidei subuersionem ordinati sunt, maxime cum presentes essent orthodoxi episcopi a quibus poterant ordinari. Sic patrum est intellectus. Si uero sinodalis consonantia fuerit et humanitas ecclesiarum de orthodoxis qui preter spem ab inmundis hereticis ordinati depositioni subiaceant. Sancta sinodus dixit: Hoc esse iustum iudicium.

Ex hac auctoritate datur intelligi, quod qui ab unitate catholice fidei in hereticorum societatem transierint, ut de manibus eorum ecclesiastice dignitatis sacramenta percipiat. Ut qui contemptis orthodoxis ab hereticis ordinari desiderauit, et si postea sue ad renuntians heresi ad ecclesiam redierit, offitio tamen accepto

fungi non potest. auctoritate uero cipriani prohibentur ab amministratione ecclesiastica qui intra catholicam ecclesiam ordinati adfidei inpugnationem dilabuntur. Porro simoniaci nec ab hereticis ordinantur adfidei subuersionem nec intra catholicam ecclesiam ordinati aduersus fidem armantur. Quamuis enim non nullos prope curam ordinent. si tamen fidem repugnant nec gratiam spiritus sancti uenalem predicant. Unde premissis auctoritatibus cum heresim suam ueraci penitentia detestati fuerint non prohibentur recipi in suis gradibus. Verum tamen capitulo illo calcedonensis sinodi. Siquis per pecuniam et cetera. Et illo alio .vii. sinodi. Siquis omnem traditionem et cetera. Et innocentii et aliorum multorum auctoritatibus inreparabiliter uidentur dampnari. Hinc etiam leo .iiii. episcopis britannie. *In ordine male accepto simoniacum agere penitentiam fi ps.* Requiritis de his. qui turpissimo lucro columbas in templo domini uendere non pertimescunt et sua acta improba temeritate simoniace heresi confugiunt. utrum possint in ordine penitentiam agere. an tantum modo extra ordinem et sacerdotalem fieri gradum oportet. Quos nos quidem coniunctis et his qui tam detestabile nefas quod iam multis est dampnatum conciliis peregisse noscuntur. nulla possumus penitentia subuenire. et tot spiritualibus patribus obuiare. Sed in illorum patrum me sententia conuenire omnibus certum sit. Nisi rigor ordi...

sciplinę quandoque relaxetur ex dispensatione misericordie. Multorum enim crimina sunt dampnabilia. que tamen ecclesia tolerat pro tempore. pro persona. intuitu pietatis. uel necessitatis siue utilitatis et pro euentu rei pro tempore. sicut gelasius. qui cum necessitate temporis uideret italicam ecclesiam. propter belli famisque incursionem fere omnium clericorum offitio destitutam, adeo ut plerisque populis subsidia regendarum deessent animarum. concessit ut monachi et laici clericos assumi. ita dicens.

Propter necessitatem apostolice sedis decreta temperantur.

Necessaria rerum dispensatione constringimur. et apostolice sedis moderatione conuenimus. et apostolica sic canonum paternorum decreta librare. ut ea que presentium necessitas temporum instaurandis ecclesiis relaxanda deposcit. diligenti consideratione quantum potest fieri temperemus. Item pelagius. Item Regum re super in tractatu ordinandorum. Item innocentius papa. Cum pro necessitate temporis ne nimium scandalum esset in ecclesia ordinatos a bono so heretico susceperit. aut in decretis suis. *Cessante necessitate debet cessare quod urguebat.*

Quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est. constat primitus non fuisse. Quod quoniam necessitas pro remedio repperit. cessante utique necessitate debet cessare pariter quod urgebat. quia aliud est ordo legitimus aliud usurpatio quod fieri ad presens tempus inpellit. Et Similiter ex dispensatione in niceno concilio de nouatiani statutum est ut ad ecclesiam redeuntes ordinentur.

Item ordinentur qui ex nouatianis ad ecclesiam redierunt.

Siqui uoluerint uenire ad ecclesiam catholicam ex nouatianis. placuit sancto concilio ut ita ordinentur. et sic maneant in clero. ante omnia autem hanc ab eis confessionem perceptam exigi oportet. ut fateantur se cum consensu catholice ecclesie statuta obseruaturos. Item gregorius in registro.

Iuramentum ascismate redeuntium.

Quotiens cordis oculus nube erroris obductus. superne illustrationis lumine fit serenus. omni cautela intendum est. ne latentem auctor scismatis irruat. et ab unitatis radice eos qui ad eam reuersi fuerint. telo iterum erroris abscidat. Et ideo postquam ego .h. tal. ciuitatis episcopus. corpore diuisionis laqueo quo tenebar diuina me cum deliberatione pertractans propria et spontanea uoluntate ad unitatem sedis apostolice diuina gratia duce reuersus sum. ne non pura mente sed simulate reuersus existimer. spondeo sub ordinis mei casu. et anathematis obligatione atque promitto tibi henrice. et per te sancto petro apostolorum principi atque eius uicario henrico beatissimo ut successoribus eius me nunquam quorumlibet suasionibus. uel quocumque alio modo ad scisma de quo redemptoris nostri gratia liberante ereptus sum. reuersurum. sed semper me in unitate sancte ecclesie catholice et communione romani pontificis per omnia permansurum. Unde iurans dico per eum omnipotentem et per hec sancta .iiii. euangelia que in manibus meis teneo et salutem hen. dominorum nostrorum et rem publicam gubernantium me in unitate sicut dixi ecclesie ad quam deo propitio sum reuersus et in communionem romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si quod absit ab hac me unitate aliqua excusatione. uel argumento diuisero periurii reatum incurrens eterne pene obligatus inueniar. et cum auctore scismatis habeam in futuro seculo portionem. hanc autem confessionis et promissionis mee cartulam henrico meo notario cum consensu presbiterorum. et diaconorum. et clericorum. qui me hac in unitate obligantes se insuper scriptis omnibus propria similiter uoluntate similiter secuti atque propriis manibus subscripti sunt scribendam dictaui et propria manu subscribens tibi tradidi acta in loco hactenus die illa et consulibus conscriptus supra scriptis. subscriptio episcopi. Ego henr. episcopus ciuitatis illius. huic confessioni promissionique mee prestito de conseruandis supradictis omnibus sacramento subscripsi.

Ceterum ex canonum rigore dicit sedit felix papa.

omnibus epis. Qui extra ecclesiam baptizati fuerint ad ecclesiasticam militiam non [admittantur].

Qui in qualibet etate alibi quam in ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere. Quibus satis debet esse quod in catholicorum numero sunt recepti. Qui in de suo ordine et comunione videbitur fere in dormitum. Quisquis hoc violauit institutum, ut qui non remouerit eum, quem ecclesiastici cetu ad ministerium clericale obrepsisse cognouit.

Pro persona sicut beatus Gregorius scribens Ianuario episcopo ait. Rigor canonum pro persona aliqua relaxatur.

Tantam nequitiam maxime meas de tua senectute, pueritiam adhuc humanitus pensaremus, si ex ea tam male actione feriremus. Et quidem pene fuerat in te sententia iaculanda. Sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus.

Pietatis intuitu sicut debilitatis corporis uiciatis. Gelasius ait. Canonum decreta pietatis intuitu aut non numquam relaxantur.

Si qui uero sua temeritate uel incuria, penitentium tales suscepti sunt, nec ultra promotionis accipiant. Satis sibi habeant hoc sibi pro nimia consideratione miseratione concessum.

Necessitatis intuitu sicut ylarius papa ait. Qui cum de quodam episcopo preter notitiam metropolitani ordinato, ne inutroque grauius scandalum fieret ait. In epistola sua: Necessitatis causa quedam in ecclesia tollerantur.

Quod quicquid ab alterutra parte est indicatum, non uidemus confusum prauitate, temporum necessitate perspecta hac ratione decreuimus aduenia, pruinie quod gestum est, ut deinceps nullus preter noticiam uel consensum metropolitani ordinetur antistes.

Item Innocentius. De eodem.

Quotiens a populis aut turba peccatur quia in omnes propter multitudinem uindicari non potest, inultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine precauenda.

Item ex epistola Cirilli missa maximo diacono antioceno. Ex dispensatione quedam tollerantur, que rigor canonum condempnat.

Iudici adiligendo in paulo monacho, quia recusat pietas tua usque hodie comunionem reuerentissimi episcopi Iohannis amplecti pro eo quod quidam in antiocena ecclesia male adhuc cum nestorio uel sentiant uel iam senserint quidem, sed forsitan resipuerint. Prebet ergo tua modestia utrum aliquem colligi nude ac inreuerenter cum nestorio sentiant et inuicem colloquantur. Licet aliquem cautelatam habuerit conscientiam colligant autem nec acta penitentia super hiis in quibus subrepti sunt, quamuis confiteri fortassis reuerentur ante excessum. Ut autem non estimetur amare contemptionem amplectamur episcopi reuerentissimi Iohannis comunionem indulgentes ei, et causam dispensationis eius negotium non subtilius uel districtius siue uehementius erga se recognoscat agitari. Dispensationis enim gratia sicut dixi eget negotium multum.

Idem adaniarium episcopum et archimandritam. De eodem.

Dispensationes rerum non numquam cogunt parum quid a debito quosdam exire foras ut magis aliquid lucri faciant. Sicut enim hii qui mare nauigant tempestate urgente, nauicula periclitante, anxiati quedam exhonerant, ut cetera salua permaneant, ita et nos cum non habemus saluatorum omnium negotiorum penitus certitudinem, despicimus ex hiis quedam ne et uniuersorum patiamur dispendia.

Utilitatis intuitu sicut in meldensi concilio prohibetur. De filiis uirginum preuim raptorum et sic ad coniugium applicitorum. Utilitatis intuitu quedam in ecclesia tollerantur.

Tali coniugio generati ecclesiasticis ordinibus non applicentur, nisi forte eos aut maxima ecclesie utilitas uel necessitas postulet, uel meritorum prerogatiua comendet.

Hinc petrus concordians ait. In ueritate comperi quia non est acceptor personarum deus.

Pro euentu etiam rei quedam in ecclesia tollerantur. Sicut leo ait in decretis suis. De laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis. Laicis qui contra decreta canonum ad episcopatum promouentur omnia suscepti officii [...]

Exigunt cause ut non solum in tales relinquerentur. Personales sed etiam in ordinatores eorum competens ultio proferatur. Sed cum sit nos hinc mansuetudo mitis, hinc censura iustitie ut credimus, quedam delicta utcumque tollanda, quedam uero penitus amputanda, uos ergo quorum prouectio hanc tamen reprehensionis incurrit quod ex laicis adepta, le officium electi sunt, locum suum tenere permittimus, non preiudicantes apostolice sedis statutis, nec beatorum patrum regulas soluentes. Quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, nec quod nec potuit aliqua ratione concedi fas est amplius impune committi. Ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post modum ultione plectamus.

Idem ad mauros episcopos. Donatiste et nouatiani qui sunt reprehensibiliter ordinati tamen ex necessitate tollerantur.

Maximum quoque ex laico reprehensibiliter licet ordinatum tamen si donatista iam non est et a spiritu scismatice prauitatis alienus est, ab episcopali quam quoque modo adeptus est non repellimus dignitate, ita ut ipse libello ad nos directo catholicum se esse manifestet.

Idem. De eodem.

Donatum autem selacensem ut comperimus ex nouatiano cum sua plebe conuersum ita dominico

gregi uoluimus ꝓficere ut libellum fidei sue meminerit adnos dirigendum quo et nouatiani dogmatis dāpnet errorē. et plenissime confiteatur catholicam ueritatē. Que aūt nō certa remisimus constitutione cāꝫ antiquis deinceps custodienda s̄ regul. ne qd antēps pia lenitate concessimus. iuxta ꝑ hac ultione plectamus. Item ianuario ep̄o aquilensi. **Redeuntes ab h̄rsi ꝑ publica ꝓfessione in suis ordinib recipi possunt**

Saluberrimum enī et spūal medicine utilitate plenissimū aut siue pbri siue diaconi. siue subdiaconi. aut cuiuslibet ordinis cl̄ici qui se uult correctos uolūtati adcatholicam fidem quam ꝓdem amiserant rursū reūti ambiunt. ꝓius errores suos ⁊ ipsos auctores erroris a se dāpnatos sine ambiguitate fateantur. et sensibus ꝑuis etiam peremptis. nulla despandi supsit occasio nec ullū membrum talium possit sotieta te uiolari. cū pōna illis ꝓfessio ꝓ pa cepit obuiare ēca ēr etiam illam canonum constitutionē ꝑcipimus custodiri ut in magno hānt beneficio si adeptas oī spe ꝓmotionis i q̄ inueniūt ōdie stabilitate ꝑmaneāt ꝑpetua si tn̄ iterata tinctione n fuūt maculati. Item greg. mār. ꝑp. **Ab h̄rsi redeuntes h̄rsis ⁊ eius auctores publice ds̄teri**

Siquis ep̄s siue alicuius ep̄i pbr̄ aut diaconus mali cuius h̄rsis opinionem offenderit. et ob hanc cām fuit excōicatus nullus ep̄s in comunionem eum recipiat n ꝑius in cōi concilio pō recto fidei sue libello satisfatiat ōibus ⁊ ita liberam teneat suam purgationē. hoc idem ⁊ de fidelibus laicis sit decretum si in aliquā heresis opinionem fuerint nominati.

Ecce quibus de causis quedam incēcta tollerantur que hisdem cessantibus pia seueritate reuocantur. Quñ aūt tollanda s̄. qn̄ resecanda gelasius ꝑp. distinguit dicens; **Quō incēcta aliqua sint tolleranda;**

Etsi illa non nunquam s mendā s̄ que sacerdotū constat integritas nocere sola n̄ ualent. illa tn̄ magnopē ꝑcauenda s̄. que recipi sine manifesta decoloratione non possunt. ⁊ si ea ipsa que nullo detrīto aliquotiens indulgenda creduntur. ut rerum ut tpōꝫ que cogit iniuꝰ ꝑ pulsionis acceleratē, ex tu sat respectus quanto magis illa nullatenus sūt mutilanda que nec nulla necessitas nec ecclastica prius extorquet utilitas. ⁊ aliqn̄ enī pro necessitate ut utilitate eccl̄e mutilantur et laxantur precepta canonica.

Breuit̄ ostendimus qui reūtentes ab heresi in suis ordinibus ualeant recipi. ut qui non.

Nūc aūt q̄r de his qui ab hereticis ordinatis sīt ad unitatem catholice matris eccl̄e ab h̄rsi redierint. utr̄ ꝑ eos dōme tm̄ ualeant ordinari. Semel enī consecratus. ut ait beat̄ grḡ. iterū consecrari n̄ debet. Item; **Feoderu;**

Sacramēta que ab hereticis informa eccl̄e ministrantē. sicut aug̃ testatur reitāri n̄ debēt. ne n̄ hominum s; sacramēto uideatur fieri iniuria. Sed illud grḡi debet intelligi qui consecrationem sacerdotalem aut ep̄alem acceperūt. q aut ꝑmanus impositionem cum ad eccl̄am redeūt effectum sue unctionis accipiunt. aū ab eius amministratione ꝑpetuo cessare iubentur. si illr̄ illd aug̃i de eadē mistica unctione et de sacramēto baptismatis intelligitur. Sb aūt inecēcta aū ordines qui sine sacramēti unctione sola ep̄ali benedictione cū quadam uasoꝝ ut indumētoꝝ distributiōe ꝑstantur. ut s̄ leuite ⁊ cetē infra eos constituti. hi quam uis ab hereticis ordinentur. tn̄ ad eccl̄am redeuntes. in eodem ordine si alias digni fuūnt ab eccl̄a ordinentur. nec fiet in eis reitatio muneris. cum nīc ab hreticis eis doceatur fuisse collatum. Unde urbanus ii. scribit petro pistoriensi ep̄o ⁊ rustico abbati uallis umbrose; **Redeuntes ab hereticis in re**

Daibertum a negze lone licet simoniaco. **ordinādi** n̄ simoniace eiusdem confessione reperimus in diaconum ordinatum beati innocentii ꝑp. sententia constat declaratum quod negzelon. hereticus quem constat ab heretici ordinatum qua nīc habuit dare nīc potuit ei cui manus imposuit. Nos g̃ tanti pontificis auctoritate firmati. damasi ꝑp. testimonio roborati qui ait. rectaꝑ oportet quod male actum ē. daibtum ab hereticis corpore ⁊ spū digessū. atq utilitatib; eccl̄e ꝓuiti; insudantem ex integro eccl̄e necessitate ingruente diaconem constituimus quod n̄ reitationem existimari censemus. s; tm̄ integrā diaconiidationem quē quid ū ꝑcepimus quia nichil habuit. nichil dare potuit. Item damasus ꝑp. **De eo dem...**

Per illicitam manus impositionem uulneratum capud illi qui uidebantur aliquid accepisse habebant et ubi uulnus infixum ē. necēe ē medicinam adhiberi qua infixa sanetur macula. ā. reitāri necēe ē qd legitime actum aut collatum minime ꝓbatur. Nam quō modo possit honorem retinere qui ab illo accepit qui potestatem dādi non hūit legitime, inuenire non possum. Item c. vi ii. cod. t. ad legem iul. repetundarum. Imperatores theod. et ualē. sancimus. huius mōi

uiros aegyptias.

uinos ad pueritias regendas accedere qui ad honoris insignia non ambitione uel precio set probate uite et amplitudinis sue solent testimonio promoueri ita sane ut quibus hii honores prebentur uel nomen sumunt electione commissi uicitati uel gesta deprimant se per administrationibus sortiendis neque dedisse quippiam neque daturos unquam premium fore. siue per se siue per interpositam personam in fraude legis sacramentique aut donationis uenditionisque titulo aut uelamento alio cuiusque contractus. Set exceptis salariis non penitus tam ut immunis rationibus manifestatione positos quam post depositum offitium pro aliquo prestito beneficio temporis administrationis quam gratuito meruerint acceptos. licet nemine diuini timoris contempnendo iure iurando arbitrem inmemorem ut saluti sue ullum comodum anteponat tamen ad salutis timorem et necessitate periculi subiungetur. Set quis tunc anus fuit prebita sacramenta neglegere non modo aduersus accipientem set et aduersus dantem accusandi cuncti tamquam publicum crimen concedimus facultatem quadrupli pena eum qui conuictus fuit modis omnibus feriendo. Item pascalis papa.

Patet simoniacos ueluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus esse respuendos et si commoniti non resipuerint ab exteris etiam potestatibus opprimendos. omnia enim crimina ad comparationem simoniace heresis quasi pro nichilo reputabuntur. Ut his breuiter premissis ad ea ueniamus que certa seueritate discipline pacta esse ulcisci ostendentes quibus accusantibus uel testificantibus quibus sit conuincendi quo iudice quisque debeat condempnari uel absolui. si ea uitiata fuit quo remedio possit subleuari. si accusatores defecerint an reus sit cogendus ad purgationem et ut facilius pateat quod dicturi sumus exemplum ponatur subocultis in quo auctoritates hinc inde contrariantes distinguantur et quid scientia patrum sentiat auctoritas liquido intimetur.

QUIDAM EPISCOPUS de lapsu carnis impetitur a laico. duo monachi unus subdiaconus et duo leuite aduersus ipsum testimonium ferunt. a metropolitano suo sentit se pregrauari. in ipsa uentilatione cause tres ex testibus defitiunt siue promissione decepti siue canonica examinatione reprobati. expoliatur tamen episcopus quia crimen eius notorium erat.

Hic primum queritur an in manifestis et iudiciarius ordo sit requirendus. Secundo an expoliatus ab aliquo sit iudicandus. Tertio qua pena sit feriendus qui in accusatione uel testificatione defecerint. Quarto si duorum testimoniis sit condempnandus. Quinto si deficientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem. Sexto si remedium sit dandum ei qui ea causationis uocem appellationis exhibuit. Septimo si laici monachi uel quilibet inferiorum ordinum in accusatione maiorum ordinum sint ordinandi et audiendi. Octauo quomodo debeat fieri accusatio an in scriptis an sine scriptis. Quod autem nullus sine iudiciario ordine dampnari ualeat multis auctoritatibus probatur. Deo namque ait aug.

Dampnari non nisi aut quietus aut sponte confessus ualet.

Nos inquit quemquam sententia ferire non possumus nisi aut conuictum aut sponte confessum. Item constantinus imperator. De eodem.

Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat quam aut reum ipse se confiteatur aut per innocentes testes conuincatur. hoc idem testatur aug. et eisdem uerbis. Item ggg.

Sicut sine iudicio quemquam nolumus condempnari. ita quod iuste diffinita sunt nulla patimur excusatione differri. Item eleuterius episcopus.

Nichil esse quelibet accusatum De eodem absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et dominus noster ihesus christus iudam furem sciebat set quia non est accusatus ideo non est eiectus. Item felix papa. De eodem.

Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis quam aut ipse reum se confiteatur aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes conuincatur. alias irritam esse censemus et iniustam episcoporum dampnationem et ideo a synodo retractandam ita ut oppressis ab omnibus incunctis causis subueniatur. Item decreuit zepherinus papa. Item aug. Multi pro tollerantiam sustinendi sunt quamuis sententia

Unus ex uobis me traditurus est. Diuini iudicii sit condempnari

Benedixerat ex uobis et non ex uobis. ex uobis est aquo per iudiciariam potestatem confessus aut conuictus exclusus non est. Amen uero qui nullis indigeo argumentis et omnia certissime noui separatus et diuisus est. tale est ac si diceret. Et si ego eum pro occulti dei iudicii sententiam dampnatum habeo. uos tamen adhuc illum per tollerantiam sustinete. Item ggg. ubi dese

sori eunti in hispaniam. **Nullum fuerit iudicium, nisi rationabiliter habitum;**

In primis requirendum est de persona presbiteri dilectissimi fratris et coepiscopi nostri Ianuarii et si ita se veritas habet sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia atque loco suo idem presbiter modis omnibus revocetur. Si autem dictum fuerit quia esse ipsum causa aliqua moti sive probata est, subtiliter ipso presente et pro se rationem reddente. Querendum est et genus cause et modus probationis ut ex hoc colligere valeas, utrum ex hoc in exilio demorari an certe in ecclesia et officio suo debeat revocari. De episcopi persona hoc faciendum est ut si nulla contra eum crimina que exilio ut depositione digna est mota sive probata est. Is episcopus qui eo superstite preter usum contra canones in ecclesia eius ordinari presumpsit, sacerdotio privatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo fratri Ianuario et coepiscopo nostro tradendus est. ut aut ab ipso in custodia habeatur. aut certe ab eo ad nos transmittatur. Episcopi vero qui eum ordinaverunt ut ordinationi eius consentientes inventi fuerint. vi. mensibus dominici corporis communione privati agere penitentiam in monasterio decernantur. Et supradictus Ianuarius loco et ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero communione privatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in prefuitio dampnationi ut depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse ac talia fecisse sua sponte confessi fuerint et tempus abreviandum est et modus penitentie temperandus. Si vero ille qui locum eius invasit de hac fortasse luce migravit et alius est ordinatus quia levioris culpe videtur non cum sciens successisse defuncto. cepitus illa officium ab ea tantummodo ecclesia interdicatur. ut in alia ecclesia que sacerdote vacaverit si electus fuerit possit esse episcopus. Ad Malechitanam tamen ecclesiam numquam aliquo modo revertatur. Gloriosus autem contriolus quicquid predictus episcopus pro violentia atque insecutione ipsius expendisse, vel dampnum pertulisse dato sacramento firmaverit eidem episcopo restituere condempnetur. Si autem aliter quam ante fati episcopi peticio continet actum esse forsitan probetur subtiliter querendum est et cogitata veritate cum Dei timore quod iusticie ordo suaserit iudicandum. Item. Quia igitur Stephanus episcopus modo suo questa ficta et de falsis capitulis se accusatum neque aliquid ordinabiliter factum sed esse iniuste se asserit condempnatum diligenter querendum est. Primo si ordinabiliter iudicium est habitum. Si alii accusatores et alii testes fuerunt. Deinde cause qualitas est examinanda si digna exilio ut depositione fuerit. si eo presente qui accusatus est sub iure iurando testimonium esse eum dictum est. si scriptis actum est. si ipse licentiam respondendi ac defendendi se habuit. Sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est. cuius opinionis cuiusve conditionis sint. et ne inopes sint. ne forte aliquas contra prefatum pastorem inimicitias habuisse. utrum testimonium ex auditu dixerit. aut certe specialiter se scire testatus est. si scriptis iudicatum est et partibus presentibus sententia recitata est. Quod si forte hec sollempniter acta non fuerint, neque causa probata est, que exilio ut depositione digna sit in ecclesia modis omnibus revocetur. **H**ii vero qui contra Dei timorem et statuta canonum condempnaverunt eum, excommunicati in monasterio ad agendam penitentiam vi. mensibus sunt mittendi. Ita sane ut si cuiquam eorum mortis contigerit imminere discrimen, viatici benedictio non negetur. Ipse autem qui eo vivente locum eius temerarie abiit. privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur. atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur. ut eum ipse aut ad nos transmittat aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare presumpserunt. licet ordinationi illius prebuere consensum. communione privati vi. mensibus ad agendam penitentiam in monasterio deputentur. et cetera. ut supra de causa Ianuarii episcopi. Et infra. **Q**uod si forte aliqua de obiectis esse memoratum Stephanum episcopum probata sunt. aliqua vero doceri minime potuerunt. Cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula an certe graviora probata sint. ut exinde qualiter diffinitionem tuam formare debeas possis scire. Gloriosus vero contriolus si supradictum episcopum innocentem esse claruerit. quicquid de rebus suis vel ecclesie estimat. ipsius valet, ei sine aliqua dilatione restituat. et cetera. ut supra capitulo Ianuarii episcopi. **S**i autem talem culpam et cetera. Et infra. In prima causa monachorum. de persona presbiteri. Et infra. **D**e persona Ianuarii episcopi. Sciendum est igitur omnino contra legem actum esse ut violenter de ecclesia traheretur. dum si qualibet iniuriam acquieverit. episcopus passus fuerit in ecclesia iturianter lex capitali pena percutiat. et sic maiestatis reum omnibus det illum accusandi licentiam. ut huius legis series loquitur. Cod. l. i. cap. iiii. Const. xi. Si quis in hoc genus sacrilegii irrupit ut in ecclesia catholica irruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid importet iniurie et cetera. Et infra. **D**e persona episcopi Stephani hoc attendendum est qui nec invitus ad alienum iudicium trahi nec ab episcopis alieni concilii debuit

iudicari. Cont̄ hec si dictum fuit. quia nec metropolitanum habuit nec patriarcham. dicendum ē. quia a sede ap̄lica que omnium ecclarum cap̄ ē. h̄ cā audienda fuerat. ac diffinienda sicut pelicus ep̄s petisse dignoscitur. Quia ḡ ep̄i alieni conciliī iudices huit. omno suspecto sententia ñ a suo iudice dicta. nichil firmitatis optineat. Quod aūt dicitur quasi sus accusatus. Sciendum ē quia auctori mittantur debuerunt. Si uō de crimine maiestatis accusatus dr̄. ñ h̄ ipm̄ deo credendum fuit si uita ut op̄io ei talis mea illi ñ extitit. Quod aūt dicit idē ep̄s quia se absente aliqui uili sunt ē testes exhibiti hoc si uez ē nullius ē momenti. quales aūt testes ut cuius opinionis ad testimonium ē admittendi. plurime leges ostendunt. que pene nulli huntur incognite. que ē. uno sanciunt ut uilissimis testibus sine corporali discussione credi ñ debeat. Quod aūt dr̄ quia me sc̄ptis iudicatum ē. leg̃itum ē. C. t. xliii. libri vii. constitutio ult̄ constat quia sc̄ptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia p̄cipit. ut sententia que sine sc̄pto dicta fuit. ñ nomen sententie hr̄e mereatur. Item eod. l. vii. t. de sententiis ex piculo recitandis. Ultima sententia de sc̄pto debet p̄ferri. Imperatores ualerius. grat. et ual. ad. Statutis generalib; iussimus. ut unum si iudices qb; redonandi iuris inpuniti p̄missimi facultate cognitis causis. ultimas diffinitiones de sc̄pti recitatione p̄ferant. huic addimus sanctioni. ut sententia que dicta fuit cum sc̄pta ñ eēt nec nomen quidē sententie hr̄e mereatur. nec ad recusionē p̄petam decretoz appellationis sollempnitas requiratur. Item ex. ap̄ scm̄ medardum. cap̄. iiii. ymarius remoz archiepiscop̄ dixit. De eo dem.

Legum ecclāz auctoritas talis ē. ut in causis gestoz semp sc̄ptum requirat adeo ut cui ad sacrum fontem accedit suū nomē dare p̄cipiat. q ad sacerdotiū summū p̄uehitur dec̄to manib; omium roborato eligatur. ordinatus aūt a suis ordinatoribus litteras accipe iubetur. qui ē ab ecclā sua et a societate quolib; excessu dissentiat libelli sc̄ptione aut recipit aut deicit. Sz qui accusatur ut excōicatur seu reconciliatur p̄sc̄ptam accusari ut reconciliari iubetur. Et sic in ceteris hui̊moi in sc̄ptis deposcitur. ut sicut beatus gg. in cōmonitorio ad iohm̄ defensorē ex romanis legib; sumens. ex. s. sententia que sine sc̄ptura p̄fertur. nec nomen sententie hr̄e mereatur. Item nicholaus pp̄. adaldo turonensi archiepō; Restitui debet qui absens, & non conuictus neque confessus.

Notum sit tue frēnitati karitati quod iste ēē eiectū pb̄r paup. nomine x̄po forus de sua angustia adiit tuam clementiam lacrimabiliter sit conquestus. dicens se falsis criminib; impetitum. ⁊ ab ecclā ñ conuictum neq confessum irrationabiliter fuisse reiectum. Nam ut ip̄e refert tua diligentia per tres uices inquisitione facta nulla in se neq de fornicationis crimine neq de homicidio cum confessione reperiri potuit culpa. ñ quia sue parrochie tāt ca. que petebat aut consentire noluit. aut adimplere ñ potuit. quod suus tñ emulus ultroneus egit qui illius ecclam iniuste p̄ripuit. Io ido magnope monemus reuerentiā tuā ut que te forte ignorante gezitica cupiditate pacta ēē uidentur tue fraternitatis censura cetis emendatione corrigant. s. restituendo eccle p̄fatum dictum sacerdotē atq ei reddendo tua pietate quē p̄cludit p̄stinū honorē. ⁊ nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contempni p̄mittas quia facientem ⁊ consentientē par pena constringit. Item. ex lib. constitutionū. Ante quam causa examinetur aliquis excōicari ñ licet;

Nemo ep̄s. nemo pb̄r. excōicet aliquē an quā cā p̄betur. p̄p quam ecclastici canones hoc fieri iubent. Siquis aūt adu̇sus eam excōicauit. iuniori abstineat aliquē ille qui excōicat ē. maioris auctoritate sacerdotis ad gr̃ām scē comunionis recipiat. Is aūt qui ñ legitime excōicauit. in tm̄ abstineat tps. quantū maiori sacerdoti uisum fuit. ut quod iniuste fecit eum excōicando. ip̄e iuste patiat. Item aug. in ep̄la ad clerū ⁊ uniu̇salē plebem yponensem; Incerta et dubia iudicari non possunt;

Nomen pb̄ri p̄pea ñ ausus sum de numero collegaz eius supp̄mē ut delere. ne diuino pietatis potestati subeuntis examinatione cā adhuc pendet. face uiderer iniuriā. si illius iudiciū meo uellē iudicio p̄uenire. q nec in negotiis sclarib; iudices faciunt. qm̄ ad maiorē potestatē dubitatio defert. ut pendente relatione aliquid audeat comutare. an epoz ēq concilio constitutum ē. nullum clericum qui ñdum conuictus ē. suspendi a communione debere. ñ ad cām suam examinandā se ñ rep̄sentauit. Item meliciades pp̄. Nec certi suspicionis arbitrio nec an uez ⁊ iustum iudicium.

Primo sep omnia diligent. dicuñ aliq condempnet. inquirite. ut cum iusticia ⁊ caritate diffiniatis. neminē condempnetis ante uez ⁊ iustum iuditium. nullum iudicetis suspicionis arbitrio. sed p̄mum p̄bate. ⁊ postea caritatiuā ferte sententiam. ⁊ quod uob ñ uultis fieri alii face nolite. Ex. l. xl. viiii. t. de accusationib; ⁊ inscriptionib; Qui ab accusatione p̄hibeant ⁊ qui recipiant;

Prohibent alii accusare p̄p. sexum ut etatem. ut mulier ⁊ pupillus. alii p̄p sacramentū. ut qui stipendium merent. Alii p̄p magistratum ⁊ potestatem. in qua agentes sine fraude inius uocari non

possunt, alii propter delictum proprium ut infames. alii propter turpem questum. ut qui duo iudicia. adversus reos duos. subscripta habent. nummos ve ob accusandum. ut non accusandum acceperint. alii propter conditionem suam ut liberti non esse patronos. alii propter suspitionem calumpnie. ut illi qui falsum testimonium subornatum dixerunt. non nulli propter paupertatem ut sunt qui minus. quam .l.ta. aureos habent. tamen hii omnes si iniuriam suam exequntur. mortem ve propinquorum defendant ab accusatione non excluduntur. sibi libera quoque non est prohibendi suarum rerum defendarum gratia. de facto parentum patronorum ve queri. velud si dicant. vi se a possessione ab his expulsos non sint. ut criminaliter eos intendant. et ut possessionem recipiant. Nam et filius non quidem prohibitus est de facto matris conqueri si dicat subpositum ab ea partum non quo magis cohercere habeat. scilicet eam rea lege cornelia facere ei permissum non est. Sabalio delatum alius deferre non potest. scilicet ei qua abolitione publica in privata interveniente aut desistente accusatore de reis excepti sunt deferre non prohibetur. Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a prefecto annone deferentem. divus severus et antoninus rescripserunt. famosi quoque et accusatores sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiendi sunt.

His omnibus auctoritatibus datur intelligi quod nullus est condempnandus. nisi iudicio ordinabiliter habito aut convincatur. aut reum ipse se confiteatur. Verum hec de illis intelligenda sunt quorum crimina sunt occulta. ceterum que manifesta sunt. iudiciarium ordinem non requirunt. Unde Nicolaus papa.

Sine accusatione manifesta iudicentur;

Manifesta accusatione non indigent. Item Nicholaus papa carolo regi. De eodem;

Que lotharius rex nepos vester fecit. accusatione non indigent. Manifesta enim sunt teste apostolo opera carnis, que sunt fornicatio. immunditia et cetera. Cum res manifestas enim calliditate accusantium reus non opprimatur. nec tergiversatione proprium crimen celetur. Cum crimina sponte se oculis omnium ingerunt. atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur; qui ideo tantum institutus est. ut nec innocentia ipsius diu pateat ad insidiandum. nec culpa delinquentis sententiam effugeret iusti examinis. Unde stephanus papa leoni episcopo thiensi. Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa.

De manifesta et nota plurimi canones sunt querendi testes ut sanctus ambrosius in epistola ad corinthios dicit. de fornicatore exponens sententiam apostoli. Iudici inquiam non est sine accusatore dampnare. quia dominus iudam cum fuisset fur. quia non est accusatus minime abiecit. Cognito autem opere isto. pellendum illum apostolus de cetu fraternitatis censuit. omnes enim crimen eius sciebant et non arguebant. publice enim novercam suam loco uxoris habebat. In qua re nec erat opus testibus. neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen. Et paulo post. absens facie. presens autem auctoritate spiritus sancti qui nusquam abest. iam iudicavi ut presens. eum qui hoc admisit tradi sathane. cum amisit in interitum carnis. Gratianus. Sciendum est quod eorum que manifesta sunt. alia sunt nota iudici et incognita aliis. alia sunt manifesta aliis et occulta iudici. que tamen non nota sunt iudici et aliis. Que iudici tantum nota sunt sine examinatione ferri non possunt. quia dum accusatoris personam assumit iudiciaria potestas amittit. In una enim eademque causa nullus simul potest esse accusator et iudex. Unde augustinus in omelia de penitentia. Quando aliqui sunt corrigendi quando tollerandi

Multi corriguntur ut petrus. multi tollerantur ut iudas. multi nesciuntur donec veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. et infra. nos vero a communione quemquam prohibere non possumus. quamvis hec prohibitio nondum sit mortalis. sed medicinalis. nisi aut sponte confessum. aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum aut convictum. Quis enim sibi utrumque audet assumere. ut cuiquam ipse sit accusator et iudex. huiusmodi regulam et paulus apostolus in epistola ad corinthios breviter insinuasse intelligitur. cum quibusdam commemoratis criminibus ecclesiasticam formam ad omnia similia ex quibus daret. ait enim. scripsi vobis in epistola. Ne commisceamini fornicariis. non utique fornicariis huius mundi. aut avaris. aut raptoribus. aut ydolis servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo manentes. non cum talibus vivere. nec eos possunt lucrifacere christo si eorum colloquium convictumque vitaverint. Unde dominus cum publicanis et peccatoribus comedens non est inquid opus sanis medicus sed male habentibus; non enim vocare veni iustos sed peccatores ad penitentiam. Ideo consequenter apostolus adiungit. Nunc autem scripsi vobis commisceri. scilicet Si quis autem frater nominatur aut fornicator aut idolis serviens. aut avarus. aut maledicus. aut ebriosus. aut rapax. cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare. nonne de his qui intus sunt vos iudicatis. De his autem qui foris sunt iudicabit deus. Auferte malum a vobis ipsis. quibus verbis satis ostendit. non temere aut quomodolibet. sed per iudicium auferendos esse malos. ab ecclesie communione. ut si per iudicium auferri non possunt. tollerentur potius. ne perverse malos evitando ab ecclesia ipse discedens eos quos fugere videtur vincat ad gehennam. Quia et ad hoc

nobis inseparabiles exempla sunt proposita. uel ut in messe ut palea sufferatur usque ad uentilabrum ultimum, uel intra retia illa, ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem que futura est in litore, id est in fine seculi, equo animo tolerentur. Non enim contrarie huic loco illud quod dicit apostolus: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, uel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesie, siue ultro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin illud cur dixit: Si quis frater nominatur fornicator aut ydolis seruiens, et cetera, nisi quia eam nominationem uult intelligi que fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur. Nam si nominatio sufficit, sola multi dampnandi sunt innocentes, quia sepe falso in quoquam crimina nominantur. Non ergo illi quos monemus agere penitentiam querant socios ad supplicia, nec gaudeant, quia plures inueniunt sibi similes. Nam non propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Idem in eodem.

Peccatum quod iudici tantum notum est ab eo dampnari non ualet.

Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Quare? Quia in te peccauit. Quia enim secretum fuit quando in te peccauit, secretum quere cum corrigis quod peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, et eum uis coram omnibus arguere, non es correptor sed proditor. Attende quemadmodum uir iustus Ioseph tanto flagitio quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret unde illa conceperat, quia grauidam senserat, et se ad illam non accessisse nouerat. Restabat ergo certa adulterii suspicio, et tamen quia ipse solus nouerat, quid dicit euangelium? Ioseph autem cum esset iustus, nolebat eam diuulgare; uoluit occulte dimittere eam. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus que peccantur coram omnibus; ipsa corripienda sunt secretius que peccantur secretius. Distribuite tempora et concordat scriptura. Sic agamus, et sic agendum est, non solum cum in nos peccatur, sed cum quis peccat ab aliquo ut ab altero nesciatur. Nescio quem homicidam ego noui, episcopus, et nemo alius illum nouit. Ergo nolo illum publice corripere, et tu queris tollere. Prorsus nec prodo nec tamen negligo: corripio in secreto, pono ante oculos dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuadeo penitentiam. Hac caritate preditos esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos quod quasi non reprehendamus, aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere si scimus. Forte quod scis et ego scio, sed non coram te corripio, quia curare uolo, non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant; aliquando nobis ab uxoribus suis plerumque zelantibus, aliquando maritorum salutem querentibus, produntur. Nos non prodimus publice, sed in secreto arguimus. Ubi contingit malum, ibi moriatur malum. Non tamen uulnus illud negligimus, ante omnia in tali peccato ostendentes homini constituto sauciatamque gerenti conscientiam uulnus illud esse mortiferum. Quod non uero cunctis notum est, alii tamen iudici, nec tunc sine examinatione feriendum est, quia in memet est occultum, in eorum sententiam ferre non debes. Unde Euaristus papa ait:

Sententia non est precipitanter ferenda.

Deus omnipotens ut nos a precipitante sententie prolatione compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita iudicare, priusquam manifeste cognosceret que dicebantur. Unde ipse dixit: Descendam et uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint an non est ita, ut sciam. Deus omnipotens cui nichil est absconditum, sed omnia et manifesta sunt antequam fiant, non ideo hec et alia multa que obiciuntur ante captionem suam ipse inquirere dignatus est, non quod ea ignoraret, sed ut nobis exemplum daret, ne precipitemus in sententiendis et iudicandis negotiis eorum. Et ne mala peiorum prius quisque presumat ante credere quam probare. Cuius exemplo monemur ne ad proferendam sententiam umquam precipites simus, aut temere indiligenterque probata indiscussa quoquomodo iudicemus. Dicente ueritate: Nolite iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, et reliqua. Mala uero audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat. Sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitanter quis aliquid agat. Si enim deus omnium cognitor Sodomorum mala quorum clamor usque ad celum peruenerat omnia sciens prius nec credere nec iudicare uoluit quam ipse eam cum fidelibus testibus diligenter inuestigans que audierat opere comparet. Nos qui firmi homines peccatores quibus incognita sunt occulta iudicia dei, hec penitentes nullum ante ueram iustamque probationem iudicare aut dampnare debemus. Manifeste apostolo Paulo dicente: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo enim domino stat aut cadit. Quando autem crimen notum est iudici, et alius aliquando reus infitiatur factum, uelut si quis negaret se interfecisse eum quem subtus in iudicis conspectu multorum interfecerat. Hic quia ferre tamen negat, sine examinatione feriri non potest. Aliquando ipsa euidentia operis reum

testatur. Quando opere publico crimen suum confitetur. Tunc post secundam et terciam correctionem sine examinatione dampnandus est si incorrigibilis extiterit. Juxta itaque ultimo casus intelligentiam est auctoritas illa ambrosii et nicholai manifesta accusatione non indigent. Fornicator enim ille inquam sine examinatione sententia apostolica percusserat publice coram omnibus; suam novercam pro uxore habebat. Lotharius quoque de quo nicholaus scribit similiter publice uxorem suam dimiserat et aliam duxerat.

Unde idem nicholaus scribit archiepiscopis et episcopis per galliam. italiam et germaniam constitutis; **Sine accusatore manifesta ferienda sunt.**

Scelus quod lotarius rex si tamen rex veraciter dici possit. qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat sed lubrica enervatione magis illicitis eius motibus cedit in duabus feminis tebga scilicet et gualdrada commisit omnibus manifestum est. Sed et coudam episcopum teugaldum et gamdarium (!) in tali facto facto habuisse tutores atque fautores pene totus orbis undique ad limina sedem confluens apostolicam referebat. Unde decernimus te nobis cum sancta sinodo in presentia deposita et ab officio sacerdotali excommunicatum atque a regimine episcopatus alienatum indubitanter existant.

Quod autem expoliatus ante iudicem stare non possit. probatur multis auctoritatibus. Ait enim iohannes papa. **Ante litem contestatam possessionis cuncta sunt restituenda;**

Antiquitus decretum est. ut omnes possessiones et omnia que sublata atque cunctos fructus ante litem contestatam. per ceptor ut primas possessori restituat; Item nicholaus papa; **De eodem;**

Omnis leges tam ecclesiastice quam vulgares et publice precipiunt. ut omnia que ablata restituantur ei qui suis rebus est expoliatus.

Item stephanus papa. **Nullus debet accusari dum suis rebus fuerit expoliatus;**

Nullus episcoporum dum suis fuerit expoliatus rebus debet accusari. prius quam omnia ei que ablata sunt quocumque ingenio legibus redintegrentur. ita ut omnis possessiones atque omnis fructus ante inceptam accusationem primates et synodus episcoporum de quo agitur funditus restituant. Item eusebius fratribus; constitutis per alexandriam et egiptum. **Nec vocari ad sinodum nec in aliquo inseptus. debet iudicari expoliatus;**

Invenimus repertus. quosdam episcopos in vestris partibus apud vos a quibusdam accusatos. aliquos videlicet ex suspicione. et aliquos ex certa ratione. et ideo quosdam suis rebus esse expoliatos. quosdam vero a propria sede depulsos. quos sciatis nec ad sinodum comprovincialem nec ad generalem posse convocari. nec in aliquo iudicari. ante quam cuncta que eis sub lata sunt legibus potestati eorum redintegrentur. Item iulius papa. **De eodem;**

Nullus potest convocari aut iudicari antequam omnia que ablata omnia in ita ei in integrum restituantur quia non habet privilegium quo possit exui iam nudatus. Item zepherinus. **De eodem;**

Preceptum est et generaliter in antiquis statutis. eiectos atque suis rebus expoliatos. ecclesias suas recipere. et primo sua omnia eis reddi. et demum si quis eos iuste accusare voluit. equo periculo facere. Iudices esse decernentes. episcopos recta sapientes. et in ecclesia convenientes. ubi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. nec prius eos respondere quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur.

Qua autem pena feriendus sit qui in accusatione defecerit canonum censura diffinit. penam enim illati criminis cum dispendio existimationis excipient.

Unde gelasius papa. **De his qui non probando obiciunt;**

Si quis contra huiusmodi personas non probanda detulerit. auctoritate huius sanctionis intelligant se iacturam infamie sustinere. ut dampno proprie existimationis dispendio discat se aliene verecundie impune insidiari saltim decreto non licere; Item damasus papa. **Si accusator in accusatione defecerit;**

Calumpniator si in accusatione defecerit talionem recipiat. Item ex decreto adriani pape. **De eodem;**

Qui non probaverit quod obiecerit. penam quam ipse intulerit patiatur. Item damasus papa. **De his qui falsis criminibus aliquem impetunt;**

Si quis episcopum aut presbiterum aut diaconum falsis criminibus appetierit. et probare non potuerit. nec in fine communionem ei dandam censemus;

Aliud est accusationem non implere et aliud est convicium non probare. Illud enim nulli sine abolitione. hoc autem omnibus licet. Unde fabianus papa; **Convicium non est pro accusatione habendum;**

Si quis iratus crimen cuilibet temere obiecerit. convicium non est pro accusatione habendum. sed permisso tractandi spatio. id quod iratus dixit. per scriptum se probaturum esse fateatur. ut si forte resipiscens que per iracundiam dixit. iterare aut scribere noluerit non ut reus criminis teneatur. Item; **De eodem;**

Sed aliud est crimen illatum non posse probare quia falsum est. aliud aliqua permissione accusationem deserere. huic qui permissione deceptus accusatione desistit. venia datur. Illi vero qui crimen illatum probare non valuerit. infamia irrogatur. Unde beatus gregorius scribit iohanni episcopo corinthiorum. **De eo qui permissione alicuius accusationem deserit;**

Paulum itaque diaconem quamvis culpa sua vehementer confundat quod deceptus permissione ab accusatione sui episcopi destitit tamen hanc ei culpam ignoscimus. Item. **De his qui accusationem deserunt ut ecclesiasticos ordines accipiant;**

Euthemium atque thomam

qui post se reiciunt accusationem episcopi sui sacrosancti nes susceperint, eisdem privatos esse, atque ita sicut depositi fuerint, volumus permanere.

Hinc colligitur, quod etiam infamiam per Romanum pontificem aboleri posse est illud Gelasii: Quamquam animas per penitentiam salvare possimus, infamiam abolere non possumus. Et illud Stephani: Cum causas enumerasset, ex quibus infamia irrogatur, hos omnes inquit sub nota perpetue infamie a dominus penitentiam suscipimus, ut non sint infames lege canonum omnes quos leges seculi infames pronuntiant. Cum Paulus diaconus, qui non impetrata abolitione ab accusatione destitit, hac auctoritate dignitatem sui officii recuperavit, quem senatus consultus Turpilianum infamem pronuntiavit. Quod etiam de ea fateri cogimur, que intra tempus luctus nubit, cum matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori, et iure poli, mortuo viro mulier soluta est a lege viri, nubat cui vult. Sed idem Stephanus etiam scribit dicens: Infames omnes quoscumque leges seculi infames pronuntiant. Sed illud Gelasii et Stephani: Quamquam animas etc. Et sub nota perpetue infamie etc. De illis intelligitur, quibus per iudicem infamia irrogatur, quorum sicut examinatio et castigatio, ita etiam in integrum restitutio non nisi ad civilem iudicem spectat. De ea vero que intra tempus luctus nubit, non est certum ei quod Stephanus ait: Infames omnes etc. Cum enim leges seculi precipue in matrimonio sacros canones sequi non dedignentur, non videntur pronuntiare infamem que apostolica et canonica auctoritate non illicite nubit.

Notandum quoque est, quod aliud est cum aliquem penituit criminaliter accusasse et inscriptionem fecisse, si ab innocente fuit absolutus, aliud si per veniam a nocente accepit vel a probatione eius quod obiecerit desistat. Unde in VII. capitulorum c. l. xxx. capitulo legitur:

De eo quem penitet criminaliter accusare.

Si quem penituit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de eo quod non probare potuit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum qui accusatur esse criminosum esse cognoverit, et inter reum et accusatorem per obreptionem convenerit, de collusione penam excipiat legibus constitutam.

Notandum quoque est quod sicut in digestorum l. xl. viii. legitur t. de abolitionibus: criminum accusatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumpniantur, aut prevaricantur, aut tergiversantur. Calumpniari est falsa crimina intendere. Prevaricari vera crimina abscondere. Tergiversari in universum ab accusatione desistere. Sed non utique qui non probat quod intendit protinus calumpniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui reo absoluto de accusatore incipit consulere, qua mente ductus ad accusationem processit. Et siquidem iustum errorem eius reperit, absolvit eum. Si vero in evidenti est calumpnia eius, comprehendit legitimam penam ei iniungat. Quorum alterum ex verbis sententie pronuntiationis manifestatur. Nam siquidem ita pronuntiaverit: non probasti, pepercit ei. Si autem pronuntiaverit calumpniatus es, condempnavit eum. Et quamvis nichil de pena subiecerit, tamen legis potestas adversus eum exercebitur. Nam facti quidem questio in arbitrio est iudicantis, pene vero persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur. Si autem in sententia dixerit temere accusasse videri, non eum in calumpniatorem pronuntiavit. Temeritas enim facilitatis veniam continet, et inconsultus calor calumpnie vitio caret, et ob hoc nullam penam huiusmodi irrogari oportet. Supra l. xl. vii. t. de prevaricatoribus.

Prevaricator est quasi varicator, qui diversam partem adiuvat, prodita causa sua. Quod nomen Labeo a varia certatione tractum ait. Nam qui prevaricatur ex utraque parte consistit, quin immo ex altera. Is autem prevaricator proprie dicitur qui publico iudicio accusavit. Ceterum advocatus non proprie prevaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet, sive in privato iudicio sive publico prevaricatus sit? Hoc est si prodiderit causam, hic extra ordinem solet puniri. Sciendum quod hodie his qui prevaricati sunt pena iniungitur extraordinaria. Et infra: accusator de prevaricatione convictus postea ex lege non accusat. Et infra: In omnibus causis preterquam in sanguine qui delatorem corrupit ex senatus consulto Turpiliano pro victo habetur. Et infra l. xl. viii. t. de abolitionibus criminum: Prevaricatorem esse eum ostendimus qui colludit cum reo et quod pars quidem probationes dissimularet, falsas vero excusationes admitteret. Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. Abolitio privatim a presidibus postulari ac impetrari solet. Item pro tribunali non de plano, nec preses hanc cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina idem intulit, singulorum debet abolitionem petere. Alioquin pro eo quod amiserit eius nomine senatus consulti penam patietur. Et infra t. de eodem: Destitisse eum accepimus qui totum animum agendi deposuit, non qui distulit accusationem. Sed qui permissu imperatoris ab accusatione destitit, impunitus est. Abolitio autem penam remittit, infamiam non tollit. Unde imperatores Valens, Valentinianus et Gratianus VIIII. l. cod. t. de generali abolitione dixisse leguntur: Indulgentia patres conscripti quos liberat notat, nec infamiam

C. V. q. III.

mia ominis tollit. s(ed) pene gr(ati)am facit. Si autem restitutio in integrum de p(ri)nceps dixit. infamia(m) tollit. Unde in eodem. l. t. d(e) sententia passis (et) restitutis cuidam deportato in insulam imp(er)ator Antoninus dixisse legit(ur). Restituo te in integrum p(ro)uincie tue. (et) adiecit. ut aut(em) scias quid sit in integrum restituere. honoribus u(e)ro (et) ordini tuo (et) o(mn)ib(us) c(e)t(er)is. Deficientibus uero accusatorib(us) reus n(on) uidetur cogendus e(ss)e ad purgationem. Sicut (et) rei possessor deficiente accusatore titulum sue possessionis p(ro)bare n(on) cogit(ur). ita q(ui) (im)petitur ad innocentiam suam purgandam cogendus e(ss)e n(on) creditur. auctoritate Cornelii pp. (et) Tiburiensis concilii. Sacerdotes iurare p(ro)hibent(ur) nisi pro recta fide. Ait enim Cornelius.

Iuramentu(m) a sacerdotibus n(on) est exhibendu(m).

Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus uel reliquis exigi n(isi) p(ro) recta fide minime cognouimus. nec sponte eos iurasse cognouimus repperimus. Item. Nos s(an)c(t)or(um) sequentes ap(osto)lor(um) (et) eor(um) q(ue) successor(um) uita firmamus (et) sacramenta incauta fieri p(ro)hibemus. Item. Nos sacramentum ab ep(iscop)is nescimus oblatum. nec umqua(m) fieri debet.

Item ex co(n)c(ilio) Triburiensi. Siquis p(res)b(ite)r co(ntra) laicu(m) uel laicus c(on)t(ra) clericum querimoniam habe(t).

Siquis p(res)b(ite)r c(ontra) laicum. uel laicus c(ontra) p(res)b(ite)r(u)m aliquam h(abe)t querimonie c(on)t(rouer)siam. ep(iscop)o p(er)cipiente. sine p(er)sonar(um) acceptione finiatur. laicus iuramentum si necesse sit. se expurget. p(res)b(ite)r u(er)o uice iuramenti p(er) s(an)c(t)am consecratione(m) interrogetur. quia sacerdotes ex leui ca(usa) iurare n(on) debe(n)t. Manus p(er) quam corpus (et) sanguis Xp(ist)i conficitur. iuramento polluet(ur). absit. Cum d(omi)n(u)s in euangelio discipulis suis quor(um) uicem nos indigni in s(an)c(t)a gerimu(s) eccl(esi)a dicat. Nolite o(mn)i(n)o iurare. sit aut(em) s(er)mo u(este)r. e(st) e(st). n(on) n(on). q(uo)d aut(em) his habundantius (est) a malo (est).

Uerum his auctoritatibus n(on) o(mn)i modo iuramenta fieri p(ro)hibent(ur) a sacerdotibus. s(ed) t(ame)n incauta. (et) ea q(ue) p(ro) q(ua)libet ca(usa) t(em)p(or)ali iudici offeru(n)t(ur). cum aut(em) p(o)p(u)l(a)ri infamia sacerdotes opp(ri)mu(n)t(ur). tunc ad innocentie sue assertione(m) iuramenta debent offerri. Unde Gg. pp. ait.

Sacerdos ap(ud) p(o)p(u)l(u)m accusat(us) iuramento.

P(res)b(ite)r u(e)l q(ui)libet sacerdos si ap(ud) p(o)p(u)l(u)m accusatus sit. (et) certi testes n(on) fuerint. qui crimini(s) illati ueritate(m) dicant. iusiurandu(m) fiat in medio. (et) illum testem p(ro)ferat. de innocentie sue puritate. cui nuda (et) ap(er)ta sunt omnia. Item ex regi(stro) Gg. ad Iustinum imperatorem capitulo .vii.

De Leone ep(iscop)o que(m) beat(us) Gg. purgatio(n)e(m) fec(isse) (con)p(ro)bat.

Habet hoc p(ro)p(ri)um antiqui hostis. p(ra)ua inuidia ut quos inp(ro)bor(um) actuum p(er)petratione deo s(u)b(ditos) (et) resistente deicere non ualet. opinionem eor(um) facere falsam adp(er)sens similitu(dine) do dilaceret. Cum ig(itur) quidam c(ontra) sacerdotale p(ro)positum de Leone fr(atr)e (et) coep(iscop)o n(ost)ro fuisset rumor asp(er)sus. utrum uera e(ss)ent districta diutius fecim(us) inquisitione p(er)quiri. (et) nullam in eo de his que fuerant dicta culpam inuenimus. s(ed) ne quid uideret(ur) omissum. quod n(ost)ro potuisset cordi remane(re) ambiguum. ad beati Petri s(an)c(t)issimum corpus districta eum exhibuit ea inti fecimus sacramenta p(re)bere. quibus p(re)statis magna sumus exultatione gauisi quod huiuscemodi innocentia eius euident(er) enituit. p(ro)p(ter) q(uo)d re(ue)r(entissim)a u(est)ra p(ro)fecto eum uirum cum omni caritate suscipiat. (et) reuerentia(m) ei qualem sacerdotem decet exhibeat. nec aliq(u)a in cordib(us) remaneat. de his que iam s(unt) purgata dubietas. ita sup(ra)dicto uos ep(iscop)o deuotissime oportet in o(mn)ib(us) adherere. ut congrue decent(er)q(ue) d(omi)n(u)m in eius p(er)sona uideamini cuius e(st) minist(er) honorare.

Item ex eode(m) ad Brunichildam reginam Francor(um). cap. .cc.xxxii.

Q(uo)d beatus Gg. Menna(m) ep(iscopu)m p(ur)gari u(e)l (iura)m(en)to fec(it).

Mennam u(er)o reuerentissimum fr(atr)em coep(iscopu)mq(ue) n(ost)r(u)m postqua(m) de eo ea que dicta fuerant requirentes in nullo inuenimus e(ss)e culpabile(m) insup(er) qui ad corpus sacratissimum beati Pet(ri) ap(osto)li subiure iurando satisfaciens ab his que obiecta fuerant eius opinione se monstrauit alienum reuerti illum purgatum absolutumq(ue) p(er)misimus quia sicut dignu(m) digni(u)m erat ut si in aliquo reus existeret culpam in eo canonice puniremus ita dignu(m) n(on) fuit. ut eum adiuuante innocentia diutius retine(re) ut affligere debemus in aliquo. Purgatione(m) t(ame)n an(te) duobus u(e)l t(ri)b(us) sacerdotib(us) iunctis ubi accusator cessauerit eundem exse p(re)bere tuo co(m)mittimus arbitrio. uulgare(m) denique ac nulla canonica sanctione fulta(m) legem feruentis siue aque siue frigide aque. ignitique ferri co(n)tactum. aut cuiuslibet p(o)p(u)l(a)ris inuentionis quia fabricante hec s(unt) om(n)ia facta inuidia. nec exhibere ip(su)m nec aliquo modo te uolumus postulare. immo ap(osto)lica auctoritate p(ro)hibemus firmissime. Item d(e) Castorio notario Rauenne.

De Maximo Salonitano ep(iscop)o sacramento.

Quanto a nobis creditur (et) necessarias. semet ip(su)m ex(pur)g(a)... uideris causas iniungi. tanto strenuu(m) deberes te (et) sollicitum exhibere. p(re)di(ctus) siquidem Maximus Salonitanus p(re)stito sacramento firmauit se simoniaca h(er)esi n(on) tene(ri). atq(ue) d(e) aliis s(ed) an(te) corpus s(an)c(t)i Apolinaris in eo modo requisitus innocuu(m) se e(ss)e respondit. (et) de inobedientia sua sicut deputauimus egit penitentiam. Volumus ita ad consolando(m) illum ep(isto)la(m) qua(m) ad eum scripsimus qua ei (et) gr(ati)am n(ost)ram (et) co(m)munione(m) reddidisse significamus ex p(rese)ntia tua da(re) debeat. Quia sicut in contumacia p(er)sistentibus seueros nos e(ss)e conuenerat. sic humili ac

et penitentibus locum venie negare non debemus. Item Matiano episcopo Rauenne. De eodem.

Que de causa Maximi sint agitata exceptis quas alios transmisimus agnouistis. Sed quia quali debactere fraternitatis uestre uoluntas sit magis ap sentium latore Castorio cartulario nostro renun tiante cognouimus. ideo si idem Maximum coram uobis et predicto cartulario nostro de simonia circa hoc se sacramento purgauit atque de aliis ante corpus sancti Apolinaris ut sepissimus tantummodo requisitus liberum se esse respondit eam ipsius fraternitatis uestre iudicio de eo quod excomunicatus missarum sollempnia agere presumpsit committimus qua debeat penitentia talis culpe purgari. Et ideo quicquid uobis secundum Deum placet securi disponite. nec aliquid de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a uobis de hac causa fuit ordinatum nos congratus suscepi mus. et libenter admittimus. Item Sixtus papa omnibus episcopis. Qualiter Sixtus semetipsum purgauit.

Mandastis ut scriberem uobis qualiter in stans gaudium Augurium contra me suscitatum fit. ut a quo ut uestro amminiculo pelleretur. et causa mea firmaretur. Scitote me criminari a quodam Basso. et iniuste me persequi. Gaudiens Ualentinianus augustus nostra auctoritate sinodum congrega ri iussit. et facto concilio cum magna examina tione satisfaciens omnibus: licet euadere aliter sa tis faciens potuissem. suspitionem tamen fugiens coram omnibus me purgauit. me scilicet a suspitione et emu latione liberans. sed non aliis qui noluerint. aut sponte hoc non elegerint faciendi formam dans. Item Alexander II. Rinaldo Cumano episcopo. De causa Gislandi presbiteri.

Super causis Gislandi presbiteri tui Gislandi presbiteri; de morte episcopi tui predecessoris tui infamati in me dium consulimus. Itaque cetum adstantium fratrum unanimi assensu tue dilectioni referimus prefatum Gislandum presbiterum ante te representan dum. ubi si certi accusatores defuerint te dicta te iustitia sine omni controuersia presbiter quecumque obhoc iniuste amisit ad sacerdotium accipiat. et integra beneficia. Item Gregorius Agathensi. De purgatione clericorum si conuinci non po terunt.

Si legitimi accusatores crimina sacerdotis tueri probare non potuerint et ipse negauerit. cum VII. soci is sui ordinis si ualet a crimine semetipsum expur get. Diaconus uero si eodem crimine accusatus fuit cum tribus semetipsum expurget. Item ex concilio Placenti no. De eodem.

Presbiter si a plebe commissa sibi mala opinione infama tus fuerit. et episcopus legitimis testibus approbare non potuerit suspendat usque ad dignam satisfactionem ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna uero satisfactio est: ut sicut a maioribus constitutum esse docetur. quando siue secundum

canones siue ad arbitrium episcopi VII. sibi collegas ad iungit. et iurat in sancto euangelio coram proposito quod crimen illud non perpetrauit. Et hac satisfacti one purgatus secure deinceps exequatur suum offitium. Item Ymarus Remorum episcopus. De eodem.

Si mala fama de presbitero exierit et accusatores ac testes legales defuerint. ne esse apud infirmorum corda de mala fama presbiteri peruertantur et ne ui tuperetur ministerium nostrum. neue securiores presbiteri existentes licentius in peccato prolabantur. secundum decreta maiorum cum denominatis sibi uicinis presbiteris quos scimus se nolle peierare sacramento famam suam purget. Ex premissis auctoritatibus subintelligitur si reus se purgare uoluerit ut sacri canones modum non necessitatem purgandi accusato imponant. sicut apparet ex fine capituli Sixti pape. et auctoritate Leonis qui data purga tione aut de septimo. De Leone qualiter semet

Auditum est fratres karissimi ipsum purgauit;

a qualiter mali homines in me grauia crimina confixerint. quam obrem ego Leo pontifex sancte romane ec clesie ponti purifico me in conspectu uestro coram Deo et angelis eius quia istas criminosas et scele ratas res quas illi mihi obitiunt nec perpetra ui nec perpetrari feci. ut iussi. hoc autem faci ens non legem presbitero ceteris quasi do facere cogantur.

Ecce uterque summus pontifex semetipsum pur gat nec tamen ceteris necessitatem purgandi prescribit. Unde datur intelligi quod satisfactio purgationis in uoluntate consistit accusati non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ylerdensi concilio presbiter iubeatur suspendi usque ad satisfactionem dignam. Cum etiam decreto Leonis in arbitrio ponitur episcopi quota manu sacerdos se purgare debeat. patet quod ad purgationem cogendus est nec in sua uolu ntate sed in arbitrio iudicis consistit. Item Leo papa scribens ad Carolum regem ait. Qualiter sacerdotes purgare se debeant;

Omnibus uobis uisu aut auditu notum esse non dubitamus. quod sepissime suadente hoste an tiquo sacerdotibus crimina diuisa obitiantur. Sed qualiter exeis ab his rationabilis examinatio et satisfactio fiat licet tempore bone memorie domini ge nitoris uestri Pipini siue precessoris temporibus ascitis pat ribus et reliquis bone fidei deuotionis hominibus sepissime uentilatum fuit. Nos tamen plenius et aliquid indefinitum reperire minime qui uimus. Nostris quippe temporibus id ipsum ascitis episcopis et reliquis sacerdotibus ac ceteris ecclesiastice digni tatis ministris. uiris in aegnis seu maius deo degentibus nobisque una cum eis agentibus sepissime propter multas et nimias reclamationes que per hec annos decursis partibus uenerunt uentilatum est. Sed qualiter consultum domini et

patris nostri Leonis apostolici ceterorumque romane ecclesie episcoporum et reliquorum sacerdotum sive orientalium et grecorum et patriarcharum et multorum sanctorum episcoporum et sacerdotum nec non etiam nostrorum romanorum episcoporum sacerdotum, omniumque ceterorum ac levitarum auctoritate et consensu atque reliquorum fidelium cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est. Vos omnes utriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione, necessitate, auctoritate predicta et consultu omnium, ut quotienscumque cuique sacerdoti crimen inponitur, si accusator talis fuerit ut recipi debeat, quia quales ad accusationes sacerdotum admitti debeant in canonibus plenius expressum est. Si autem ut dictum est ille accusator qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo virorum numero et bonorum testium approbare in conspectu episcoporum potuerit, tunc canonice diiudicentur, et si culpabilis victus fuerit canonice dampnetur. Si vero eum suspicione pro pretextu approbare accusator ipse minime potuerit, et hoc canonice diiudicetur, ipse sacerdos si suspitiosus aut incredibilis suo episcopo aut reliquis suis sacerdotibus, sive bonis et iustis de suo populo, de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut pro ... ita suspitione remaneat, cum tribus aut v. aut vii. bonis accinctis sacerdotibus, exemplo Leonis pape, qui xii. episcopos in sua purgatione habuit, ut eo amplius si suo episcopo visum fuerit, aut necesse esse propter tumultum populi perspexerit, cum aliis bonis et iustis hominibus sacramento coram populo super iiii. euangelia dato purgatum ecclesie reddat. Si quis autem scire desiderat quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant et quid de accusatione faciendum sit, plenius in canonibus reperire poterit.

Iuramento cadentis ferri vel ferventis aque purgatio non est adhibenda. Unde Stephanus v. Luitberto episcopo Maguntino. **Cadentis ferri et ferventis aque iudicium in ecclesia prohibetur.**

Consuluistis de infantibus, qui in uno lecto cum parentibus dormientibus mortui repperiuntur, utrum ferro candente aut aqua fervente seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant eos non oppressisse. Monendi namque sunt et protestandi parentes ne tam teneros secum in uno lectulo collocent, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur. Nam ferri candentis vel aque ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet sacri non censent canones, et quod sanctorum patrum documento sanctitum non est, superstitiosa adinventione non est presumendum. Spontanea enim confessione vel testium approbatione publicata delicta habito pre oculis dei timore commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero et incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur confitentur talis reatus se noxios, tua eos castiget moderatio, quia si ille conceptum in utero qui per abortivum deleverit homicida est, quanto magis qui unius saltem diei puerulum peremerit homicidam se esse excusare nequibit.

Hic autem utrum ad omnia genera purgationum, an ad hec duo tantum que hic prohibita esse videntur pertineat, non inmerito dubitatur, propter sacrificium zelotipie et illud Gregorii: Si vir qui frigide nature esse dicitur puerum nutritum probare potuerit uxorem suam nunquam cognovisse, separetur ab ea. In libro namque numerorum legitur: Dominus precepit Moysi, ut loqueretur filiis Israel et diceret eis: Vir cuius uxor erraverit maritumque contempnens dormierit cum alio viro, et hoc maritus deprehendere nequiverit, sed latet adulterium et testibus argui non poterit, quia non est inventa in stupro, si spiritus zelotipie concitaverit virum contra uxorem suam, que vel polluta est vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem et offeret pro illa oblationem decimam partem sati farine ordeacee. Non fundet super eam oleum nec inponet thus, quia sacrificium zelotipie est et oblatio investigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos et statuet coram domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili, et pauxillum terre de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius, et ponet super manus eius sacrificium recordationis et oblationem zelotipie. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam et dicet: Si non dormivit tecum vir alienus, et si non polluta es deserto mariti thoro, non tenebit te aque iste amarissime in quas maledicta congessi. Si autem declinasti a viro tuo atque polluta es, et concubuisti cum alio viro, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem et exemplum cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum, et tumens uterus tuus disrumpatur. Ingrediantur aque maledicte in ventrem tuum, et utero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier: amen, amen. Scribetque sacerdos ista maledicta in libello, et delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit, et dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotipie, et elevabit illud coram domino, inponetque illud super altare, ita dumtaxat ut prius pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, et incendat super altare, et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est et contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aque ma

ledictionis et inflato uentre conputrescat femur. eritque mulier in maledictionem et in exemplum omni populo. Maritus uero absque culpa erit et recipiet iniquitatem suam illa. quod si polluta non fuit innoxia erit et faciet liberos. Sed et quelibet huiusmodi purgatio uidetur esse inhibita cum inpremissa auctoritate Stephani pp. dicitur. spontanea confessione. et c. Item ex decreto Nicholai pp. In nouo testamento monomachia non recipitur.

Monomachiam uero in lege non assumimus. quam receptam fuisse non reperimus. quam licet inisse quosdam legamus sicut sanctum Dauid et Goliam sacra prodit ystoria. nusquam tamen ut pro lege teneatur alicubi diuina sanxit auctoritas. cum hoc et huiusmodi sectantes deum solummodo temptare uideantur. et c. Item concilium Guarmaciense. Si furta in monasterio fiunt iudicio monachi se expurget.

Sepe contingit ut in monasteriis monachorum furta perpetrentur. ideo statuimus ut quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent missa ab abbate celebretur. uel ab aliquo ex presentibus fratribus. et sic expleta missa omnes communicent in hec uerba. Corpus domini sit tibi ad probationem hodie. Item. Qui neque de adulterio accusatur probabili se expurget iudicio.

Interrogatum est si duo de adulterio inculpati fuerint et unus confitetur et alter negat quid sit agendum. fit decretum est a sancto concilio ut ille qui negauit probabili se iudicio expurget. et qui professus fuerit dignam penitentiam agat. Item. Cum plures de adulterio accusantur et iudicio se purgare noluerint omnes rei habentur sicut unum.

Statuit quoque sancta sinodus ut si duo de adulterio accusati fuerint et ambo negauerint et orant ut concedatur ut alter eorum utrosque diuino iudicio purget. si unus cecidit in hoc ambo rei habeantur. Item. Pro singulis missa celebretur. quibus aliquod

Si episcopo aut presbitero aliquod maleficium crimine accusante inputatum fuerit. in singulis missam celebrare debet. et communicare. et de singulis sibi inputatis innocentem se ostendere quod si non fecerit quinquennio a liminibus ecclesie extraneus habeatur. Cum uero quartus et Leo in fine sue purgationis addiderunt exemplo eorum exemplo intelligendum est. exemplo enim sue satisfactionis noluerunt ceteris apostolicis prescribere legem purgandi. Quod uero in .iiii. loco querebatur. an duorum testimonio episcopus sit condempnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in euangelio Iohannis legitur. ait enim Christus ad iudeos. In lege uestra scriptum est. quoniam duorum hominum testimonium uerum est. hinc consequenter argumentatur eos dicens. si duorum hominum testimonium uerum est. quare testimonium meum et patris mei non accepistis. Item Paulus in epistola ad Corinthios. In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum.

Item in epistola ad Hebreos. Quis preuaricans legem Moysi. si duobus uel tribus testibus conuictus sine miseratione lapidabitur. Item ex concilio Bracarensi. Quot testibus quis clericorum conuinci debeat.

Placuit ut si quis aliquem. clericorum maculatione fornicationis impetit. secundum preceptum Pauli apostoli duo uel tria requirantur testimonia ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit. excommunicationem accusati accusator accipiat. Ex premissis itaque colligitur quod duorum uel trium testium testimonio episcopus conuinci uel dampnari poterit. Porro Siluester pp. in generali sinodo residens dixit. et c. Quot testibus episcopus uel presbiter uel reliqui clerici.

Presul non dampnetur nisi cum .lxx. testibus uel condicione. duobus testibus presbiter. aut cardinalis non nisi .xliiii. testibus non deponetur. Diaconus uero cardinalis urbis Rome nisi in .xxvii. testibus non condempnabitur. Subdiaconus uero. acolitus exorcista lector. hostiarius nisi cum .vii. testibus non condempnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia. Item Leo .iiii. Episcopi non nisi sub .lxx. et duobus testibus condempnandis.

Nullam dampnationem episcoporum umquam esse censemus nisi aut ante legitimum numerum episcoporum qui fit per .xii. episcopos. aut certe probata sententia per .lxxii. idoneos testes qui tales sint qui etiam accusare possint. et prius ad sancta Christi .iiii. euangelia sacramenta prestent. quod nichil falsum deprimant. sicut nobis beatus Siluester tradidit. et romana sancta uibet ecclesia. et si inter eos quos dampnandos esse dixerit homines fuerit episcopus qui suam causam in presentia romane sedis episcopi petierit audiri. nullus episcopus super illum diffinitiuam sententiam presumat dare. si omnino eum audire decernimus.

Sed hoc uel speciali priuilegio de clericis romane ecclesie intelligitur uel pro inprobitate quorumdam qui cum non sint spectate uite et sancte inaccusatione ministrorum dei repente prosiliunt. Quorum uero uita adeo laudabilis ut omnibus imitanda appareat de quorum assertione nulli dubitatio nasci poterit. eorum testimonio duorum uel trium testium quilibet iure conuinci et dampnari poterit. Sequitur .vi. questio qua queritur remedio quo causa uitiata subleuetur. et si remedium illud dandum sit ei qui causa dilationis uocem appellationis exhibuerit. Causa uero uitiata remedio appellationis subleuari poterit. Unde Fabianus pp. ait. Causa uitiate remedium appellationis subueniat.

Liceat appellatori uitiatam causam remedio appellationis subleuare. Item Anacletus pp. De eodem.

Omnis oppressus libere sacerdotum si uoluerit appellet iudicium. et a nullo prohibeatur. sed ab his

fuciatur et liberetur et audiatur. Si autem diffi-
ciles cause aut maiora negotia orta fuerint,
ad maiorem sedem referantur. Et si illuc faci-
le discerni non potuerint, aut iuste termi-
nari, ubi fuerit summorum congregata congregatio,
que per singulos annos fieri solet et debet, iu-
ste et deo placite coram patriarcha aut prima-
te ecclesiastica, et coram patricio secularia negotia
iudicentur in commune. Item Sixtus papa omnibus
rectoribus ecclesie scribit dicens. **Quicumque pul-
satur apostolicam sedem appellet.**

Siquis vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversi-
tate, licenter hanc sanctam et apostolicam sedem appe-
let, et ad eam quasi ad caput suffragium habeat,
ne innocens dampnetur aut ecclesia sua detrimen-
tum patiatur. Idem Grato episcopo. **Episcopi gra-
vioribus pulsati apostolicam sedem appellent.**

Omnes episcopi qui in aliquibus pulsantur vel crimi-
nantur gravioribus causis, quotiens necesse
fuerit, libere apostolicam sedem appellent atque
ad eam quasi ad matrem confugiant. Item Marcellus
papa. **Ab omnibus appelletur ad romanam ecclesiam.**

Ad romanam ecclesiam omnes episcopi qui voluerint, vel
quibus necesse fuerit, quasi ad caput suum con-
fugere eamque appellare debent, ut inde accipiant
tuitionem atque consecrationem. Quod omnibus
minime convenit denegari episcopis, et absque ulla
custodia aut excommunicatione aut expoliatione,
vel dampnatione libere ire concedantur. Item Victor
episcopus. **Cum a proprio metropolitano se gravari puta-
verit, ut maiorem sedem appellet.**

Siquis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham
vel primatem dioceseos aut penes universalis
apostolice ecclesie iudicetur sedem. Item Zephe-
rinus urbis rome archiepiscopus. **Ad romanam ecclesiam
quasi ad matrem appelletur ab omnibus.**

Ad romanam ecclesiam ab omnibus maxime tamen ab
oppressis est appellandum et concurrendum quasi
ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, aucto-
ritate defendantur, a suis oppressionibus releven-
tur, quia non potest nec debet mater oblivisci
filium suum. Item Iulius papa. **Quotiens ali-
quis appellaverit audientia sibi non denegetur.**

Placuit itaque quibuscumque ecclesiasticis iudicibus
ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior aucto-
ritas, provocatum fuerit, audientia non negetur.
Item. **Iuste dampnati restitutionem et oppressi au-
xilium ...**

Ideo huic sancte sedi prefata privilegia specialiter concessa
tam de conveniendis iudiciis ac restitutionibus
episcoporum congregandis quam et definitiis ecclesiarum nego-
tiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium et iniuste
dampnati restitutionem sumant, non absque ultione,
nec exerceantur absque sua dampnatione.

Cum ergo Zepherinus dicat ab omnibus esse ap-
pellandum, maxime tamen ab oppressis, Marcellus
scribat omnes episcopi qui voluerint vel quibus necesse fu-
erit appellare debent, patet quod accusato sive
gravetur sive non, vox appellationis non est denega-
nda. Quidam tamen ita distinguunt, ut volentes
ad consecrandos, necessitatem patientes ad oppressos
referant, ut sit sensus: Omnes qui voluerint a roma-
na ecclesia consecrationem accipere, et ab aliquibus in-
pelluntur, eam debent appellare. Quibuscumque
in suis oppressionibus necesse fuerit ad eam subfugere,
similiter vocem appellationis exhibeant, ut inde
tuitionem, et illi consecrationem ab ea accipiant.
Similiter et illud Zepherini distinguitur. Ab omni-
bus est appellandum ad romanam ecclesiam, intelli-
gendum est qui ab ea consecrationem voluerint ac-
cipere, vel qui a prelatis suis aliquam iniuriam pas-
si fuerint; maxime tamen ab oppressis, secundum primam interpreta-
tionem oppressi intelliguntur aliqua iniuria affec-
ti; iuxta secundam vero oppressi dicuntur a iudice iniuste condem-
pnati. Secundum hanc distinctionem qui in aliquibus negoti-
is non ad relevandorum sed ad differendum vocem
appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.

Item Gregorius scribit omnibus provinciis. **Ubi causa ap-
pellationis cognoscenda sit, habet ... ad quem appellatur.**

Decreto nostro vestram caritatem **appella[re]**
rogantes mandamus, ut si aliquis quod non opta-
mus suorum emulorum aliquem comprovincie
ecclesie episcopum accusare dampnabiliter attemptaverit, lice-
at illi post audientiam primatum dioceseos, si ne-
cesse fuerit, nos appellare, et nostra auctoritate aut
ante nos aut ante legatos nostros legatione mis-
sos, iuxta patrum decreta suas exercere atque dif-
finire actiones. Nullusque illum ante hoc iudicet
aut iudicare presumat. Set siquid quod absit contra
intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit ex-
pectanda censura, ut nemo prius de eo qui ad sinum
sancte romane confugit ecclesie, et eius imploret au-
xilium, decernatur, quam ab eiusdem ecclesie fuerit
auctoritate preceptum. Que vices suas ita aliis im-
pertivit ecclesiis, ut in partem sint vocate sollici-
tudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem
quod non arbitramur aliquando secus presumptum
fuerit, ab officio cleri summotus auctoritatis apostolice re-
us ab omnibus iudicetur. Nec lupi qui sub specie o-
vium subintraverunt, bestiali sevitia quos-
que audeant lacerare, et que sibi fieri nolunt aliis
inferre non presumant. Item cum Iulius papa dicat. **Iu-
dicia appellantium ab eis sunt audienda ad quos ap-
pellant.**

Qui se scit aliis esse prepositum non moleste ferat
aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namque ecclesia que prima est
ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largien-
das, ut in partem sint vocate sollicitudinis, non
in plenitudinem potestatis. Unde omnium appel-
lantium apostolicam sedem episcoporum iudicia et cunc-

pellatur ... fuit provium narr. frustratoria tunc si per iudex a quo est appellatum non admittit appellationem ... negotii hic per dictam uocatus. ab eo dicit C. de app. apud consulibus ... cum ... protestatio ... iudicis permittitur ... si si nec tunc negotii ... libris ... quorum ap. nostre ... sine ... expulsus ... de app. sepe ... causa ... fraude.

Lex sunt non grauet sufficit quod putat hoc et sufficit probare probabilem causam appellandi ... mota appellatio tunc requirit quod et sit probabilis et quod sit talis quia probata legitima sit appellatio ... hodie dicitur esse causa probabilis et legitima ut ex. e. ut de ... quod intelligo ... non quod post auditor suspecto teneri per appellatio ... per recusato; ut hic ... accedens et quiatque sit pro reuocatio; eo casu ... si fieret per appellationem ...

tarum maiorum negotia causarum. eidem sedi reseruata esse liquet. presertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum. cuius tamen si quis obuiare temptauerit sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sedem nouerit excusaturum.

Item cum Nicholaus episcopus Mettensem archiepiscopum inueniatur qui Rothardum episcopum appellantem sedem apostolicam dampnare ausus est. ita dicens. **Senonensi archiepiscopo quod appellantem romanam sedem ausus est iudicare.**

Augusta sapientia tua. humana in bono accepto fomite in mortifera tetiam depositionis ... Rothardum ab sumpserit et abstinere apostolice sedis romane. et continuatim apostolicam sedem appellantem dampnauit. et carcerali custodie mancipauit. Et infra. Priuilegia tamen apostolice sedis uos obliuioni tradere nullo modo debuistis. quibus uenerandi canones iudicia totius ecclesie ad hanc deferri iubent. Et infra. hec quippe nos in Rothardo id eo nouerit operatos ut priuilegia sedis apostolice que male a uobis uiolata esse uidebantur apostolica auctoritate et canonica patrum deliberatione pristino tandem ingenio et proprio decori reddere. Item. Leo papa. **Qui sibi obedientiam a maioribus exhibeat quam ab inferioribus desiderat.**

Qui scit se quibusdam prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. et sicut non uult grauis honeris sarcinas ferre. ita non audeat aliis importabile pondus imponere. discipuli enim sumus humilis magistri dicentis. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Patet ergo quod nulli appellanti indutie sunt negande. Ceterum si causa frustratorie dilationis appellauerit. a iudice ad quem prouocatum fuit condempnabitur. Tempus uero appellationis ante datam uel post datam sententiam. quotiens enim se pregrauari senserit. libere potest appellare. **Qui grauatur a suo metropolitano primatem adeat uel sedem**

Si quis putauerit se a proprio **sedem ecclesie appellet;** metropolitano grauari. apud primatem diocesis sedis aut penes uniuersalis apostolice ecclesie papam iudicetur. Item romanam sedem apellent qui iudicem suspectum habent. **De eodem;**

Quotiens episcopi se a suis comprouincialibus ut a metropolitano preiudicium pregrauari aut eos suspectos habuerint. mox romanam appellent sedem atque eis libere liceat. et eorum qui ad romanam ecclesiam appellauerint aut ab ea se auxilium poposcerint nulli eos aut excommunicare aut eorum sedes subripere. aut res eorum auferre. aut aliqua iniuria eis inferre presumant. antequam eorumdem causa romani pontificis auctoritate finiatur

quod si aliter a quoquam fuerit presumptum irritum erit et uiribus carebit. Item. iulius papa. **De eodem;**

Ideo huic sancte sedi prefata priuilegia specialiter concessa sunt. ut ad ea omnes auxilium oppressi et iniuste dampnati restitutionem sumant. Oppressi et se pregrauari putantes. intelliguntur ante datam sententiam. iniuste dampnati post datam. Unde Eutitianus urbis rome episcopus scribit omnibus episcopis. **Non exitum cause per appellationem recedere licet;**

Non ita in ecclesiasticis agendum est. sicut in negotiis secularibus. in secularibus enim per legibus uocatus quisquam uenerit et in foro decertare ceperit. non licet ei ante peractam causam recedere. in ecclesiasticis uero dicta causa. recedere licet. si necesse fuerit. aut si se uiderit pregrauari. Qui uero ex contumatia iudicibus obtemperare noluerit excommunicatione plectetur. Unde in concilio Militano; **Excommunicetur qui iudicibus suis obtemperare noluerit.**

Qui probatus fuerit per contumatiam nolle obedire iudicibus cum hoc prime sedis episcopo fuerit probatum det litteras ut nullus ei communicet eorum donec obtemperet. Item quod post datam sententiam appellari possit. Fabianus papa testatur dicens. **Non denegetur appellatio quam in supplicio sententia destinauit;**

Liceat etiam in criminalibus causis appellare nec uox appellandi denegetur ei quem in supplicio sententia destinauit. Quod Anastasius papa affirmat; **Post datam sententiam licet alicui appellare**

Si quis iudicem aduersum sibi senserit uocem appellationis exhibeat. Post datam uero sententiam qui appellare uoluerit. infra .v. dies appellet. et infra eosdem a quo prouocauit dimissorias accipiat. et infra eosdem ad quem appellauit iter arripiat. Unde in theodosianis legibus sic statutum inuenitur. **Post datam sententiam infra quod tempus quisque debeat appellare.**

Propter superfluam appellatorum licentiam necessitate retrandis ut reuocandis sententiis liberum arbitrium uideantur et tam appellationi et pene constituere uisum est. ut quicumque apud iudicem quicumque eius audit. appellare et alium iudicem prouocare uoluerit. et infra .v. dies appellet. et in .v. diebus ad iudicem ad quem prouocauit sine aliqua dissimulatione perueniat et ipse dies in quo accepit litteras in his .v. diebus specialiter computetur. quod si longius iter sit exceptis .v. diebus spatium dierum quo iter agi possit computetur. Item. **A quo appellatur ad quem appellatum fuit dimissorie**

Ab eo a quo appellatum est ad eum **littere dirigantur** qui de appellatione cogniturus est. dimissorie littere dirigantur que uulgo apostoli appellantur. quarum postulatio et acceptio infra .v. diem

augusta ... augustus ... augusti ... et sic accipit hic ... accipitur ... ab augure augue

dare suas suam executionem ... ut ... ad iudi ... si ... et ... cum ... omnis ... et si exercere possit ut ex. ... mittere ... ut ... d. uit. ...

hec ... de ... per ... ab eo ... appellauerit

si ... aut ... diligi ...

exhibitio finienda est. Ista iam superius sub titulo de cautionibus et penis appellationum instituta sunt qui intra statuta tempora dimissorias non postulaverint ut acceperint uel reddiderint receptione abagendo submoveantur ut penam appellationis ferre cogantur. Item.

De his qui causa dilationis appellant.

Quicumque non confidentia iuste cause set causa differende more ne eum sententia proferatur appellaverit. Pro de facto suo confessi ne abdicant appellare uoluerit hi appellare non recipiantur. Item.

Cum possessor appellat dum euentus cause dubius est possessionis fructus sequestretur.

Quotiens post auditam causam iudicem possessor appellat fructus possessionis de qua agitur dum sequendo audientie euentus dubius est merito sequestratur. Nam si petitor appellauerit hoc adeo non potest postulari quia non potest sequestrari quod non habet. Si preterea predia urbana ut mancipia appellantur possessiones eorum et mercedes ut uectura etiam si de nauli nauis agatur deponi solent. Item.

Iuste appellans omnimodo uictor.

Omnimodo peruenerit [appellans] est quotiens iuste [appellans] omnimodo pronunciatur. Sumptus quos dum sequeretur aduersarius impendit cogatur reddere non simplos set quadruplos. Premissis auctoritatibus infra v. dies post datam sententiam cuique appellare permittitur quod postea iustinianus in constitutionibus suis complens infra x. dies appellationis remedium cuique dedit dicens.

Infra x. dies appellationis remedium.

Imperator iustinianus augustus anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes et maxime hoc circa appellationes facientes in presenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium antiquitati. Etenim cautum erat ut siquis per se litem exercuisset et fuisset condempnatus infra ii. dies tantummodo licentiam appellationis haberet. Cum autem per procuratorem causa uentilata sit interdum tertium concedendi. Ceterum autem experientia inuenimus hoc satis esse dampnosum plures autem homines ignaros legum sublimitatis et putantes in triduum prouocationes esse porrigendas in preceptum periculum incidisse. Et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi et sancimus omnes appellationes siue per se siue procuratores seu defensores uel curatores et tutores uentilentur posse intra x. dierum spatium a recitatione sententie numerandum iudicibus ab his quorum interest offerri siue magni siue minores sint. Recepta uidelicet sublimissima prefectoriana preceptoria ut liceat homini intra id spa-

tium plenissime deliberare siue appellandum ei sit siue quiescendum ne timore instante opus appellatorum frequentetur set sit omnibus inspectionis copia que incautos hominum calores potest refrenare. Adhec sancimus si quando lis spectatur in nostrum conferri consistorium si forte contingerit imperatoris maiestatem occupatam publicis causis contemptionis prouisionibus non posse conuocare patres quatinus causa agitetur. Non ex hoc litem periclitari quod enim uitium est litigantium si eum imperatorum occupetur. Ut quis tante est auctoritatis ut nolentem principem posse ad conuocandum patres et ad se proceres cohartare. Ut coherceret. Set si quid tale euenerit causa intacta permaneat donec imperator sua sponte motus et conuocari proceres iusserit et litem proferri. Patiatur omnia secundum morem procedere. Illud etiam in hoc capitulo disponendum est. Quod antiquitas bene statuit nouitas autem neglexit. Cum enim ueneranda uetustatis auctoritas ita magistratus digessit ut alii maiores alii minores alii in medio sint et appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remittantur set etiam ad spectabilium iudicum tribunal quatinus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent. Nouitas autem hoc deriliquit. Euenit ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis ut forsitan totius litis estimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus si quando exigua contentio uel adiuncta ei utraque libra prouocatio fiat usque ad x. librarum auri quantitatem non in hanc regiam urbem eam uenire set ad prefectum augustalem qui audiat et causam diiudicat uice sacri cognitoris. Nulla eis post diffinitiuam sententiam est porrigenda. Similiter quotiens in asiana diocesi uel pontica aliquid emerserit usque ad predictam quantitatem x. librarum auri appellatione aditus spectabiles comites forte uel proconsules uel pretores uel moderatores a quibus specialiter easdem lites pagendas deputauimus remittantur quatenus et hii qui ad similitudinem prefecti augustalis uice sacri cognitoris intercedant et causas sine spe quidem appellationis dei tamen et legum timore perficiant decidendas. Orientales autem tractus causas appellatione suspensas usque ad x. librarum auri quantitatem examinatas ad uirum spectabilem comitem orientis mittere similimodo audientiam et finem eis impositurum. Illud uidelicet obseruato ut illi spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes intimes quanticumque sint quantitates cum non oporteat ad comparales iudices appellationes referri. Set a minore iudicio in maius tribunal ascendere. Set ad illustrissimam

prefecturam virorum appellationes cuiuscumque sint dignitatis vel quantitatis ut dictum est dirigant, et que una cum viro excelso pro tempore questore easdem examinat, viro eius officio subministrante idem tam ex sacris scriniis more solito quam prefectorio. Statuimus hec sancimus, ut nec a iudicibus vel ab aliis spectabilibus iudicibus quibus forte et sine privatis et imperialis maiestatis causas iniunxerit appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim procedere sed properare videatur. Sed et a presidibus quidem provinciarum et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, inter memoratam quantitatem restituantur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum super spectabiles sunt, vel duces qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hii qui a principe sunt delegati spectabilem habentes dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referantur, omnibus aliis que in appellationibus statuta sunt, vel antiqua prosapia vel ab auctoritate anteriorum constitutionum vel annua humilitate invitatis illibatisque custodiendis. Item t. ff. Quando appellandum sit. Biduum vel triduum appellationis ex die sententie date computandum erit. Quid ergo etiam si sententia fuerit sub conditione dicta, utrum ex die sententie tempus computamus ad appellandum an vero ex die quo conditio sententie extitit? Sane quidem non est sub conditione sententia dicenda, set si fuerit dicta, quid fiet? Et est utile statim tempus ad appellandum computare debere. Quod in sententiis post meridiem ceptum est vel altera die vel tertia provocetur, hoc etiam in ceteris observandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportet, et potest esse ut cum quis ad tutelam vel ad alia civilia munera nominatur et eius excusatio non admittitur. Si forte post sententiam statim dictam copiam sui non fecerit is qui pronuntiavit, ut fieri assolet, dicendum est nichil nocere appellatori. Nam ubi primum copiam eius habuit, poterit provocare. Et si statim se subtraxerit, similiter subveniendum est. Quid ergo si conditio hore effecit ut se reciperet si forte dicta sit sententia iam suprema hora? Utique non videbitur se subtraxisse adeundi autem facultatem semper accipimus si in publico sui copiam fecerit. Ceterum si non fecit, an imputetur alicui quod ad domum eius non venit, quod quis in torum non accesserit et ulterius quod ad villam suburbanam? Magis est ut non debeat imputari; quam si in publico adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. Si quis tamen quis a quo appellavit adeundi facultatem non habuit ut libellos daret ei aut quem appellavit habet copiam videndum est an ei prescribi possit. Quod cum non adierit, et hoc iure utimur, ut si alterius adeundi fuerit copia prescriptio locum habet. Palam est eam esse partem causam cuius emolumentum vel dampnum ad aliquem suo nomine pertinet. Si adversus absentem fuerit pronuntiatum, biduum aut triduum ex quo quis scit computandum est, non ex quo pronuntiatum est. Si non in causa procuratorem defensus est, nam si ille non provocavit, difficile est ut hic audiatur. Si quid in insulam deportandum annotaverit preses provincie et imperator rescripsit ut deportetur, videamus quando sit provocandum, utrum cum imperator rescripsit ut deportetur an cum ei scribitur, et puto tunc esse appellandum cum recipi eum preses iubet. Ceterum verendum est ne sero sit ut tunc provocetur cum imperator insulam ei assignaverit. Comprobata enim sententia presidis tunc solet ei insulam assignare. Rursus illud verendum est si monitus a preside ponere ut eum quem deportandum laborat intercedit iam provocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente vel quovis tempore non frustra provocetur, quia non adversus principem sed adversus iudicis calliditatem provocavit. Illud videamus si cum imperatori scriberetur exemplum litterarum litigatori editum sit, nec is appellavit et postea decretum rescriptum sit, an appellare ab litteris presidis que edite postea sit, quia qui tunc non appellavit vera esse que scripta sunt consensisse videtur, non est audiendus si dicat eventum rescripti tacite se sustinuisse. Item P.

Lib. L. xxviii. Non solent audiri appellantes nisi hii quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt quod mox ratum habetur. Sed et si matris expectate provocavit, dicendum est hanc audiri debere et si litem procuratam curare maluerit, interest videtur licet ab initio defendere non potuit. Sententiam appellari potest si questionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali si contra leges hoc faciat. Eius qui ideo causam agere frustratur quod dicit se libellum principi dedisse et sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur, si ob eam causam appellavit, provocatio eius recipi sacris constitutionibus prohibetur. Item t. de libellis dimissoriis. Post appellationem interpositam littere dande sunt ab eo a quo appellatum est ad eum qui de appellatione cognituras est, sive principem sive quemvis alium, quas litteras dimissorias sive apostolos appellant. Sensus autem litterarum est appellasse puta Lucium Titium a sententia illius que inter illum et illum dicta sint. Sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter et sepius, et si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantia petentis dimissorias constitutiones desiderant. Equum est igitur si per eum steterit qui debeat dare litteras quominus det, ne hoc accipienti noceat. Appellatio

ne imposita siue ea recepta fuit siue non medio tempore nichil nouari oportet. § Si quis ex pluribus facinoribus condempnatus propter quedam appellauit, propter quedam non, utrum sit differenda pena eius an non, queritur. Et siquidem grauiora sunt crimina, obicitur appellatio interposita. Leuiora autem id est propter quod si appellauit, recipienda est omnino et differenda pena. Si uero grauiorem sententiam meruit circa ipsa pro qua non est appellatum omnimodo pena imponenda est.

Forma apostolorum hec est. Ego N. sancte bononiensis ecclesie episcopus te presbiterum rolandum capellanum ecclesie sancti apollinaris ad apostolicam sedem quam appellasti, ab obseruatione mei iudicii his apostolis dimitto. § Forma uero appellationis ante sententiam hec est. Ego anselmus sancte romane regine ecclesie minister licet indignus sentiens me pregrauari a domno gualterio sancte rauennatis ecclesie archiepiscopo sedem romanam appello et apostolos peto. Si uero post datam sententiam appellare uoluerit his modis appellandum. Ego A. S. R. ecclesie minister licet indignus contra sententiam G. S. R. ecclesie archiepiscopi iniuste in me illatam pridie kalendas madii anno incarnationis domini M.C.V. feria iiii. romanam appello sedem et apostolos peto. Si autem unus uel duo pro pluribus appellare uoluerint sic appellabunt. Ego G. P. sancti felicis canonicorum s. d. c. sententes nos pregrauari, uel contra sententiam etc. romanam sedem appellamus et apostolos postulamus. Huiusmodi appellationes in scriptis fieri debent. Catholicum autem alterius fidei catholicum appellare non licet. Unde in cartaginensi concilio iii.

Excommunicetur catholicus qui causam suam committit iudicio alterius fidei.

Catholicus qui causam suam siue iustam siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

Notandum uero est quod quidam iudices sunt a quibus appellari non oportet. Unde in concilio milleuitano legitur.

A quibus iudicibus prouocari non liceat.

A iudicibus quos communis consensus elegerit non liceat prouocari. § Quod de arbitris est intelligendum. Iudicum enim alii sunt arbitrarii, alii sunt ordinarii. Ordinarii uero sunt qui ab apostolico uel ecclesiastica, uel ab imperatore uel potestate seculares legitimam potestatem acceperunt. Arbitrarii sunt qui nullam potestatem habentes cum consensu litigantium in iudices eliguntur, promissione compromittitur ut eorum sententie stetur. Hoc autem commune est ordinariis et arbitrariis, alii ab utrisque ordinariis et arbitrariis sunt, qui legitimam potestatem habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum qui non sunt eorum iurisdictioni suppositi, ab his consimiliter arbitrii sedeant, et non ut ordinarii priuilegio dignitatis ordinarie grauatus aliquis appellare ualebit. Unde in cartaginensi concilio legitur.

Ab arbitris qui eliguntur communi consensu prouocare non licet.

Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciori numero quam constitutum est non liceat prouocari. Item ex concilio mileuitano.

Qui de episcoporum iudiciis queruntur aliorum episcopis audiantur uel ab aliis ex consensu eorum adhibitis.

Placuit ut presbiteri diaconi uel ceteri inferiores clerici in causis quas habuerint si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, uicini episcopi audiant eos et inter eos quicquid diffiniant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod et si ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad africana concilia, uel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerint appellandum a nullo intra africam in communionem suscipiantur. § Nisi forte romanam sedem appellauerit. § Is autem qui appellauit remitti non debet. Unde in sardicensi concilio legitur.

Is qui appellauit ad eum a quo appellauit remitti non debet.

Si episcopus accusatus fuerit et omnes iudicauerint congregati episcopi regionis illius et de gradu suo deiecerint eum, si appellauerit qui deiectus uidetur et confugerit ad beatissimum romane ecclesie episcopum et uoluerit se audiri et iustum putauerit ut renouetur examen, scribere his episcopis dignetur episcopus romanus qui in finitima et propinqua altera prouincia sunt, ut episcopi omnia diligenter requirant et iuxta fidem ueritatis diffiniant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua mouerit episcopum romanum, ut de latere suo presbiteros mittat erit in potestate eius quod uelit, et quod estimet, et si decreuerit mittendos esse aliquos qui presentes cum episcopis iudicent, ut habeant etiam auctoritatem personae illius a quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si uero crediderit sufficere episcopos comprouinciales ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit. § Arbitri uero tamen sunt qui nullam legitimam potestatem acceperunt a quibus appellari non licet, quia eis imputandum est qui se tales elegerunt. Si uero sententia eorum a quibus appellatur soluta fuerit, nichil eis oberit nisi forte uel inimicitia uel pecunia depravati iniustam probantur tulisse sententiam. Unde in concilio cartaginensi iii. legitur.

Cum per appellationem sententia soluitur non debet ei obesse qui non animo iniquo iudicauit.

Hoc etiam placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos ubi est maior auctoritas fuerit prouocatum non eis obsit quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non potuerint uel inimico iudicasse animo, uel aliqua cupiditate aut gratia depravati. § Queritur autem de eo a quo appellatur an sit reuocandus in testimonium apud eum ad quem appellatur sup

II

negotio cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in eodem c. ti. v. Clericus non vocetur ad testimonium ubi causa est primum cognitionem suam.

Statutum est ut qui in decreta qualibet causa iure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit et forsan decisio cuiusquam uni parti displicuerit non liceat clericum in iudicium ad testimonium devocari cum quis professus ut cognitor fuerit et nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

Habes quoque ad quos provocatum fuerit sicut in africano concilio legitur ulterius provocari non licet.

Non licet appellari ab eis ad quos provocatum fuerit.

Si autem provocatum fuerit eligat qui provocavit vel iudices et cum eo ille contra quem provocavit et ab ipsis deinceps nulli liceat provocare. Post secundam provocationem intelligendum est tertio in una eademque causa super hisdem capitulis provocare non licet. Unde in vii. l. C. t. Non liceat in una eademque causa tertio provocare. Imperator iustinianus scribit. Si quis in quacumque lite item provocaverit non liceat ei tertio in eadem lite super hisdem capitulis provocatione uti vel sententias excellentissimorum prefectorum pretorio retractare vel sententia data litigatoribus arbitrio dato ipsius audientiam qui eum dedit. ante litis contestationem invocare et huiusmodi petitionem intime provocationis vim optinente. Cum autem in causa capitali vel status interpellatum fuerit non per procuratores sed per se ipsos appellantes causam suam agere oportet. Unde adrianus precepit.

Appellatione in causa capitali vel status interposita

Si quando in causa capitali sive non per procuratorem exequi vel causa status interpellatum fuerit non per procuratores sed per ipsos est agendum. Tempus autem exequende appellationis annuum est ut si iusta causa intercesserit biennium. Ut in autenticis const. xi. coll. v. legitur cap. Si quis appellat imputatur annus intra quem si se contulerit lis exequatur aut si iusta causa intercesserit alius annus indulgetur quo transacto vel non completa manet sententia. Appellatore cessante cum totius mensis super biennio liceat victori ingredi vel reus querat quo sive invento sive non suas afferat allegationes ut confirmetur vel sequatur sententia omni casu absente intercepta contempnando. Neutro vero occurrente post sextum fatale permanet sententia. Et non ii. in cod. tit. Si lis que spatium in consistorium principis inferri adscripto more manet intacta donec ipse faciet eam introduci. Et apparentibus post morem dirimi. Si vero is qui appellavit penitentia ductus ab appellatione desistere voluerit non prohibetur. Sicut in viii l. C. t. de appellationibus imperatores archadius et honorius statuisse leguntur cap. Si quis

libellos appellatorios ingesserit sciat se habere licentiam arbitrium commutandi et suos libellos recuperandi ne iuste penitudinis humanitas amputetur. Est autem cum appellationem interponi non est necesse. Unde in eodem l. et eodem t. Idem imperatores decreverunt cap.

Nominationes vero libelli vel edicti facte citra concilium publicum non valent a quibus nec appellare necesse est. Diffinitiva quoque sententia que condempnationem vel absolutionem non continet pro nulla habetur. Item sententia contra solitum ordinem iudiciorum a preside prolata auctoritatem rei iudicate non optinet. Item sententia si lata fuerit contra res prius iudicatas a quibus provocatum non est sententie auctoritatem non optinebit et ideo ab ea appellari non necesse est. Item si sententia contra ius scriptum feratur veluti cum defunctus et minor xiiii annis fuisse et testamentum iure fecisse dicitur nullas vires optinet nec est eam necessarium auxilium provocationis. Si vero contra ius litigatoris sententia dicatur veluti cum minor xiiii annis xiiii annum implesse ac per hoc testamentum iure fecisse nuntiatur ad provocationis remedium oportet confugere. Item si plures iudices dati fuerint et unus tamen ex his presentibus partes se opponit non videtur appellandi necessitas fuisse cum sententia firmitatem iure non optineat. Item. Cum certa ratione et fine multare possunt iudices. Sicut contra legis statutum modum multe ietam irrogaverint quia contra ius videtur firmitatem non tenet et sine appellatione potest rescindi. Generales quoque sententias que in universos a corruptis iudicibus proferuntur et ante in posite provocationis auxilium infirmas esse decretum est. Item si propter infirmitatem etatis ad honorem ad quem nominatus es et inabilem te esse probaveris pretermissa appellatione iniqua nominatio removebitur. Sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio qui per contumaciam absens cum ad agendam causam negotio prius sumatim perscrutato vocatus esset condempnatus est. Nullus est homicidarum venefici orum maleficorum adulterorum. Item eorumque qui manifestam violentiam commiserunt argumentis convictus testibus superatus voce etiam propria vitium scelusque confessus non audiatur appellans et hoc in motoriis. In occultis autem si testibus productis instrumentis prolatis aliisque argumentis prestitis sententia contra eum lata sit et ipse qui condempnatus est aut minime voce sua confessus sit aut formidine tormentorum territus contra se aliquid dixerit provocandi licentia ei non denegatur. Nullum quoque officialium a sententia

pa(rte) p(er) iudicis p(ro)uocatio tribuantur. nisi in eo t(antu)m negotio quod ipse ciuiliatione super patrimonio forte ap(u)d p(ro)prium iudicem inchoauerit. Quotiens etiam fiscalis calculi satisfactio postulatur. aut tributum exposcitur. aut publici uel etiam p(ri)uati debiti euidentis atq(ue) conuicti redibitio flagitatur. appellatione conclusa necessario in contumacem uigor iudiciarius exercetur. Ab executore sententie appellari n(on) p(otes)t n(is)i forte executor sententie modum iudicationis excedat. Si quis c(um) ausus fuerit p(ro)uocare ne uoluntas defuncti testam(en)to scripta reseretur ut nebulones quos scriptos patuerit ut heredes in possessione mittantur. et is cuius de ea re notio erit appellatione(m) receperit. et iudex qui tam grauem contumaciam adhibuit. et litigator qui tam inportune appellauit .xx. libris argenti multetur. De possessione etiam et eius momento si causa dicatur que sententia interlocutoria appellatur. quamuis p(ro)uocatio interposita fuerit t(ame)n lata sententia sortiatur effectum. Si quis unam et eandem plures simul reportant condempnationem. nec diuersitas facto(rum) separationem accepit. quo casu si om(ne)s appellauerint et uno ex his agente eo(rum) appellatio iusta p(ro)nuntiata fuerit emolumentum uictorie. etiam ad alios p(er)tinebit. Si aut(em) unus t(antu)m appellauerit eius(que) appellatio iusta p(ro)nuntiata est ei quoq(ue) p(ro)de(st) qui n(on) appellauit. Quod si etatis auxilio iure est sententiam restitutione impetrauit maior n(on) qui suo iure n(on) appellauit h(oc) rescriptum n(on) p(ro)de(st). Iudicibus aut(em) n(on) solum appellationis suscipiende necessitas uidetur imposita uerum etia(m) .xxx. dierum spatia ex die sententie diffinita s(unt) intra q(uos) gesta una cum relatione litigatoribus conuenit p(re)stari. Simul ut arbit(ri) appellatione(m) suscipe(re) relatione(m) dare compellitur. si delegatus fuit litigatoribus uero copia e(st). etia(m) n(on) e(st) scriptus libellus uiua uoce appellare cum res iudicata p(ro)poscerit tam in ciuilibus quam in criminalibus causis. Ab eo aut(em) qui de appellatione cognoscit n(on) p(otes)t fieri recursus ad iudice(m) a quo fuit p(ro)uocatum. Qua p(ro)p(ter) remittendi litigatores agnoscunt remotam s(e) occasione(m) motam atq(ue) exclusa(m) penitus intelligant. Cum sup(er) o(mn)i causa interpositam p(ro)uocationem ut iniustam t(antu)m liceat p(ro)nuntiare ut iusta(m). Hec omnia in .vi. l(ibro) c(odicis). inuenies .t. de appellationibus et consultationib(us) usq(ue) ad titulum. Ne liceat in una eademq(ue) ca(usa).

C. QVII

Quod u(er)o laici in accusatione ep(iscop)o(rum) n(on) sint audiendi euaristus p(a)p(a) testatur dicens. Laici in accusatio(n)e ep(iscop)o(rum) n(on) sunt recipiendi;

Non e(st) a plebe aut a uulgaribus hominibus arguendus uel accusandus ep(iscopu)s. licet sit inordinatus. quia p(ro)p(ter) actus subdito(rum) disponitur. adeo uita recto(rum). ideo ista dico. quia insolator bona sepissime solet conuerte(re) in malum et in electis ponere maculam. Item siluer(ius) p(a)p(a). Nullus laicus cl(er)icum accuset;

Nullus laicus c(ri)men audeat clerico inferre. Item marcell(us) p(a)p(a). De eodem;

Laico non liceat quemlibet cl(er)icum accusare; Item iulianus p(a)p(a). Anathatizatus sacerdotes accusare n(on) p(otes)t;

In sancta nicena sinodo statutum e(st). ut nemo anathematizatum suscipiatur accusationem nec illi qui nos in sua nolunt recipere accusationem cum nos sup(er) illos sciamus a d(omi)no constitutos n(on) illos sup(er) nos. et sicut maior n(on) p(otes)t a minore iudicari ita nec obligari quia ratio e(st) omne quod magnum e(st). Portamus honera o(mn)inum qui grauantur quin immo. hec portat in nobis beatus petrus ap(osto)l(u)s cuius uice fungimur legatione et cuius regula informamur quatinus ep(iscop)is fulti auxilio nunc et in p(er)petuu(m) ab o(mn)ib(us) tueamur aduersis. Item eusebius. De eodem;

Laicos n(on) accusasse ep(iscop)os hactenus obs(er)uatum et constitutum e(st). quia n(on) s(unt) eius conu(er)sationis et oppidi eis quidam infesti existunt quippe cum uita ep(iscop)o(rum) et conu(er)satio debeat e(ss)e secreta a laico(rum) actib(us) remota. nec ab eis impeti debent qui eo(rum) castitatem et (con)gruitatem nolunt imitari. maxime cum eos nec in suis nolunt recipe(re) accusationib(us). Item fabianus ep(iscopu)s urbis rome cunctis fidelib(us); Nec cl(er)ici in accusatio(n)e laico(rum) nec laici in

Sicut sacerdotes. accusatione cl(er)ico(rum) s(unt) recipiendi;

uel reliqui cl(er)ici a secularium et laico(rum) excludu(n)t(ur) accusatione. ita illi ab isto(rum) s(unt) excludendi et alienandi c(ri)minatione. et sicut illi ab istis. ita et isti ab illis non recipiantur. q(uonia)m sic sacerdotum segregata debet e(ss)e conu(er)satio ab eo(rum) conu(er)satione. ita et litigatio q(uo)d a finibus ... n(on) oportet litigare. Item clemens. Laici clericos ac

Sacerdotes et reliqui. cusare non debent;

eccl(esi)e ministri omnisq(ue) plebs ep(iscop)os suos diligere debent et eo(rum) p(re)ceptis obedire. q(uo)d si isti aliter quod absit agant n(on) in fide errauerint. Idem. de eod(em).

Qualis condempnatio eis immineat qui in patres diuina peccant scriptura ostendit. Si enim cham quia n(on) op(er)uit pudenda patris maledictus e(st) multo ampliori condempnatione digni s(unt) qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferunt. Persone inferio(rum) ordinum in sup(er)io(rum) accusatione recipiende non sunt. Unde siluer(ius) p(a)p(a). Minores

Clericus adu(er)sus. n(on) debent accusare maiores; exorcistam. Exorcista adu(er)sus acolitum. acolitus adu(er)sus subdiaconos. subdiaconus adu(er)sus

[illegible]

diaconum. diaconus adversus presbyterum. presbyter adversus episcopum accusationem dare aut testimonium ferre non valet. Item Zepherinus papa. **De eodem.**

Maiorum vel summorum quispiam minorum accusationibus non impetatur. Item Anacletus papa. **De eodem.**

Sententia cham filii noe dampnantur qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt. sicut cham qui verenda patris non operuit. sed ridenda monstravit. Item Eusebius papa. **Oves pastorem suum nisi a fide exorbitaverit accusare non possunt.**

Oves que suo pastori commisse sunt, eum nec reprehendere nisi a fide exorbitaverit, nec ullatenus accusare possunt quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt quamquam reprehendenda recte videantur. His auctoritatibus probatur quod subditi sive sint laici sive clerici prelatos suos accusare non possunt. Verum de criminosis et detentis hoc intelligendum est qui vitam suorum prelatorum pati sunt reprehendere non imitari quod ex verbis Anacleti datur intelligi cum ait: **Quod laici non audiantur in accusatione episcoporum.**

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt. quia opprido eis quidam infesti sunt et indignum est ut ab eis accusentur qui eorum gravitatem nolunt imitari. Idem. **Sacerdotes nisi viris idoneis et probatis accusari non possunt.**

Accusatio quoque sacerdotum super qua nos consulere voluistis non nisi ab idoneis et probatissimis viris qui et suspitionibus et sceleribus careant fieri debet quia domini sacri corporis tractatores a vilibus ac reprobis quam non idoneis personis infamari noluit. nec calumpniari. sed ipse per se flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit. unde liquet quod summi sacerdotes id est episcopi a deo sunt iudicandi non ab humanis aut prave vite hominibus la[ceran]di. si potius ab omnibus fidelibus portandi. ipso domino exemplum dante cum per se ipsum et non per alium vendentes et ementes eiecit de templo sacerdotes. Nullus enim ut reor invenitur in minoribus qui velit suum servum ab alio quam a se iudicari quod si presumptum fuit. aut multa indignatione ipse irascitur. aut potius vindictam querit superbum. Unde et dominus ait per prophetam. Qui vos tangit tangit pupillam oculi mei. Et paulo post. Si detractores quorumcumque graviter iudicantur. et in potionis laqueum cadunt. multo magis laceratores et detractores atque accusatores famulorum dei dampnantur et in baratrum nisi se correxerint et per eorum satisfactionem condignam egerint penitentiam indubitanter vadunt. Et auctoribus flammis exuruntur. hec et alia pericula considerantes apostoli constituerunt ne facile commoverentur. aut lacerarentur vel accusarentur columpne sancte dei ecclesie. que apostoli et successores eorum non inmerito dicuntur. Sed siquis adversus eos vel ecclesias eorum commotus fuit aut causam habuerit. prius ad eos recurrat caritatis studio familiari colloquio

[illegible gloss]

ea sanent commoniti que sananda sunt et caritative emendent que iuste emendanda cognoverint. Si autem aliqui eos prius quam hec egerint lacerare accusare vel infecerint infestare presumpserint. excommunicentur. et minime absolvantur. antequam per satisfactionem ut iam dictum est condignam penitentiam egerint quam iniuria eorum ad eorum pertinet cuius legatione funguntur. Item Alexander. **Comone pro puniet qui primatum adisset episcopum conquirit prius quam eum familiariter convenerit.**

Siquis erga episcopum vel actores ecclesie quamlibet querelam iustam se habere crediderit. non prius primates aut ad alios adeat iudices. quam ipsos a quibus se lesum existimat familiariter conveniat non semel. sed sepissime ut ab eis aut suam iustitiam accipiat aut excusationem. Si autem secus egerit ab ipsis et ab aliis comone procietur tanquam apostolorum patrumque aliorum contemptor. Item Evaristus papa. **Nisi opinione discussa non audiatur accu[satio].**

Siqui sunt usurpatores aut [ve]satores episcoporum; accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum non oportet eos a iudicibus ecclesie audiri antequam eorum discutiatur estimationis suspitio vel opinio qua intentione qua fide qua temeritate qua vita qua conscientia quove merito si pro deo aut pro vana gloria aut pro inimicitia aut inimicitia aut odio aut cupiditate ista presumpserit. Item Calixtus papa. **Maiores natu non accuset qui non sunt recte fidei et conversationis.**

Querendum est in iudicio cuius sit conversationis et fidei is qui accusat et is qui accusatur. Omnino qui non sunt recte fidei ac conversationis et quorum vita est accusabilis et quorum fides vita et libertas nescitur. non permittuntur maiores natu accusare nec viles persone in eorum recipiantur accusatione. Item Sixtus papa. **Nisi sub duobus vel tribus testibus non recipiatur episcoporum accusatio.**

Accusatio episcoporum non est facile recipienda dicente domino. non accipias vocem mendacii. et apostolus in quo adversus presbyterum in acceptionem non recipiendam absque duobus vel tribus testibus idoneis Si hec de presbyteris vel ceteris fidelibus sunt precavenda. quanto magis de episcopis. Item ex concilio Aurelianensi. **Pro sola contentione episcopi non submoveatur aliquis a communione.**

Siquis ab episcopo vel ab ecclesia de episcopo iure crediderit aliquid repetendum si nichil conviciis aut criminationis obiecerit eum pro sola contentione a communione ecclesie non liceat summoveri. Item Evaristus papa. **Quod subditi prelatos suos reprehendere non possunt.**

Sunt non nulli qui prepositos suos prius reprehendunt si vel parum ipsis molesti extiterint. Ex his omnibus datur intelligi quod illi ab accusatione removentur qui non affectione caritatis sed pravitate sue actionis vitam eorum

[illegible glosses]

diffamare et reprehendere querunt. Quod vero premissis auctoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione prelatorum, testatur Augustinus in libro locutionum ita dicens: **Non omnes subditi sed criminosi tantum prohibentur suos accusare prelatos.**

Presumunt prelati non debere se reprehendi vel accusari, pro eo quod canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solis criminosis. Ceterum reprehendendo veritas ipsa constituit. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Opponitur huic distinctioni. Sic ipsi sacri canones distinguunt in quo casu pastores sint accusandi a subditis dicentes oves pastores suos non accusent nec reprehendant nisi a fide exorbitaverint. Ecce in quo casu sunt accusandi a subditis in aliis autem minime. Huic oppositioni sic respondetur. Distinctio illa canonum de criminosis et infamibus intelligitur. Oves enim criminose et infames pastorem suum accusare vel reprehendere non possunt nisi a fide exorbitaverint. Cum enim si a fide exorbitaverit, tanta est labes illius criminis quod ad eius accusationem contra adversus dominum et quilibet criminosi et infames adversus quem libet admittuntur. Unde Dionisius papa:

Infames accusare possunt hereticos.

Alieni erroris socium vel a sua voluntate proprio tramite recedentem, aut sacris patrum regulis et constitutionibus non obedientem suscipere non possumus nec debemus, nec impetere recte credentes vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus. Quia infames omnes censemus esse, qui suam fidem aut christianam legem prevaricant, aut apostolicam vel regularem libenter post ponunt auctoritatem. Item ex concilio Toletano III: **Christianos accusare vel eos testificari non possunt qui fidem acceptam deseruerint.**

Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidelis. Judei igitur qui dudum christiani fidem prevaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent quamvis esse christianos se adnuntient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur. Infirmari oportet eorum testimonium qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum qui a veritatis a se fidem abiecerunt. Item Gaius papa Felici episcopo: **Heretici Iudei vel pagani** **Pagani vel Christianos accusare non possunt.**

Heretici sive Iudei non possunt Christianos accusare aut vocem infamationis eis inferre. In hoc capitulo decernitur ut heretici impetere recte credentes, sed non ex eo intelligitur quod heretici ab hereticis impeti possint. Item a tramite supposito voluntarie recedentes non possunt impetere sanctes limitem sue professionis. Ex hoc datur intelligi quod recedentes a suo proposito similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus sanctorum patrum non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur quod inobedientibus inobedientes accusare licet. Unde Gratianus colligit quod in accusationibus equalitas fidei et conversationis inter accusantem et accusatum semper consideranda est, ut is qui accusat vel par vel superior inveniatur. Item Novellarum constitutio: **Si hereticus est** hereticum litigat licet cuique hereticum testem adducere. Si autem orthodoxum est hereticum litiget pro orthodoxo qui est heretici testimonium valeat. Est orthodoxum aut solius orthodoxi valeat testimonium. Item orthodoxis aut litigantibus ad testimonium nulli heretico pateat aditus.

Secundum si flagitiosissimus catholicus possit convenire hereticum de alio crimine quam de heresi, huic questioni ita respondetur, in quo hereticus inferior est iudicibus videlicet in regula fidei et in eo a malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit videlicet in conversatione vite in eo a flagitiosissimis conveniri non potest. Item quod pastores pro suis actibus magis sunt tollerandi quam corrigendi dupliciter intelligitur, vel quia a criminosis tollerandi sunt et non corrigendi, unde ibi subinfert quia sepe meritis subiectorum vel subditorum depravatur vita rectorum, quorum quasi merito deo permittente vita rectorum depravatur ab eis potius est tollerandi quam corrigendi, vel quia sunt quidam qui sepe deferunt publicis documentis et certum quod intendunt probare non valent. De quibus Augustinus ait in omelia de penitentia: **Que publicis documentis probari non possunt**

Plerumque boni viri **tolleranda sunt**, propterea sufferunt aliorum peccata et tacent quia sepe destituuntur a publicis documentis quibus ea que ipsi sciunt iudicibus probare non possunt.

Debet etiam illud Anacleti intelligi. Sententia Cham filii Noe dampnantur qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt, seu Cham qui patris pudenda non operuit, sed ridenda monstravit. Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione sed a proditione. Aliud est enim prodere, aliud est accusare. Prodit qui non probanda defert, accusat qui reo presente crimen iudici offert, probaturus quod intendit. Cham solus vidit pudenda patris et ideo prodere intelligitur qui cum solus sit conscius criminum suorum prelatorum atque ideo eos accusare non possunt, vitam tamen eorum infamando aliis ridenda offert.

Item obicitur quod subditi etiam religiosi prelatos suos accusare non possunt. Legitur enim in exodo quod maria soror aaron. que prima post transitum maris rubri sumpto timpano ymnum cantare meruit. postea murmurans in moysen eo quod ethiopissam duxerat in uxorem a domino lepra percussa est. Item in i. regum legitur. quod cum david fugeret a facie saul latuit in spelunca. in quam cum saul divertisset ad purgandum ventrem. david precidit oram clamidis eius. quod se fecisse postea graviter doluit. et vehementer corde penituit. Saul a domino erat reprobatus et per invidia david persequebatur. ut eum morti traderet. david erat vir humilis et mitis. saul a domino sub- stitutus. prophetam samuelem unctus in regem. et tamen quia precidit oram clamidis saul. graviter flevit eum a saule sola ammistratione unctionis separetur. Unde datur intelligi quod subditi quamvis religiosi sint prelatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per saulem qui ventrem suum purgabat. prelati intelliguntur. qui malitiam suam corde conceptam in opus producunt. Item legitur in ii. regum. quod cum archa domini reduceretur de gabaa in ierusalem bobus recalcitrantibus archa inclinata est. cum oza levita manum adhibet ut eam erigeret. a domino percussus interiit. Per archam prelati intelliguntur. per boves subditi. per inclinationem arche. casus intelligitur prelatorum. Per levitam qui manum adhibuit. intelliguntur reprehendentes vel accusantes vitam doctorum qui a domino percussi intereunt. His ita respondetur. Verum est per archam significari prelatos et per boves subditos. Illud vero falsum est quod per inclinationem arche casus intelligatur prelatorum. aliud est enim inclinari vel descendere. aliud cadere. legitur enim quod salvator noster se inclinavit sicut quando digito scribebat in terra. et de montibus frequenter descenderet in quos ascendebat. ut vel pernoctaret in oratione. vel ut discipulos in monte altiora doceret. preceptave lut turbas fugiens ex altitudine montis eas respiceret ut liberius posset docere. Inclinatio ergo vel descensio humilitatem significat. a qua spirituales non numquam carnalibus condescendunt ut eorum infirmitati compatiantur. iuxta illud apostoli. Quis infirmatur et ego non infirmor. Hos etiam significaverunt angeli quos iacob vidit in scalam descendentes. De his etiam per prophetam dicitur. Inclinavit celos et descendit. Per archam ergo inclinatam intelliguntur prelati. qui subditorum culpas misericorditer portant et eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Unde bene dicitur quod bobus recalcitrantibus archa inclinata est. boves quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non obedientes quos vero dum prelati patiuntur. quasi bubus recalcitrantibus archa inclinatur. Levita qui manum adhibuit significat illos qui nimie compassione inpu- latus suis reprehendunt. eosque in severitatis amaritudinem erigere volunt. Unde bene levita iste oza dicitur. oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur. quia dum de sua iustitia presumunt misericordiam peccatoribus negandam putant. et irreprehendentes reprehendunt. Unde a domino percussi intereunt. quia iudicium sine misericordia erit illis qui nolunt facere misericordiam delinquentibus. cui per salomonem dicitur. Noli esse nimis iustus. quia iniustus est qui perit in iustitia sua. Sic et illud moysi intelligitur. per moysen enim intelliguntur prelati per ethiopissam peccatores designantur. Moyses ethiopissam uxorem duxit. cum quilibet predicator peccatorem sibi copulat ut ex eo sibi sobolem bonorum operum deo gignere valeat hanc copulam dum maria i. subditi reprehendunt. lepra peccati inficiuntur. vel per mariam sinagoga intelligitur. que in moysen i. in xpm murmuravit. quia ethiopissam i. ecclesiam de gentibus sibi copulavit. quos lepra perfidie et erroris sordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prelatorum sed monentur ne reprehendant misericordiam compassionem eorum. Item per saulem prelati intelliguntur per david subditi. Saul purgans ventrem eos significat qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Per incisionem clamidis divisio regni significatur vel reprehensio peccati. Per clamidem enim regni potestas intelligitur. hanc cum precidit prelatum suum sententia dampnationis ferit. quod nulli subditorum licet. facta enim pastoris oris gladio i. sententia dampnationis subditis ferienda non sunt. Hinc est quod ieronimus ait. super marcum de pontifice qui scidit vestimenta sua. Scissio vestis scissionem significat sacerdotii quod in primo erat scindendum et auferendum iudeis vel per david significantur qui nequitiam suorum prelatorum videntes maiora eorum peccata contempnunt. minima et levia quasi extremam oram clamidis precidentes reprehendere et lacerare satagunt vel quia saul solus divertit in speluncam in qua david solus latebat. Idem. super hoc potest intelligi quod de cham dictum est. qui solus vidit pudenda patris que non operuit sed ridenda monstravit. hac itaque auctoritate non

inhibentur subditi accusare prelatos si accusabiles fuerint. Item probatur quod subditi prelatos suos accusare non possunt etiam si religiosi fuerint. Infames enim fiunt eo ipso quod suorum doctorum vitam inreprehendere conantur. Infames quoque eos esse ut canonum et dicit auctoritas omnes qui in patres armantur et qui doctorum suorum vitam reprehendunt ut accusent. Nullus autem infamis in accusatione prelatorum suorum est audiendus nisi forte a fide exorbitaverint ut supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso quod in accusatione prelatorum suorum prosiliunt infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegetur, patet quod subditi prelatos suos accusare non possunt. His ita respondetur. Non enim omnes prelati pro prelatis habentur. Nomen enim solum non facit episcopum sed vita. Unde Gregorius Ianuario episcopo sedens.

Quem etas non vita seniorem facit.

Accusatoribus vel inimicis vel de inimici domo prodeuntibus vel qui cum inimicis morantur, aut suspectis non credatur, ne irati nocere cupiant, ne lesi se ulcisci velint. Sicut hodie hec que in hac sancta sinodo prohibita sunt infringere temptaverit aut voluerit [illegible] si clericus est gradu suo penitus careat. Si vero monachus aut laicus fuerit, communione privetur. Et sententiam anathematis feriatur. Scitote vero insidias vel manifestas pontificibus a quibuscumque illatas, ut ea que huiuscemodi sententia complectitur, si quis ad ecclesiastica pertulerit notitiam, potiatur honore, ubi qui adversum eos moliuntur, sicut a sanctis patribus olim statutum est et hodie sinodali et apostolica auctoritate firmatum, penitus abiciantur, et perpetuo suis omnibus sublatis perpetuo tradantur. Item Pontianus sancte et universalis ecclesie episcopus. Qui non possunt esse accusatores vel testes.

lombardam. non romanam legem. induerit alia lectio .e. contrarium consuetudinem

d. de ignotis loquitur qui non promouentur. xx iiij di. quando. Item di. Et priorum. alias iniquum esset quod hic dicitur quod testimonium eius non remoueretur. non possunt testificari contra gallicanum.

b. hec non refertur ad omnia supradicta quia suspecti domestici domestici argumentum quod ubi lex ... non refertur ad omnia supradicta ... argumentum contra ... dilecti

Suspectos aut inimicos aut facile litigantes, et eos qui non sunt bone conuersationis aut quorum uita est accusabilis, et qui rectam fidem non tenent, et docent fieri accusatores esse et testes antecessores nostri apostolici prohibuerunt: et nos eorum auctoritate submouemus, atque temporibus futuris excludimus.

Item Eusebius episcopis Galliarum. **Ab accusationibus clericorum repellantur quos leges seculi**

De accusationibus clericorum, super quibus non admittuntur mandastis, scitote a tempore apostolorum in hac sancta urbe seruatum esse accusatores et accusationes quas exteriorum consuetudinum leges non asciscunt a clericorum accusatione submotas. Et ista sedes et nos sequentes patrum uestigia pro saluatione suorum dei quascumque ad accusationem personas leges publice non admittunt, his impugnandi aditum et nos licentiam submouemus, et nulle accusationes a iudicibus audiantur, que ecclesiastici quam legibus seculi prohibentur.

Item Pelagius papa. **Alienigene et quos diuine uoces motuos**

Canonica **appellant episcopos accusare non possunt.**

Sanctorum patrum statuta sequentes ab eorum accusatoribus omnes infames cunctosque suspectos, uel inimicos, et eos qui non sunt eorum generis, uel quorum fideles uita et libertas nescitur, et qui non sunt bone conuersationis, uel quorum uita est accusabilis, ab accusatione episcoporum funditus submouemus. Similiter et omnes quos diuine leges motuos appellant, submouendos esse ab eorum accusatione, et publice penitentie submittendos iudicamus.

Item ex .ii. synodo romana habita sub Adriano papa. **Relicti repellant accusationes**

Accusationes et accusatores **quos leges seculi non ad**mittunt, eorumque negotia que sciant non asciscunt leges diuina ac synodica funditus a clericis repellere auctoritate censemus, quia indignum est superiores pati ab inferioribus, que inferiores ab eis pati despiciunt.

Item Stephanus romane ecclesie episcopus omnibus episcopis. **Nec serui nec liberti nec infames episcopos accusare**

Accusatores et accusationes, **presumant.** quas leges seculi non admittunt, et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submouemus. Nullus alienigena aut accusator fiat eorum aut iudex. Vnde et Toleti septime est. Ingressus est ad uerba iniuriis uel iudicii accusator aut ... minus sit seruus aut libertus. nulla que suspecta aut infamis persona.

Item Eusebius. **Infames et ad sortilegos diuinos currentes non accu-**

Constituimus **satores non testes esse possunt.** cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis, ut homicide, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, ueneficii, suspecti, criminosi, ... qui ... raptum fecerunt, uel qui falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos diuinosque concurrunt, nullatenus ad accusationem uel ad testimonium sint admittendi, quia infames esse non sunt repellendi, quia funesta est uox eorum.

Item papa. **Suspecti autem et criminosi ab accusatione non admittantur.**

Statuit in supra synodo decretum ne suspecti aut infames, aut criminosi, aut grauiosi, aut calumpniatores uel affines, aut sectati aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales accusationi careant suspitione.

Item Felix papa. **Qui inimicitiis studet et facile litigat**

Nullus **non accusator nec testis esse potest.** suus nullus libertus nullius infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumpniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus frequenter litigans et ad accusandum uel detrahendum facilis, nulla infamis persona, uel omnis quos ad accusanda publica crimina leges publice non admittunt permittantur episcopos accusare.

Item Calixtus papa. **Familiares suspecti de domo procedentes**

Accusatores **non recipiantur in accusatione.** uel testes suspecti non recipiantur, nec familiares de domo procedentes, nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant, quia propinquitatis et familiaritatis ac dominationis affectio ueritatem impedire solet. Amor carnalis, timor atque auaritia plerumque sensus hebetant humanos, et peruertunt opiniones, ut questum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentie.

Item Gelasius. **Quod inimici et suspecti et qui hodie uel heri fuerunt a accusatione remoueantur.**

Omnis aduersus qui patres armantur uel patrum inuasores infames esse censemus. Horum quoque uitiorum auctores uel patratores non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi. Omnia iubent canonica decreta patrum, ut accusatio uel testimonium eorum qui odio quolibet tenentur, uel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur.

Quod uero inimici ab accusatione prohibentur, ideo est quia eorum calliditate innocentia frequenter opprimi solet. Sicut cum Athanasius sue cathedre sedem perdidit, quia de inimicitia sui patriarche conquestus est pater. Quod etsi manifesta crimina alicuius sunt, non tamen accusatione inimici deprehenda est.

Item Nicholaus scribit Michaeli imperatori. **Quia suspecti inimici sui iudices esse non possunt.**

Quia suspecti et inimici iudices esse non debeant, et ipsa ratio dictat, et plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius et amabilius dare quis inimico potest, quam fieri ad impetrendum committerit, quem ledere forte nouerit. Quod prius Constantinopolitana synodus canonum suorum ...

...

q. v. quatuor

gnoscitur, prohibere episcopus Germanicus ad sanctam Calcedonensem synodum, et quod nobis de episcopo Athanasio perlectorum refertur audiamus. Si enim antistes iii. est vocatus, quia non occurrit, Athanasio patriarcha canonice condempnatus esse dicatur: set solum quia cum vocaretur ad sinodum, inimicus eius esset ipse qui iudicabat, clamabat. Apud Calcedonensem sinodum ad causas illatas se examinandas refugiatur, nisi dectrio committeretur recipere ecclesiam post iudicatur. Sed Athanasius a patriarcha suo depositus, quia de inimicitia eius conquestus est, iterato ad iudicium revocandum dirigitur, et si manifesta sunt officia crimina sue ecclesie tamen reddi percipitur, quanto magis ignarium, qui non a patriarcha suo set ipse potius consistens patriarcha minime debuit ecclesia propria privari, cum inimicos et suspectos iudicibus decernentibus expoliaretur? Et facundissimus iste papa Gelasius hereticorum expugnator fortissimus, et quod de Constantinopolitanis episcopis more solito tunc egrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. Ordo, inquid, iudiciorum prevenerit ubi nam possit agitari an apud ipsos, ut idem inimici sint et testes et iudices? Sed tali iuditio nec humana debent committi negotia. Quod si in iuditio ubi idem sunt inimici iudices, quibus nec humana committi debent iuditia, quanto minus divina, id est ecclesiastica? Quis sapiens est et intelligat. Et ne vera hinc Iustinianus imperator pius legibus suis promulgasse dignoscitur, dicens: Liceat ei, qui suspectum sibi iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur. Nam quoddam mihi natale est suspectorum iudicum insidias declinare, et inimicorum iuditium velle refugere. Hinc sanctus Iohannes Constantinopolitanus concilium eorum se congregantium vitare collegium. Patet ergo, manifesta sunt crimina alicuius, tamen in accusatione inimici condempnandus non est. Extra provinciam autem nullatenus reus producendus est. Unde Fabianus papa scribit Ylario episcopo. **Ubi crimen admittitur ibi causa ventiletur.**

Ubi enim semper causa agatur, ubi crimen admittitur, et qui non probaverit quod obiecit, penam quam intulerit ipse patiatur. Item. **Accusatus non nisi in foro suo audiatur.**

Si quis episcoporum super certis accusatur, ab omnibus ab omnibus audiatur qui sunt in provincia sua episcopis, quia non oportet accusatum alibi quam in foro suo audiri. Exceptio fori declinatoria est, a reo in initio litis debet opponi; perhemptorias autem exceptiones, ut est prescriptio longi temporis, sufficit initio vel [illegible]. Item. Pulsatus autem iudicem suum causam. **De eodem.**

[Pulsatus ante suum iudicem causam] dicat. Non ante suum iudicem pulsatus si noluerit taceat. Pulsatus vero quotiens appellaverint

indicte dentur. Hoc autem quod de loco dictum est, tunc intelligendum est, cum veritas cause non nisi loco admissi criminis deprehendi potest, aut nisi altera pars iudicium maioris persone inpellaverit, sive declinando iudicium sive restaurando sententiam. Unde Stephanus secundus apostolice sedis atque universalis ecclesie Romane episcopus scribit omnibus episcopis. **Intra provinciam et a provincialibus tamen causa est audienda.**

Ultra provinciam accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra provinciam audiatur et a comprovincialibus terminetur, nisi tamen ad apostolicam sedem fuerit appellatum. Item Felix papa. **A comprovincialibus accusatus vel iudicatus apostolicam sedem appellet.**

Accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolice sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos retractare eius negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, alius in eius loco non ponatur aut ordinetur episcopus. Quamvis enim a comprovincialibus episcopis accusati causam episcopi scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum est. Item Eleutherius papa. **Comprovinciales et metropolitani episcoporum causam audire set diffinire non possunt.**

Quamvis liceat comprovinciales et metropolitanos atque primates episcoporum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire sine huius sancte sedis auctoritate. Sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum [illegible] alii aut proponantur aut ordinentur antequam hic eorum iuste terminentur negocia. Reliquorum vero clericorum causas apud comprovinciales et metropolitanos et primatos ventilare et iuste finire licet. Item Leo episcopus urbis Rome Anastasio episcopo Thessalonicensi. **Preter apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiva ferenda sententia.**

Multum stupeo fratri nostro [illegible] plurimum doleo quod in eum de quo nichil amplius indicabas quam quod evocatus adesse differret et excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter et tam vehementer potueris commoveri. Presertim cum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberemus. Set etiam si quid gerere intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nichil ipse prius decerneres quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tue credidimus caritati ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde sicut multum nos ea que ante pie sunt curata letificant, ita nimium ea

[illegible gloss]

que pperam ꝯ gesta constiterit. Item iuli[us] pp. orientalibus ep[iscop]is. Preter conscientiam romani pontificis nec concilia celebrari nec ep[iscopu]m dampnari oportet.

Dudum a sc[t]is ap[osto]lis eorumque successoribus eorumque in antiquis decretum est statutis, quod hactenus s[an]c[t]a et universalis ap[osto]lica tenet ecc[lesi]a, non oportere p[rae]ter sententiam romani pontificis concilia celebrari, ut ep[iscopu]m dampnari, quoniam s[an]c[t]am romanam ecc[lesi]am p[ri]matum omnium ecc[lesi]arum esse voluerunt, et sicut beatus petrus ap[osto]l[u]s p[ri]mus fuit omnium ap[osto]lorum, ita et hec s[an]c[t]a ecc[lesi]a suo nomine consecrata d[omi]no i[n]stituente p[ri]ma sit et caput ceterarum, et ad eam q[uas]i ad matrem atque apicem omnes maiores ecc[lesi]e cause et iudicia ep[iscop]orum recurrant, et iuxta eius sententiam t[er]minum sumant. nec extra romanam quicquam ex his decerni debere pontificem. Et licinio inconsulto romano pontifice plerique ep[iscop]orum dampnati inveniuntur, et alii in eorum locum subrogati, quorum dampnationem p[ro] bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur ecc[lesi]a. Unde nicholaus pp. salomoni regi britonum. Quorundam ep[iscop]orum depositione ext[ra] conscientiam romani pontificis facta, p[rop]ter

Hec quippe est ordinatio dei patris tui, et hec est lex ecc[lesi]e matris tue, videlicet, ut omnes ep[iscop]os regni tui ad turonensem archiep[iscopu]m mittere n[on] differres, ipsiusque iudicium postulare n[on] dedignaris. Ipse enim est metropolitanus omnium ep[iscop]orum regni tui, eius suffraganei sunt, sicut conscriptiones p[re]decessorum meorum evidenter ostendunt, qui p[re]decessores tuos, quia illos abiciens contra subtraxerant, forti invectione corripere studuerunt. quamvis nec nostra scripta super hac re missa de esse videantur. Cumque coram designato turonice ecc[lesi]e p[re]sule et integro numero collegarum .xii. ep[iscop]orum celebrato conventu fuerint electi ep[iscop]i regulariter examinati, apparuerit quod canonice fuerint electi a p[ro]p[ri]is ep[iscop]is in sua delectione manentibus qui in locis eorum consecrati sunt, poteruntque ex[em]plo honore potiri. Quod si electi ep[iscop]i insontes fuerint declarati, his amotis qui illis subrogati sunt ecc[lesi]as suas ipsi recipiant. Nam cum ante cessores mei p[re]sules electionem ep[iscop]orum qui a sedibus suis expulsi sunt nec admiserunt nec approbaverunt, nec ipsos civitatis subrogari possunt. iuventibus illis legitimis ep[iscop]is operiunt. Sane si ad turonensem forte archiep[iscopu]m mitti p[re]fatos ep[iscop]os dedignaris, statue duos ep[iscop]os de expulsis et duos de subrogatis una cum ecc[lesi]e tue legato ad ap[osto]licam beati petri sedem transmittere, ut ibi digna examinatione p[re]missa qui legitimi ep[iscop]i esse appareant, et suas ecc[lesi]as integulant non amittant. Nec enim

[illegible gloss]

quero aliud in p[re]senti negotio diffinire. Quia vero magna que sit metropolitani ap[u]d britannos contentio est, licet nullius memoria teneat vos in regione vestra ullam habuisse metropolim ecc[lesi]am. tu si libet post[ea]q[uam] omnipotens pacem inter vos et dilectum filium nostrum carolum regem gloriosum constituerit facile hoc poteritis advertere. Quod si adeo contentiosus agere credatis ad nostrum apostolatum destinare contendite, quatinus nostro libramine que fuit ap[u]d vos antiquitus archiep[iscop]alis ecc[lesi]a luce clarius innotescat, et deinceps omni ambiguitate recisa quam sequi ep[iscop]i vestri debeant inconctanter agnoscant. Neque enim ecc[lesi]as d[omi]ni p[ro] diversitate regum, divisionis alicuius pati dampna decet, et etiam quantum expedit eam pacem quam possidebat servare studeant invicem et in omnibus.

Alias autem irrita erit eorum sententia, et a sinodo retractanda. Unde felix pp. Dampnacio in irritam esse ep[iscop]orum iusta irrita est, et in sinodo tractanda. Irritam esse ep[iscop]orum dampnationem et iniustam censemus, et in s[an]c[t]o a sinodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus incunctis subveniatur causis. Ex

aut metropolitanum contempnere, et aliorum iudicium auxilium expetere n[on] liceat. Unde sixtus pp. testatur dicens. Peregrina iudicia sunt submovenda.

Peregrina iudicia salva in omnibus ap[osto]lica auctoritate generali sanctione p[ro]hibemus. quia indignum est ut a degeneris iudicentur, qui conprovinciales et a se electos debent habere iudices, nisi fuerit appellatum. Item anacletus pp. De eodem.

Leges ecc[lesi]e ap[osto]lica firmamus auctoritate, et peregrina iudicia submovemus. Unde et d[omi]n[u]s in ratione fac[t]i enim de loth, p[er] moysen dicens. Ingressus es quidem inquit ut advena numquid ut iudices. Item innocentius. Nulli liceat aliarum p[ro]vinciarum iudicium expetere.

Nulli liceat sine p[re]iudicio tamen romane ecc[lesi]e cui in omnibus causis reverentia et auctoritas debetur, relictis his sacerdotibus qui in eadem p[ro]vincia dei ecc[lesi]am nutu divino gubernant, ad alias convolare p[ro]vincias aliarum p[ro]vinciarum ep[iscop]orum iudicia expetere vel pati. Quod si quis p[re]sumpserit ab officio cl[er]i submotus et iniuriis reus ab omnibus iudicetur. Reverentia aut[em] q[ue] ap[osto]lice debetur ecc[lesi]e et eius auctoritas intelligenda est, cum ad eam appellatum fuit ut ab ea iudices electi concedantur. Unde sixtus pp. cum diceret conprovinciales et a se electos debent habere iudices statim subiungit n[isi] fuit appellatum. Item anacletus pp. Absque ap[osto]lice sedis decreto extraneos iudices adire n[on] p[er]mittimus.

Ultra q[ue] p[ro]vinciam tam iuxta ecc[lesi]asticas quam

.j. vj. q. iij. Scitote. xj. q. i. c. nj.

[illegible gloss]

iuxta sacri leges debet suos iustos et non iniquos habere iudices et non extraneos nisi apostolice sedis decreuerit auctoritas. Item ex romana sinodo.

Sub appellatione alterius prouincie iudicem

Neminem exhiberi de prouincia ad prouinciam uel de comitatu ad comitatum oportet nisi ad appellationem iudicis ita ut actor rei forum sequatur. Et sua negotia que sunt per unamquamque prouinciam ipsius prouincie sinodus dispenset sicut in niceno concilio est decretum ne ... iustitia prouincie terminos accusandi licentia pregrediatur. Omnis accusatio intra prouinciam audiatur et a comprouincialibus terminetur nisi ad apostolicam sedem fuerit appellatum. Item ex eodem. Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit in prouincia in qua consistit ille cum prepulsat suas exerceat actiones. Nec exterminet actiones cuiusquam accusator suus alibi aut longius ad iudicium pertrahendum. Item ex decreto adriani pape.

Ubi crimen admittitur ibi causa uentiletur.

Qui crimen obicit se sciat probaturum. Reuera causa ibi agatur ubi crimen admittitur. Quod iudex esse non possit quem cum reo par aut maior macula inficit multis auctoritatibus probatur. Dicit enim sancta romana synodus.

Infames iudices esse non possunt.

Infamis persona nec procurator potest esse nec cognitor. Tria sunt quibus aliqui impediuntur ut iudices non fiant. natura. surdus. mutus. et perpetuo furiosus. et impubes. quia iudicio carent. lege quia senatu motus est. Moribus femine et serui. non quia non habent iudicium sed quia receptum est ut ciuilibus non fungantur offitiis. Ceterum si seruus dum putaretur liber ex delegatione sententiam dixit quamuis postea in seruitute depressus sit sententia ab eo dicta rei iudicate firmitatem tenet. Item in dig. t. de postulando. Infames non possunt esse procuratores uel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum qui postulare prohibentur. Est autem postulare desiderium suum uel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni preest exponere uel alterius desiderio contradicere. Ut primus sumus non postulandum tres ordines fecit. Quidam prohibentur omnino postulare. uel propter etatem ut minores xvii annis. uel propter casum ut surdus qui prorsus non audit. alii prohibentur ne pro aliis postulent. ut propter sexum ut femine. ut propter casum ut uterque lumine orbati. ut propter notam turpitudinis ut hii qui in corpore suo muliebria passi sunt. nisi forte in predonum uel hostium stupra perpetrati. Similiter qui capitali crimine ut calumpnie publici iudicii iis dampnatur. qui operas suas locauerunt ut cum bestiis depugnarent in arena. pro aliis postulare prohibentur. hiis personis pro se allegare permittitur. pro alio prohibetur nisi forte tutelam impuberum uel curam adolescentium non affectatam sed necessariam administrent. Pro hiis quorum curam gerunt eis postulare conceditur. Alii etiam omnes qui ut infames notantur nisi pro se et certis personis postulare non possunt nisi in integrum restitutionem acceperint. Permittitur autem eis postulare pro parente. patrono et patrona. liberis etiam suis et parentibus patroni et patrone. pro liberis etiam suis fratribus et sororibus. socero. socru. genero. nuru. uitrico. nouerca. priuigno. priuigna. pupillo. pupilla. furioso. fatuo. fatua. surdo. prodigo. et adolescente.

Item pro his quibus propter infirmitatem curatores dari solent. ut qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. Omnes autem qui non sponte sed necessario funguntur offitio sine offensa postulare possunt etiam si hii sunt quibus non nisi pro se postulare permittitur. Affinitates uero non eas accipere debemus que quondam fuerunt. sed presentes. nurus et generi appellationem et soceri et socrus etiam ulteriores quibus propositio solet accedere continent. Aduertitur et a professione aduocatorum sicut in ii. l. cod. t. de postulando inueniuntur qui sub nomine honorariorum certi pro negotii que tuenda susceperint emolumentum de certe partis cum grandi dampno litigatoris et depredatione poscentes inueniuntur. Item. Si quis adeo procax fuerit ut non ratione sed probris litibus putet esse certandum opinionis imminutionem patietur. Preterea non licet aduocatum nullum certum inire ullam compactionem conferre cum litigatore quem in fidem recepit nec contractum ullum procurare. Apud urbem romam etiam honorantius qui hoc putauit intelligendum eo usque liceat orare quo usque maluerint uidelicet non ad turpe compendium uel etiam stipendium deforme lucrari rapiatur occasio. Nam si lucro pecuniaque capiantur ueluti abiecti atque degeneres inter uilissimos numerabuntur. Si uero in uno auditorio tantum ut plures ceteris fuerint quorum fama sit et labor in iudicantis offitio ut par causidicorum distributio fiat et exequetur pro partibus auxilium singulorum. Si quis uero monitus a iudice ea excusatione que nequeat comprobari cuique parti patrocinium denegauerit careat foro. sciat et nunquam sibi agendi copias posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus et aduersario suo subtraxisse patrocinii defensionis copiam ostenderit ... iniquam a se litem

fouere ex auctoritate iudiciariam exclusam esse constituerit. Item. Quamuis hi qui causam fisci egerint etiam prohibeantur aduersus fiscum patrocinium prestare, tamen in his causis etiam aduersus fisci patrocinium possunt exhibere privatis etiam, quorum causam cum decuriones susciperent, quam tractauerant, cum fisci aduocati fuerunt. Item. Sicut patrem pupilli causam agentis tutor uel procurator datus eandem causam defendere non prohibetur.

Cognitores uero ex officio intelligunt non ex arbitrio. Nec ubi enim refert eum qui arbitrium susceperit, an sit integre fame an ignominiosus. Filius etiam inter patris arbiter esse potest. Nam et iudicem eum esse posse plerisque placet. Si quis uero iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei de qua iudex est, inve se compromitti iubere prohibetur, et sententiam dicere, nec contra pene promissio fuit, arbiter esse non ualet. Ubi tamen potest. Verum infamia inrogatur. Aliquando enim ex ipsius genere delicti declarati per sententiam, ueluti cum iudex pronuntiat: iniuriam fecisti, hereditatem expilasti, calumpniatus es. Aliquando genere pene, sicut hi qui dampnantur in opus publicum, qui pristinum quidem statum optinent, sed ex opprobrio infamie etiam post impletum tempus subiciuntur. Aliquando genere pene et delicti declarati per sententiam, ueluti cum fustibus ceso preco pronuntiat: si cophanti, id est calumpniator. Aliquando ipso genere facti, ut exercentes ipsi lenocinium, et illicite exigentes usuras usurarum, et que intra tempus quo mos est lugere maritum matrimonium contraxit, et qui sciens eam in uxorem ducit.

Quod testatur scriptura per eiusdem uerbis. Quam incongruum ille qui trabem gestat in oculo, probat non posse educere festucam de oculo fratris sui. Item David in psalmo: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas etc. Item Gregorius. Cuius uita despicitur, restat ut eius predicatio contempnatur. Item in moralibus.

Qui aliorum uitia punivit sua corrigere [debet].

Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe punienda peccata ibant, et sua relinquebant. Reuocentur itaque ad conscientiam, ut prius sua corrigant, et tunc aliena reprehendant. Hinc est quod cum tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel ulcisci iniquitatem uoluit, sed tamen semel et iterum in bello certamine ipse prostratus est. Consulto enim domino si ad ulciscendum ire debuissent, iussum est ut irent, qui iuxta diuine uocis imperium pergentes et semel et secundo perdidit, et tunc demum peccatorem totum ualide feriens penitus funditus extinxit. Quid est quod in ultione sceleris inflammatur, et tamen prius ipse prosternitur, nisi quod prius quam ipsi purgandi sunt per quos aliorum culpe feriuntur, ut ipsi iam mundi ad ultionem ueniant, qui aliorum uitia corrigere festinant. Item Ambrosius super beati immaculati.

Ille debet alterius iudicare qui non habet [in se quod puniat].

Iudicet ille de alterius errore qui non habet quod in se ipso condempnet. Iudicet ille qui non agit eadem que in alio putauit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat sententiam. Iudicet ille qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Et post pauca. Bonus iudex nichil ex arbitrio suo facit et domestice proposito uoluntatis, sed iuxta leges et iura pronuntiat. Si quis statutis iuris obtemperat, non indulget proprie uoluntati, nichil paratum et meditatum defert de domo, sed sicut audit, ita iudicat, et sicut se habet natura decernit. Obsequitur legibus, non aduersatur; examinat cause merita, non mutat. Discite iudices seculi quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. Et paulo post. Qui iudicat non uoluntati sue obtemperare debet, sed tenere legum est. Et post pauca. Iudicanti domino magis est custodia ueritatis quam obedientia uoluntatis. Item Gregorius.

Grauatus criminibus aliena iudicare [non debet].

In gradibus positus quis positus cum suis aliena iudicare permittitur, aliena non diluit. Cunctis enim liquet quia cum is displicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur. Septimum quippe est: uictime impiorum abominabiles sunt deo, uota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis dei iudicio quid detur inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit deus ad Abel et ad munera eius, ad Cayn uero et ad munera eius non respexit. Sacra quippe [scriptura] quia dominus respexit ad munera, premisit dicere quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item. Longe est dominus ab impiis et orationes iustorum exaudiet. Item.

Primum nos metipsos, deinde [alios] postulatis primum nos debemus corrigere.

Dominus iudicare de peccatrice non statim dat iudicium, sed prius se inclinans deorsum digito scribebat in terra, ac sic demum quod dixit ... gatur iudicat, nos uidelicet typice instruens ut cum quolibet proximorum excessa conspicimus ...

[illegible]

non hec antea cerata reprehendendo iudicem, quam ad conscientiam nostram humiliter redeuntes digito eam discretionis solerter excutiamus. Et quo mea conditori placeat queque dispiceat examinatione districta uideamus. iuxta illud apostoli. Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto et cetera. Qui sine peccato est uestrum id est primo uos ipsi iustitiam legis implete, et sic inno centes manibus ad lapidandam ream concurrite. Item Augustinus ad quendam comitem. Sacerdos prius

Sacerdos sua peccata deinde aliena detergat.

Sacerdos ut sapiens medicus et perfectus primum sua peccata abluere sciat, et postea aliena detergere et sanare et non publicare. Item in euangelio. Sal infatuatum ad nichilum est utile nisi ut proiciatur foras et ab hominibus conculcetur. Ex quibus omnibus datur intelligi quod criminosus alterius criminis iudex esse non potest, et ipsum condempnat dum in alterum sententiam profert. Sed obicitur Saul cum a domino esset reprobatus populum dei iudicabat, et consuetudinem uniuersus populus expetebat. Item Dauid cum esset adulter et homicida interrogatus a propheta sententiam in diuitem dedit qui ouem pauperis rapuit dicens. Filius mortis est uiuit dominus. Item cum Salomon amore mulierculae deos gentium coleret, tamen uniuersa plebs israhelitica ad eius iudicium confluebat. Sic et Achab quamuis coleret Baal tamen Iudeorum populum iudicabat. Et multa alia tam in ueteri quam in nouo testamento inueniuntur, quorum uita cum esset blasphemata, tamen eorum sententia que ex officio suo lata iudicia priorum integritate processit inueniuntur lata. Unde et dominus ait in euangelio. Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei dicentes et cetera. Hinc liquido constat, dum mali pastores uel sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, se ipsis nocent, dum sine exemplo sue emendationis aliorum uitia corrigere curant. Subditis uero prosunt eorum increpatione correcti, quia sententia coherciti uitam suam in melius commutare didicerunt. Ac per hoc dum ab ecclesia tollerati fuerint, eorum iudicium subditi fugere non licet. Quod autem episcopus ab uno tantum audiri uel iudicari non debeat, Zepherinus papa testatur dicens.

Episcopi non nisi a pluribus audiantur.

Accusatores episcoporum omni careant suspitione, quia columpnas suas dominus firmiter stare uoluit, non a quibus libet agitari. Nullum namque eorum sententia a solo iudice non dicta constringat, quia et leges seculi id ipsum fieri precipiunt et cetera. Et infra. Deleniendis et illocutionibus. Cuius in agendo quis obsistat arbitrium, tum hanc et cetera. Iudicem ineodem non deligenetur. Et infra. Iudices quilibet episcopus accusatus si necesse fuerit eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur aut excommunicetur uel iudicetur, quam ipsi per se eligant, et regulariter uocatus ad suorum primo conuentum episcoporum per eos eius causa iuste audiatur, et rationabiliter discernatur. Finis uero eius cause ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nisi ex contumatia absens fuerit. Absens nemo uero iudicetur, quia diuine et humane leges hoc prohibuerunt. Item Felix episcopus dicit in capitulo .iii.

A quot episcopis audiatur episcopus qui reatum incidit.

Suggerimus, et statuta ueterum conciliorum, ut si quis episcopus quod non optamus in reatum aliquem inciderit, si fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare episcopos, ne in reatu remaneat, a duodecim audiatur episcopis. Ceterum accusatoribus uero uel testibus, quod in absentem uocem accusationis uel testificationis exhibere non ualeant, multorum auctoritatibus liquet. Ait enim Thelesphorus papa.

Non reo accusatori omnino presente accusator non audiatur.

Absente uero accusatori omnino presente accusator non nec credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit, ante utriusque partis iusta discussionem. Item Eleutherius papa.

Absente aduersario sententiam ferri non liceat.

Caueant iudices ecclesie, ne absente eo cuius causa uentilatur sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in sinodo pacto dabunt. Peditoris uero nec calumpnia necuox audiatur. Item Caluetus papa.

Reo absente accusator non audiatur.

Absente eo quem accusare uoluerit, nec quicquam accusatori credatur. Qui sine scripto difficile proscriptum aut nunquam recipiatur. Quia proscriptum nullus accusari potest, sed presente eo quem accusare uoluerit suam quisque agat accusationem. Item Cornelius papa.

Que in absentes geruntur euacuentur.

Omnia que aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omnino euacuentur. Quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex dampnat. Item Marcellus papa.

Non iudicetur qui presentialiter non accusatur et conuincitur.

Non oportet quemquam iudicari uel dampnari, priusquam legitimos habeat presentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Item Damasus papa. De eodem.

Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare uel dampnare, antequam accusatores canonice examinatos presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad iustitias ecclesiasticas ad abluenda crimina et cetera. Item.

Qui accusare alium elegit presens. De eodem.

pse et non palam accuset. inscriptione uidelicet premissa. neque ullus umquam iudicetur ante quam legitimos accusatores presentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Item ex concilio toletano IIII. De eodem;

Dignum est ut uita innocentium nulla maculetur prauitate accusatoris. ideo quisquis a quolibet accusatus criminatur non ante accusatus supplicio detur quam accusator presentetur atque legum et canonum sententia exquiratur. Et si indignus ad accusandum persona inuenitur ad eius accusatione non iudicetur.

Item bonifatius papa ad gallos; Sententia ferat qui cause sue neglig(entiam) adeo;

Decreuimus eum debere intra prouintiam esse iudicium congregate sinodum ante diem kalendarum nouembrium. ut si adesse uoluerit presens his que ei fuerint obiecta respondeat. Si uero adesse neglexerit. dilationem sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum de crimine qui indulto et totiens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nichil enim interest utrum in presenti examine non omnia que dicta sunt comprobentur. cum ipsa quoque professio expetita totiens constet absentia.

Item felix papa. Absens nec accusari nec iudicari pot(est) ab accusatore;

Absente aduersario non audiatur accusator nec absente altera parte sententia a iudice dicta ullam optinebit firmitatem. Item nicholaus papa gallinoni archiepiscopo senensi. Altera parte absente diffinitiua non feratur sententia;

Reuera iustus mediator non est qui uno litigante et altero absente amborum emergentes lites decidere non formidat. his ita premissis uolumus et apostolica auctoritate monemus ut si presbiter de quo agitur post excommunicationem suam apostolicam sedem adire noluerit. nullus de eius iniectione presumat. Item zepherinus. Ab absens uero nemo sententia ferienda non est sententia;

Absens nemo iudicetur quia diuine et humane hoc prohibent leges. Nisi fuerit absens ex contumacia presenti namque contumaciam cum habere non facit. Item nicolaus papa gualleniono senensi archiepiscopo. De eodem;

Indicas hermannum episcopum super quibusdam fre(quentibus) criminibus fuisse accusatum et quidem quia ex parte ipsius persona deest. nos tamen partem accusantis criminantis alterius credere procul dubio non possumus. quamuis in hac usque adhuc fuerint illi excessus crescens. non utrum sane memoriam erat idem antistes necne. cum ipsos excessus perpetrabat. euidenter ostenderis. sanctitati usque arbitrium quamlibet interim infirmitate

ad penam peccati quam ad ipsum punire peccantem cui magis consulendum et compatiendum sit quam puniendum ut etiam aliquo modo fenendum. Item calixtus papa. Testes non dicunt testimonium nisi de his que presentialiter nouerint;

Testes per quamcumque scripturam testimonium non ferant. sed presentes de his que uiderint et nouerint ueraciter testimonium proferant. nec dicant de aliis causis uel negotiis testimonium nisi de his que sub eorum presentia acta esse noscuntur. Testibus etiam que audierint. si ad hoc conuocati sunt in ciuili causa testimonium dicere possunt. Vnde in Cod. l. uii. t. de testibus legitur. Si debitum sit et probatio solutionis perficiatur. allegantibus pro testes sine scripta. tunc susceptibile eam apud iudicem esse uolumus dum ad hoc ipsum testes assumat ut perhibeant testimonium perfacienda solutione aut premernoria facta alicui iam facte solutionis. et per confessionem eius qui pecunias accepit. Hec autem testimonia in manu et examinatu perhibita sunt. aut ab eo qui propter aliud opus adueniens audiuit aliquos dicentes se accepisse ab aliquo aurum aut debere alicui nulla ratione ualere censemus. Simul autem necesse est ut simul uideant. quod si alius uno tempore et alius alio uidit. diuersitas temporum eorum testimonium non admittit. Vnde leo papa. Non admittantur ad testimonium qui se non eodem tempore negocio affuisse constiterit;

Nominamus quoque puniendi sunt testes qui ad calumpniam aliquid testificantur. nec eorum uoces tamquam plurium admittuntur quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit. Item ambrosius in libro de paradiso. Adserere;

Pura et simplex gestorum testes ex suo nichil adiciat;

testimonii series intimanda est. plerumque testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adicit totam testimonii fidem partis mendatio decolorat. nichil ergo quod bonum uidetur addendum est. Item felix papa. Absens pallium nec accu(sare) pot(est) nec accusari;

Absens pallium accusare. sed(ere) non accusari potest. aut accusari non potest. nec affirmatiui testes admittantur. Nisi in crimine uiuariorum in quo illustris persona etiam procuratorem interdicto excipere potest. sicut aliis certis sollempnibus ut C. t. de iniuriis lege ult. Item pelagius papa. Prime dino magistro militum. Reo absente li(bellum) accusationis frustra offerri;

Chartule quas decidit bellum accusationis frustra offerri nobis luculentius si illo tempore adversarius illius illic presens fuisset ualide erant. sed quia aduersario absente gesta que nobis recensuit facta leguntur. talia leges recipiunt. Item decorato patricio. Testes corporaliter presto sacramento testimonium dicant.

Item Nicholaus ... Nulla. Non sane.

Hortamur ut sub timore domini consuetam conscientie sinceritatem in hoc quoque negotio conservantes, omnem personis que veritatem cause sciri ut scire possunt faciatis amputari formidinem, et iuris presentari conspectibus; tactis sacrosanctis evangeliis prestito etiam legaliter sacramento utraque in rerum veritate norint professione sue testificationis aperiant, ut patefactis omnibus, que secundum leges et iusticiam censenda sunt, cognoscatis convenienter legibus et statuta terminum detis. Item Nicholaus ignaro Remorum archiepiscopo. **Accusatio ante accusatorum discutienda est.**

Necesse est, secundum sacrarum scripturarum documenta, ac iustissime tramitem, et accusatum et accusatorem simul adesse, et unam partem quantacumque et qualicumque preditam sit auctoritate, sic prius audiri, ut alteri parti nullum preiudicium irrogetur.

Quod vero deficientes in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, Carthaginense concilium capitulo VII. confirmatur, in quo sic statutum legitur: **Qui in primo capitulo deficit, ad cetera non admittatur.**

Placuit, ut quotienscumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera non admittantur. Probatur illud item auctoritate Arelatensis concilii, in quo sic diffinitum est. **Qui falsa fratribus obiciunt, usque ad exitum non communicent.**

Eos, qui falsa fratribus capitula obiecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione penituerint. Item Felix in IV. decretali episcopis Galliae. **Qui in obiciendo prius defecerit, non valet de ceteris ad arguendum non admittatur, nec propriam causam asserere valeat.**

Si accusatores personae in iudicio episcoporum culpabiles esse apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas voluerint. Et vero, qui falsa fratribus obiciunt usque ad exitum vite a communione prohibeantur, cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inveniuntur, ad arguendos admitti decreto prohibentur, apparet, quod in primo capitulo deficientes, tanquam falsorum obiectores, ad subsequentia procedere non valeant.

Ab accusato vero accusationem in accusatorem retorqueri multorum auctoritate prohibetur. Ait enim Stephanus Papa: **Accusari nisi prius se purgaverit aliud accusare non potuit.**

Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes. Quia periculosa est et

non deberet admitti rei adversus quemcumque professio. Lib. VIII. Cod. tit. I. Imperatores Valentinianus, Valerius et Gratianus: Neganda est accusatis, nisi suas suorumque iniurias prosequantur, licentia criminandi. In pari vel in minori crimine, priusquam se crimine quo premuntur exuerint, ita tamen ut ipsi inscriptionem contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Item ex decreto Adriani Papae. **De eodem.**

Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes. Quia periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque professio. Hoc autem intelligendum est in pari vel minori crimine. Ceterum si de maiori crimine accusare voluerit, veluti si accusatus de fornicatione, de periurio, de homicidio vel simonia vel quolibet alio huiusmodi crimine accusatorem suum impetere voluerit, his auctoritatibus non prohibetur. Ad augmentum criminalis questio preiudicat civili, ut criminali, unde in IV. lib. Cod. tit. de ordine iudiciorum legitur:

Civili questione intentata sepe fit, ut prius de crimine iudicetur, quod ut potentius maius merito minori preferatur. Item lib. VIII. lege ad.

Prius est enim, ut tu respondeas criminibus cedis atque vulnerum, que tibi ut gravia adversario tuo obiciuntur, et tunc ex eventu cause iudex estimabit, an de penitentia ei contra eum accusare tamen cum prior inscriptionem deposuisti.

Augmentum civilis preiudicat civili, augmentum criminalis criminali. Sicut enim in VII. lib. Cod. tit. de ordine cognitionum legitur: Si de hereditate et libertate controversia est, prius debet agi causa libertatis. Item si dominus aliquod inferat ei, qui ingenuum esse dicit, ubi causa suo ordine ante debet agi cognitionem suam preside preferente, quoniam si de lictum probatum fuerit, ante sciri necesse est, utrum ut in dubium ingenuitatem an ut inservium constitui oportet. Item. **De eodem.**

Qui confitetur se pati controversiam status, frustra postulat dari sibi potestatem accusandi eum quem suum dominum esse fatetur. Causa vero libertatis terminata, si servus pronuntiatus fuerit, dominum suum accusare non poterit. Cod. lib. VIIII. tit. I.

Si quis cum ex familiaribus vel ex domesticis cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem capere atque fortunas petiturus, cuius familiaritati inheserint, ut omnino ante exhibitionem testium, ante examinationem iudicii in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam infelici oportet potius quam audiri

maiestatis autem crimen excipimus. Similiter si liberti accusatores manumissorum fuerint, uel si qui crimen ipsum presumpserint, eodem quoque sunt supplitio tenebuntur luituri penas. Unde prohibere dilationis exordium;

Quidam in communi accusatione constitutus episcopum accusare disponit. Adolescentem infra xiiii. etatis sue annum ad assertionem sue cause adducit; prohibetur ab accusatione, adolescentem accusatorem et se testem facit; adolescens personam accusatoris et testis gerere cepit. Die statuta, ad iudicium electorum iudicum episcopus minime occurrit, ab actione suspenditur. Tandem renouato iudicio, accusator culpabilis in accusatione inuenitur. Demum ad assertionem proprie cause procedit.

Hic primum queritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare ualeat. Secundo, an infra xiiii. annum in criminali causa testari quis possit. Tertio, utrum ab accusatione prohibitus personam testificantis possit assumere. Quarto, an idem possit esse accusator et testis. Quinto, an die constituta non occurrens a communione sit remouendus. Sexto, si inter episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem proprie cause debeat sit admittenda. De prima questione sic statutum legitur in concilio Cartaginensi vii. cui interfuit Faustinus Romane ecclesie legatus. Ad accusationem admittatur qui in excommunicatione perseuerat.

Diffinimus enim rite ab accusatione non admitti, qui postea quam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus siue clericus siue laicus accusare uoluerit; omnes infamie macula aspersi, id est histriones aut turpitudinibus subiecte persone, heretici etiam siue pagani siue iudei ab accusatione prohibentur. Item Nicholaus papa. Heretici probantur qui scismate et excommunicatione ab ecclesia separati.

Quod autem hii qui in apostolica sede concilio mistro nostro Ignatio deposito uel excommunicati uel anathematizati fuerant, nullam aditus eum incorporare dampnationem potuerunt. ex quo facto sede uniuersalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur: Sinodo ecclesiastica fuerit omnium quod epo illatum fuit, tunc primum oportet accusantium personas, ut primo quidem hereticis non liceat accusationes contra orthodoxos episcopos ecclesiasticis facere negotiis. Sed hos hereticos esse decernimus. Audite sequentia. Hereticos autem inquiunt dicimus tam eos qui olim ab ecclesia proiectos, quam qui post hec a nobis anathematizati sunt. Et porro si adhuc nec fidem dicunt, audite quod subditur: preter hos autem et eos qui fidem siquidem sanam negant uel simulant confiteri, scismaticos esse etiam eos qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde eos quidem ab ecclesia super causis quibusdam reprehensos, et proiectos aut excommunicatos, siue ex clero siue ex laicali ordine, nec his licere episcopum accusare, antequam proprio crimine primitus expurgantur. Similiter autem et eos qui sub accusatione positi existunt, non ante esse acceptabiles in accusatione episcopi aut clericorum aliorum quam innocentes se ipsos a criminibus ostenderint. Quod autem periculi recte his iustis imminent contemptoribus non ignoratis. Secunda autem et tercia questio eodem concilio uno eodemque capitulo terminatur. Quod uero est huiusmodi. Qui ab accusatione repelluntur, et ad annum xiiii. nondum peruenere, teste esse non possunt.

Testes ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admittuntur, uel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit; ad testimonium autem infra annum xiiii. etatis sue constituti non admittantur. Item in criminali causa prouocari testis non potest, qui ante in eum falsum testimonium operit, sicut in xxii. libro digestorum de testibus inuenitur. Item ex eodem. Si testes omnes eiusdem honestatis et existimationis sint, et negotii qualitas ac iudicis motus cum his concurrit, sequenda sunt omnia testimonia. Si uero ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum est quod nature negotii conuenit, et quod inimicitie aut gratie suspitione caret, confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis que rei aptiora esse compererit, que uero proxima. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem et testimonia quibus potius lux ueritatis adsistit. Item in testibus fides, dignitas, mores, grauitas, inquirenda est, et ideo testes qui aduersus fidem sue attestationis uacillant, audiendi non sunt. Item testimoniorum fides diligenter examinanda est, et ideo in persona eorum

inacerent meum. Hinc etiam aug. ait de eo dem in psalmo liiii. Ecce elongaui fugiens. Illud tangit quod uitabat persequentes ut uisi occasione ne demerent, et manebat mestus orans. In quo docebat nos in secreto conscientie quiescere cum amaritudine premeremur. Cum uero prelatorum non tantum set totius ecclesie salus queritur, si des impugnatur, necesse est ut ex aduerso ascendant, et more bellico se pro muro opponant, pro domo dei animas suas ponant pro ouibus suis, ut exemplo sue passionis accendant quos sermone doctrine diutius confirmare non ualent. Et hoc quidem de manifestis persecutionibus. Est et aliud genus persecutionis quo apostolus laborat dicens: Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Hinc etiam aug. in psalmo c.i. Ossa, id est fortes quorum firmiores sunt, scandalizantur tantum frigit bonus quantum amat. Hinc etiam quidem in psalmo cxx. Tabescere me fecit zelus meus. Hinc etiam in psalmo. Tabescit iustus peccatis aliorum, in quo extinguet oculus ... et pro interioribus, que turbent quando nec corrigi possunt impii, in quibus non clamat quia deficit in dolore uita uidens non proficere quod predicat. Hinc idem in psalmo lxviii. duo genera persecutionis distinguens, uox contribulatorum christo, id est martirum in passionibus predicantium, set et de capite presumitur cum uox omnis iusti, cui et caritate habundans iniquitas christianorum passio est. Ut Loth corporalem persecutionem a nullo in sodomis sustinuit, set amaritudo eorum cum quibus habitabat. Est genus persecutio iusti ut a leone in impetu, ut a dracone in insidiis. Unde omnis clamant: Deus in adiutorium meum intende.

Cum autem animus subditorum affligitur, aliquando omnium est una que insanabilis obstinatio, aliquando mali inueniuntur bonis admixti. Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos, ne pereat cum tanto malos uincamus quos fugimus, a degehenna. Set potius mali tollerent propter bonos, unde greg. abel esse renuit quem cum malitia non exercet. Ferrum quippe non est mihi ad acuum pruentie non potest ueritatis. Hoc alterius serpit una puritas. Hinc etiam aug. ubi ornatus tollerat malum et est infra tollerantia sunt mali ... in prima ca. hereticorum. Hinc idem ait. Malos malum inseparatione bonorum committimus, quia in conmunicatione malorum fugimus. Talibus non putat deus sua peccata, quia non fecit aliena non.

quia non approbauit negligentiam, quia non tacuit superbiam, quia in unitate permansit. Hinc idem in psalmo l.iiii. Quis dabit mihi pennas sicut columbe. Non ait sicut coruo. Columba a molestia querit auolare, set non dilectionem amittit, set semper gemit. Sic bonus uult separari corpore, non amore ab his quibus non prodesse potest. Et si aliquando quis ligatur uel uisco cupiditatis uel cura et officio, ut deserere non possit, tunc a tempore dicat: dissolui et esse cum christo seruire; manere necesse est propter uos. Et sic est initium eius ex dilectio. Ecce elongaui fugiens. In loco necessitate tempat caritas bonorum ne perdat exercitium malorum quos deus amisset ut iuuat apostolus.

Que quamuis fieri esse fugere, tamen ad predicandum misit, et eucharistiam dedit, docens in ecclesia tollerari malos nec obesse bonis malorum consortia. Cum uero omnium subditorum est obstinata malitia nec potest eis prelatorum presentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne et illorum nequitia semper in deterius proficiat, et ista fructum quidem amittant quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic beatus Benedictus deseruisse legitur quos in necem suam unanimiter uiderat conspirasse. Hinc etiam beatus greg. Petro diacono interroganti an liceat prelato gregem susceptum semel deserere in ii. dialogorum, post dicens:

In quo liceat prelatis subditos deserere et in.

Ibi aduinanti equanimiter portandi sunt mali, ubi inueniuntur aliqui qui adiuuent boni. Nam ubi omnino fructus de bonis deest, fit aliquando de more labor superuacuus, maxime si e uicino cause subpetant que fructum deo ualeant ferre meliorem. Sepe agitur in animo perfectorum quod silentio preterendum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerant, in loco alio ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius predicator qui dissolui cupiebat et esse cum christo, cui uiuere christus est et mori lucrum, qui certamina passionum non solum ipse appetiit, set ad tolleranda hec et alios accendit, damasci persecutionem passus, ut potuisset murum euadere, fune sportaque demissus latenter deponi uoluit. Numquid nam paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro ihesu amore testatur appetere? Set cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret et grauem laborem, ad laborem se alibi cum fructu seruauit. Fortis enim preliator dei teneri noluit intra claustra, certaminis campum quesiuit.

Multorum auctoritatibus apparet quando

Cm. II

sicut d licentia pp. et alt ad pres eius est substitut ctu e qd ille n pot eu te pete l; qualescu que ... neqq et io magis aliam qoi tractat. ut ille qui abstinuerit amissa pegritudine recuperata sanitate possit celebrare et ctu est q. p. j. e. c. 1. du m ctu sit eu ee sanatu sit sunt d moniac t epilentic o; p p anu ee libat. xxxiii. di. co lv. precepta. et gg. de redib. gg. et ita legitu dine constituti missas celebrare poss. s. e. q. 1. illud. n. ita d biles sint q cept offin neqant ad i...

ple n habeant mobu ... xxxiii. di. co ... distinctione an mo d e spuma e clamore. ut nunc n possit su spuma et clamore ... possit ut in. notatu ... dn ... celebrare missam. ... dist dnt quod g n ... actor pot celebre ... i distingue. ... xxxiii. di. co ... ...

ii. xvii. R. ii. Consaldu ... Set aliud e qn uis suum epo postulante alii epo. dedit aliud qn id no accepit. In primo casu repetere n ualet. sicut hic d in sedo pot. sic d consaldo habetur ...

De quodam presbytero qui caduco morbo laborabat.

... s. iii. Q. viii. Iudicas. al ... s. e. Q. 2. Cu pcussio. s. e. Q. j. Illud. d. xxxiii. Cont.

inuentibus epis alii possit subsitui. et q n n. Quod autem iste ualitudine recepta suam possit repetere cathedram nulla auctoritate ratum habetur. Celebratione uo sacrificiorum si tam causa infirmitatis dimisit ualitudine recuperata excequi n prohibetur. Unde alexander ii.

scribit gebonado uiuanensi archiepo.

Innotuit nobis fr̄nitas tua quod (?) tenebatur sicut clericus ordinē habet presbiteri. S; q caduco morbo laborabat. et ipi in presentia nostra hoc agnouimus. n autem si fuimus concede. b. ut offerret. uel missam celebraret. Quia uo langor n inculpe est. sic hac re auctoritatis nre decreto consulendo deliberauimus. consuluimus itaque uo si frequenter hoc morbo tangitur. ab oblatione et missarum celebratione omnibus modis prohibeat. Indecens est enim et periculosum. ut in confectione eucharistie morbo uictus epilentico cadat. Si uo dei misericordia conualuit. quoniam quidem non culpa s; infirmitas est in causa. eum sacrificare tamen n interdicimus. Item gelasius. rustico et fortunato epis.

A regimine suspendatur ecclesie qui tam sicut eius ut.

Nuper sotio presbiteri ecclesie clerici quod frequens eis innatum epo sabino et pelagio uenerabili fratre suggestione reserarunt. presulem in sacrum grauiquadam necessitate uexari. cum eum dicerent incursione frequenti elisum. quod ne scandalum fidelibus uideret ingerere. ecclesiam dei ubique positam hac offensione turbare. proprie cum coepiscopo ipo uolente huc se prerexisse firmarent ad electionem uram scripta direximus. ut ecce. cuius recto tali casu tenere astrictum nisi uel situatione co gaudere redderetis. uerum quia nunc iterum ipse uenit huc pontifex. falsaque omnia de se iactata esse minatur. subdiutini contemplatione nostrorum. ut inter conscientie estimationisque respectu rerum fide diligentissime perquisita. si nunquam uel in domo. uel in processione. uel in alio quocunque loco prohibetur. repente collapsus uocemque declusisse confusum et spumam ore iactasse. quanta fieri potest examinatione queratur. quod tamen siue non possit aliquorum factum testificatione firmari. siue nunquam contigisse dicatur. non putandum est. posse sufficere. s. certum manifestumque documentum. quia de tanta re non segnius agendum est. faciat tamen tuam dilectio fratris rustice. sui moris et aptum magno pontifici. ut eum dei diebus tecum esse constituas eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione compellas.

Quidam epi in extremis agens successorem sibi pre statuto instituit. presbiterorum amicorum patrocinio. ineuitet epatum exigitur. post electionem principem (?) pnitate ecclesie. canonice iura mentum prebuit. accusatur de simonia tamquam munus ab obsequio prestitit. an tempus sententie actionis sunt derelinquere. Sine litteris apostolicis ad ecclesiam suam epus reuertitur. Hic primum queritur. an liceat epo successorem sibi instituere; Secundo an amicorum patrocinia in electione debeat conualescere. Tertio an habendus sit simoniacus qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis prestat. Quarto. an liceat clericis a sententie tempus ab epo suo discedere. Quinto. an sine litteris apostolicis debeat redire ad propriam ecclesiam; Et Quod autem epo successorem sibi instituere liceat exemplo zacharie pape ostenditur. Qui bonifacio magistrino archiepo permisit adiutorem sibi statuere. qui ei defuncto in plenitudine potestatis succederet. Item ex libro simachi pp. dicentis.

Si transitus pp. inopinatus euenerit. ut de sui electione successoris n possit ante decernere.

Apparet quod epi successores sibi instituere possunt. Item uo id in exemplo beati petri probatur qui beatum clementem sibi successorem instituit. Unde iohs iii. scribit epis germanie et gallie.

Quod petrus linum et cletum sibi adiutores assciuit.

Si petrus princeps apostolorum adiutores sibi tres asscui adsciuit linum et cletum. n tamen potestatem pontificii aut ligandi aut soluendi normam eis tradidit. s; successori suo clementi qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem tradente sibi beato petro tenere permeruit. linus uo et cletus ministrabant exteriora. princeps autem apostolorum petrus uerbo et orationi instabat. Sed in antioceno concilio hoc omnino fieri prohibetur. in quo sic statutum legitur;

Epi successores sibi constituere non debent.

Epo non licere decernimus pro se alium sibi successorem constituere. licet ad exitum uite perueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit. irritum sit huiusmodi constitutum;

No. q. pp. ... ...

VIII

Seruetur autem ius ecclesiasticum id continens. non aliter oportere fieri nisi cum sinodo et iudicio episcoporum et electione clericorum. qui post obitum quiescentis potestatem habent eum qui dignus extiterit eligere et promouere.

Item ex con. Antiocheno. De eo dem.

Episcopo non liceat ante finem uite alium in loco suo constituere successorem. Siquis autem hoc usurpare temptauerit. talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet. nisi cum concilio et iudicio episcoporum qui post excessum precessoris potestatem habent dignum eligere.

Item Ylarius papa. De eo dem.

Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti. in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare. scilicet ut non legitima expectetur electio. sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam graue sit estimate. ab uniuersis acclamatum est. Hec presumptio nunquam fiat. quia quod dei est ab homine dari non possit.

Item Ieronimus. De eo dem.

Moyses amicus dei cui facie ad faciem locutus est dominus. potuit utique successores principatus filios facere suos. et posteris propriam relinquere dignitatem. Sed extraneus de alia tribu eligitur. ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse. sed uite. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere. ut non querant eos in ecclesia columpnas erigere. quos plus cognoscant ecclesie prodesse. sed quos uel ipsi amant. uel quorum sunt obsequiis deliniti. uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit. ut deteriora taceam. qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Item Innocentius papa. II. De eo dem.

Apostolica auctoritate prohibemus ne quis ecclesias et prebendas per propositas appellatiua aut aliqua ecclesiastica officia hereditario iure ualeat uendicare. aut expostulare presumat. Quod siquis improbus. aut ambitionis reus attemptare presumpserit. debita pena mulctabitur. et postulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare. et aliud est contestamento tanquam sue dignitatis heredem sibi querere. Illud fieri permittitur. hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beatus P. abiit ualet in argumentum assumi. qui tales sibi substituit qualem sibi successorem beatus P. quesiuit. Verum quia officium non uite sed sanguini cepit deferri. atque ad episcopatum tales quisque successores sibi querere cepit. qui uel odiosi populis uel aplebe doce-

-ri tueteri [illegible] sacris canonibus institutum est. ne quisque sui officii sibi querat successorem. sed populi electione queratur. qui eorum utilitati digne deseruiat. qui utilitatem illorum non sua lucra querat. qui semen Christo uelit suscitare. non sibi diuitias congregare. Quod quoque facere contempserit. uiuus ab ecclesia repudiatur. Unde Aug. in lib. contra Manicheos. Quis sit ecclesie predicator olim significatus est. usque pedes calciatus intelligitur.

Olim in figura futurum est. fratrem post mortem fratris uxorem ducere. ut non sibi sed illi suscitaret sobolem. eiusque nomine uocaret quod inde nasceretur. quia si recusaret discalciatus uno pede conspui solebat in faciem. Nunc euangelii quisque predicator ita debet in ecclesia laborare ut defuncto fratri. id est Christo suscitet semen. qui pro nobis mortuus est. et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. At uero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi renuerit. ab ipsa ecclesia digne in illo contempnitur. Quare enim ei sputo pede tunc dicitur. bene intelligitur utroque pede calciatus. Unde illud. quam speciosi pedes euangelizantium bona. Qui autem curam lucrorum refugit aliorum. discalciati illius in figuratum significauit. sed uite impletum portauit obprobrium.

Item Gregorius in registro: Locus regiminum sic desiderantibus est negandus. ita fugientibus est offerendus.

Inseptis uiris uos magnopere requirere quesisse narratis. sed pro hoc ad pastoralem sollicitudinem uos congrue uenisse ostenditis. quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est. ita fugientibus offerendus. Sic septium est. nec quisquam sumit sibi honorem. sed qui uocatur a deo. tanquam Aaron. Et rursus idem egregius predicator dicit. Si unus pro omnibus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. et pro omnibus Christus mortuus est. superest ut qui uiuunt. iam non sibi uiuant. sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Et pastori sancte ecclesie dicitur. Simon Iohannis amas me. pasce oues meas. Ex quibus uerbis colligitur. quia si is qui ualet omnipotentis dei renuit oues pascere. ostendit se pastorem minime diligere. Si enim unigenitus patris pro complenda utilitate omnium de secreto patris ad publicum nostrum egressus est. nos quid dicturi sumus si secretum nostrum preponimus utilitati proximorum. Quies itaque nobis ex corde appetenda est. et tamen pro multorum lucro aliquid postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere. ita si desit qui predicet occupationis bonus libenti necesse est humero subire. Quod utique prophetarum ope docemur. quorum unus predicationis officium uitare conatus est. et alter appetiuit. Nam unus

tenti se domino ieremias respondit. aaa. dñe ds̄ ecce nescio loq. quia puer ego sum. Et cum omnipotens ds̄ psonā ad pdicandum quereret dicens. quē mittā, & quis ibit nobis. ultro se optulit ysayas dicens. Ecce ego mitte me. En ab utrisq; exterius diuersa uox pdiit. s; n̄ a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo q ppe s̄ pcepta caritatis. amor dei & pximi. pactiuā g̃ uitam pdeē pximis cupiens ysaias. offm̄ pdicationis appetit. pco(n)templatiuam uō. ieremias amori conditoris sedule inherere desiderans. ne mitti ad pdicandū debeat contradicit. Quod g laudabiliē uterq; appetit. hoc laudabiliē alt expauit. Iste ne tacite ↄtemplationis lucra loquendo pderet. Ille ne dāpna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc utrisq; subtiliē intuendum. quia & is qui recusauit plene n̄ restitit. & is qui mitti uoluit añ se paltaris calculū purgatū uidit. ne aū n̄ purgatus adire q; sac ministia auderet. aut quē supna gr̄a elegit. sub humilitatis specie supbe contradicat. Item de moralibus. Locus de electionis in uoto

Sciendum summope dignitatis sep̄ in necessitate ē. quod obedientia aliqn̄ si de suo aliq̄d habet. nulla ē. aliqn̄do si de suo aliquid n̄ habet. minima ē. Nam cum huius mundi successus pcipit. cum locus superior imperatur. is qui ad pcipienda hec obedit. obedientie s̄ uirtutem. euacuat. si ad hec ex pprio anhelat. Neq enī se sub obedientia dirigit. qui ad pcipienda huius uite pspa libidini pe ambitionis seruit. Rursus cum mundi despectus pcipitur. cum pbra adipisci & contumelie iubent. nisi ex semetipso animus appetat. obedientie s̄ meritum minuit. qui ad ea que in hac uita despecta s̄ inuitus nolens descendit. descendit & pa(r)ulo superius. obedientia uictimis iure pponitur. quia p uictimas aliena caro. p obedientiam uō uoluntas ppa mactatur. Unde et ariolandi peccatū inobedientia eē mo(n)stratur. Gradus g̃ melius ostenditur. quid declus laude sentiatur. sicut quasi peccatū ariolandi ē repugnare. & quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. sola ē que fidei meritum possidet obedientia. sine qua quis & infidelis ↄuincitur. etiam si fidelis eē uideat. Item aug. Quod pēē n̄ pdeē

Qui epātum desidat. bonum opus desi derat. exponere uoluit quid sit epātus. q nomē Epis̄ n̄ honoris. Grecū ē nom ē. atq; inde ductū ē uocabulum. quod ille qui pficit. sup intendit. curā eorū s. gerens. Scopos quippe intentio ē. Ergo epos si uelimus latine sup intendentes possumus dicere. ut intelligat n̄ se eē epm qui pēē desiderat. n̄ pdeē. Ita q a studio cognoscere ueritatis nemo phibetur. quod ad laudabile ptinet otium. locus uō superior sine quo regi ppulus n̄ pōt. sit aut teneat. atq; ammistret ut decet tn̄ i decent appetit. Quam obrem otium scm̄ querit caritas ueritatis. negotium iustum suscipit necessitas caritatis. quam sarcinam si nullus impo nit. pcipiende atq; intuende uacandū ē ueritati. si aūt imponitur. suscipienda ē pp caritatis necessitatē. S; nec sic omnino ueritatis delectatio deserenda ē. ne subtrahatur illa suauitas. & opprimatur ista necessitas. Item petrus. Doctrine pigrio

Oportet eum discentiū doctor. modū ret uba. qui docet & instruit animas rudes. eē talem. ut pingenio discentium semetipm possit aptare. & ubi ordinem. pauchentis capacitate dirige. debet g̃ ad pmie eē eruditus & doctus. irreprehensibil. & maturus. pauidus. sic ipi pbasti fore clemēte. huc pmo. Item eiusdē. Quod oib; pēē sigl̄os rei eiu

Clemens si tanquam omnib; pēē uolu(er)is. quod singulos put poteris iuuā. & singulos releuā. qui & singlor̄ honus ac sollicitudinem portas. Item ier. Q̄ faciunt q gre

Qui uos spernit. n̄ mittas gradū ecclastici tribu me spernit. ex quo manifestū ē quod qui apli lege contēpta. ecclastici grdum. n̄ mittis uoluit aliculus deferre. s. gre eē epm facere. qui qualis metetā pbr constituendus sit. paplm suū insequentib; execturus ē. Item ier. int. leuitici.

Licet g̃ dñs de constituendo. principe pcepisset. & dñs elegisset. tn̄ conuocatur etiam sinagoga. requirit. n. in ordinando sacerdote etiam ppli p̄sentia. ut sciant oms. & certi fuit sint. q q pstan tior ē ex omni pplo. qui doctior qui sanctior. qui in omni uirtute eminentior. ille eligitur ad sacerdotiū. & hoc adestante pplo. ne qua post modum retractatio cuiquam. ne quis scrupulus resideret. hoc ē aūt quod etiam apls̄ pcepit in ordinē sacerdoti dicens; Oportet aūt illum et

xiiij

testimonium habere bonum. ab his qui foris sunt. Ego tamen et amplius aliquid video. in eo quod dicit quia conuocauit moyses omnem sinagogam hoc sit colligere omnes animi uirtutes, et in unum congregare ut cum sermo de sacerdotalibus habetur sacramentis. uigilent omnes animi uirtutes et intente sint. nichil in eis sapientie. nichil in eis scientie. nichil desit industrie. sed adsit omnis multitudo sensuum. adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum. ut quid sit pontifex quid unctio. quid indumenta eius conferens intra sacrarium cordis sui. ante prospiciat.

Item ex eodem. Populi gubernatio diuina electione prestetur

Sed quid talis uir tantus moyses non permittit iudicio suo de eligendo populi principe de constituendo successore. quis erit qui audeat uel ex plebe que sepe clamoribus ad gratiam aut precium fortasse excitata moueri solet. uel ex ipsis etiam sacerdotibus. quis erit qui se idoneum ad hoc iudicet. nisi sicut oranti et petenti a domino reuelet. Sicut etiam dominus dicit ad moysen. assume ad te iesum filium naue hominem qui habet spiritum dei in semetipso et pones manus tuas super eum. et statuas eum coram eleazaro sacerdote. et precepta dato ei in conspectu totius sinagoge. et precipe de eo coram eis. et dabis claritatem tuam super illum. ut audiant illum filii israel. Audistis euidentem ordinationem principis populi. tam manifeste descripta. ut pene expositione non egeat. Nulla hic populi acclamatio. nulla consanguinitatis ratio. nulla propinquitatis habita contemplatio. Ne propinquis agrorum et prediorum relinquatur hereditas. gubernatio populi illi traditur quem deus elegit hominem scilicet tali qui habet sicut scriptum audistis in semetipso spiritum dei et precepta dei in conspectu eius sunt. et qui moysi ualde notus et familiaris sit. id est in quo sit claritas eius ut legis et scientia ut possint eum audire filii israel.

Item gregorius ciuibus neapolim. Non ex fauore nec ex imperitia sed ex ruditate.

Neapolitanorum. nec uoce sed ex ruditate deberi ueniae. reprehensibile est in eligendo episcopo populi se uota in duas partes diuidere. sed quia est quando in huiusmodi causis non eruditio sed ex solo fauore uel electio.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur quem deus elegit. datur intelligi quod aliquando quibus diuina traditur quos deus non elegit.

Unde ieronimus. Non ex arbitrio

Audacter fortasse dicit aliquando dari principes ecclesie aliquid domini. tamen quod scriptum est dicimus. non semper princeps populi et iudex ecclesie per dei arbitrium datur. sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri et operamur maligna in conspectu dei. dantur nobis principes secundum cor nostrum.

et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quid dominus dicat. fecerunt sibi regem et non per me. principem. et non per consilium meum. Et hoc dictum uidetur de saule illo quem utique ipse dominus elegerat et regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundum dei uoluntatem sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus. negat eum cum sua uoluntate uel consilio constitutum. Tale quid aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri. quod permittit aut inualido aut inoperante potens adeo eligitur rector ecclesie. autem si maligni faciant populi in conspectu domini et tale ecclesie et tali ecclesie iudex datur. sub quo famem et sitim populus patiatur. non famem panis neque sitim aque. sed tamen famem audiendi uerbum dei.

Item augustinus. Non sunt filii sed mercenarii

Sunt in ecclesia qui honores ab hominibus appetunt quidam prepositi de quibus apostolus paulus dicit. sua querentes non que ihesu christi. quid est sua querentes non que ihesu christi. qui non diligentes non deum propter deum querentes temporalia commoda consequentes. lucris inhiantes honores ab hominibus appetentes. hec quando amantur a preposito et propter hec seruitur deo. quisquis talis est. mercenarius est et inter filios eum non se computet.

Nonnumquam qui presunt sepe ceteris. meliores inueniuntur. Unde

Ex electione non prestitute episcopi sed comprobantur.

Illud inferendum est aduersus eos qui de episcopatu intumescunt et putant se non dispensationem episcopi sed imperium consecutos. quod non statim omnibus meliores sunt. quicumque episcopi fuerint ordinati et ideo quod episcopi electi sunt. magis existimet se comprobatos quam perfectos. si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent. quanto magis se uitari quisque consideret existens ex potentes potentem tormenta patientur. retrahit se ab hoc non tam honore quam onere et aliorum locum qui magis dignus est non ambiget occupare.

Item eiusdem. Pro gradu sui officii quis meliorem esse oportet

Qualis erit edificatio discipuli. si intelligat magistro se esse maiorem. unde non solum episcopi presbiteri et diacones debent magnopere prouidere ut cunctum populum cui president conuersatione et sermone precedant. uerum etiam inferiores gradus. lectores. custodes edium exorciste. acoliti. et omnes omnino qui domui dei deseruiunt. quia uehementer ecclesiam christi destruit. meliores laicos esse quam clericos.

Item. Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem

Uereor quomodo regina austri ueniens a finibus terre audire sapientiam salomonis iudicatura est homines temporis sui. et uiri niniuite acta penitentia ad predicationem ione condempnabunt eos qui maiorem

etiam iota saluatorem contempserunt. sic plurimi in ipsis episcopos iudicant subtrahentes se ab ecclesiastico gradu. et ea que episcopo conueniunt non exercentes. Item ambr. in iure pastorali ad plebem. Quicumque suos non corrigunt.

Quid autem ego uos arguo. presbyteri non corrigentes non ualent. cum possitis me uno sermone conuincere. Conuincor enim. cum in hac parte clericos uobis magis uideo negligentes. Quo modo enim possum corrigere filios. cum fratres emendare non possim. Aut qua fiducia succenseam laicis. cum a consortibus uerecundia pudoris conticescam. Ego autem fratres non de omnibus loquor. sunt autem certe qui deuoti. alii negligentes. Ego autem neminem nomino. conscientia sua unumquemque conueniat. Item beda super matheum.

Nec presbytero ad salutem non sufficit moribus iuxta apostolum ad

Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur si uitam bonorum negligentium ut quorumlibet indoctorum sitis ut actibus adequamur. quibus sacris litteris unica et credenti parte cum uiuendi regula prescripta.

Ne gratia ut suspectum est tales sui officii successores aliquis quereret. prohibentur episcopi. alium pro se successorem sibi statuere. ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare. Quod autem amicorum patrocinia in electione aliquorum conualescere non debeant auctoritate beati gregorii probatur. qui in .i. registri scribit antonio subdiacono et diaconis. In electione episcopi nullum dicto nec

Illud quod tempore omnibus aliquorum patrocinia conualescant.

cure tibi sit. ut in hac electione nec dictio quibuscumque modis interueniat priuatorum. nec quarumlibet personarum patrocinia conualescat. Nam si quorumdam patrocinio quisquam fuerit electus uoluntatibus eorum. cum fuerit ordinatus. obedire et reuerentia exigente compellitur. Sicque fit ut et res minuantur ecclesie. et ordo ecclesiasticus non seruetur. talem ergo te annitente debent sibi personam eligere. que nullius in congrue uoluntati consentiat. sed uita et moribus decorata tanto ordine digna ualeat inueniri. Item ad clerum mediolanensem. In

electione antistitis communi utilitate non suo lucro consulere.

Dilectissimi filii officii nostri censura commonente suademus suademus. ut in suscipiendi antistitis causa nullus uestrum neglecta utilitate communi suo lucro prospiciat. ne si quisquam pro commoda appetit. fatua estimatione fallatur. quia nec libero iudicio preferenda sibi personam examinat mentem quem cupiditas ligat. Pensantes ergo que cunctis expediunt. ei quem uobis gratia diuina pretulit. integerrimam semper in omnibus obedi

entiam prebete. Iudicari namque a uobis ulterius non debet semel prelatus. sed tanto nunc subtilius iudicandus fuit. quanto post modum iudicandus non est. Quod autem simoniacus habendus non sit qui post electionem primo in dignitate ecclesie iuramentum prestitit facile probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum facere ut se factum paciscatur ad hoc ut eligatur. et aliud est nulla precedenti conuentione post electionem huiusmodi iuramentum offerre. Illud ab offitio tanquam munus impensum deicit. hoc autem consecrato nullum impedimentum generat. De priori casu scribit pelagius clero catinensi. Qui episcopum

eligit de rebus ecclesiasticis aliqua securitate nullam.

Talia quidem iam dudum ad nostrum peruenit auditum. Ad presentem eucarpium desolatione catinensis ecclesie septa dixerimus. ut necessitudinum nostrum potuissetis agnoscere. Verumtamen quia quosdam ibi non sana intentione sed prauis studiis dissensiones suscitare. uestra etiam relatione cognouimus. qui scientes se a deputatum. nec etate nec scientia nec uite meritis posse produci. ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam uolunt. ut sibi debitis que ex propria presumptas immunitatem futurus permittat episcopus. et fiat rapine securitas. et paratur ambitio. hoc etiam uos duximus commonendos. ut decretum in elpidium diaconum factum. ut subscriptum ab hominibus quos uestra relatio designauit. ad nos cum predicti uisitatoris epistola. et cum eodem diacone maturitatis de oportunitate perducere. Et post pauca. Cum huc filius noster magnificus uir leo pretor uenisset. retulit nobis designatis que illic mota sunt. et quomodo uota prope totius ciuitatis in elpidio diacone concordarent. Vnde quia commemorati uiri testimonio dubitare omnino non possumus. ideo sicut dictum est elpidium diaconem ad nos facite preparare. nec expectetis ulterius. ut a nobis ordinandum debeat nostra destinari. Que tamen hac per uestram dilectionem presenti iussione specialiter ammonemus ne cui se aliquid dare ut tamen esse permittat. sed neque de ecclesiasticis predictis causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat. siue permittat. aut cum factus episcopus ea que dicta sunt permanere liberé patiatur. sciens quod si tale aliquid fecit uel fecerit. nec a nobis omnino permittitur. tamen ualere permissio. et cum iudicii nostri quod de se ipso habuimus dampno. periculum consecrationis ordinem permanere non poterit. De secundo uero casu ingessit urbani .ii. legem. Post electionem primo in dignitate

ecclesie licet electo iuramentum facere.

Artaldus episcopus narbonensis ecclesie suffraganeus

romani consecrandus. ad dominum urbanum pp. uenit. Quem quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat. quoniam post electionem sanctam pp. bona ecclesie conseruanda canonicis iurauit. Consecratus itaque est a domno urbano pp. ante purgatus huiusmodi iuramento. Deiurando quod nihil ecclesie canonicis feci post electionem. nullam conuentionem antequam ut eligerer feci. Narbonensis uero archiepiscopus nullius per eo criminis causam consecrationem nostram omisit me sciente. neque michi crimen confessus sum. propter quod a sacerdotio me repellat.

Quod autem clericis ante tempus sententie ab episcopo suo discedere non liceat. probatur auctoritate Simachi pp. dicentis. Ante tempus sententie non

Non licet clericis ab episcopo suo discedere.

Non decet directa sunt uba canonum. quia clericos ab episcopo suo ante tempus sententie, pro dubia suspitione discesserint. manifestam eum manere censuram. Lex enim ecclesiastica pontificem. ab aliis accusatum. priusquam sub luce obiecta constituerit exigit. non relinqui.

Sine litteris apostolicis episcopus accusatus et a sancta sede uocatus ad suam non reuertatur ecclesiam. Unde Innocentius pp. ait.

Pulsatus a sede apostolica episcopus uocatur ad domum non reuertatur nisi purgatus et apostolicis litteris instructus.

Quilibet frater pulsatus atque ab hac sancta sede uocatus. cum se nobis representauerit. non prius reuertatur quam hinc litteris apostolicis uel formatis plenius instructus atque purgatus sit. Si fuerit unus. et postquam domum reuersus fuerit. cognoscant uicini sui qualiter sua maliorum quam causam hic finierit. quatinus illam absque ulla ambiguitate nuntiare et predicare omnibus possit. ab hac enim sancta sede actum apostoli tuentur defendi. et liberari episcopi iussi sunt. et sicut eorum dispositione ordinante domino primates sunt constituti. sic huius sedis sancte cuius dispositioni eorum causas et iudicia fuaiuerint; preceptor futuris temporibus erat ab omnibus pulsatibus semper liberi.

Non culpantur hii qui ea que fratres alii egerint. quia huius sedis rectoribus placere cognouerint.

excommunicationis notatus. quidam. archiepiscopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit. quendam capellanum sui suffraganei illo inconsulto deposuit. atque alium in loco eius ordinauit.

Queritur hic an ordinatio que ab excommunicatis facta est. aliquo modo possit rata haberi; Secundo. an liceat episcopo archiepiscopo. primati. uel patriarche. clericos alterius sine litteris sui ordinare. Tertio. an archiepiscopus clericos sui suffraganei illo inconsulto condempnare ualeat. uel dampnatos absoluere;

Quod ordinatio que ab excommunicatis celebratur. nullas omnino uires optineat. nec consecratio appellanda sit. testatur Gregorius dicens. Non potest appellari consecratio que fit ab excommunicatis;

Nos consecrationem dicere nullo modo possumus que ab excommunicatis illicite est hominibus celebrata.

Sed excommunicati hic intelligendi sunt. qui in ipsa sua ordinatione penam excommunicationis illicite contraxerunt. qui numquam in numero catholicorum fuerunt. Ceterum qui inter catholicos prius reputati sunt. et postea excommunicationis sententia notati fuerint. ordinationes tamen eorum ab ecclesia misericorditer tollerantur.

Unde urbanus .ii. scribit dicens. Ordinationes

Ab excommunicatis. non symoniace facte. ex misericordia tollerantur.

Ab excommunicatis. quondam tamen catholicis episcopis ordinatos. siquidem non simoniace ordines ipsos acceperint. Et si ipsos episcopos simoniacos non fuisse constiterit. ad hec si eorum religiosior uita et doctrine prerogatiua uisa fuerit promerita. penitentia indicta. quam congruam duxeris. in ipsis quos acceperint ordinibus; permanere permittas. ad superiores autem consendere. non concedimus nisi necessitas et utilitas maxima flagitauerit. et ipsorum sancta conuersatio promeruerit.

Et illud Gregorii de nominatim excommunicatis intelligitur. quorum ordinationes sunt irrite. si eorum dampnatio non erat ordinandis incognita.

Unde idem urbanus ait. Qui notatim excommunicati sunt quique aliorum sedes inuaserunt alios ordinare non possunt.

Ordinationes que ab hereticis. nominatim excommunicatis facte sunt. et ab eis qui catholicorum adhuc uiuentium episcoporum sedes inuaserunt. irritas esse iudicamus. non probare uoluerint se cum ordinarentur. eos nescisse dampnatos. Qui uero ab eis episcopis quondam quidem catholice ordinatis. sed in scismate a romana ecclesia separatis consecrati sunt. eos nimirum cum ad ecclesie unitatem redeunt seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus si uita et scientia eos commendant.

Amodo uero quicumque a predictis scismaticis sancte romane ecclesie aduersariis se ordinari

p̄misit. nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamuis aūt mīe intuitu magna q necessitate cogente hāc in sacris ordinib; dispensatione ꝯstituerimus. nullum tamē p̄iudicium sacris canonib; fieri uolumus; s; optineant p̄prium robur. ꝯcessante necessitate. illud quoq cesset. quod factum ē p necessitate. Verū inul tor strages iacet. sub theodoro. augustinām.

Electio q̄q a catholicis facta fuit. irrita ēē p̄batur. Vn̄ gg. scbit mediolanen sibus. *Irrita sit electio q̄ n̄ a catholicis*

Non in homine qui n̄ catholice. *facta ꝑt.* eligitur. nulla p̄bemus rōne consensum. nec si alicuius usurpatione factum fuit. in locum ut ordinem illum sacerdotis suscipimus. Quod aūt eps ut qui libet suꝑior clicos alterius sine p̄ licētis. ordinare n̄ debeat. Calixt. pp. scbit di

cens. *Alterius eccle parrochianū nullꝰ iu.* Nullus alterius t̄minos usurpet. *dicat p̄* nec alterius parrochianū iudicare aut ordinare aut excōicare p̄sumat. q̄a talis iudicatio ut ordinatio aut excōicatio t̄ dāpnatio nec rata erit. nec uires ullas habebit. qm̄ nullius alterius iudicis nisi sui sententiā tenebitur. aut dāpnabitur. Vn̄ ꝯ dn̄s in euangelio loquitur dicens. Ne t̄nsgrediaris t̄minos antiquos quos posuerūt patres tui. Item. *In alterius eccl'a n̄ eo uo*

Nullus p̄mat. *cante nulli aliqd agē licz;* nullus reliquoꝝ epōꝝ. alterius adeat ciuitatem. aut ad possessionem accedat que ad eum n̄ ptinet. ꝯ alterius epi parrochiā sup eius dispositionē. nisi uocatus ab eo cuius iuris ēē cognoscitur. ut quicquā ibi disponat ut ordinet aut iudicet. Si sui gradꝰ honore potiri uoluerit. Sin aūt p̄sūpserit dampnabit'. ꝯ n̄ solum ille. s; cooperantes ꝯ ꝯsentientes ei. q̄a sicut ordinatio ita etiā iudicatio ꝯ aliaꝝ reꝝ dispositio ꝓhibetur. nā qui ordinare n̄ poterit. quomodo iudicabit; nullatenus p̄cul dubio iudicabit aut iudicare poterit. Item ex c. antioceno

Ad ordinationē ecclāꝝ t̄ clicoꝝ alterius epi

Nullum epm. *n̄ ab eo dē inuitat' n̄ accedat* audere debere ex alia p̄uincia ad aliam t̄nsitum facere. ꝯ ordinare aliquos in ecclīs. aut p̄ferre ad sacrū ministerium. nec ad aliū illuc adtrahat eps. nisi forte p litteras rogatus abierit n̄ solum a metropolitano s; etiam ab his qui cum eo s̄ o͞ibus ipsius p̄uincie epis. quod si nullo inuitante in ordinare supuenit. ꝯ ali quos ut ordi

nare p̄sūpserit ut quoslibet illi eccle com petentes qui ad se minime ptinent usurpare temptauit. uacua quidem ꝯ inania erunt omnia que gesserit. Ipse uō huius indisciplinati ausus ꝯ irrationabilis cepti dignas causas expendat. tamē iam depositus a sc̄a sinodo. ꝯ p huius temōi p̄sūptionem iam p̄ dāpnatus. Item ex eodem. *Ad ordinationē eccle q̄ s̄ commissa n̄ fuerit.*

Epm n̄ debe. *minime accedat episcopus;* in alienam urbem ꝯ ciuitatē que illi p batur n̄ ēē subiecta. neq in regionē que ad eius curam minime noscit' ptinere ad aliquid ordinandū. neq pbros aut diaconos ꝯstituet ad alios epōs ptinentes nisi forte cum uoluntate ꝯ testimonio p̄prio regionis epi. quod siquispiam eoꝝ tale quid facere uoluerit. irrita quidē erit huiusmōi ordinatio. ꝯ que male usurpauerit a sinodo arguantur. Nam si ordinare n̄ potuerit. nullatenus ad alios ptinentes iudicare p̄sumat. Item ex sinodo ꝯstantinopolitana; *n̄ accedāt epi ad ecclās q̄ s̄ ext' eoꝝ*

Epi qui extra diocesim sunt ad ecclas. *diocesi;* que extra t̄minos eoꝝ s̄. n̄ accedant. neq confundant ꝯ pmisceant ecclas. s; regulas ꝯstitutas. alexandrie quidem epi ea que s̄ in egyptum tm̄ gubnent. Orientis aūt epi solius orientis curā gerant. suatis honorib; p̄matus eccle antiocene que in regulis nicene sinodi ꝯtinentur. S; ꝯ asiane diocesis epi. ea que ad asianā tantummō diocesim ptinent gubnent. Ponti aūt epi pontice tm̄mō diocesis habeant curā. tracie uō epi ipsius tantum modo tracie. Item. *De eodem;*

Non inuitati epi ultra diocesim accede n̄ debent. sup ordinandis aliquib; ut quibuscumq disponendis ecclasticis causis. suata regula que sup̄ scripta ē. de unaquaq diocesi. Manifestū ē q̄d q p singlas quasq p̄uincias p̄uincialis sinodus ā̄ministrare ꝯ gubnare omnia debeat. scd'a que s̄ in nicena sinodo diffinita; His auctoritatib; ꝓhibent'. quilib; epi clicos alterius ordinare. S; querit' si ꝯtingat eos aliquib; sacros ordines distribuere. an ordinati ab epis suis in ipsius ordinib; recipi possint. De his ita scbit. urbanus pp. ugoni lugdunensi archiepo; *Ab epo alterius parroc̄e ordinati a p̄prio epo iīs ordinib; recipi p̄s.*

Lugdunensis parrochie clicos quos contra statuta canonum ab alterius parrochie epis ordinatos litterarū tuaꝝ significatiōe monstrasti. Cum gradūum suoꝝ honore suscipe religionis tue prudentia poterit. Si eos alii

clericos canonice et sine pravitate aliqua ordinatos constituerit. si tamen eorum vitam probabilem et indulgentie perspexeris promereri. Legimus quippe sanctum Epiphanium episcopum ex diocesi sancti Iohannis Crisostomi quosdam clericos ordinasse. quod sanctus vir ipse non fecisset, si ei detrimentum fore perpenderet. Quosque tamen recipientes moderatio tua arbitrata fuerit, in munera satisfactionis gratia pro ecclesiam quam offenderant, cognita penitentia miserationis intuitu in suo quoque honore suscipies. salva in omnibus sanctorum canonum disciplina.

Quod archiepiscopus clericos sui suffraganei in eo non subditos ... tamen probare valeat, ut absolvere sic vere tur probari posse. Sicut totius episcopatus ecclesie in potestate sunt episcopi, sic ecclesie totius archiepiscopatus ad diocesim pertinent archiepiscopi. Vocantur enim episcopi a metropolitano in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Sic quippe vices suas eis impertit ut potestatem suam non adimat. Unde et sine eius consilio nichil eis agere licet. Sicut in concilio Martini pape legitur. Nec episcopi sine metropolitani conscientia nec ille sine eorum.

Per singulas provincias oportet. Conscientia aliquid agere; episcopos cognoscere metropolitanum suum et ipsum primatus sui curam suscipere. nichil autem agere reliquos episcopos preter eum. secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone. propter quod metropolitanus nichil preter ceteros assumat absque consilio ceterorum. Item ex concilio Antiocheno. Sine metropolitani conscientia extra suam diocesim nichil agat episcopus.

Per singulas provincias episcopos singulos scire oportet episcopum metropolitanum qui preest curam et sollicitudinem totius provincie suscepisse. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent concurratur. Unde placuit eum et honorem precellere, et nichil ultra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrum nostrorum canonem. nisi hoc tantum quod unius cuiusque ecclesie pertinet ad propriam diocesim competit. Unumquemque enim oportet episcopum habere sue diocesis potestatem, ut regat et gubernet secundum competentem singulis reverentiam et providentiam gerat omnis regionis que sub ipsius est civitate, ita ut et ordinare et presbiteros et diaconos probabili iudicio liceat et singulis ipsius regionis causis cum moderatione sponte suscipiat. Ultra autem nichil agere presumat citra metropolitani episcopi conscientiam. nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

Nisi forte ipsi episcopi yconomos in ecclesia sua ordinare contempserint. Item in vi. sinodo legitur. Metropolitanus constituat yconomos quos episcopus huiusmodi neglexit.

Cum in universis debitores omnes sacras regulas custodire. et eam que dicit in unaquaque ecclesia yconomos esse debere modis omnibus inviolabilem conservare debemus. Et si quidem unusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit yconomum, bene utique est. Sin autem ex auctoritate sua Constantinopoleos episcopus licentiam habet proponendi yconomos in eius ecclesia. Similiter et metropolitanis si episcopi qui sub eis sunt non satagerint yconomos statuere in suis ecclesiis, id ipsum et ... servandum est etiam in monasteriis.

Probatur illud etiam exemplo apostoli qui fornicatorem Corinthium inpenitentem reconciliavit. Sathane tradidit. postea penitentem ecclesie reconciliavit. Hoc tamen scribens Corinthiis in prima et ii. epistola. ut excommunicato non communicarent et reconciliato socia caritate copularentur. Hoc et comprobatur auctoritate multorum. Item ... pp. Metropolitanus sine episcoporum consensu vel presentia aliorum episcoporum causas non audiat.

Salvo in omnibus sancte romane ecclesie privilegio nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irrite erunt aliter acte. quam in conspectu omnium eorum ventilate. et ipse si fecerit cohibeatur a fratribus. Item Anicetus pp. De eodem.

Archiepiscopi nec de episcoporum causis aut aliis communibus causis iuxta statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio. nec illi assumant. nisi quantum ad suas pertinet parrochias sine suo consensu. quoniam tali gaudet concordia altissimus. et glorificatur in membris suis. Item. De eodem.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit ut sine omnium comprovincialium presentia vel consilio episcoporum aut causas eorum aut alias causas nisi eas tantum que ad propriam suam pertinent parrochiam agere aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur. ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad apostolicam sedem hac eius omnia episcoporum iudicia referre precipimus et contumatia referatur. ut vindicta de eo fiat et ceteri de eo timorem habeant. Item Calixtus pp. De eodem.

Nullus primas, nullus metropolitanus diocesianam ecclesiam vel parrochiam aut aliquem eius parrochia presumat excommunicare vel iudicare aut aliquid ibi agere, absque consilio eius, vel iudicio. sed hoc observet quod ab apostolis ac patribus et predecessoribus nostris constitutum est et a nobis confirmatum, id est si quis metropolitanus episcopus nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam sine consilio et voluntate omnium

comprovincialium episcoporum aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit irritum erit et vacuum. Sed quecumque de comprovincialium episcoporum causis eorumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima concordi amministratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cuncta cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parrochias, agant, iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in ecclesia. Item Nicholaus Rodulfo Bituricensi archiepiscopo. In suffraganei parrochia nichil absque eius consilio metropolitanus agat.

Conquestus est apostolatui nostro frater noster Sigebodus archiepiscopus Narbonensis, quod clericos suos eo invito ad iudicium tuum venire compellas, et de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi vice patriarchatus tui disponas, cum hoc nec antiquitas, cui patres sanxere reverentiam, habeat, et auctoritas sacrorum canonum penitus interdicat, nisi forte provocatus, que apud se negari non possit, ad te quasi ad patriarcham suum provocaverint, vel si episcopus suus decesserit, et res ecclesie sue in diocesi tuo dispensare volueris. Primates enim vel patriarchas nichil privilegii habere pre ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, et prisca consuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus, ita ut secundum Nicenas regulas sua privilegia serventur ecclesiis. Porro si apostolica sedes aliquam ecclesiam vel rectorem ipsius quolibet speciali privilegio decreverit honorare. Item Beda super Apocalypsim sub angelo ecclesie Ephesi scribit. De eodem.

Episcopus debet decimus in manu peccata requirere, nec sine eius consilio subditos iudicare.

Sola enim Romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus; de ea vero nulli iudicare permittitur. Unde Nicholaus papa. Apostolice sedis iudicium a nemine est retractandum.

Patet profecto sedis apostolice, cuius auctoritate maius non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, iuxta quod Innocentius papa Rufo et ceteris episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait: Nemo umquam apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. Et beatus papa Gelasius:

nec de eius iudicio, id est Romane ecclesie, canones umquam preceperunt iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius sequenda decreta mandaverunt. Item Anastasius patriarcha pape Felici. Ab aliis dampnatos vel excommunicatos apostolica sedes solvit auctoritate.

Fuit semper vestre apostolice sedis licentia, ut iniuste dampnatos vel excommunicatos potestative sua auctoritate restitueret, et sua eis omnia redderet, et illos, qui eos condempnaverant aut excommunicaverant, apostolico punire privilegio, sicut in anterioribus novimus factum temporibus. Item. De eodem.

Antiquis regulis censitum est, ut quicquid quamvis in remotis partibus aut in longinquo positis pronuntiaretur super eorum querelis aut accusationibus agitur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quam ad notitiam alme sedis vestre esset deductum, ut huius auctoritate iusta que fuisset pronuntiatio infirmaretur. Item Innocentius papa. Prima sedes nullius iudicio subiacet.

Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Item Simachus. De eodem.

Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare; sedis istius presulem suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores celo tantum debere innocentiam, et subtilissimi discussoris indagini inviolatam habere conscientiam. Nolite estimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus pre ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, cum eodem teste utitur factorum, quo iudice. Dicat fortasse omnium animarum talis erit nulla disceptatione conditio. Replicabo dictum uni: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et quecumque solveris super terram, erunt soluta et in celo. Et rursum sanctorum voce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi per prophetam videtur dictum: Si hoc humiliatur, accitus fugietis ad auxilium. Et ubi relinquetis gloriam vestram? Item Antonius. De eodem.

Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero a Domino iudicantur. Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Item Gelasius.

VIII

S; nonne monachorum correctio spectat ad abbatem? non debet quis conuenire monachum coram abbate suo, debet utique ut 18 q. 2 […] consuetudine ecclesie […] canonum, si […] claustrales […] emendandi […] ordinarius iudex in suo episcopatu.

omnium fidelium nostrorum posuimus lege cunctis perpetua tenenda, quicumque litem habet, suum petitor sequitur forum. Item Gregorius Iohanni defensori eunti in Hispaniam, in commonitorio dicit: **Presbyter ab episcopo tantum iudicari debet.**

De persona presbyteri hoc attendendum est, si quam causam habuit, non ab alio teneri sed episcopus suus audiri debuit. Sicut nouella constitutio manifestat, que ita loquitur: Deo amantissimis ac deo amabilibus atque reuerentissimis episcopis clericis ac monachis. Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo prefecto, capitulo 21. Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam, aut ascitriam habet aliquam occasionem, doceat prius sanctissimum episcopum cui horum unusquisque subiacet. Ille uero causam inter eos diiudicet, et si quidem utraque pars his que iudicata sunt adquieuerit, iubemus per loci iudicem executioni perfecte contradi. Ne uero obiciatur quod hec de clericis loquitur, non de presbyteris sciendum est quia superius in eadem constitutione libro 1 capitulo legitur: In appellatione clericorum et presbyteros et diaconos contineri. Verba autem legis ista sunt: presbyteros autem et diacones et lectores et cantores quos omnes clericos appellamus. Et reliqua. Item Gregorius Romano defensori Sicilie. **Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat.**

Peruenit ad nos quod si quis contra quoslibet clericos causam habet, despecto episcopo eorum eosdem clericos in tuo iudicio fatigas et distringis. Quod si ita est, quia ualde constat esse incongruum, hac tibi auctoritate precipimus ut hoc denuo facere non presumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certe ab eo iudices deputentur, aut si fortasse ad arbitros eundum est, partes ad eligendos iudices ab ipso executio deputata compellat. Si quis uero clericus uel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas, aut certe te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit, ordo confundatur? Item Ianuario episcopo Caralitano. **A laicis iudicibus clerici non sunt opprimendi.**

Fratris et coepiscopi nostri Felicis et Cyriaci abbatis relatione cognouimus eo quod in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudicibus opprimantur, et fraternitatem tuam ministri sui despiciant, dumque solum simplicitati animos suos tradunt, quantum uidemus, disciplina negligitur. Item Gregorius Mauricio regi. **Sacerdotes sunt honorandi, non iudicandi.**

Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sunt, ita eis dominetur, ut etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli uocantur. Nam et per Moysen de eo qui ad iurandum deducendus est dicitur: Applica illum ad deos, uidelicet ad sacerdotes. Et rursus scriptum est: Diis non detrahes, scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Quid igitur mirum si illos pietas uestra dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse appellat deus? Ecclesiastica quoque testatur historia, quod cum pie memorie Constantino principi oblate scripto accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, et eosdem qui accusati fuerant episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit dicens: Ite, et inter uos causas uestras disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus deos. In qua sententia sibi magis ex humilitate, quam illis aliquid prestitit ex reuerentia impensa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt, qui uerum deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum si christianus imperator ueri dei sacerdotes honoret, cum pagani, ut diximus, principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis et lapideis seruiebant? Hec igitur non tam sua quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus, quia adhuc nescimus quis in terribili dei iudicio qualis sit futurus. Et enim Paulus egregius predicator dicit: Nolite ante tempus iudicare quoadusque ueniat dominus. Et reliqua. Nam et multa que de iudicio illius hominis ignorant, quia fortasse que uos laudatis, ille reprehendit, et que uos reprehenditis, ille laudabit. Item ex concilio Mileuitano. **Qua pena feriatur clericus clericum ad secularia iudicia pertrahens.**

Inolita presumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici clericos relicto suo pontifice ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus ut hoc de cetero non presumatur. Si quis hoc presumpserit facere, conuictus causam perdat et a communione efficiatur extraneus. Item ex concilio Cartaginensi III. **Clericus apud secularem iudicem iudicari non debet.**

Placuit ut quisquis episcoporum, presbyterorum et diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, uel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari uoluerit, et

si ppo fuit lata sententia locum suum amittat. 7 hoc in criminali actione. In ciuili uo ptat quod euicit. si locum suum optinere maluit. siquidem adeligendos iudices inique decete. consortio iudicat. quod de unius ecclia. male sentiendo de iudicio sclari poscit auxilium. Cum puator etiam causas apls. ad ecclam deferri atq ibidem t'minari pcipiat. Ite ex eodem. *Clicus n accuset nisi ante ec*

Nec clicus quemlibet ... nisi ante ecclesiasticum iudicem; ...

Decetuusis ordinibus. *clericum iudicem;* eccle fuentib; siquis in causa criminis i currit. 7 tenuerit iudicium ecclasticum debet pcipitari. Item ostitutio. l. xx. iii. capa. *Qui cu clico litigiu ht epm ipius*

Siquis cum clico litigium bnt. *adeat;* siquidem de causa pecuniaria. adeat prius epm cuius iudicio clicus suppositus e. Ille aut sine dampno 7 sine dilatione opetentem finem liti impositur e. Si aut noluit eps litem detinere. tunc adeuntes iudices disceptatio cause pueniat. Ubi aut causam dirimere. eps. uult. sin sceptra omnia ptevant. 7 diffinitiua sententia ab eo pferatur. sine scriptis. Quod si te criminali causa litigium emerserit. tunc competentes interpellari iudices. osentaneum legib; terminum cause inponant. ita tn ut disceptatio litis eiuloz institutum spatium n excedat. aliut ostestatione n imcerandu. Non aut alit puniat clicus. obnoxius repit n sacdotio nudatus fuit ab epo suo ut clicatus honore. Si aut cum ecclasticum e. tunc sedm canones ab epo suo cause examinatio 7 pena pcedat. nullam communione alius iudicib; in huiusmoi causis hntib; Ite ex eod calcedonensi. *Clic adus clicu negotiu hns secla*

Si clicus adusus clicum. *ria iudicia n expetat* habet negotium n relinquat suum epm. et ad sclaria iudicia n ocurrat. s; prius negotium agitetur aput pprium epm. ut certe si fuit negotium ipius epi. apd arbitros utraq parte electos. audiatur negotium. Siquis uero cont hoc fecerit canonum subiacet correctionibus. Si clicus adusus suum ut alium epm habeat causam. apd audientiam sinodi puinciale. oqueratur. Si uo cont ipius puincie metropolitanum epm. Eps sui clicus habeat controusiam. pgat ad ipius diocesis pmates. aut certe ad constantinopolitane regie ciuitatis sedem. ut eoz ibi negotium finmetur.

Ex his omnibus datur intelligi quod clicus ad publica iudicia nec in ciuili. ut criminali causa e pducendus. nisi forte causem

epi decidere noluit. ut in criminali honoris sui cingulo eum denudauit. Illud aut quod in epla beati clemitis dictum e. n cognitorem sclarium negotioz te uult ds ee. exepi inuctione e intelligendum. Non enim in epo i iungitur. ut cognitor sclarium negotioz resideat. s; ut pcurator animaz. 7 distributor. spualium existat. phibet g sclaribus negotiis occupari. n aut pr sequester fieri. ut sclaria iudicia n de reb; sclarib; s; sclarium uiroz intelligenda s. Iudicia de reb; sclaribus sclaria appellantur. iuxta illud apli. Sclaria g iudicia si habuitis. otemptibiles qui s in eccla ostituite. Iudicia uo sclarium. sclaria appellantur. in epla clemitis. Quod ex subsequentib; datur intelligi. cum dr. hec opa que tibi diximus minus ogruere. exhibeant. s inuicem uacantes laici. phibentur g clici a cognitione negotioz sclarium uiroz. non sclarium causaz. Negotia quippe clicorum siue criminalia siue ciuilia fuint n nisi apud ecclasticum iudicem uentilanda s. Un n. adrianus. pp. ait; *N nisi in foro suo audi*

Clicus siue laicus si crimine *atur clericus;* aut lite pulsatus fuit. n alibi quam in foro suo puocatus audiatur. Item; *De eode;*

In clicoz causa huiusmoi forma seruetur. ut nequemquam eoz sententia n a suo iudice cluta constringat; Res uo in litigio posita. an legitimum. cognitionis euentum. in nullam debet oio transferri psonam. Unde gelasius. pp. quingesio. epo. *In nulla trans feratur psona res i litigio posita an cog nitionis euetu;*

Quia res in litigio posita in nullam transferri pot oio psonam. donec legitime cognitionis euentu cui potius debatur. iusceptaiuditiaria disceptatione possit agnosci. ex eadem re quispiam n sinatur exigere pensiones. s; in eode statu re eadem posita. in quo uitetur. sicut dictum e an ostituta. quisquis e putat quippiam posse co n pete. ueridico pulset. examine pudicitus omnibus inde submotis; Quod uo sua culpa illa suspensione digna sit. ex caplo illo mileuitani ocilii liquido ostat. Si in. cōione puanous e qui clicum ad ciuilem iudicem ereclidit pptra eiusdem. multo mag suspensione dignus e. qui sui epi iudicium interpellante. ad iudicium sclare ptrahere n dubitau. Si; et ponatur quod hec culpa suspensioe digna n fuit. qr utrum sit deponendus qui offitium cont phibitionem epi celebrare ausus e; Set quod sententia epi siue iniusta siue iusta fuit. tenenda sit. testatur gg. dicens.

Gregorius. Timenda est sententia pastoris.

Sententia pastoris sive iusta sive iniusta fuerit timenda est. Item ex concilio Antiocheno. **Ab alio episcopo excommunicatus non est ab alio recipiendus.**

Siquis a proprio episcopo excommunicatus est, nec eum prius ab aliis suscipi debere, nisi aut a suo receptus fuerit episcopo, aut concilio facto episcopus occurrat et respondeat, et si sinodo satisfecit et statuit, sub alia eum sententia recipi. Quod etiam circa laicos et presbiteros et diacones et omnes qui in clero sunt convenit observari. Item Nicholaus ad Lotharium regem. **Excommunicationis meruit sententiam quae excommunicatis communicat.**

Precipue Gualdradam pellicem tuam, dudum ante repudiatam, communione ecclesiastica excommunicata est et cum usque ad presentiam nostram ab omni conventu christianorum sequestrata. Quam obrem cavendum est ne cum ea pari multatione procellaris sententie ac perinde muliercule amore vinctus et obligatus ad perhennem trahans exitium. Deterius quippe in populis prelati delinquunt, ac per hoc ipsi crudelius quam ceteri puniuntur. Ut autem beatus Gregorius: Scire prelati debent, quia si perversa umquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava que faciunt non soli moriuntur. Et infra. Ceterum precave ne quando nobis secundum preceptum duos aut tres testes adhibeamus, immo vero hoc sancte ecclesie dicamus, et quod non optamus, decreto fias cunctis sicut ethnicus et publicanus. Item ex capitulo xvii. concilii Sardicensis. **De eodem.**

Si episcopus forte iracundus, quod non debet esse, cito et aspere commovetur adversus presbiterum sive diaconum, et eum de ecclesia exterminare voluerit, providendum est ne innocens dampnetur aut perdat communionem. Et ideo habet potestatem is qui eiectus est ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur, ac diligentius pertractetur. Quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus qui iuste vel iniuste eum abiecit, patienter accipiat ut negotium discutiatur, ut probetur eius sententia a pluribus vel emendetur. Tamen prius quam omnia diligenter ac fideliter examinentur, eum qui fuerat a communione privatus ante cognitionem nullus debet presumere ut communioni se societ. Item ex concilio Cartaginensi. **De eodem.**

Siquis presbiter ab episcopo suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatus cum aliquibus scisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, et nichilominus locum amittat. Et si querimoniam iustam adversus episcopum habuit, inquirendum est. Item ex concilio Antiocheno. **De hoc qui dampnatus a sinodo sacra misteria contingit.**

Siquis episcopus dampnatus a sinodo, vel si presbiter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem, sive presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia sinodo spem restitutionis aut locum satisfactionis habere, sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia oportet, maxime si postquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint. Item ex concilio Martini pape. **Sine spe sit reconciliationis qui excommunicatus communicavit.**

Siquis episcopus in concilio excommunicatus fuerit, **causa presumptionis**, sive presbiter aut diaconus a suo episcopo, et post excommunicationem presumpserit, sive episcopus ille aut presbiter vel diaconus facere oblationem, vel matutinum vel vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari, sed et eos qui ei communicaverint omnes ab ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse deiectum. Si autem permanserit turbans et concitans ecclesiam, per forinsecam causam potestatem oportet eum sicut sedicionarium ab omni plebe expelli. Item ex concilio Agathensi. **De episcopis qui innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicant.**

Episcopi si sacerdotali moderatione post posita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare presumpserint, aut ad gratiam baptismi festinantes forte recipere noluerint, a vicinis episcopis eiusdem provincie litteris moneantur, et si parere noluerint, communio illis usque ad tempus sinodi a reliquis episcopis denegetur, ne forte per excommunicationem peccatorum excommunicati longo tempore morte preveniantur. Item ex concilio Africano. **De his qui tempore excommunicationis sue communicare presumunt.**

Placuit universo concilio ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus quilibet sive clericus, et tempore excommunicationis sue ante audientiam communicare presumpserit, ipse in se dampnationis iudicetur protulisse sententiam. Item Nicholaus papa. **Deponantur episcopi qui excommunicatis communicant.**

Teugaldum Treverensem et primatem Belgice provintie, et Guntarium Agrippine Colonie archiepiscopos, nunc coram vobis et sancta sinodo suggestorum insinuatione, qualiter causam Lotharii regis et duarum mulierum eius, Tetberge scilicet et Gualdrade, recognoverint et iudicaverint, scriptum super hoc propriis manibus roboratum offerentes, nichilque se plus vel minus aut aliter egisse ore proprio multis coram positis affirmantes, sententiam quam a sede apostolica in Engel-

No. quod tot mortibus sunt digni prelati quot mala dant exempla.

tricam tacorem bosonis. scilicet fratrem nostrum Mediolanensis archiepiscopi. Thado. et ceteri complices eius penitus erant emittenda. et nos diuino succensi zelo sub anathematis attestatione canonice protuleramus. publice una uoce se uiolasse confitentes in quibus omnibus inuenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse. et equitatis normam nequiter temerasse. ab omni iudicamus sacerdotii officio manere penitus alienos. iudicio sancti spiritus iudicio et beati Petri principis auctoritate expertes eius ex toto regimine consistere diffinientes. Predictis autem depositis. licentiam concedimus ingrediendi ecclesiam communicandi sicut laici. et loquendi suas utilitates. Non autem turbas concitandi uel scandalum sollicitandi ullo tribuimus facultatem. Quantum autem ad spiritale ministerium spiritaliter pertinet: nulla eis sit licentia contingendi. sicut nos in eadem sancta sinodo decreuisse iam constat. Item Clemens. Clerici et laici qui non obediunt episcopis infames efficiuntur.

Si autem uobis episcopis non obedierint omnes uniuersi presbiteri et reliqui clerici omnesque principes tam maioris ordinis quam inferioris atque reliqui populi. non solum infames. sed etiam extorres a regno dei. et a consortio fidelium. et a liminibus sancte dei ecclesie aliena erunt. Item Petrus in ordinatione Clementis: In Christum peccat qui ueritatis doctorem contristat.

Quicumque contristauerit doctorem ueritatis peccat in Christum et patrem omnium exacerbat deum. propter quod et uita carebit. Item Ambrosius in libro de officiis. Simulata affectione non neget.

Si quis non obediat episcopo sese extollere atque exaltare desiderans. querens etiam obumbrare merita episcopi simulata affectione doctrine. aut humilitatis. aut misericordie. is a uero deuius superbit. Quoniam ueritatis ea regula est. ut nichil faciat commendandi sui causa. quo minor alius fiat. Neque si quid boni opus habes. id ad deformationem alterius. et uituperationem exerceas. Non defendas improbum. et sancta indigno committenda non arbitreris. neque item arguas et inpugnes. cuius crimen non deprehenderis. Item Anterius papa. Episcopo non obediens demonum ore decerpitur.

Absit ut quicquam sinistrum de his arbitremur qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt. per quos nos Christiani sumus. qui claues regni celorum habentes. ante iudicii diem iudicant. Nunc etiam quoniam in lege habetur. quicumque sacerdotibus non obtemperasset. aut extra castra positus lapidabatur a populo. aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc uero inobediens spiritali animaduersione truncatur. aut eiectus de ecclesia rapido ore demonum decerpitur. Item Petrus in ordinatione Clementis. Cum quibus non loqui debent. Si inimicus est iste Clemens. Loqui debemus.

aliquibus pro suis actibus uos nolite expectare. ut ipse uobis dicat. quod uos in supra memoratis ordinatorum. agitur de obedientia minorum erga maiores. Item Fabianus episcopus. Excommunicatus qui cum excommunicato communicat.

Sicut apostoli statuerunt. dicentes cum excommunicatis non esse communicandum. et si quis cum excommunicato audiendo regulas sciens saltem in domo simul locutus fuerit uel orauerit. ille communione priuetur. Item Calixtus papa. De eodem.

Excommunicatos quosque a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem iustam. nec cum eis in oratione. aut cibo. uel potu. aut osculo communicet. nec aue eis dicat. quia quicumque in his uel aliis prohibitis sciens excommunicatis communicauerit. iuxta apostolorum institutionem. etiam ipse simili excommunicationi subiacebit. Item Ysidorus. De eodem.

Cum excommunicato neque orare neque loqui. nec quicquam ad eandem excommunicationem pertinentia. nec uesci licet. Si quis enim cum eo aut palam. aut absconse fuerit locutus. statim cum eo communem excommunicationis contrahet penam. Item ex concilio Cartaginensi. De eodem.

Qui communicauerit uel orauerit cum excommunicato. si laicus est excommunicetur. si clericus deponatur. Item ex decreto Honorii papa. Excommunicatorum nomina uicinis omnibus palam et publice annuntientur.

Cure sit omnibus episcopis omnium excommunicatorum nomina tam uicinis episcopis quam suis parrochianis pariter indicare. eaque in celebri loco posita pro foribus ecclesie cunctis conuenientibus inculcare. quatinus utrimque diligentia excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur. et excusationis causa omnibus auferatur.

Uerum hec denominatim excommunicatis intelligitur. excommunicationis enim penam dupliciter subimus. et cum reatum incurrimus. et cum sententia notamur. Unde Ieronimus super Michaeam. Duobus modis aliquis sathane traditur.

Audi denique apostolum dicentem. Tradidi eos qui peccauerant. Tradidi inquid huiusmodi hominem sathane in interitum carnis. ut saluus fiat spiritus. Uides quia et modo non solum per apostolos suos deus. tradidit delinquentes in manus inimicorum. sed etiam per eos qui ecclesie president. potestatem habent non solum soluendi. sed etiam ligandi. Traduntur autem peccatores in interitum carnis cum pro delictis

XI

suis a Christi corpore separantur. quae in ecclesia inducitur dupliciter. etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatem diaboli. hoc modo quo superius diximus. cum delictum eius manifestum fit ecclesiae et per sacerdotes de ecclesia pellitur. ut notatus ab omnibus erubescat. et confusio eveniat ei illud quod sequitur. ut spiritus salvus fiat. in die domini nostri Iesu Christi. Alio autem modo quis traditur a diabolo. cum peccatum eius non est manifestum hominibus. deus autem qui videt in absconditum perspiciens eius mentem et animos vitiis ac passionibus servientem. et in corde eius non se diligi. sed aut avaritiam aut libidinem aut iactantiam ut ab alis. Talem ipse deus tradit Sathane. Quomodo eum tradit Sathane? Discedit a mente eius. et aufert se et refugit a cogitationibus eius malis. et desideriis eius indignis. et relinquid domum conditoris eius vacuam.

Cum quo per sententiam quis notatus fuit. cum eo communicare non debemus. Cum autem solo reatu occulte excommunicationis constringit peccatum. non est abeundum communione cessandum. Unde dominus in evangelio. tunc demum peccatorem dixit habendum sicut ethnicum et publicanum cum ecclesiam audire contempserit. Apostolus quoque non ait. si quis frater est fornicator. sed si quis frater nominatur fornicator quod sententie nominatione intelligentur. Hinc etiam Urbanus Guillimundo episcopo. scire quod frater Ricardo et cetera. Require infra in causa. quidam episcopus in heresim lapsus. Hinc etiam Christus in evangelio. zizania dixit esse tollenda usque ad messem. Hinc etiam idem. in eodem. Iudicum.

Nolite. Mali a bonis penitus separari non possunt de ecclesia a domino usque in hodiernum diem. hoc est donec seculum stat. Ostendat quoque in nobis quomodo Iebuseus donec seculum stat habitet cum filiis Iuda in Ierusalem. Quippe cum nec ipsi quidem filii Iuda habitent in Ierusalem. ideo quoque necesse tuo verum esse potest quod Iebusei cum Iude is habitent. nisi si nos intelligamus hoc spiritualiter. assumentes evangelii parabolam que dicit de zizaniis. Sinite crescere utraque. ne forte volentes eradicare zizania. eradicetis cum ipsis et triticum. et infra. Audi quoque scripturam dicentem quod non potuerunt filii Iuda disperdere Iebuseos. sed habitaverunt cum ipsis in Ierusalem usque in hodiernum diem. Unde deprecor vos qui fideles estis ut ita fidem vestram et conversationem faciatis. ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini. vel aliis scandalum faciatis. Sed sit vobis summum studium. summeque cautele. nequis in hanc sanctorum congregationem pollutus introeat. nequis Iebuseus habitet in vobis. Vides enim quia dicit scriptura quod non potuerunt eicere filii Iuda Iebuseos de Ierusalem. Iebuseus enim interpretatur conculcatio. Et ideo quia non possumus eicere istos qui nos conculcant eos saltem quorum possumus quorum peccata manifesta sunt eiciamus. Ubi enim peccatum evidens non est. eicere de ecclesia neminem possumus. ne forte eradicantes zizania. eradicemus simul cum illis et triticum. Quovet memini quod dixit. quia non potuerunt eicere Iebuseos. id est eos qui interpretantur conculcatio. Et ideo videamus qui sint in ecclesia conculcantes. Isti sine dubio de quibus dominus dicit in evangelio. Nolite mittere sanctum canibus neque margaritas vestras ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi disrumpant vos. Iste ergo est Iebuseus. id est conculcatio qui indigne audiunt verbum dei. et cum audierint. neque ut infideles discedunt. neque permanent ut fideles. sed ministerorum percepta notitia. et fidei nostre sectioribus perscrutatis conversi post modicum inpugnant nos. et contradictionibus suis corda nostra disrumpunt. conculcantes ubi dominici margaritas. et ornamenta fidei maculantes. De istis ergo dicitur. quod non potuerunt filii Iuda eicere Iebuseum de Ierusalem usque in hodiernum diem.

Item super xii. prophetas. **Porcis et canibus sanctum non est committenda.**

Quando ergo vir ecclesiasticus et prudens atque intelligens multas impietates in ea que vocatur domus dei esse cognovit. et non solum multas. sed et fortes. et que opprimere possint iustitiam. et statum doctorum rabiem prevaluisse. ut accipiant pretium in iudicio. et omnia pro muneribus faciant. et pauperes divites inponitis. gaudent et contempnant. taceat in illo tempore. ne det sanctum canibus. et mittat margaritas ante porcos. qui conversi conculcent eas. et inmittetur Ieremiam dicentem. Solus sedebam. quia amaritudine repletus eram. Item

Iohannes Crisostomus in epistola ad Hebreos. **Cum pagano comedere homini christiano licet.**

Ad mensam quippe paganorum si volumus ire sine ulla prohibitione permittimus. Si enim quis frater nominatur inquit in vobis fornicator. In hoc loco omnem fidelem intellige simpliciter. non monachum tantum. Quid autem est quod fraternitatem vocat. nisi lavacrum regenerationis. quod facit posse vocari deum patrem. Si quis inquit nominatus fuerit frater fornicator aut avarus. aut ebriosus. cum huiusmodi nec cibum sumere. Cum autem de paganis ageret. non ita. sed si quis vos vocaverit ex infidelibus paganos significans. et vultis ire. omne quod apponitur vobis comedite. Si quis frater nominatur ebriosus et cetera. O quanta integritas. nos non solum non fugimus ebriosos. sed

etiam in eis adeos participantes cum eis;

Euident itaque ex premissis apparet. quod eorum communione uitare non cogimur qui sententia am notati non sunt; ipsius sententie notatio multipliciter intelligitur. Aliquando enim arcetur quis aliminibus ecclesie et a communione corporis et sanguinis xpi. ut teste conscientia iuxta illud apostoli. probet se homo. et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enim qui indigne manducat et bibit. iudicium sibi manducat et bibit. Item illud propheti; facietis si eum placabunt et cetera. Require infra. causa. Maleficiis impeditus. questione prima de penitentencia. ut sententia ecclesiastica. sicut penitentes quibus tempore prefinito beneficium reconciliationis impenditur. Hec sententia excommunicatio uocatur. quia a communione corporis et sanguinis xpi notatum prohibet. sicut et adam abesu ligni uite excommunicatus est. a domino dicente. uidete ne forte sumat de ligno uite. qua sententia non separatur. quis a consortio fidelium est. Alia sententia que anathema uocatur. qua quisque separatur a consortio fidelium. de qua supradictum est eum excommunicatis nolite communicare. hanc distinctionem cuique licet audire. ex auctoritate iohannis pape. hengeltrudam ueo item bosonis et cetera. Require supra in causa. Quidam eps a propria sede deiectus est. Item ex auctoritate eiusdem. Siquis domum dei uiolauit et cetera. Require infra. causa. Quidam pbr infirmitate grauatus. Item ex auctoritate fuluii pape. presenti decreto censemus et cetera. Require supra in causa. In infamia cuiusdam epi. Iuxta hanc quoque distinctionem intelligenda est illa auctoritas innocentii. Siquis sua dente diabolo et cetera. ut infra in causa. Quam pbr. ut iuxta ethimologiam uocabuli anathemati i. separationi subiaceat. qui in edictum illud inciderit. quia a corpore et sanguine xpi et abingressu ecclesie se alienum facit. qui in pias manus iniectum inicere ausus fuerit. qui nec a nullo eporum absolui more penitentie iure conciliari poterit. nisi primum apostolico conspectui se representare curauit. Illud autem petri de clemente. Si inimicus est iste clemens. et cetera. de sententia notatis intelligendum est. sicut et illud urbani. quibus epi non communicant et cetera. ut supra in eadem causa. Ceterum falsum est illud uarensis concilii. Socii sicut eps alienum sceleris se consciuit. Item et illud. placuit ut si quando eps et cetera. Require supra in causa. Duo fornicatores et infamia notati.

Item gg. de clero et plebe salonitano; **Communicare non licet qui excommunicatis communicat.**

Rogo et moneo ne cuiquam sacerdoti communicat supra scripto maximo communicati. ne animam suam quisquam uirum communicare pstimet.

Ut eum epi audiant eo quod uiuitur eporum suorum

Item ex concilio toleto. i. **Nullus clericorum uel laicorum ad domum excommunicati accedat.**

Siquis laicus abstinetur. ad domum eius. uel clericorum uel laicorum nullus accedat. Similiter et clericus si abstinetur. a clericis deuitetur. Siquis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus. etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos. qui eius epi sunt. et ad omnes qui commoniti fuerint. de eo qui abstinetur siue laico quolibet. siue clerico;

Et hoc specialiter tribus qui nominatim excommunicatis communicant. Unde infra; urbanus. Sane quod superiore et cetera. in causa. eps in heresim lapsus. Item nicholaus pp. excellentissimus rex carolus. infra. circa finem huius cause.

Item urbanus pp. **Sententia pastoris**

Quibus epi non communicant. **tenenda est licet iniuste ligat.** non communicetis. et quos reiecerunt non recipiatis. Ualde enim timenda est sententia epi. licet iniuste liget.

Item ex octaua sinodo: **Excommunicationis contra.**

Siquis fuit **hanc penam qui excommunicati communicat.** aut palam aut absconse cum excommunicato fuerit locutus. aut iunctus communioni statim cum eo excommunicationis contrahit penam.

Item ex concilio carthaginensi. ii. **De eodem.**

Quicumque facinorum suorum ab ecclesia pulsis. si ab aliquo epo uel pbro. uel clerico fuerint in communione suscepti. et ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. refugiens sui epi regulare iudicium.

Item ex concilio carthaginensi. iiii. **Qui sententiam epi putat iniustam recurrat ad sinodum.**

Clericus qui epi; districtionem quasi putat iniustam. recurrat ad sinodum.

Item iohannes crisostomus super epistolam ad hebreos. **Uincula ecclesiastica non sunt contempnenda**

Nemo contempnat uincula ecclesiastica. Non enim homo est qui ligat sed xps qui hanc potestatem dedit. et dominos fecit homines tanti honoris.

Item aug. de ubi apostoli in sermone. lxxxiiii. **Sathane traditur qui ab ecclesia excommunicatur.**

Omnis xpianus dilectissimi qui a sacerdotibus excommunicatur sathane traditur. Quomodo scilicet. quia extra ecclesiam est diabolus. sicut in ecclesia xps. ac per hoc quasi diabolo traditur qui ab ecclesiastica communione remouetur. Unde illos quos tunc apostolus sathane esse traditos predicat. excommunicatos a se esse demonstrat.

Item de super iohannem. **De eodem.**

Nichil sic debet formidare xpianus. quam separari a corpore xpi. Si enim separatur a corpore xpi non est membrum eius. Si non est membrum eius non uegetatur spiritu eius. Quisquis autem inquit apostolus spiritum xpi non habet. hic non est eius. Item ier. Quorum dimiseritis peccata et cetera. i. quibus ecclesiam interdixeritis. sed reconciliati prefatis satisfactionem fuerint. ipsis etiam ianua regni celestis clausa erit.

Item ex concilio mileuitano;

Presbiteri, diaconi, ut ceteri inferiores clerici, si in causis quas habuerint de iudicio episcoporum suorum questi fuerint, vicini eos episcopi audiant, et inter eos quicquid est diffiniatur, adhibiti ab eis ex consensu suorum episcoporum. Quod si ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverint appellandum, a nullo intra Africam in communione suscipiatur. Item ex concilio Cartaginensi IIII.

Iniusta episcoporum dampnatio irrita esse censetur.

Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem censemus. Et id ab eodem sinodo retractandam. Item ex concilio Cartaginensi IIII.

Qui in causa sue absolutionis et innocentiam asserere voluerit, infra annum excommunicationis hoc faciat.

Rursus constitutum est, ut quotiens clericis convictis vel confessis in aliquo crimine vel propter nimietatem eorum quorum verecundie parcitur, ut propter ecclesie opprobrium aut insolentem exultationem hereticorum atque gentilium, si forte cause sue adesse voluerint, et innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur. Item Gelasius.

Audientia denegatur qui excommunicationis sue causam intra annum agere dissimulat.

Quecumque intra anni spatium excusare sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus neglexerint, ipsi sibi aditum audientie clausisse videantur. Quod si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos illorum causam iuxta beati Leonis predecessoris nostri sententiam divino iudicio reservantes, quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare debemus. Item ex concilio Ylerdensi.

Tardius recipiatur ad veniam qui sacerdote iubente de ecclesia exire contempserit.

Qui iubente sacerdote pro quacumque culpa ab ecclesia exire contempserit, pro noxia contumelie tardius recipiatur ad veniam. Sed queritur, si ante dampnati absolutionem episcopum mori contigerit, utrum dampnatus postea valeat absolvi. De his statutum ita est in concilio Carpentorati.

A successore solvatur qui per mortem episcopi remanet ligatus.

Si episcopus ante dampnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut penitentem successori licebit absolvere. Premissis auctoritatibus quibus iniuste sententie tuitionem que ad examinationem utriusque partis parere iubentur, ita respondetur. Gregorius non dicit sententiam iniuste latam esse servandam, sed timendam. Sic et Urbanus timenda est, quia vel non ex superbia contempnenda. Relique vero auctoritates que de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad sinodum venire contempserunt, vel calumpniatoribus ad iustitiam sanctitatem occurrere nescientes iniustam sententiam audacter reportaverunt, vel qui neglectu sue vite sinistram de se opinionem nasci permittentes sententiam iuste exceperunt. Nos siquidem solos ex communicationis sententia ferire licet. Unde in Wormaciensi concilio:

Quibus culpis exigentibus aliquis sit communione privandus.

Nemo episcoporum quemlibet sine certa et manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Sub anathemate autem sine conscientia archiepiscopi aut coepiscoporum nullum presumat ponere, nisi unde canonica docet auctoritas. Quia anathema eterne est mortis dampnatio, et non nisi pro mortali debet imponi crimine, et illi qui aliter non potuerint corrigi. Item ex concilio Aurelianensi.

Pro parvis et levibus causis nullus communione privetur.

Nullus sacerdotum quemquam recte fidei hominem pro parvis et levibus causis a communione suspendat, preter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt committentes. Item ex concilio Triburiensi.

Pro his tribus criminibus quilibet communione privetur.

Certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere: cum ad sinodum canonice vocatus venire contempserit, aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire preceptis, aut si ante finitam cause sue examinationem abire presumit. De his in quam que huiusmodi premisse auctoritates loquuntur, non de iniuste suspensis. Quod autem iniuste sententie parendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa Ieronimi super Matheum:

Sententia pastoris reum vel innocentem non constituit vel facit.

Quomodo sacerdos mundum vel inmundum non facit leprosum, sic episcopus vel presbiter non alligat eos qui insontes sunt, nec solvit noxios, sed pro officio suo cum peccatorum varietates audierit, scit qui ligandus sit, qui solvendus. Item Gelasius episcopus orientalibus de dampnatione Diosori.

Non est petenda solutio cui iniquus fert sententiam.

Cui est illata sententia, deponat errorem, et vacua est. Si iniusta est, tanto curare eam non debet quanto apud Deum et eius ecclesiam neminem potest gravare iniqua sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum. Item Augustinus de summo bono.

Deus nec nocet nec noceri aliquem patitur iniuste.

Secundum catholicam fidem nec Dei nature nocere quicquam potest, nec noceri iniuste patitur quicquam. Qui enim nocet, ut ait apostolus, recipiet hoc quod nocuit. Idem de verbis Domini.

Cepisti habere. Iniusta vindicta dirrumpit iustitiam. tamquam publicanum fratrem tuum.

ligas illum in terra. sicut iuste alliges uide. nam iniusta uincula dirumpit iustitia. Quem soluis inquit in terra. solutus erit in celo. Item ex sermone domini in monte. **Temeritas iudicandi non ei qui iudicatur sed iudicanti nocet.**

Temerarium iudicium. plerumque nichil nocet ei de quo temere iudicatur. Ei autem qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est ut noceat. Item ad celerum Sponensem. **Non obest homini iniusta sententia.**

Quid obest homini quod ex illa tabula uult eum humana temeritas delere. si de libro uiuentium non delet eum iniqua conscientia. Item ad secundinum manicheum. **De eodem.**

Sentias de augustino quicquid libet. sola me in oculis domini conscientia non accuset. Item gregorius constantino episcopo mediolanensi. **Quod non conscientie istius sed aliorum maledicta contemnenda sunt.**

In cunctis que in hac uita aduersa prouenerint. sola est sicut nostis omnipotentis dei districtio pensanda. atque ad cor proprium semper recurrendum. ut nullius ibi lingua impliceat. si conscientia non accuset. Quem enim conscientia defendit. liber est inter accusatores. et liber est sine accusatione esse non potest. si sola que interius ab eo eiecta conscientia accuset. Deuitanda quidem sceleste absit. aquarum iudicio eaque maledicorum hominum rumoribus conficta credimus. in qualicumque modulo suspitionis adduci. quia conscientie elo quiu testimonium tenetis. ut mala maiora cum forsitam dicuntur. nisi probata. credi non debeant sed citius probata. uleiscitur hec qui dum liuore leuitatis id esse ostenderem. Sicut is mala grauia credere studeat. que probari non possunt. Vnde scitas uestra debet mentem suam a maledicorum hominum rumoribus atque obtrectationibus disiungere. et sola que intra ne uite sunt. atque adiutorium subditorum proficiunt. cogitare. Item aug. in psalmo. xxx. **Frustra aspernatur ab hominibus ad tempus. omne quem deus iustificat.**

Et dampnaris ab homine. et si eius sententiam proorsus incipiatur. aliud est sella terrena. aliud tribunal celeste. ab inferiore accipit sententiam a superiore coronam. Et idem in psalmo.

Custodi intus innocentiam tuam. ubi nemo opprimit causam tuam. preualebit in te falsum testimonium. sed apud homines. numquid apud deum ualebit ubi causa tua dicenda est. Quando deus erit iudex. alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iustum iudicem et conscientiam tuam. noli timere nisi causam tuam. Item gregorius papa. **Non omnium nimia linguam sed conscientiam curare debemus.**

Laudantium siue uituperantium admentem semper recurrendum est. et si in ea inuenitur bonum quod de nobis dicitur. magnam letitiam generare debet. et rursum si in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquuntur. in magnam debemus letitiam prosilire. Quid enim sunt homines laudant. et conscientia liberos nos demonstret. et habemus paulum dicentem. Gloria nostra hec est. testimonium conscientie nostre. Iob quoque dicit. Ecce in celo testis meus. Si ergo est nobis testis in celo. testis in corde. dimittamus stultos foris loqui quod uolunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt. nisi quod in puluerem sufflant. et in oculos suos terram excitant. Vt unde plus detractionis proflant. inde magis nichil ueritatis uideant. Increpandi sunt etiam ipsi. et tranquille ammonendi. eisque satis fieri modis omnibus debet. Scientes quod de uitiis ueritas dicit. ne forte scandalizemus eos. Si autem satis fieri scruentia te noluerint habes consolationem. quam in euangelio aspirias. Cum enim domino dictum fuisset. scis quia hoc uerbo audito scandalizati uidentur sunt. Respondit. Sinite illos ceci sunt. duces cecorum. Paulus quoque apostolus ammonet dicens. Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. dicitur est omnibus pace habeam hoc difficile esse prospiciens. premisit si fieri potest. et subiungit quod potest fieri. Cum dicit quod ex nobis est. Quia si nos in mente caritatem erga obedientes. seruare cupimus. et si illi nobiscum pacem non habent. nos tamen cum illis sine dubio habemus.

Hoc inter eos obseruandum est. qui parati sunt suspicari quod non uident. parati semper reprehendere. numquam imitari. apud alios autem. conscientia nobis est necessaria illis fama. Vnde aug. **Conscientia nobis non est audienda. et fama proximis est necessaria.**

Non sunt audiendi. siue uiri sint siue femine. qui cum reprehenduntur in aliqua negligentia per quam fit ut in malam ueniant suspitionem. unde suam uitam longe abesse sciunt. dicunt coram deo sufficere sibi conscientiam. existimationem hominum. non solum impudenter. uerum etiam crudeliter contempnentes. cum occidant animas aliorum. siue blasphemantium uiam dei. quibus sua suspitionem quasi turpis que casta est displicet. uita sanctorum. etiam ut cum excusatione imitantium. Non quod uident sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagitiorum atque facinorum uitam suam custodit. bene facit sibi. Quisquis autem etiam famam. et in alios est misericors. Nobis enim necessaria est uita nostra. aliis fama nostra. Item ex libro super epistolam pauli ad philemonem. **Apud deum maledicitur qui in iustum absoluit.**

Siquis dixerit iustum. omnibus dissonam profert sententiam. iniustum. et iniustum iustum. abhomi

De eodem

nabilis est utrique apud deum. Similiter qui sanctum dicit non sanctum dicit. Et rursum. qui non sanctum asserit sanctum. abhominabilis est apud deum. Item. Christum

Si quis hominem violat quem sanctum non sanctum vel non sanctum sanctum esse crediderit.

Si quis hominem qui sanctus non est. sanctum esse crediderit. et deorum eum iungit societati. Christum violat. cuius membra sunt et infra. Omnes credentes secundum apostolum Christi corpus efficimur. qui in Christi corpore errat. et labitur asserens membrum eius. sanctum esse cum non sit. ut non esse sanctum cum sit. vite equali crimine obnoxius fiat. Ysaias enim ait. Ve his qui dicunt dulce amarum et amarum dulce. ponentes tenebras lucem. et lucem tenebras. Dulce puto esse sanctimoniam. amarum quod sanctimonie contrarium est. Item. Ysaias. Etenim

Ve maledictionis veniet quibus malo ut in bono dixerit.

Ve qui dicitis bonum malum. et malum bonum ponentes tenebras lucem. et lucem tenebras. Propterea ductus est populus meus captivus. qui non habuit scientiam. et nobiles eius interierunt fame. et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam. et aperuit os suum absque ullo termino. et descenderunt fortes eius et populus eius. et sublimes gloriosique eius ad eum. et incurvabitur homo. et humiliabitur vir. et oculi sublimium deprimentur. et exaltabitur dominus in iudicio. et deus sanctus sanctificabitur in iusticia. Item Gregorius.

Ligandi solvendique potestate se privat qui hanc iniuste exercet.

Ipse ligandi ac solvendi potestate se privat. qui hanc pro suis voluptatibus et non subditorum moribus exercet. Item. de eodem.

Iudicare digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam secuntur. Item. Non est vera presidentis abso-

Tunc vera est. lutio nisi sequatur arbitrium interni iudicis.

absolutio presidentis cum interni sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat. que videlicet demonstrat. quia prius dominus mortuum suscitavit et vivificavit dicens. Lazare veni foras. et postmodum is qui vivus fuerat egressus a discipulis est solutus. sicut scriptum est. Item in registro. Privilegium meretur amittere qui eodem abutitur.

Privilegium omnino meretur amittere. qui permissa sibi abutitur potestate. Item.

Nec in que canonica non fertur sententia penam canonicam.

Non debet is penam sustinere. in cuius ferre canonicam incurrisse probatione non est canonica prolata sententia. Ex his datur intelligi quod iniusta sententia nullum alligat apud deum. nec apud ecclesiam eius aliquis gravatur iniqua sententia. sicut ex Gelasii capitulo habetur. Non gravabit eos communione ab-

XI

stinendum est. nec est ab officio cessandum. in quem cognoscitur iniqua prolata sententia. Cur ergo capitula Cartaginensis et Africani. atque aliorum conciliorum prohibent iniuste dampnatum in communionem recipi ante iudicii examinationem. Cur illud Magontiensis concilii statutum est. Quod dampnatur a si

Episcopus presbiter modo quomodo iniusta innocens reparetur.

Episcopus presbiter aut diaconus a gradu suo iniuste deiectus. si in secunda sinodo innocens inveniatur. non potest esse quod fuerat. nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Si episcopus est. anulum et baculum et cetera. Si presbiter. orarium et planetam. Si diaconus. orarium et albam. Si subdiaconus patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in reparatione sua recipiant ea que cum ordinarentur acceperant.

Si igitur iniuste deiecti nec etiam per se reparari possunt. nisi de manibus eorum recipiant etiam quod amiserant quomodo sua auctoritate cuique licet iniuste ligatis communicare. et eis non petita absolutione sua celebrare officia. sicut Gelasius videtur sentire. Ad hoc respondendum est quod sententia aliquando est iniusta ex animo proferentis. iusta vero ex ordine et causa. Aliquando est iusta ex animo et causa non ex ordine. aliquando est iusta ex animo et ex ordine. sed non ex causa. Cum autem ex causa iniusta fuerit. aliquando nullum omnino in eo delictum est quod sit dampnatione dignum. aliquando non est illud in eo super quod fertur. sed est aliud. Notandus est. Ex animo est iniusta cum aliquis servata integritate iudiciarii ordinis in adulterum vel in quemlibet criminosum non amore iusticie. sed livore odii. vel precio aut favore accusantium inductus sententiam profert. Unde Beda super epistolam Iacobi. Ira enim viri iusticiam dei non operatur. Et qui iratus in aliquem sententiam profert. et si ille cui datur iustam reportet sententiam. iste tamen qui non amore iusticie sed livore odii in eum sententiam dedit. iusticiam dei in eque probatio non exactum non immutatur. Item Gregorius.

Sententia iusticie non est pro premiis fereda.

Qui recte iudicat. et premium remunerationis expectat. fraudem in deo perpetrat. quia iusticiam quam gratis impertire debuit. acceptione pecunie vendit. Bonis male utuntur. qui pro temporali lucro iuste iudicant. Tales quippe aviditatem non iusticie defensio sed amor premii provocat. Quibus si spes nummi subtrahitur. confestim a iusticie confessione recedunt. Acceptio nummorum privaricatio veritatis est. Unde et propheta. Qui excutit manus suas ab omni munere. iste

in excelsis habitabit. Item Ambrosius Mauritio imperatori.

In prepositorum operibus secundum totum ratione dicet.

Illa prepositorum sollicitudo est utilis, illa est cauta, illa laudabilis, in qua totum ratio agit, et nichil furor sibi uendicat. Restringenda est subditione potestas, ne quid agendo prius quam concitata ad tranquillitatem mentis redeat. Nam commotionis tempore iustum putat omne quod facit. Item Ambrosius de sancto Ioseph. **Grauiter**

delinquid qui extra sententiam profert.

Ira sepe etiam innocentes adcriminat ad ducit, quod dum iusto amplius irascimur, et uolumus aliena cohercere peccata, grauiora committimus. Ideo apostolus ait: Non uos ipsos uindicantes karissimi, sed date locum ire. Hoc est declinemus eam, ne nos illa corripiat. Vnde dominus ibi mittens ad euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine uirga, quia incentiua litis et instrumenta eripere ultionis. Item Trip. Hist. libro ecclesiastice historie.

Ratio debet corrigere quod furore promulgatur.

Cum apud Thesalonicam seditione exorta, essent quidam exmilitaribus uiris impetu furentis populi extincti, motus Theodosius repente nimium atrocitate succensus, adductos circenses inuitari populum, eique exinprouiso circumfundi milites atque obtruncari passim, ut quisquis occurrisset gladio iuberet. Et uindictam dare non criminis sed furoris. Ob hoc cum a sacerdotibus Italie redargueretur, agnouit delictum culpamque cum lacrimis professus publicam penitentiam in conspectu totius ecclesie exegit, et in hoc sibi tempore adscriptum absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Leges sanxit in posterum, ut sententie principum super animaduersione prolate in diem tricesimum ab executoribus differentur, quo locus misericordie, uel si res tulisset penitentie non deperiret. Item Gregorius.

Iudicandis sententiis rectores nullo

Summopere precauendum est ne furore ducantur rectores ecclesie, et qui publica iuditia exercent, in dictandis sententiis nullatenus leuitate aut furore ducti sint precipites, sed cautis prius diligenter uentilatis cum res que ignorabatur plenius ad notitiam peruenit, tunc diuina et humana lex resoluat. Et quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione diffinitiua proferatur sententia. Hinc est quod Moyses querelas populi semper ad dominicum tabernaculum ingressus referebat, et iuxta quod dominus imperabat, iuditia proponebat. Nimirum nos instituens, ut non ex corde nostro, sed ex precepto diuino contemplati-

onis uel iustificationis sententiam proferamus. Item Aug. ad Macedonium.

Non licet iudici iustum iuditium uendi nec potest

Putant quidam usuras tm̃ ẽ in pecunia q ꝓ uidens diuina scriptura. omnis rei au fert superhabundantiã. ut plus n̄ recipi as q̃m dedisti. Item alii p pecunia fene rata solent munuscula diuini gñis ac cipe. ꝯ n̄ intelligunt usurã scriptam ꝯ superhabundantiã apellare superhabundantiã. ꝯ qc quid illud ẽ si ab eo q̃ dederint plus rece perint. Item ambr. de tobia. Quicq

Plique refugientes. forte accedit usura ẽ.

precepta legis. cum declinet per curiam negotiatoribus. si in pecunia usuras exigunt. et temeritatibus eorum tamquam usurarum inobedientia precipiunt. Scio audiant quod dicat. neque in quo usuram escarum acci pies nec omnium rerum. Item esca usura est. questus usura est. et quicquid uel usquam forte accepit usura est. et quidquid uelis ei nomen imponas usura est. Item. Siquis institatorum uinum putet. ad negociatorem mittit ut absinthiaci cupella gratis deferat aut a caupone dirigit. ut picenum uinum aut tiriacum requirat. adlanium ut uuluam porrigat. ad alium ut poma adornet. Item ex concilio agathensi. Quando

Amplius exigitur quam datur usura accipitur. Usura est ubi amplius requiritur quam quod datur. ubi gratia. Si solidos x. dederis et amplius quesieris. uel dederis frumenti modium unum et super aliquid exigeris. Et secuturum ostendetur. quod quicquid ultra sortem exigitur usura est. Quod uero nec clericis nec laicis liceat usuras exigere. probatur auctoritate gelasii et aliorum. Ait enim gelasius papa. scribens per lucaniam et siciliam. A questibus negotiationis clerici abstineant.

Clerici ab indignis questibus noverint abstinendum. et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio uel cupiditate cessandum est. in quocumque uero gradu sint positi. si cessare noluerint. mox ab ecclesiasticis officiis abstinere cogantur. Item ex concilio arelatensi i. quod confirmauit papa siluester. Excommunicentur ministri qui fenerantur.

Ministri qui fenerantur placuit iuxta formam diuinitus datam. eos a communione abstinere. Item ex concilio turonensi. Qui noluerit esse in clero a studio negotiationis abstineat.

Canonum statutis firmatum est. ut quicumque in clero esse uoluerit. et non diu iulius et uenditioni cassus studio seruitatur. qui si resecare uoluerit. cohibeatur a clero. Item ex concilio martini pape. Alienatur a clero usuras aut

Siquis oblitus. super habundantiam exigens. timorem dei et scripturas sanctas que dicit pecuniam suam non dedit ad usuram. post hanc cognitionem magni concilii fenerauerit. uel centesimam exegerit. aut ex quolibet negotio turpis lucri questum fecerit. aut per uarias species uini uel frugum uel cuiuslibet rei emendo uel uendendo aliqua incrementa susceperit. de gradu suo deiectus. alienus habeatur a clero. Item ex niceno concilio. De eo

Quoniam multi clerici. auaritie causa. turpe deinde lucrum sectantes. obliti sunt diuini precepti. quo dictum est qui pecuniam suam non dederit ad usuram. statuit hoc sanctum concilium. ut qui inuentus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipere. uel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari. uel etiam species frumentorum ad sescupla dare. omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad questum. deiciatur a clero. et alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Item ex eodem. Pro pecunia quam

Siquis clericus dederit iusto precio accipiat. clericus in solutum necessitate pressus. hoc decuerit uel ex frumento accipiat. quam enim canonica temporis statuto decretum fuerit uenundare. Ceterum si speciem non habuit necessariam. ipsam quam dederat. sine ullo augmento recipiat. Item ex eodem cap. IIII. Clericus non accipiat amplius. quam pro quo commodauit.

Nullus clericorum amplius. accipiat quam commodauit. Si pecuniam. pecuniam accipiat. si speciem eandem speciem quam dederit accipiat. et quicquid aliud. tantum quantum dedit accipiat. Item leo papa. Etiam laicis usura dampnabilis est.

Nec hoc quoque pretereundum esse duximus. quosdam lucri turpis cupiditate captos. qui usurariam exercent pecuniam. et fenore uolunt ditescere. Quod nos non dicamus in eos qui sunt in clericali ordine constituti. sed et in laicos cadere. qui christianos dici cupiunt. se condolemus. quos uindicari in eos acriusque fuerit confutati decernimus. ut omnis peccandi oportunitas adimatur. Item iulius papa. Turpe lucrum sequitur qui minus emit.

Quicumque tempore messis. ut plus uendat. uel uindemie non necessitate. sed propter cupiditatem comparat annonam uel uinum. ubi gratia de duobus denariis comparat modium unum. et seruat usque dum uendatur denariis IIII. uel VI. aut amplius. hoc turpe lucrum dicimus. Item ambrosius in libro de bono mortis. Rapinam facit qui usuram accipit.

Siquis usuram accipit. rapinam facit. uita non uiuet. Item augustinus ad macedonium. Non minus crudelis est qui pauperem trucidat

Quid dicam de usuris. quas etiam ipse leges et iudices reddi iubent. an crudelior est qui subtrahit aliquid uel eripit diuiti quam qui trucidat pauperem fenore. hec utique atque huiusmodi male utique possidentur. et uellem ut restituerent. sed non est quo iudice repetantur. Iam uero si prudenter intueamur quod scriptum est. fideli totus mundus diuitiarum est. infideli autem nec obolus. nonne omnes qui sibi uidentur gaudere conquisitis. eisque uti nesciunt. aliena

§ Male acquisita duob; modis dicitur abertorquendo 7 abaccipiendo. Abertorquendo sicut aduocati ... quia lucrum ... eius licet furtum non faciant ... dominus fatetur ab accipi. ... furta rapine.

§ Sed qui ex accipiendo acquiruntur elimosine fieri ex non possunt. cum abertorquendo.

... ar. quod bonum non impletur propter malum coherens. nec malum approbatur propter bonum coherens ... in decetiq. 7 xxiii. q. v. de legentes ar. ... xxi. q. iii. si quelibet.

§ Laud. i. licet iniuste eleuetur bona in statum dignitate per hoc non qualescit dignit... hoc tamen false uere ... d. ...

... § .i. iniuste acquisita. omnis enim potestas est bona. et a deo. ut xxiii. q. i. quid culpatur.

---

rum possidere conuincimus. hoc enim cer-
te alienum non est quod iure possidetur. hoc
autem iure quod iuste. 7 hoc iuste quod bene. omne
ergo quod male possidetur alienum est. male
autem possidet. qui male utitur;

Porro a quo usure exigende sint. am-
br. testatur dicens; A b illo usuram exige-
re possumus cui iure nocemus;

A b illo exige usuram. cui nocere merito de-
sideras. cui iure inferuntur arma. huic le-
gitime auferuntur usure. quem bello
uincere non potes. ab hoc usuram exige. quem non
sit crimen occidere. sine ferro dimicat qui
usuras flagitat. sine gladio se de hoste
ulciscitur. qui fuit usurarius exactor
inimici. ergo ubi ius belli. ibi ius usure.

Quod uero elimosine non sint faciende ex
fenore usuris. nec ex quolibet male exqui-
sito. aug. testatur in libro de uerbis domini. sermone tri-
cesimo. De usuris elimosine fieri non possunt.

N olite uelle elimosinas facere de fenore 7 usu-
ris. Item aug. Cum immolans ex iniquo oblatio macu-
lata est. Oblatio de rapina reprobatur a deo.

Dona iniquorum non probat altissimus. nec respicit
in oblationes iniquorum. nec in multitudine sa-
crificiorum eorum propitiabitur peccatis. qui offert sa-
crificium de substantia pauperum. quasi qui uictimat fi-
lium in conspectu patris sui. panis egentium. uita
pauperis est. qui defraudat illum. homo sanguinis
est. qui effundit sanguinem. 7 qui fraudem facit neces-
sario. fratres sunt. Item aug. in omelia. Non est

aliquid rapiendum diuitibus; ut detur egenis.

F orte aliquis cogitat 7 dicit. Multi sunt xani
diuites. auari. cupidi. non habeo peccatum si illis
aliquid abstulero 7 pauperibus dedero. unde enim illi
nil boni agunt. mercedem habere potero. sed huius-
modi cogitatio ei diaboli calliditate sugge-
ritur. Nam si totum tribuat quod abstulerat.
addit potius peccatum quam minuat. Item
eiusdem. Furtum committit qui inuentum non reddit.

S i quod inuenisti non reddidisti. rapuisti. quantum
potuisti fecisti. 7 quod plus non inuenisti. quod alie-
num negat si posset 7 tolleret. deus cor tuum
interrogat non manum. Item aug. Que de rebus

concessis 7 bene quesitis elimosina impenditur;

E limosina redemptoris nostri oculis; illa placet deo.
ista placet. que non ex illicitis 7 iniquitate con-
geritur. sed que de rebus concessis 7 bene acqui-
sitis impenditur. Item ieronimus in libro leuitici;

Peccat qui rem inuentam non reddit;

M ulti sine peccato putant esse. si alienum quod inue-
nerint teneant 7 dicant. deus michi dedit cui
habeo reddere? discant ergo hoc peccatum simile
esse rapine. si quis inuenta non reddat. Item

aug. Bonus usus non iustificat iniuste quesita;

N eque enim si aliquis aliens iniq. ac prius per se inuasis ita quasi
litatur. ut de eorum fructibus largas elimosinas
faciat. ideo rapinam iustificat. Neque si aliquis ex ceptis rapinis
ri patrimonio uti iuste acquisito. auarus incu-
bat. ideo inculpanda est iuris ciuilis regula.
qua possessor legitimus factus est. nec ti-
rannice factionis prauitas laudabilis erit.
si regia clementia tirannus subditos tractat. nec
uituperet ordo regie potestatis. si rex cru-
delitate tirannica seuiat. aliud est namque in-
iusta potestate iuste uelle uti. i. bonum faciendo 7 aliud est
iusta potestate iniuste uelle uti. i. male 7 crudeliter tractando Item

Ambr. in libro de officiis. Cum alium detrimento al-

O ccurrere non potes. teri subuenire non licet;
alteri subueniri non si alter ledatur. commodius est
neutrum iuuari quam grauari alterum. sic etiam uenit in ca-
usis pecuniariis intervenire non est sacerdota-
le. in quibus non potest fieri quin frequenter le-
datur alter qui uincitur. quia intercessoris i. aduocati
beneficio se uictum arbitratur. sacerdotis est
ergo nulli nocere. prodesse uelle omnibus. posse autem
solius est dei. Item greg. in registro. Elimo-

sine 7 sacrificia non placent deo quae offeruntur ex scelere;

S acrificium est uictime impiorum abhominabiles
deo. uota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis
dei iudicio quid sed a quo detur inspicit.
hinc enim quod scriptum est. Respexit deus ad abel
7 ad munera eius. ad caym uero 7 ad munera
eius non respexit. Dictus quippe quod dominus res-
pexit ad munera. premisit sollicite quia res-
pexit ad abel. Ex qua re patenter ostenditur.
quia non offerens a muneribus. sed munera ab of-
ferente placuerunt. dona quippe iniquorum non
probat altissimus nec respicit in oblatio-
nibus eorum. nec in multitudine sacrificiorum pro-
pitiabitur peccatis eorum. Item dominus longe est ab im-
piis 7 orationes iustorum exaudiet; Contra.

In exodo legitur quod filii israel exituri de egipto
a uicinis suis acceperunt uasa aurea 7 ar-
gentea mutuo ex quibus edificauerunt taber-
naculum domino. hic respondet aug. in libro questionum exodi. Non licet aliena rapere exem-

plo israelitarum spoliantium egiptios;

P recepit dominus ad moysen petat uir a proximo 7 mu-
lier a proxima sua. uasa aurea 7 argentea
7 uestem. Nec hinc quisque sumendum exemplum
putare debet ad expoliandum istorum proxi-
mum. hoc enim deus iussit qui nouerat quid quemque
pati oporteat. nec israelite furtum fecere.
sed deo iubente ministerium prebuerunt.

I tem obicitur. aliena rapere non est de precep-
tum. Nullo siquidem dei mandato rapi-
na uidetur prohibita. sed nomine furti intelligitur

omnis illicita usurpatio rei aliene. Unde aug. ait in eod. l. Maioris pene est uiolenta

Penale est occulte auferre. liquet eripere quam furari;

multo maioris pene est uisibiliter eripere. auferre quod nolenti siue occulte siue palam. hec preceptum sunt. furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene. Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit. sed utique furti nomine in lege uetus et rapinam intelligi uoluit. a parte enim totum significauit quicquid illicite rerum proximi aufertur.

His auctoritatibus probatur quod neque ex tributis inuentis. neque ex male conquisitis. quisquam elemosinam facere potest. sed aug. contra testatur dicens.

De male acquisitis bonum fieri potest;

Qui habetis aliquid de malo. facite inde bonum. qui non habetis de malo. nolite acquirere de malo. esto tu bonus. qui facis de malo bonum et cum cepis aliquid boni facere de malo. noli remanere tu malus. nummi tui conuertuntur in bonum. et tu remanes malus.

Et hoc multipliciter intellig. facit enim de malo bonum. qui reddit quod illicite abstulit. Non etiam mali cura et sollicitudo mortalium exprimitur. de malo quoque bonum facit qui pauperibus dispensat. que cum labore et sollicitudine acquisiuit. iuxta illud euangelii facite uobis amicos de mamona iniquitatis. uel ex malo acquiritur. que ex turpi causa possidetur. ueluti cum mathematicus ex arte quam docet uel ex fu tis que prohibitur non nulla lucratur. Que uero sic de malo acquiruntur in bonum possunt conuerti. deteriora non aliqua non umquam acquirunt que pauperibus iuste erogant. Unde aug. ad macedonium; Que male queruntur ali

Non sane quando bene possunt expendi;

quecumque ab inuito sumuntur. iniuriose auferuntur. Nam plerique nec medico uolunt reddere honorem suum. nec operario mercedem. nec tamen hec que ab inuito accipiunt per iniuriam accipiunt. que potius per iniuriam accipiunt si carentur. sed non ideo debet iudex uendere iustum iudicium. aut testis uerum testimonium. quia uendit aduocatus iustum patrocinium. et iuris peritus uerum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur isti ex una parte consistunt. Cum autem iudicia et testimonia que nec iusta et uera uendenda sunt iniqua et falsa uendiderint. multo sceleratius utique pecunia sumitur quia scelerate et quamuis a uolentibus datur. Que tamen solet male oblatam pecuniam repetere iustum iudicium emit quam uenale esse non debuit. Qui uero per iniquo iudicio dedit

uellet quidem repetere nisi timeret uel puderet emisse. Sunt alie persone inferioris loci que ab utraque parte non insolenter accipiunt. sicut officiales et qui admouentur et cui admouetur officium. ab his extorta per inmodicam improbitatem repeti solent. magis reprehendimus qui talia iuxta consuetudinem retinuerit quam qui ea de more susceperit. quam multe necessarie persone rebus humanis uel inuitantur huiusmodi commodis uel tenentur. Isti si uitam mutauerint aut excellentioris consenderint sanctitatis gradum. facilius ea que modo acquisierint tamquam sua pauperibus largiuntur. quam eis a quibus accepta sunt tamquam aliena restituant. Quia uero contra ius societatis humane furtis rapinis calumpniis inuasionibus oppressionibus aliquid abstulit. reddenda potius quam donanda censemus zachei publicani exemplo.

C XV

Quod uero penitentia agi non possit. non res aliena reddatur testatur aug. in epla ad macedonium; Penitentia non agitur si res aliena non restituitur;

Si res aliena propter quam peccatum est. reddi possit et non redditur. penitentia non agitur sed simulatur. Si autem ueraciter agitur non remittetur peccatum nisi restituatur ablatum. sicut dixi restitui potest. Plerumque enim qui aucit aufert. amittit siue patiendo malos. siue ipse male uiuendo. nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere redde quod abstulisti. nisi cum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus. repente dum existimat habere quod reddat iniquitas non est. Quia si non est unde reddat ablatam pecuniam. tamen dum eam per molestias corporales reddere compellitur. Peccati quo male est ablata penas luit. sed non inhumanum est et pro talibus intercedere. non ad hoc ut minime restituantur aliena. sed ne frustra homo in hominem seuiat. Et paulo post. Illud uero fidentissime dixerim. eum qui pro homine ad hoc interuenerit ne male ablata restituat. et qui se confugientem quantum honeste potest. ad reddendum non compellit. socium esse fraudis et criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus quam impendimus. Non enim opem nostram fert qui ad peccandum adiuuat. ac non potius adiuuat si obuiat subuertendo atque opprimendo. Sed numquid nos ideo aut exigere aut exigendum tradere. ut possumus uel debemus agimus quantum episcopalis facultas est quam humanum quod non quam sed maxime ac semper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere quod nouimus.

male abstulisse, aut non reddant, hortamur, arguimus, increpamus, obtestamur. quosdam clam, quosdam palam, sicut diversitas personarum diversa videtur posse velle accipere medicinam.

Qui vero rem alienam consecraverit, non eandem, sed estimationem eius restituere debet. Unde Aug.: Qui rem alienam consecraverit, eius estimationem restituat.

Comperimus nullam extitisse causam, pro qua res eorum potuisset rationabiliter occupari, atque eas insulte ac temere consecrari. Ideo dilectioni tue precipimus, ut quia quod semel consecratum est non valet ulterius restitui (?), studii tui sit, ut ipse episcopus, ut tunc extabat, precium dare.

Pro malis autem apud principes ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere. Unde Greg. Romano defensori: Ecclesia pro malis intercedat, non eos temere defendat.

Si qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur iniuste defendi, ne opinionem male agentium ex indiscrete defensionis auxilio in nos ullo modo transferamus. Sed quantum decet ecclesiam admonendo, intercessionis adhibendo, quibus valetis succurrite, ut et aliis opem feratis et opiniones sancte ecclesie [illegible].

Furtum autem non tam in quantitate rei quam in affectu furantis consideratur. Unde Ier. in epistola ad Titum: Non solum in maioribus, sed etiam in minoribus furtum committitur.

Fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicationibus non decoro diversa sit fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupera aut opulenta, sed qualiscumque illa fuerit, una est fornicatio, ita in furto quantumcumque abstulerit, furti crimen incurrit.

QUIDAM CLERICUS in crimen carnis lapsus esse perhibetur, antequam sacerdotalem benedictionem consequeretur. Postquam vero sacerdotium adeptus est, in furore versus quendam interfecit. Recuperata vero sanitate, apud episcopum accusatur ab ea cum qua lapsus esse dicitur. Episcopus autem dicto clerico causam exa-minat. Sacerdos infitiatur crimen sibi illatum. Quorundam clericorum sibi patrocinia querit. Illi vero non sine precio sibi patrocinantur. Tandem episcopus confessionem questionibus extorquet. Demum absque sinodali audientia solus illum sententia ferit.

Queritur autem an ea que in mente alienata fuit sint imputanda? Secundo an interpensis patrociniis liceat clericum munera exigere? Tercio an mulieris confessione iste sit condempnandus? Quarto an de clerico eius causa sit ventilanda? Quinto an sibi neganti purgatio sit deferenda? Sexto an eius confessio cruciatibus sit extorquenda? Septimo an absque sinodali audientia episcopus valeat sacerdotem condempnare? Octavo an sit sponte confessus an ab aliis convictus fuit, qui ante ordinationem peccavit, an suscepti ordinis officium exercere sibi liceat?

Quod autem ea que alienata mente fiunt non sint imputanda facile videtur posse probari. Peccatorum namque alia penes voluntatem animi, alia causa nature infirmitatem videntur consistere. Est autem voluntas, ut Aug. ait, motus animi cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Quod propterea dictum est, ut hac diffinitione volentem a nolente discerneret. Ex voluntate itaque peccata procedunt, que libero mentis arbitrio et delinquendi proposito committuntur. Porro infirmitas alia anime, alia carnis. Infirmitas anime est ignorantia, carnis infirmitas est concupiscentia. Ex utraque autem infirmitate que procedunt imputantur ad penam. Unde in quibusdam ignorantibus dictum est: Si quis ignorat, ignorabitur. Tales erant de quibus Apostolus ait: Extra sinagogam facient vos, qui arbitrantur obsequium se prestare Deo. De eisdem et Apostolus scribit in epistola ad Romanos: Testimonium illis perhibeo quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Nullum tamen eorum in perfidia sua perseverantem hec ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt que natali langore fiunt. Que nisi imputarentur ad penam, nequaquam Apostolus lege carnis gravatus diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? etc. Sive ergo penes voluntatem, sive penes infirmitatem peccata consistant, semper imputantur ad penam.

Cui sententie illud Aug. de vera religione contrarium esse videtur: Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut non sit peccatum si non sit voluntarium, nullo modo sit peccatum. Et hec quidem adeo manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Ergo aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est cum voluntate committi.

Sed hoc non generaliter de omnibus peccatis intelligen-

[illegible gloss]

dum ee idem gnalit deomib; peccis intelligendum ee idem aug. in l. a. retractationum ostendit dicens. usque adeo peccm uoluntariu malu e. ut nullo mo sit peccm si n sit uoluntariu peccm. Potest uideri falsa hec diffinitio s; si diligent exquirat inuenitur uerissima. Peccm illud quippe cogitandum e. q tantumo peccm e. n qd e pena pecci. qmuis 7 illa que n inmito non uoluntaria pecca dnr. quia ut a nescientib; ut a coactis ppetrantur. n oio possit n uoluntaria dici. Item in eod. diffinitio pecci qm diximus. peccm e uoluntas retinendi ul consequendi q iusticia uetat. Vn liberm e abstinere. ppterea uerum e. qd diffinitu e. qd tantumo peccm e no q pena pecci. Item in l. questionu.

non sunt pecca uolentiu 7 nescientium.

Merito queritur que s pecca nolentiu. utrum q a nescientib; committunt. an 7 possent recte dici peccm ee nolentis q face conpellitur. Nam 7 hoc ee uoluntate dici solet s; utique uult ppr q facit tamqm si piurare nolit q tn facit cum uult uiuere. si quisquam nisi fecit morte minetur. uult g facere q uult uiuere. 7 ideo n pse ipm appetit ut falsum iuret. s; ut falsum iurando uiuat. Qd si ita e nescio utrum possint ita dici pecca nolentiu. qualit hic dnr pecca expianda. Na si diligent inspiciat forte ipm peccare nemo uelit. s; ppr aliud qd uult peccat. Omis quippe hoies qui scientes faciunt q n licet. uellent licere. usq adeo ipm peccare nemo appetit ppt hoc ipm s; ppr illud q ex eo consequit. Hec si se ita hnt n s pecca nolentiu n nescientiu q discnunt a peccis uolentiu. Dig. t. de iniuriis.

Illud relatum e. pleq; eos q iniuria pati possint 7 facere posse. Sane s quida q face n poss ut puta si furiosi 7 inpubes quido li capax n e. Namq hii pati iniuria solent n face. C e iniuria ex affectu facientis consequens e eu dicere. hos siue pulsent siue conuiciu dicant iniuria fecisse n uideri. Itaq pati quis iniuria e si n sentiat pot. facere uo nemo n sciet se iniuria face. e si nesciat cui faciat. Ceterum si quis p iocum percutiat aut dum certat iniuria n tenetur. Si quis liberm hoie ceciderit dum putat suum suu in ea ca e ne iniuriaru tenatur.

Ex his itaq ex pmissis apparet siue ex uoluntate siue ex infirmitate peccata procedant. palam e illa imputari s; carnis infirmitas dupliciter intelligi.

Est enim langor nature q carnis concupiscentia appellatur que uerius aie infirmitas dici pot. S; ido carnis infirmitas dr quia accidit aie ex conuunctione carnis corruptione. Porro alia e infirmitas q pe carnis dr. q elementorum seu humorum discordia turbata caro ipa afficitur 7 tandem dissoluitur. Simulit aie infirmitas duplex e. una q uitiu appellatur. qua aa adeo separatur. ut e odiu. ira. 7 alia huiusmoi. alia infirmitas aie. que cum ipa n sit peccatu. e tn pena 7 ca pecci. ut e obliuio 7 ignorantia. furor aut cu n sit peccm. e tn pena pecci. ut febris 7 cete passiones. quas pe carnis dms ee. quarum motus. i. ea que illis pturbantib; fiunt. nulli inputantur ad pena. S; obicitur de lamec q cum cecus eet. caym interfecit. nec eum excusauit cecitatis infirmitas. Vn dictu e septuplu ultio dabitur de caym. de lamech uo septuagies septies. S; cecitas ignorantie simile e. Ex cecitate enim queda fiunt q imputantur. queda uo que minime. Cecus naq si debitum sue uxori se reddens ire alienam polluit n e reus adulterii; Si aut ludo ul exercitatione uiriu ul uenatione iaculum mittens aliquem pimat. q ab eo penitus hoc debet ee alienu. homicidii reus habetur. Mens uero alienata furore cu sui compos n sit. eorum que admittit reat ei n debit. q facultate delibandi n hunt. Vn pupillo 7 furioso hoi in maleficiis subuenit. ut n eis inputentur ad pena. que ex intus delibatione n pcesserunt. q n solum humanis s; 7 diuinis legib; noscitur approbatum. Ait enim aug. de paruuli ad petrum diaconum

Firmissime tene 7 nullaterus dubites. exceptis illis qui p noie xpi suo sanguine baptizant. nullum hoie acceptum uitam etna. q n hic amal suis p penitentia fidq conuersus. 7 p sacramentu fidei 7 penitentie. i. p baptismu libatus. maioribus quidem necessariu ee 7 penitentia de malis suis age. 7 fidem catholica s regula ueritatis tenere 7 sacramentu baptismatis accipe. Paruulis uo q nec ppa uoluntate credere n penitentia p peccato q originalit trahunt agere possunt sacramentu fidei q e scm baptisma. qmdiu rationis etas eorum capax ee n pot. sufficere ad salute.

Ex eo aut q insine huius auctoritatis dr. qmdiu s. ronis eorum etas capax ee n pot. euidenter dat intelligi. nulli post baptismu peccata

No. quomo corpus dicatur elementorum discordia dissolui.

Inpugtor

Defensor

.j. xxxi. q. n. In lectu

Nulli pecca inputari nisi rationis sit capax.

[illegible gloss]

Aug. sup genesim. ad litteram. Vel ex pueris grauida infantie peccatum nolunt attribuere. quidam a bano xiiii. articulo cum pubescere ceperint: quod miro essemus. sinulla esse peccata. nisi que membris genitalibus admittuntur quis non audit

affirmare: furta mendatia piuria non esse peccata. nisi qua lia uult impune committere: atqui plena est puerilis etas. quamuis in ei non ita ut in maioribus puniendam uidatur.

Ho. s. i. redarguntur eos qui filios nimis faciles ad inebriandum se aliis inebriantur ... ad inebriandum se ... non enim tollit ... in bap quo ad sui ... ne ipsi illud dampnemur. ut .j. di. dist. iiii. c. ii.

inputari. siue sit adultus. siue inpubes. rati
onis sit capax. Vnde et de brutis animalibus eadem
ro ab aug. in eod. l. redditur quod sua facta eis
non imputentur. Inquit. enim animalia presentis
seculi cursum. aut ornatum. si creatoris incomprehen
sibilem peragunt uoluntatem. que desuper fac
ta nulla ratione reddita est. quia irrationabilia non sunt.
Numquid .n. de bubus cura est deo. homines uero quia
rationabiles facti sunt. et de se. et de omnibus rebus.
quas in usum uite presentis acceperunt. rationem
reddituri sunt deo. et pro suorum actuum qualitate
recipient aut penam aut gratiam. Sicut ergo lege
gis auctoritate animalia iubentur interfici
non propter conscientiam peccati. sed quia refricant me
moriam facti. Vnde aug. sup leuiticum.

Non propter culpam sed propter memoriam facti pecora occiduntur.

Mulier occidit atque mulier accedit: que accesserit ad omne pecus. ascendi ab eo. interficietis mulierem. et pecus morte mo riantur. rei enim sunt. Queritur quomodo sit reum cum pecus sit inrationabile. nec ullo modo capax legis est. An ideo pecora iam credendum est iussa interfici. quia tali flagitio contami nata indignam refricant facti memo riam.

De furiosis autem euidentissime scribit aug. in l. questionum que sunt ueteris et noui. t. ita dicens.

Culpa non necessitate sed uoluntate reum constringit.

Aliquos scimus subito de re uentis factos furto: fuste et lapidibus mul tos nocuisse. quosdam et occidisse. capto autem multis industria et iudicatis obla tos minime reos factos eo quod non uolun tate sed impellente ui nescio qua hoc gesserunt nescientes. quomodo .n. reus con stituitur qui nescit quod fecerit. Item abr in exameron in tractatu primi diei.

Reus uoluntate non necessitate constringitur.

Illa cauenda sunt que contra uoluntatem pro deunt delicta iuuentutis. inrationabiles corporis passiones. Quorum quia nos sumus domini eorum principia extrinsecus non requira mus nec deriuemus in alios sed agnosca mus ea que propria nostra sunt. Quod possumus non facere si uolumus. huius electionem ma li potius debemus nobis ascribere quam aliis. Ibidem et. in huiusmodi uoluntario reos non necessitate compulsos culpa constrin git. pena condempnat. neque enim si per furorem aliquis innocentem perimat obnoxius morti est. quem et ipsius diuine legis oracu lo siquis per inprudentiam intulerit necem accipit inpunitatis spem et refugium facul tatem ut possit euadere. hoc ergo ideo quod proprie malum uidetur dictum sit.

Mala enim non sunt que nec emineret mentem in plicant nec conscientiam ligant. Vnde paupertatem et ignobilitatem et gtuoidinem mortem nemo sapiens mala putauerit nec inter malorum sortem numerauit. Idem in l. de patriarchis.

De his que per nimiam ebrietatem sunt fuerit admissa.

Sane diximus uitandam ebrietatem. non aliquando per quam crimina cauere non possumus; Namque sobrii cauemus que per ebrietatem ignorantes committimus; Nesciunt quod loquuntur qui nimio uino indulgent iacent sepulti. ideo que siqua per uinum deliquerint apud sapientes iudices uenia que facta donatur. sed leuita tis donantur auctores. Item aug. l. i. de ciui tate dei. In obedientia ut concupiscentia non

Si concupiscentia. habet culpam in corpore non consentientis.

ut inobedientia que adhuc in membris mori bundis habitat. preter nostre uoluntatis legem quasi sua lege mouetur. si absque culpa est in corpore dormientis quanto magis absque culpa est in cor pore non consentientis. Idem contra faustum. l. xii.

Loth non de incestu sed de ebrietate culpatur.

Inebriauerunt loth filie eius. et se nesciente miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem non tamen quantum ille incestus sed quantum ebrietas il la meretur. Item ambr. de beata uita; Nemo

Nemo trahitur ad culpam nisi deductus propria uoluntate.

Non est cuiquam quod nostram ascribamus. Vo luntate. Erumpna non ui nostre uoluntati. nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria uoluntate deflexerit. non habent cri mina que inferuntur reluctantibus; uolunta ria tantum commissa sequitur de delictorum inuidia. quam in alios deriuamus. uoluntarium sibi militem elegit xpistus. uoluntarium seruum sibi diabolus au ctionatur. i. acquirit suo iuri. neminem seruitutis iugo abstrictum possidet. nisi se ei prius per catorum ere uendiderit. Item in l. de paradiso.

Minister dei est qui iubente homicidium fecerit.

Nec hii qui inmittitur aliquod. ut .R. Si fecerit homicidium erit ministerium est. Si quis de lex ait deo. quod deus occidit eum in manus eius. Manus ergo eius instrumentum modo diuine ultionis ministerium prebuerit. leuita ergo minister remissionis est. percussor autem qui non ex dispositione sed preter uolun tatem fecerit homicidium diuine minister ulti onis est. Iuuto quoque spectat quod cum interficit impius xpistus insinuitur. quia abominatio abolet sacrifi catio conficitur. quod dominus dixit. In ea die qua interfe cero omne primogenitum egypti. sanctificabo mihi omne primogenitum israel. quod non ad unum diem afflictionis egypti refertur. sed ad omne tempus; Sic

Cum itaque qui inuitus quamuis hominem interfecerit minister dei sit. cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit. cum subito dementes eorum que faciunt reatum

Dominum mystice per legi ... primogenita egypti uitia que cotidie facimus primogenita israel uirtutes ... quasi ... indefinita exponitur ... saluator ...

Illa ostendit quod peccata ... cauenda. i. uitanda. sed electa et est. passiones. i. affectiones ... ad passio. i. affectio ...

minime gestant. patet hunc sacerdotem homicidii reum non esse. unde nec sacerdotio privari debet. Obicitur autem illud. quod invenitur in penitentiali theodori; Insa-

nienti (?) penitentia agat qui insaniens aliquem (occidit). R.

Si quis insaniens aliquem occidit. R.

occidit. si ad sanam mentem pervenerit. levior ei penitencia imponenda est. Sed hoc forte de eo intelligitur. qui per culpam ad furorem pervenit. Item obicitur. sed quamvis que sine culpa fiunt non imputentur ad penam. tamen impediunt sacramenti signaculum. ambitio namque parentum filiis non imputatur ad penam. cum tamen obesse ad ecclesie ministerium accipiendum. sic que mente alienata fiunt quamvis non imputentur ad penam. tamen sacramentis (.i. sacerdotalis officii) execucione impediunt. Unde ieronimus ait; Innocens est qui

non (vult) sed propter disciplinam casu aliquem punit.

Si quis non iratus sed propter disciplinam palmam alicui dederit. et casu occiderit. sicut fieri solet. quantum ad dignitatem innocens est. quia voluntatem non opus requirit. Quantum ad legem reus est. quia (lex) opera requirit. Item si in persecucione virgo fuerit oppressa. repellitur lege. quia opus inspicit non voluntatem. in gratia autem quasi virgo suscipitur. quia non opera requirit set voluntatem. Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit. quantum ad legem reus est. quantum ad gratiam innocens. sic iste sacerdos qui furore homicidium fecit. quantum ad culpam innocens est. quantum ad suscepti muneris execucionem reus probatur. His ita respondetur. Non omnia que ordinandum impediunt. ordinatum deiciunt. Non enim potest ad sacerdotium provehi. qui aliquando insanivit. verumtamen si post sacerdotium fuerit cepit. non ideo sacerdotio carebit. nisi forte numquam ad sane mentis officium illum redire contingat. sicut de quodam episcopo. gregorius scribit. in registro ad leutherium episcopum. Quamvis iste sit nobis etc. Ut si per longa invaletudine gravatus episcopus. Pro impensis vero patrocinii s. taraconensi concilio. clerici munera exigere prohibentur. in quo sic statutum legitur; Pro patrocinio impensis clerici munera exigere non debent. R.

Obseruandum quoque decernimus. ne quis sacerdotum vel clericorum more secularium (.i. secularium advocatorum) iudicum pro impensis patrocinii munera audeat accipere. nisi in ecclesia gratuito oblata. que non favore muneris videantur accepta. sed collatione devotionis illata; quod si constat probatur accipere. veluti exactor fenoris aut usurarum possessor sed statuta patrum se noverit degradandum. Hoc autem debet intelligendum est qui canonicam vitam professi regularem se victuros proposuerunt. Generali namque ecclesie consuetudine receptum est et moribus approbatum. ut clericamonie advocatorum patrocinia impendant. et pro impendendis munera exigant. et pro impensis suscipiant; Tercio queritur. an ex confessione mulieris iste sit condempnandus. in quo primo videndum est. an mulier sacerdotem accusare valeat. Quod sacris canonibus dico videtur esse prohibitum. Generaliter (enim) est statutum et decretis Fabiani pape. ut sacerdotes domini non accusent. nec in eos testificent. qui sui ordinis non sunt. nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium sed nec in archidiaconatum provehi possunt. unde nec sacerdotes nec accusare nec in eos testificari valent. legibus quoque cautum est ut obiecta in iudicia sui sexus mulier apud pretorem pro alio non intercedat. nisi forte suas vel suorum iniurias persequi maluerit. hec autem que nec suas nec suorum iniurias persequitur ad hanc accusationem admitti non debet. Preterea qui iudicis personam gerere valet ab accusatoris officio non removetur. Mulieres autem inveniuntur populum iudicasse quarum liber iudicum legit. ignorare non poterit. Non itaque ab accusatione removeri possunt. quas constat iudicis personam frequenter gessisse constat. nec ulla serie divinarum scripturarum ab accusatione prohibetur. His ita respondetur. multa lege multa permittebantur que hodie perfectione gratie abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur iudicare. hodie propter peccatum quod mulier induxit. ab apostolo eis indicitur verecundiam viro subditas esse insigniti subiectionis velatum caput habere. Quibus omnibus viro subiecta esse ostenditur. cui pro alio postulare non conceditur ad accusationem admittenda non videtur. Et quamquam passim et indifferenter ad accusationem mulier non admittatur. Sed tamen quedam crimina quorum accusationem mulieri subire non prohibetur. unde in libro codicis imperator dioclecianus et maximiano. Qui publicorum fuit iudiciorum. mulieri accusare non permittitur nisi certis ex causis. id est si suam suorumque iniuriam persequatur. Sed antiqui iuris statuta in quibus specialiter eis concessum est non exacta subscriptione. unde auditus presses provincie in primis examinabit. an talis sit crimen cuius accusationem mulier subire non prohibetur. Item in libro digestorum. paulus libro II. de adulteriis. Ex eo quod prohibet lex iulia de adulteriis testimonium dicere condempnatam mulierem. colligitur etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere de accusationibus et inscriptionibus. Non (?) est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere nisi parentum liberorumque et patronum et patrone. et eorum filii filie nepotis neptis mortem exsequatur. Paulus libro I. de adulteriis. Certis de causis concessa est mulieribus publica accusatio veluti si mortem exsequntur eorum earumque in quos ex lege testimonium publicorum invite non (testimonium) dicant. Item in lege cornelia testamentaria.

[illegible]

senatus censuit statuit. si ex testo patrum liberi. ut matrum mulieribus publico iudicio dicere permissum est pupilli contra illos tutores patris mortem. Item pupille avi sui mortem exsequi concessum est lege testamentaria. Nam de parte quidem testo pupilli agere divus vespasianus permisit. Sed si non exhibeantur tabule. per interdictum possunt exhibeantur codice. Que accusare possunt ut in constitutione aug. dionisio iudo tua si consobrini sui necem iudicandam existimat adeat presidem provincie. Dig. ad legem iul. maiestatis pop. l. xii. l. a. Ex repetundarum inquisitionibus lese maiestatis et mulieres audiuntur. coniuratione sergii catilini iulia mulier detexit. et marcum tullium consulem indicium eius instruxit. Quecumque vero persona ad accusationem publicorum iudiciorum vel lese maiestatis admittitur, eadem accusationem simonie subire non prohibetur. **Lese maiestatis publicorum iudiciorum et simonie accusatis**

Unde imperium. l. cod. imperator aug. **equum puta est.**

Sancimus quisque hanc sanctam venerandam antistitum sedem pecunie interventu subisse. aut siquis ut alium ordinaret vel eligeret aliquid accepisse detegitur ad instar publici criminis et lese maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotis retrahatur. nec hoc solum deinceps honore privari sed perpetue infamie dampnari decernimus ut facinus quos par coinquinat et equat utrosque similis pena comitetur. Cum autem sacris canonibus accusationes omnimodo submoveantur, quas leges seculi non asciscunt, et in iudicio admittende que legibus seculi non prohibentur, ne ipsis non infert. Quicquid est clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur et legibus imperatorum. Non autem ostendunt omnium copulam leges admittunt. quorum coniunctiones sacri canones non prohibent. legibus huius soli cantores et lectores canonibus autem acoliti uxores ducere possunt. Quamvis ergo sacris canonibus submoveantur accusationes quas leges seculi non asciscunt. non ideo consequenter recipiuntur quascumque leges principum admittunt. Sed sicut circa huius operis initium premissum est. totiens legibus imperatorum in ecclesiasticis negotiis utendum est. quotiens sacris canonibus obviare non inveniuntur. Unde specialiter autem sacris canonibus mulier ab accusatione lese maiestatis et simonie ostendatur prohibita. aut permissis iudicibus ab huiusmodi accusatione admittenda probatur. Nec quisquam distinguens a iudicibus ceterarum non ad sacerdotium accusationem in hoc casu simonie mulieres esse admittendas. Cum autem generaliter legibus hoc eis permissum inveniatur. nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum viderit accusare sacerdotem ostenderit. eius diffinitio locum non habebit. Verum cum contra generales regulas quedam crimina specialiter excepta sint in quibus mulieri accusare permittitur. inter que fornicatio non numeratur. Patet ergo huius accusatio dupliciter infirmatur. et quia fornicationis crimen intendit. et quia de suo se confitens super alienum crimen credi non oportet.

Unde iulius papa scribit dicens: **Reus confessio adversus quemlibet admitti non debet.**

Nemini de proprio crimine maiestatis confesso super alienum crimen credi oportet. quoniam eius atque omnis confessio rei periculosa est et admitti adversus quemlibet non debet. Quia ergo ista de se confitetur super alienum crimen credi non potest, sed et eam sua confessio inpetrat. Quod vero die dominico nec episcopo nec presbytero causam aliquam ventilare liceat. **Magistri ecclesie die dominico causas ventilare non debent.**

in concilio meldensi prohibetur. in quo sic statutum est.

Nullus episcoporum aut presbyterorum vel clericorum die dominico propositum cuiuscumque cause negotium audeat ventilare. nisi hoc tantum ut deo statuta sollempnia peragant. ceteris vero diebus convenientibus personis illa que iusta sunt habeant licentiam iudicandi excepto criminali. Item ex concilio apud erphesphurt habito presente rege henrico. **Solempnibus diebus et legitimorum ieiuniorum placita secularia non agantur.**

Placita secularia dominicis diebus vel aliis precipuis festis. seu quibus legitima ieiunia celebrantur secundum canonicam constitutionem. minime fieri decernimus. Insuper etiam sancti omnes decreverunt ut nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate christianos barrire ad placitum infra predictis diebus a .vii. die ante natalem domini usque in octava epiphanie et a quinquagesima usque ad octavam pasce et .viii. diebus ante nativitatem sancti iohannis baptiste. quatenus adeundi ad ecclesiam orationibus que vacandi his diebus habeatur facultas. Item adrianus papa.

Nullus episcopus vel infra positus die dominico causas iudicare presumat. Purgationem vero negantium presumant. Stephanus scribit leonti viennensi episcopo. **Diaconus si de crimine convinci non poterit episcopum secreto se episcopum purificet.**

De crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se immunem. Ex parte tamen sibi suspitio habetur. et accusatores idonei reperiuntur. et testes quales sacri canones sanciunt. accitis tecum certo episcoporum numero veniant accusa

[illegible]

tores, vocetur et ipse Waldericus diaconus, qui negavit, ventiletur causa canonice. Et si sponte confessus fuerit, vel legitimis testibus fuerit comprobatus, canonica feriatur sententia. Quod si nec sponte confitetur, nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint, et mala fama crebrescit, in publico examine, scilicet coram te aliquantis reverentissimis presbiteris et diaconibus tue ecclesie sacro iuramento se purificet, et deinceps boni testimonii eum annuntia, et in pace et communione ecclesie tue filios, ne sacerdotem omnino infamare ulterius presumant, timentes quod Cham maledictus est, qui patris verenda detexit. Item Nicholaus Salamoni Constantiensi episcopo. Non est spoliandus presbiter vel diaconus nisi sponte confessus aut legitime convictus fuerit.

Presbiter aut diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle se sacramento defendere, si tibi notum sit episcopo scelus ipsius esse perpetratum, non potest ita quis valeat ad salutem, preter aliquam penitentiam sacerdotali vel diaconali officio potiri. Sed mirandum est, si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore idoneo forte per testes idoneos approbante. Unde si examinante episcopo causam presbiteri vel diaconi non fuerit per testium approbationem presbiter vel diaconus forte convictus, nec scelus episcopo legitime manifestum, nisi sponte sua ipsum confiteatur, quod si non fecerit, interim non invenimus eum debere presbiterum vel diaconum officio privari. Sola quippe spontanea confessio, et canonicus numerus vel qualitas testium decernentibus episcopis, accusatore que obiecerat comprobante, clericum privat proprio gradu.

Quod vero confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander papa testatur, scribens omnibus orthodoxis: Ministrorum confessio non sit extorta.

Sacerdotibus vel auctoribus ecclesie, scilicet spontanea; quam scepte quoque modo per metum aut fraudem, aut per vim extorte fuerint, velut se liberare possint, quocumque ab eis conscripte aut roborate fuerint ingenio, ad nullum eis preiudicium aut nocumentum prevalere censemus, neque ullam eos infamiam vel calumpniam, aut suarum sequestrationem bonorum, tamquam ex auctoritate nostra apostolica eorumque successoribus, sustinere permittimus. Confessio enim in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. Omnis namque confessio, que fit ex necessitate, fides non est. Confessio ergo in talibus non debet extorqueri, sed sponte profiteri. Pessimum enim est de suspitione aut extorta confessione quemquam iudicare, cum magis cordis inspector sit Dominus, quam operis, nec potest ante humano condempnari examine, quem Dominus suo reservavit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo iudicata essent, locum divina iudicia non haberent. Item. Seni ad hoc relatum ad sanctam sedem quod pudeo dicere, et non solum sacerdotali, sed omni Christiano nomine inimicum, quod non nullos episcopos vel sacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquos confessionis sue in aliam partem quam debeant litteras scribere, aut per suam non requisitione causarum, aut quod deterius est, alieni erroris secrete scriptas facere, et propriis manibus roborare, et coram populis recitare atque confiteri, alios vero carceribus et ergastulis recludi, ut saltem his territi insidiis omnium sacerdotes suis faveant voluntatibus. Propterea confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso testante, qui ait: Ex corde procedunt homicidia, adulteria et cetera, que sunt ad hec pertinentia. Nec tamen attendendum est, quid fiant, quantum quo animo fiant. Amplius enim respicit Deus ad cogitationes et spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem aut per necessitatem fiunt. Item Nicholaus papa episcopis Gallie: Auctoritas apostolica penitus illicita in irritum deducit iuramenta.

Auctoritatem venerabilium predecessorum nostrorum secuti, et nominatim beatissimi Petri apostoli et martiris Alexandri a beato Petro quinti, ab omnibus iuramentis et cuiuscumque modi obligationibus, quibus illi se coacti impiorum violentia obligaverant, absolvimus, et ne illa serventur interdicimus tam prefatum archiepiscopum Treverensem, quam eius prepositum, primum et omnes qui tecum captivi erant, illius quoque modo obligaverunt. Neque enim ullam eos per hoc infamiam vel calumpniam aut aliis suis bonis sequestrationem, tamquam ex auctoritate tam ex sanctis apostolis quam nostris predecessoribus sustinere permittimus. Sic per prophetam Dominus dicit: Dissolve colligationes impietatis, et cetera. Quin et prefato fratri nostro filiisque Treverensis ecclesie illiusque defensoribus hec in mandatis damus, ut spirituali simul et materiali gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate suas possessiones vel quecumque res ecclesiastice hoc facto vel quocumque pacto distracte seu direpte sunt revocentur. Et a fidelitatis iuramento Romanus pontifex nonnullos absolvit, cum aliquos a suis dignitatibus deponit. Unde Gelasius Anastasio imperatori: Pontificali auctoritate iuramento fidelitatis non teneri Romanus nullos absolvit.

Alius pontifex Zacharias scilicet regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo, quod tante potestati erat inutilis, a regno deposuit, et Pipinum Caroli imperatoris patrem in eius loco substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis absolvit. Quod etiam frequenti auctoritate agit sancta ecclesia cum

milites absoluit auunculo iuramti. quod factum ē. hic epīs q apl̄ica auctoritate a pō tificali gradu deponuntur; Itē gg. septim romane sinodo p̄sidēs dixit. Excomunicatis uinclo fidelitatis n̄ tenēri obnoxiū;

Nos scōrū p̄decessorū nrōrū statuta tenentes. eos qui excōicatis fidelitate. aut sacramto cō stricti s̄. aplica auctoritate. a sacramento ab soluimus. ne s fidelitatē obseruent. omnib; mōis p̄hibemus. quo usq ad satisfactiōe ipi ueniant. Itē eps urbanus. ii. epō uapicensi. Ad n̄ quā reseruientur fidelitate iuratos milites. excōicati nullus fuare cogit;

Iugoni comiti. ne ipi quam diu excōica tus ē. fuiant p̄hibeto. q sacramta p̄stite rint. moneant oportere dō mag̃ fuire q̄m hominib; fidelitate em̄ quā xano p̄n cipi iurarunt. deo eiusq scīs aduersanti. 7 eorū p̄cepta calcanti. nulla cohibeant auctoritate p̄solue. C. Abscq sinoda li uō audientia sacerdote dapnari inspa tens. concil. cui ysidorus interfuit. sic p̄hibet. Sine concilii examine pbr uel diacon;

Septa actione cōprimus. ut n̄ deiciatur; fragitanū corduben sis ecclē pbrm in iu ste olim a pontifice suo deiectum innocē tem exilio cō. exp̄natū que ordini suo rursū restitutū. cē. to denuo adū sus p̄sumptio nem nrām decreuimus. ut iuxta scōrū pa trum sinodalem sententiā nullus nrm sine concilii exam. quēlibet pbrm. ut diacon deiciendū putet. Nam multi s q̄ indiscu sos potestate tirannica n̄ auctoritate ca nonica dapnant. & sicut n̄ nullos gra fauo ris sublimant. ita quosdam odio inuidi aq humiliant. & leui opinionis aura cō dēpnant. quorū crim̄ n̄ approbant. eps enī sacerdotib; ac ministris solus honorē dare pōt. solus auferre n̄ pōt. S; hii q in hoc scō ad iuras sui. honoris libratus adeptus. insurruntis neixum n̄ reuoluunt. nisi publi ce ap. pto res tribunali foro accusati fuint. q̄nto mag̃ hii qui diuinis altarib; consecti honore ecclastico decorantur. p pecco. n̄ uno dapnante. nec uno iudicante pote runt honoris sui p̄uilegio exui. S; p̄sen tati sinodali iuditio. q ōmo deit p̄cepit oportet diffiniri. Item gg. tobi epō pan ormitano; Causas clicorū eps n̄ n̄ cū seni

Siquid g̃ deque cūq oribus eccle audiat; clico adaures tuas puenit. q te iuste p̄ sit offende. facile n̄ credas. nec te adiuin dictam res accendat incognita. S; p̄se tibus ecclē tue se niorbus. diligent est

p̄scrutanda ē uitas. tūc si qualitas rei po poscit. canonica districtio culpā feriat delinquentis. Item ex cō. car. p̄mo. Aq̄t epis pbri uel diaconi sunt audiendi;

Similiter et hoc omnium ad episcoporum (*sic, rubricated*) in uadit. ecclesiarum notitiam uenerabilium ductorumque exortatione et iuditio censemus peruenire, ut ab omnibus firmiter teneri, que res episcoporum uel ecclesie non dubitantur esse, si ne eorum facultatibus simul fuerit crudelitate constatum, peruasores rerum memoratarum predicta canonum districtione feriantur, atque moribus presulum nulla conscientie castigatione corriguntur, saltim ecclesiastice et canonice uindicte perfodiantur aculeis. Item ex libro capitulorum Caroli et Lodoici imperatoris.

Res ecclesiastice principum auctoritate diuidi non possunt.

Quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesie uota fidelium esse, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, cumque non solum habita conseruare, sed et multa Deo opitulante conferre optamus. Verum etiam ab ecclesiasticis dedecoris rebus ecclesie suspicionem diuidendi concepta penitus amoueamus, statuimus, ut neque nostris neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus ullam penitus diuisionem aut iacturam patiantur.

Cum ergo preter conscientiam episcopi uel eius cui huiuscemodi officia commissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesie distribuere, liquido apparet, quod cum episcopi consensu quilibet rectius possunt distribui. Huic interpretationi uidetur obuiare auctoritas illa Toletani concilii: **Nec diocesani**

res sue diocesis episcopi presumant aliquid auferre. Unde

Constitutum est a presenti concilio, episcopos dioceses suas ita regere, ut nichil ex earum iure presumant auferre, sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum tam de oblationibus, quam de tributis ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis presumptum extiterit, per concilium restauretur, appellantibus ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si iam illi a seculo decesserint.

Item Simachus papa. **Possessiones ecclesie derelictas nulli sit alienandi licentia.**

Possessiones quas unusquisque ecclesie proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis atque distractionibus, uel sub quocumque argumento non patimur, nisi forte aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit, sic tamen, ut hec non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.

Sed illud Toletani concilii ita intelligendum est, ut episcopi preter conscientiam, ut tertiam que sibi locorum diuinitate debetur, nec contingant. Unde in concilio Leonis statutum est: **Actiensis episcopus lo**

Nemo ultra statuta patrum aliquid episcopus exigat.

Nulli episcoporum liceat a subiecto sacerdote, **aut** alio quolibet clerico, pro suis locis dotationem ultra statuta patrum exigere aut superposita inangariis inferre. Sed sic optimus prospector ita prospiciat, ut uniuersi domus sue maxime a laboribus atque in necessitatibus arduis non ... opprimantur, quia Dominus pascere et docere nos docuit, et omnibus mansuetudine, non tirannis lucris gauamus delectari. Item Gregorius Leoni episcopo Cathenensi. **De redditibus ecclesie quarta pars clericis est distribuenda.**

Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit, iudicia esse constituta, ut nec prepositi improbo se frustra ualeant occupare subiectos, nec subiectis uicissim contra suos prepositos effrenata sit resultandi licentia. Volumus ergo, ut quecumque ecclesie tue de redditu uel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam ex eis portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque fideliter tuo more presbiteris, diaconibus ac clero ut tuis si...

fuit discrete diuide. **I**tem ex. vi. synodo. **Epi propter lucri gratiam nec amicam predicatorem ecclesie, aut clericos non exigere debent.**

Predicator ecclesie paulus diuinus apostolus, ac sacra canonice ponens ephesiorum presbiteris non solum se nec aurum, aut uestem nullius concupiuisse, sed manibus suis laborantes oportet suscipere infirmos. beatius existimatur dare quam accipere. propter quod et nos docti ab eo didicimus nullatenus episcopum turpis lucri gratia excogitare, atque excusationes querentes in peccatis exposcere aurum uel argentum aut aliam speciem a presbiteris uel clericis uel monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim apostolus: Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Et apostolus petrus: Pascite qui in uobis est gregem dei non coacte, sed spontanee secundum deum, non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregis. et cum apparuerit princeps pastorum percipietis inmarcescibilem glorie coronam. **E**t illud autem quod in sexto capituli simachi ponitur: hoc tempore non preterito specialiter perstruantur, ad speciales tantum clericorum possessiones pauperum non ad monasteriales referendum est. Quam uero sit graue a populo omni decimas, et oblationes, ac primitias sacerdotibus non soluere auctoritate ieronimi et augustini apparet.

Ait namque ieronimus super malachiam: **Reus apud deum habetur qui sacerdotibus decimas non soluit.**

Recitamini, et ne ego reuertar ad uos, dicit dominus exercituum, et dixistis: In quo reuertemur? si affigeret homo deum, quia uos configitis me et dicitis: In quo configimus te? in decimis et in primitiis, et in penuria uos maledicti estis, et me uos configitis tota gens. Nunc exsequitur ordinem prophete. quia non reddidistis decimas et primitias, idcirco in fame et penuria maledicti estis, et me uos supplantastis siue fraudastis. Eo quod annus expletus est, et non intulistis in meos thesauros, quod in uitam horrea comportastis, id est decimas et primitias, que parua erant in annis, uidentur ubertatem possessionum uestrarum, et omnem frugum habundantiam perdidistis. Vt autem sciatis me nascentie hoc esse preceptum quod fraudastis me parte mea, ortor uos, et commoneo ut inferatis decimas in horreum meum, hoc est in thesauros templi, et habeant sacerdotes atque leuite qui in ministrant cibos: et probate me, si non cantaracte pluuias effudero ut cataracte celi aperte esse credantur, et effundam uobis benedictionem usque ad habundantiam. Verbum effusionis nimie largitionis ostendatur, sed fieri potest, ut agros irrigantibus pluuiis sit quidem fertilitas. uerum aut locusta ueniet. aut brucus. aut erugo. aut eruca. et labores hominum uastabunt. Propterea iungit et dicit: Et increpabo pro uobis deuorantem locustam, uidelicet et reliqua que diximus non corrumpant fructum terre uestre. Si quando fames et penuria et temporum egestas opprimat mundum, sciamus hoc euenire ideo, quia sepe pauperibus sint accipiant elimosinam fructuum loquitur. Et sicut possessiones possimus decimas et primitias impartiendi qui doctus et eruditus lege domini potest aliud erudire, non debet sine assignare prudentie ingenioque quod possidet, sed gratias agit primum domino qui cuncta largitur. deinde sacerdotibus eius ac ministris a quibus doctus est. Si enim non egit gratias sufficientiam suam uendicantes penuria maledicetur. Quod si intelligens largitorem domini, et agentibus gratias per quos sacer eruditus est humiliauerit se, et honorem dederit, tulit cibos, hoc est septem alimenta in eccta populis ministrauit, statim aperientur fenestre cataracte celi, et effundet pluuia spiritualis et manabit nubibus suis et pluuiam super eum imbre et abundantia temporalium perfruetur.

Item aug. **Ad damnum sacerdotibus sint reddende.**

Decime tributa sunt egentium animarum. Qui si decimas dederis, non solum habundantiam fructuum recipies, sed et sanitatem corporis consequeris. Neque dominus deus noster postulat premium, sed honorem. Deus enim noster qui dignatus est totum dare, decimam a nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis peius est peccatum non dedisse. de militia, de negotio, et de artificio redde decimas. Cum enim tamdiu decimas et terrena et celestia possis premia promereri, quare per auaritiam duplici benedictione fraudaris? Hec enim iustissima domini consuetudo est, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris. dabis impio militi quod non uis dare sacerdoti. Benefacere deus semper paratus est, sed malitia hominum prohibet. Decime enim ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerit res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis suis ubi ipse habitat, alio decimas non reddente fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante eterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a domino pauperibus delegatam suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi aut premium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, et de nouem partibus studeat elimosinam dare pauperibus. **I**tem ier.

Se ipsum condempnat qui euangelicatoribus necessaria subtrahit.

Apticis uiris et euangelizatoribus necessaria ... necessarius usibus nolle tribuere.

se ipsum condempnare ē. Quod autem decime epōꝝ ɔsensu monachis licite tribuantur: beatus ier. damaso pp̄. scribit dicens; Liberū ē clericis decimas monachis concedere. R̄.

Quoniam quidquid habent clerici pauperum ē. ⁊ domus illoꝝ oīb; debent ēē cōes. susceptioni peregrinoꝝ ⁊ hospitū inuigilare debent. Maxime curandū ē illis. ut de decimis ⁊ oblationib; cenobiis ⁊ senodochiis qualē uoluerint ⁊ potuerint sustentationē inpendant. liberum ē enim monachis ⁊ spiritualib; uiris deum timentib; ⁊ colentib; decimas ⁊ oblationes cunctaque remedia ɔcedere. ⁊ de iure suo in monium illoꝝ. ɔ usum transferre. nec tam in pauperib; paupertatē quam religionē attendere. Quod autem beatitudo tua quesiuit. utrum usus decimaꝝ ⁊ oblationum secularib; puenire possit; nouit uniuersitas fidelium n̄ licere ɔtestantib; oīb; diuinis auctoritatib; patrum canonū. Quamobrem si aliqui fuerint abbates male uiuentes. que diuinitatis ē cognoscunt. ɔtrarium tamen sentiunt monachorum. ⁊ suoꝝ de epō tamen locum illius pbere ɔsensum. ɔstabunt eis ppetua oīa firmitate ⁊ stabilitate subnixa. Clericos autem illos ɔuenit ecclie stipendiis sustentari quib; parentum ⁊ ppinquoꝝ nulla suffragant.

Qui autem bonis parentū ⁊ opib; sustentari possunt. si quod pauperum ē accipiunt. sacrilegium profecto incurrunt ɔcommittunt ⁊ p abusione talium uiperinus s manducant ⁊ bibunt.

Depositus autem quasi acolitus eorum colantur. hoc diffinitum ē in magontiensi ɔcilio. Quesitū ē preterea de ecclesiis capellis uo que ab eis possidentur. quod peroꝝ institutionē a sacerdotib; ē gubernando. Iohs pp̄ scribit scribens ysaac siracusano epō; Presbiteri in monasterioꝝ ecclesiis titulatis p abbates instituantur. R̄.

Caritatis uestre quib; satis ppenditur qunto studio huic sce sedi reuerentiam exibetis. n̄ modice gauisi sum. Nunc itaque super que ɔsuluistis ut fratrib; benigne discretioni respondeamus. Delegauit enim nobis plurimarum frequens tua uite ecclie quepro quiete monachoꝝ a se ɔcilus catholicisque epis eius tenent. presbiteros ab eis ordinatos quin inuestitos debeant institui. addidit quoque fraternitas tua litterarum discretionē intellectos monachos per hac causam n̄ modicā ēē ortam. Quod instigatione antiqui hostis nemo fieri ambigat. hic enim mille nocendi modos. nec ignoramus astutiam eius. Conatur namque a principio ruine sue unitatem eccle scindere. caritatē uulnerare. scōꝝ operum dulcedinem inuidie felle inficere. ⁊ omnibus modis humanum genus euertere ⁊ perturbare solet. eum satis ⁊ erubescit caritatē quam in celo nequiuit uitam tenere. hic homines ɔstantes ex lutea materia in terra tenere. Non oportet quantum fragilitati nrē ɔceditur ut oēs aditus nocendi eius uirtute muniamus. ne mors ingrediatur p portas mortis nrās. Consilio itaque multoꝝ fratrum diligenter exquisito decernimus. ut a modo eccle monachis tradite p suos sacerdotes instituantur. Diuine enim legem habet ⁊ secutores. ut cuius ē possessio. eius fiat institutio. Constituendo ɔmauis ē facit. fuit caritas. sit facilior in credendo quod minus ē sca largitas. Maius enim fuit possessionem dare. quam sit inuestituram ɔcedere. Quorum possessori una cognoscentur ɔstiuoꝝ restituta reddente. ubi qui suū ē palam auctorem uoluit. aufertur humani moris ē illius ueteri cuius traditio ɔuoluntate nunc erigitur. nunc deprimitur. Unde sit ut in parte epi ad seruiendum sacerdos pelluior fiat. ⁊ sic epi. quod scē ⁊ religiose dederat. quadam simulata auctoritate ad se trahat. Sic itaque priuatur mercede quam secuturus fuerat. tum quia ficta caritate aufert quod dederat. tum quia per ipsoꝝ sacerdotum discordias ⁊ scissuras amantium uiuerium factus credulus. quod prius fucata moliebatur lucrari. post detecta fraude conatur quadam usurpatione ex toto corde auferre. Quoꝝ aduertentes calliditates. ⁊ hostis uersuti suasiones. de inceps oīnolicentiā damus suaꝝ eccliaꝝ inuestitores fieri. ita tamen ut in dotio sinodi sicut sacerdotum agere presumpserint mulctetur. ɔ felicitatem et ne epi sacerdotum piacula resecentur.

Hac auctoritate monachis ɔceditur inuestitura suaꝝ eccliaꝝ. S; uidetur obuiare urbanus pp̄. scribens dicens Abbates in parochialib; ecclesiis absque epi ɔsilio presbiteros n̄ ordinent.

Sane quia monachoꝝ quidam. R̄. epis ius suū auferre ɔtendunt. statuimus. ne in parochialib; ecclesiis quas tenent absque epoꝝ ɔsilio presbiteros collocent. s; epi parrochie curā cum abbatum ɔsensu sacerdoti ɔmittant. ut eiusmodi sacerdotes de plebis quidē curā epis rationem reddant. abbati uo presbiterib; ⁊ talibus ad monasterium ptinentib; debitā subiectionem exibeant. ⁊ sic sua iura cuique seruent. Item in parrochialib; ecclesiis presbiteri per epos ɔstituantur. qui eis respondeant plebis curā. ⁊ ex his que ad eos ptinent. Item ex concilio apud Sieneuiuiam habito. Quoꝝcumque monachoꝝ eccle epoꝝ que dant regimini.

Statuendum ē quatinus eccle quoꝝcumque

monachorum in singulis parrochiis site episcoporum ut decet diuinitus subdantur regiminibus eisque debita obsequia exhibeant. Ecce urbanus papa prohibet inuestituras parrochialium ecclesiarum per monachos fieri quas Iohannes papa eis concessit. Sed illud Iohannis pape intelligendum est de illis capellis cum omni iure suo que ab episcopis monachis conceduntur. Istud autem Urbani intelligitur de illis quas abbates in propriis prediis edificant in uillis uel in castellis suis. Tales continui titulorum habent tamen potestatem gubernandi populum in spiritualia ministrandi non habent. Quod supra de episcopo intelligendum est. Unde papa Nicholaus ait. Episcopus qui in alterius diocesi ecclesias edificat eis consecrare non audeat.

Siquis episcoporum in aliene ciuitatis territorio pro qualicumque suorum oportunitate ecclesiam edificare disponit, non presumat dedicationem que illius est in cuius territorio ecclesia assurgit. Edificatori uero episcopo hec gratia reseruetur ut quos desiderat clericos in re sua ordinari ipsos ordinet is cuius territorium est. Et si ordinati iam sunt ipsos habere acquiescat, et omnis ecclesie ipsius gubernatio ad eum in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit pertinebit. Item ex concilio Tolletano iiii.

Basilice noue conditor ad episcopum possessio territorii tantum est conuenit esse constitit.

Possessio territorii non admittit conuentum. Ideoque noue basilice que condite fuerint ad eum procul dubio pertinebunt episcopum cuius conuentus esse constituit. Item Gregorius.

Edificatori episcopo in diocesi alterius ecclesiam consecrare non licet.

Lator presentium Iohannes frater et coepiscopus noster indicauit nobis quod quidam excurrentius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit ipsumque sine precepti auctoritate contra morem presumpsit dedicare, missasque illic celebrare non metuit. Quam rem cum summa celeritate ac districtione te conuenit emendare, nec ulterius tale aliquid temptare permitte.

Quod petitur ordinandi uel non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facile potest perpendi quod siue abbates siue episcopi in suis castellis uel uillis ecclesias edificauerint, ab illo episcopo in cuius diocesi fuerint conuentus admittitur, a quo sacerdotes iuxta illud Urbani et Nicolai ineis non nisi per eos cum consensu tamen et electione edificantium ordinari possint. Quod autem prescriptione temporis omnia iura tollantur probatur auctoritate Calcedonensis concilii et Gelasii pape et Tolletani c. prima est.

Rusticane parochie apud episcopos qui eas possident xxx annis sine uiolentia permaneant immobiles.

Per singulas ecclesias rusticanas manere immobiles parrochias permanere immobiles apud eos qui eas tenent episcopos decernimus, et maxime si eas sine uiolentia per xxx annos gubernauerunt.

...

Si uero intra xxx annos facta fuit de eis dubitatio, liceat eis qui se dixerint lesos pro ea mouere apud sinodum prouincie certamen. Item Gelasius.

xxx annis ab episcopis possesse immobiles permaneant dioceses.

Presulum nostrorum auctoritas emanauit ut facultates ecclesie episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen ut uiduarum et pupillorum atque pauperum nec non clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc etiam statutum est quod iam contra clericos decretum est. Reliquum est episcopi uendicent ut sicut antiqua dicunt peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint. Consilio et annecti placuit ut si qua absit facultates ecclesie nec tamen dioceses ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi uendicent quod tenuerat lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum emanauit ista auctoritas. Item ex concilio Tolletano iiii.

Territorii possessio conuentum non admittit.

Sic diocesim alienam tenuerat, possessio tollit, ita territorii conuentum non admittit. Item ex eodem.

Tenuerat possessio intra unam prouinciam fuerit.

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim ...xxx annos sine aliqua interpellatione possedit, quamuis filius legis eius non uideatur esse diocesis, admittenda tamen non est cum actio reposcendi. Sed hoc intra unam prouinciam, extra uero nullo modo, ne dum diocesis defenditur prouinciarum termini confundantur. Ecce his auctoritatibus probatur possessiones et gubernationis una prescriptione tolluntur. Unde Gelasius etiam testatur scribens Maximiano et Eusebio episcopis.

Statum parochiarum nec presumptio nec temporis prescriptio mutari potest.

Licet inregulariter conuenantur aliquis parrochias uniuscuiusque prestina ecclesie dispositione deputatas nulla posse tempore conuelli, ne per consuetudinem pessimam exemplum plurimali temeritate crescente uniuersalis confusio nasceretur, tamen et decretis nostrarum multum temporis destinatis omnia iussimus que taliter fuerant inuasa restitui. Sed quia temeritas inuadentium legem se putat posse generalis scelli suo preiudicatum retentionis adnegat. Ea que inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantinum Camisinae ecclesie sacerdotem et directos ab Anconitano pontifice decreuimus per uos impleri cupimus. Et formam iectis cognitionibus que sit sequenda prescripsimus. Nulla presumptione statum parrochiarum quod perpetuo durauit patimur inmutari. Quia nec negligentia pontificum nec temporalis obiectio que per incuriam forte generatur, nec que ignauia fecerit consensus, adhibita nec subreptione supplicatione preceptio diuellere potest semel diocesim constitutam ex qua semper ad regenerationem

atque xpi confessionem ples deuote co
uenit territorium et ñ facte diocesim olim
noscitur ordinatum. Hoc mul
tipliciter distinguitur. Sunt quedam dioce
ses que certis limitib; distincte sunt. hee nul
lo modo prescribi possunt. Alie uero que non certis
limitib; distincte, de quib; certa diffi
nitio non olim processit prescriptione tollun
tur. Unde innocentius pp. ait. Li

mitis possessio prescribi non potest. Iter
memoratos fratres nostros fulgentium asti
gantium et honorium cordubensem epos
discussio agitata est pro parrochia basilice
cuiusdam quam hon alterius cellasensis alter e
girensis asserit. et quia in utramque partes hacte
nus limitis actio uentilata est, cui quamuis
uetusta retentio nullum iuris preiudicium
afferret, ideoque ne indubium ultra inter eos
nostra deuocaretur sententia, platis canoni
bus sinodalia decreta plecta sequi quorum auc
toritas premonet. ita oportere inhiberi cu
piditatem ut nequis terminos alienos usur
pet. ob hoc placuit inter alternas partes in
spectores uiros mittendos ita ut diocesis
possidentis si terminum basilicam ueris signis li
mes prius inostruerit ecclesie cui est ius retenti
onis sit eternum dominium. Quod si limes legi
timus eandem basilicam non concludit, et tam lon
gi temporis probatur obiecta prescriptio, appellatio
petentis epi non ualebit. quia illa tenatur obiec
tio silentium inponit. hoc enim sententiarum principum
edicta perscripsit, et presulum romanorum decre
uit auctoritas. Si uero inter metas terrenalis
temporis cert. alienos terminos basilice iniusta
retentio reperitur. repetentis epi iuri sine
mora restituetur. Item gelasius iusto epo.

Spatia que definita fuerint tempore prescribi
Dilectio tua studeat quesita non posse.
Omnium fidelium rerum ueritate ubi de spatiis
de quib; memorat orta contentio diffinitio
dudum certa processerit internerata fuerit.
alioquin mihi unquam constitit terminatum.
tunc de prescriptione temporis si qua pars confidit
probat licentiam ut tamen que hactenus posse
disse probat uirtute actionis sinat offerre.

Potest et aliter distingui. que quisque sua au
ctoritate usurpat. quia nullo titulo pos
sidere incipit. prescribi non potest. et in hoc ca
su intelligenda est illa auctoritas gelasii.
Tempalis obiectio que per incuria forte gna
tur. non potest diuellere diocesim semel constitu
tam. intelligendum est si nullo titulo set
sola usurpatione eam possidere cepit. Si uero
iudiciis auctoritate et priuilegiorum longa

consuetudine possideri cepit. tunc temporalis
obiectio auctori silentium imponit. Unde
gelasius pp. ait. Ubi priuilegia p xxx an

nos possessa inmobilia fuarit.
Placuit huic sancte et magne synodo. ut res priui
legia que dei ecclesiis ex longa consuetudine p
tinent. et siue a diue recordationis imperato
rib; siue ab aliis cultorib; inscripta dona
ta ab eis p annos. xxx. possessa sunt. nequaquam
a potestate presulum earum quecumque persona se
cularis potestate subtrahat aut pargumenta q
libet auferat. sed sint omnia in potestate ac iure
presulis ecclesie. quecumque ante xxx annorum
spatia ab eccl possessa fuisse noscuntur. Quisquis
quis contra dictam huiusmodi presentem diffinitionem egit
tanquam sacrilegus iudicetur. et donec se corri
git et ecclesie sua priuilegia seu res restituerit
anathema sit. Item epi dardanie. Repeti

non possit que xx. v. annis quete possident.
Inter eta inquid post quingentos annos consti
tuta xpi quosdam audio uelle subuertere cum
xxx annorum lex bonum non possit abrumpi. Item
si uereb; eccl contrauersia mota est et diffinitio
subsecuta est. et si antiquata sit tamen quamquam sua sed
diffinientis auctoritate possidere cepit tem
poralis prescriptio petitori silentium imponit.
ita tamen ut supputatio prescriptionis non a tempore diffi
nitionis sed ab accessu diffinientis exordium
sumat. Unde in toletano concilio statutum est.

Quia uita uirite disponentis non potest prime
Sacerdotes ut ad tricennium tempora
ministri dum gubernacula ecclesiarum admini
strare inueniuntur. Et patri sanctissimi sanctio
nes de rebus ecclesie diffinisse aliqua dignos
cuntur. non est tale quo talia se bene decre
uerunt. sed ex quo talia moriendo diffinita
reliquerunt. supputationis ordo subsista
bit. Nusquam enim potest ad tricennium tempus
tenere uita uirite iudicantis. quia status
cecuiusque initia ab origine equitatur.

Item ea que in beneficiis possident. siue que
metu hostilitatis intueniente dirutus
possessa fuerint. prescribi non possunt. Unde
in agathensi concilio diffinitum est. Que in
beneficiis possident prescribi non possunt.
Clerici qualibet quantacumque diuturnitate temporis
de ecclesie remuneratione aliqua possederint.
in ius proprium prescriptione temporis non uocentur. dum
modo pateat ecclesie rem fuisse. Ne uocantur
tempore administrationis plixe. aut per alias
quam ordinari est. facere non debuisse. aut diu rete
tas facultates in ius suum petatur prescribe.
Item de concilio aurelianensi. Que hostilitatis
tatis intuitu aliquib; praiunt prescribi non possit.



Si episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel titulas, clericis aut monachis, vel quibuslibet personis excolendas vel ad tempus tenendas, et si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia preiudicium patiatur, nec secularis legis prescriptio que ecclesiam aliqua impediat opponatur. Item ex concilio Spalensi cui interfuit Ysidorus.

Temporis prescriptio non obicitur ubi hostilitatis metu prima actione intraverit.

Theudulphi Malacitane ecclesie antistitis a nobis oblata petitio est, asserentis antiquitus eiusdem urbis parochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitane, Elibitane atque Egabrensis urbium esse retentam. Pro qua re placuit ut omnis parochia quam antiqua divisione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisque comprobaret, eius privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem hiis quos barbarica feritas captiva necessitate transfugerit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia recepta est parochia quam ante tenuit cum rebus suis, sive ab aliis ecclesiis possideatur, sive in cuilibet possessione transfusa sit. Porro enim venit obicienda prescriptio temporis ubi necessitas intervenit hostilitatis. Item Iohannes papa Paulino episcopo fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam.

Temporis non occurrit prescriptio ubi furor ostilitatis incubuit.

Porro si quidem annorum numero forte causatur, sciat quia inter christianos et eos qui unius fidei sunt numerus certus astrictus est. Ceterum ubi paganorum et incredulorum furor incursatus est, quantalibet prescriptio temporis iuri non preiudicat ecclesiarum, que corporalia nescientes arma solum deum expugnatorem suum, quem ei placuit misereri, patienter expectant. Vel si annorum pluralitas in talibus impediat, deus ipse reprehendendus est, qui post cccc et xxx annos filios Israel de durissima servitute Pharaonis et fornace ferrea liberavit. Sed et ipse per semetipsum noster fuit, qui hominum genus post annorum milia de inferni claustris eripuit.

Tolluntur et prescriptione ille dioceses quas rebus predecessoribus episcopis negligentibus alii ab heresi ad fidei integritatem revocaverunt. Unde in v. iiii. concilio Africano legitur.

Si qui episcopi suas dioceses lucrari deo negligunt, post triennium eis constabant episcopis circa fidei studiosis [...]

Placuit ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholica unitate lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Qui si infra sex menses a die conventi-

-onis non effecerant, qui potuerint eas lucrari ad ipsum pertineant. Ita sane, ut si ille ad quem pertinuisse videbantur probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hereticis ut inpune ibi sint, et sua diligentiam fuisse preventam, ut eorum visceta sollicitior vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognoverint, sue cathedre loca restituant.

Potest et aliter intelligi prescriptio illa longi temporis qua Gelasius negat statum parrochiarum posse mutari. Longum tempus enim, sicut in legibus habetur, decennium vel xx intelligitur; huiusmodi ergo longi temporis prescriptio auctoritate Gelasii et secularium legum ecclesiis obici non potest.

Prescriptionum alie sunt introducte odio petentis et favore possidentis, alie tantum odio petentis. Qui enim bona fide et iusto titulo rem presentis per decennium, absentis vero per vicennium tenuit, perpetua exceptione tutus erit non solum adversus alios, sed et adversus creditores quibus res ipsa obligata fuerat, et adversus verum dominum. Sin vero aliquo casu a possessione ceciderit, et adversus verum dominum utiliter rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricennium rem alicuius possederit, similiter gaudebit prescriptione. Bona vero fides non ad certum medium temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim initio cuique bona fide possidere cepisse, etsi in medio temporis conscientiam rei aliene habuerit. Hee prescriptiones sunt introducte favore possidentis et odio petentis, quia lex favet hiis qui bona fide et iusto titulo vel bona fide tantum possident. Odit autem et punit eum qui rem suam negligenter et desides.

Quod si mala fide rem alienam quis possidere cepit, per xxx annos adversus omnes petentes exceptione tutus erit. Sin vero aliquo casu a possessione ceciderit, actionem non habebit, quia prescriptio hec non favore male fidei possessoris, sed odio tantum rem suam petentis negligentis introducta est. Sed inde res a creditore sua vel ad dominum pervenerit, retentionis commodum habebit. Sin vero ad alium creditor vel alius dominus adversus eum experiri poterit, nec se poterit exceptione medii temporis possessoris primi, quia non ab eo habuit causam possidendi. Quod si ulterius possessio ad eos pervenerit, male fidei possessor indistincte possessionis commodum recipiet.

Hec de prescriptionibus decennii vel vicennii vel tricennii intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quod si per natalem detentionem possessio interrupta fuit, ad recuperate possessionis novi xxx anni in prescriptionibus numerabuntur; si plurius contestationem ab ultimo die litigii xl. anni computabuntur.

Quod si ab eo qui in ecclesia praebendam erat posses sionem aliquis inquietatur: tempus praedictum ex parte sue possessionis continuare poterit. Si autem cui res praescribitur silentem contestari non poterit, utputa adversarii absentiam, vel infantiam, vel furoris laborem, cum nemine tutorem vel curatorem habet, ut qui in magna potestate constitutus est interrupto ipsa praescriptionem adeat. libellum ei porrigat, et hoc in querimoniam deducat, et sic temporis interruptione faciat. Si autem praesidem adire non poterit, saltim adeptum locorum vel defensorem ciuitatis et eam contestationem manifestare voluntatem in scriptis oportet. Quod si praeses vel episcopus vel defensor absunt, liceat ei publice proponere ubi domicilium habet possessor. seu cum tabulariorum subscriptione, vel si ciuitas tabularios non habet, cum trium testium subscriptione. et hoc sufficiat ad omnem temporalem interruptionem. siue temporis, siue longi temporis, siue xxx. vel xl. annorum praescriptio sit. Hec de praescriptionibus inter priuatos. Ceterum ad usus loca religiosa non nisi xl. annorum praescriptio currit. vnde in autenticis, quas actiones tricennales praescriptio secludit. Si loco religioso competant xl. annis clauduntur, et in nouellis neque decennium neque vicennium contra sanctis canonibus uero ecclesia aduersus ecclesiam. xxx. annis. monasterium aduersus ecclesiam non nisi xl. annis praescribere permittitur. Quod si priuatis primitias et decimas sine titulo sine titulo possedit. nulla temporis praescriptione tutus esse poterit. Que enim abiunctio effectum iure sortiri non possunt, tractu temporis non conualescet. Cum scilicet ho longo tempore pro suo detineatur et xl. annorum curricula excesserint. sola temporis longiquitate libertatis iura minime mutilabuntur. et hec ecclesia res pro primitie decimationes. ciuilium functionum instar obtinent. Porro publice functiones praescribi non possunt. Authentica vii. L. cod. de xxx. et xl. annorum praescriptione.

Imperator Anastasius. Iubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum xl. curriculum sine quadam legitima interpellatione possederunt. de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri. functiones autem seu ciuiles canonem. ut aliam quamlibet publicam collationem impositam eis dependere compelli. nec huic parti ciuiliter que temporis praescriptionem oppositam admitti.

Et e contra siue sint priuati siue ecclesie non possunt praescribi prouentus primitiarum et decimationum praescriptione tolli non potest. et si a romano pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauit. Rescripta enim que contra ius scripta impetrata fuerint nisi talia sint que illis prosint quibus fiunt et nulli obsint. nullius momenti esse censentur. Item decime deo mandante sacerdotibus et leuitis separate sunt. ut de sorte domini uiuerent. quamuis in sorte communicant. Non igitur cuiusquam priuilegio laicis concedi posset. ne diuinis mandatis auctoritas pontificum humana inferat. vii. q. i.

Valentinus et theodosius. Cunctas terras que a colonis clericis iuris rei publice vel templorum in qualibet prouincia uendite vel ullo alio pacto alienate sunt. ab his qui perperam atque contra leges eas detinent nulla longi temporis praescriptione obstante iubemus restitui. ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. De praescriptionibus uero longi temporis in autenticis inuenitur. coll. viii. const. vi. Quas actiones alias vel tricenat. decenat. vicenat. praescriptio secludit. si loco religioso competunt. xl. annis clauduntur. iiii. usu capione quadriennii praescriptione sunt locum habentibus. Sola praescriptio xxx. annorum deinceps. aequatum praescriptione priuilegium romane ecclesie est exclusa. que non nisi c. annorum spatio praescribi possunt. Urbanus. vii. scribit

lodoico regi; Priuilegio romane ecclesie non nisi annorum c. praescriptione tollitur.

Nemo centenariorum annorum nuno resultandi praescriptione sumat fomitem. quia sancta romana cui deo auctore fungimur ecclesia. priuilegia que in firma petri stabilitatis petra suscepit. nullis temporibus angustatur. nullis regnorum partitionibus preiudicatur. sed; uenerande romane leges diuinitus per ora principum promulgate. rerum eius praescriptione annos c. admittunt;

Ostensum est quod ecclesia aduersus ecclesiam praescribere possit. Nunc uidendum est si monasterium aduersus ecclesiam praescribere ualeat. Quod urbanus secundus prohibuit dicens. tricenni temporis aliquod monachi praescribere non ualent. —

Possessiones ecclesiarum episcoporum tricenales ab abbates. ut monachos habere omnibus modis prohibemus. Et si tollitur eis tricenalis possessio. a beato gregorio conceditur eis quadragenalis praescriptio. Ait enim petro subdiacono. xl. annorum praescriptio religiosis domibus conceditur.

Uolumus. accedente te ad panormitanam ciuitatem, questionem ipsam taliratione discutere. Si dominio rei ab possessore sicut hactenus possessum est. et uidetur permanente ut si monasterium praefatum sancti theodori fines de quibus causatio mota est. incussos. xl. annis possedisse reperis. nullam deinceps et si quid sancte romane ecclesie competere potuit. patiaris sustinere calumpniam. sed quietem eorum incussam modis penitus. Si uero auctores ecclesie non eos possedisse. xl. annis inconcusso iure monstrauerint. et aliquam inter tempora hec motam fuisse aliquatenus questionem eorundem finium electis arbitris tranquille et legaliter

sopiatur. Item ex nouella iustiniani. Neque decennium neque uicennium. tricennalis praescriptio de eodem.

Annorum praescriptio. sed sola .xl. annorum cunctis religiosis domibus opponatur. non solum in ceteris rebus. sed et in legatis et hereditatibus. Sicut religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obicienda praescriptio. ita et auctoritate gregorii. nouimus alias ecclesias per se ecclesie posse eodem spatio temporis. Quod autem ea que ecclesie debentur. auctores eius sine sua auctoritate iudicibus permissis repetere non ualeant. Beatus gregorius testatur dicens. Iudicio non manibus res ecclesie defendantur.

Consuetudo noua in hac ecclesia ualde reprehensibilis erupit. ut cum rectores eius patrimonii. urbana uel rustica predia cuiusuis illius repetere posse suspicantur. et fiscali more titulos imprimant. atque quod competere pauperibus estimant. non iudiciis sed manibus defendant. Et cum predicatores suos uitas potentionem nichil agere percipiat. et ipsum religiose contentionis malum transcenditur. et res quelibet cum contenatur ecclesie posse competere pauperibus tenet. Primum presenti decreto constituo. ut si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere. siue in rustico siue in urbano predio sua sponte presumpserit. anathema sit. Et responderunt omnes anathema sit. Item sancti qui per se ecclesie. Si hoc uti ipse fieri precepit. uel sine sua preceptione factum digna punire animaduersione neglexerit anathema sit. et responderunt omnes anathema sit.

Quod autem quisquis sua auctoritate que sibi deberi putat usurpat. nec per iudicem reposcit. cadit a causa ex auctoritate mileuitani concilii habetur. in quo ita statutum legitur. Causa sue detrimentum patiatur episcopus qui ecclesias suas ab alio detentas propria auctoritate querit adire.

Placuit. ut quicumque episcopi ecclesias. uel plebes. quas ad suam cathedram existimant pertinere. non ita repetierint. ut causas suas episcopis iudicantibus agant. sed alio retinente inuaserint. siue nolentibus siue uolentibus plebibus cause sue detrimentum patiantur. Et quicumque hoc iam fecerint. ut si nondum interposita fuit contentio. sed adhuc erit de contendunt alieni discedat. que constituit permissis iudicibus ecclesiasticis inuasisse. Nec est quisquis blandiatur. si a primate literas impetrauerit. siue habet literas. siue non habet. conueniat eum qui tenet. et eius literas accipiat. ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si uero ille aliqua questionem retulerit. per eos iudices causa finiatur. siue quos eis primas dederit. siue quos eis [illegible]

eius cum consultu primatis elegerint.

Ex eodem gregorius iohi defensori eunti in yspaniam scribit dicens. Delictum persone in dampnum ecclesie episcopi conuerti non potest.

Si episcopum quod absit talem culpam commisisse constiterit. ut constet eum non irrationabiliter esse depositum. eadem eius depositio confirmetur. omnes res ecclesie sue que ablate fuerint restituantur. quia delictum persone in dampnum ecclesie non est conuertendum. Si autem dicit quia commoniolus deficit esse. ab herede eius que ab illo iniuste ablata sunt sine excusatione reddantur. Idem petro subdiacono. In persona delinquentis non in facultates ei ultio procedat.

Cognouimus. quod si quis ex familia culpam fecerit. non in ipso. sed in eius re [illegible] uindicatur. de qua re precipimus. ut quisquis culpam fecerit. in ipso quidem ut dignum est uindicetur. ab actione autem eius omnimodo abstineatur. Res eorum qui de clero elabuntur simul cum

Delapsis ipsis monasteriis tradantur.

Sacerdotibus. uel quolibet ex clero. obseruare te uolumus. ut in rebus eorum nulla contaminatione misceantur. sed pauperima regularia monasteria require. que secundum deum uiuere sciunt. et in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos trade. et res lapsorum in eo loco proficiant in quo agere penitentiam tradentur. quatinus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant. qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt. Si uero parentes habent. res eorum legitimis parentibus dentur. ita autem. ut eorum stipendia qui in penitentiam dati fuerint sufficienter debeant procurari. Si qui uero ex familia ecclesiastica sacerdotes. uel leuite. uel monachi. uel clerici. uel quilibet alii lapsi fuerint. dari eos in penitentiam uolumus. sed res eorum ecclesiastico iuri non subtrahi. adhuc tamen accipiant suum. uti ad penitentiam subsistant. ne si nudentur. loci in quibus dati fuerint sint honerosi. Item leo .iiii. karolo regi. Inutilis sacerdos ecclesiam sua dignitate non priuat.

Si fortassis quod non credimus apud uos inutiles uocamur. ecclesia tamen cui preminente domino presumus non inutiles. sed caput principium quorum omnium mito simul ab omnibus uocitur. Item in agotiensi concilio. Possessiones monasterii pro peccato abbatis episcopo tollere non licet.

Episcopo non licet monasterii possessionem tollere. quamuis abbas peccauerit. sed et subiciat potestati eum abbatis alterius monasterii.

Ergo delictum persone in dampnum ecclesie conuerti non potest. quia procurator conditionem ecclesie potest facere meliorem. non deteriorem.

Illud censuum statuendum. utque cuique munificentia clericis. aut sibi fruentibus. de rebus ecclesie in usum. aut de proprius in proprietatem prouiderit. deinde sacerdotes. uel subsequentes pontifices. nullatenus auferre presumant. Si quis aut culpe commiserit. pro qualitate personarum. et regula predictorum. in persona habeat non in facultate districtionis.

si peccato abbatis possessio monasterii auferri non licet, quomodo delictum spiritualiter in campum ecclesie ut in detrimentum cause sue patiatur? Sed detrimentum cause pati non sic accipiendum ut ecclesia suo iure privetur, sed potius quia clericus coram iudice stantibus episcopis tacebit, et iniuria illata inultabitur sibi huiusmodi.

C. Quod autem ecclesias vel decimas a laicis non liceat accipere, omnis canonum testatur auctoritas. Generaliter enim tam ecclesie quam res ecclesiarum in episcoporum potestate consistunt. Laici autem nec sua nec episcoporum auctoritate decimas vel ecclesias possidere possunt. Unde episcopi sive beneficio sive pretio ecclesias vel decimas laicis decimant, domum orationis domum negotiationis et speluncam latronum faciunt. Unde post electionem cathedre acceptu fidelium sequatur, et non ibi de[...] flagellabunt.

Item Gregorius VII. **Decime a laicis non possideantur.**

Decimas quas in usu pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis vel regibus vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesie reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere et eterne dampnationis periculum incurrere.

Oportet autem congruentius nos decimas et primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quas fideles domino percipiente offerunt, iuxta illud Malachie prophete: Inferte omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea. Has vero decimas sub manu episcopi fore censemus, ut ille qui cunctis preest omnibus iuste distribuat, nec quicquam pro se honorabilius exhibeat, unde alii scrupuloso corde moveantur. Sint omnia communia, quia inhonestum videtur ut habeant alii sacerdotes, alii vero detrimentum patiantur. Sed sicut una est fides catholici, ita necesse est ut ille qui provisor est loci, quamvis multe sint ecclesie, eis omnibus fideliter distribuat.

Item Gregorius.

Pervenit ad nos sinistra fama, quod quidam episcoporum non sacerdotibus diocesis prave decimas atque christianorum oblationes conferunt, sed potius laicalibus personis, militum videlicet sive suitorum, vel quod gravius est consanguineis. Unde si quis amodo episcopus inventus fuerit huius divini precepti transgressor, inter maximos hereticos et antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicena synodus de simoniacis censuit, et qui dat episcopus et qui receperint ab eo laici sive pretio sive beneficio eterni incen[...]

[...] dicens: Si fuerit dominus mecum et custodierit me in via per quam ambulo, reversusque fuero prospere, erit mihi dominus in deum, et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei, cunctorumque que dederis mihi decimas offeram tibi.

[...] diu ignibus depurentur.

Item Ieronimus in sermone de [...]. **Fidelis decimas dat qui omnium fructuum suorum decimas solvit.**

Quicumque recognoverit in se quod fideliter non dederit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi ut nec peius nec minus aliquando offerat deo, aut de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de orto, aut de negotio, aut de ipsa venatione sua.

Item ex concilio Rotomagensi. **Excommunicentur qui sacerdotibus decimas dare nolunt.**

Omnes decime terre sive de frugibus sive de pomis arborum domini sunt et illi sanctificantur. Sed quia modo multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus ut secundum domini preceptum ammoneantur semel et secundo et tercio; qui si non emendaverint, anathematis vinculo feriantur usque ad satisfactionem et emendationem congruam.

Item ex concilio Magontiensi. **Veteri exemplo decime solvuntur.**

Decimas deo et sacerdotibus dei dandas Habraam factis, Iacob promissis insinuat, deinde omnes sancti sacerdotes commemorant.

[E]n[...]on autem redimere a populo, si aliter eas dare noluerint.

Unde in eodem concilio legitur: **Decime a populo non sunt redimende.**

Decimas quas populus dare non vult nisi quolibet munere ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat.

Item Augustinus. **Quia decime non redduntur, indictio fisci accessit.**

Maiores nostri ideo copiis omnibus habundabant, quia deo decimas dabant et cesari censum reddebant. Modo autem quia discessit devotio dei, accessit indictio fisci. Noluimus cum deo partiri decimas, modo autem tollitur totum. Hoc tollit fiscus quod non accipit Christus.

Item Origenes. **Columbas vendit qui ecclesiam in dis[...]**

Et hec diximus secundum simplicem **pluralis [?] et mult[...]** intellectum. Iuxta moralem autem talia dicemus. Et primum quidem de templo, de quo per prophetam dicit deus: Domus mea domus orationis vocabitur. Ergo secundum corporalem circumcisionem carnis et corporalis legis festivitates et sacrificia, consequenter templum dei estimabitur quod in lapidibus insensatis erat constructum, primum quidem a Salomone, deinde reparatum ab Esdra, super [?] adventum Christi aromatis [?] destructum illa domus orationis. Et destructa necesse est ut iudei quasi iam non habentes domum orationis, iam non habebant privilegium speculationis dei, nec possunt secundum legem domini fure hoc que sacro [...] in ministerio

spiritualium

spiritualium actuum suorum. Quod tunc fecit visibiliter eiciens vendentes et ementes de templo, et mensas nummulariorum evertens, et cathedras vendentium columbas dissipavit, ad correctionem presbiterorum, ut non per mutuo dantes festivitates in honore Domini celebrent, neque emptionibus et venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent emere et vendere, set orationibus tantum vacare. Ait enim Aggeus: Quia domus orationis est. Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus vivis constructum ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea non sicut decet spiritualiter viventes, set secundum carnem militantes, qui domum orationis que de lapidibus vivis constructam faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Ne ecclesia Dei dignus sit spelunca latronum. Quin enim consideret in multis ecclesiis talium scandalorum peccata, qui arbitrantur questum esse pietatem, et cum debent de evangelio vivere, sicut non decet, suos Dei hoc non faciunt, set divitias multas possessiones acquirunt; nonne dicet speluncam latronum factam esse subito ecclesiam, ut recte dicat Christus ad eos per per dispensationem ecclesie sue: Que utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Idem ipse post talem modum: Ve enim quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et sicut racemum in vindemia, cum non sint botri ad manducandum primogenita. Ve anime mee, quia periit timoratus a terra, et qui corrigat in omnibus hominibus non est. Et quia intellexisti Christum dicentem talia, et lugentem peccata nostra, aspice simul et illud quod in evangelio scribitur: Cum vidisset Ierusalem, flevit super eam, et dicit: Si cognovisses et tu. Et si irrationabiliter flevit super Ierusalem, rationabiliter flevit super ecclesiam edificatam quidem ut esset domus orationis, facta autem propter turpia lucra spelunca latronum. Et arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum eis qui tradunt ecclesias avaris et tirannicis et indisciplinatis et irreligiosis episcopis aut presbiteris, propter quod et cathedras tantummodo appellavit, eiusta eius a se ab illa. Et utinam audirent hec cum dicenti, sacra monitione scripture, qui gloriantur de cathedris Moysi, in quibus sedent, et vendunt eas talibus prepositis, a quibus omnes cathedras columbarum et tradunt eas talibus prepositis, ad quos recte dicitur a Domino per Ieremiam prophetam: Principes populi mei me non cognoverunt, filii enim sunt insipientes, et non intelligentes; sapientes sunt ad malefaciendum, bene autem facere nescierunt.

Cum quedam ecclesie ob desolationes earum non consistant in potestate episcoporum pater profecto, quod non sunt ab alio recipiende quam de manu eorum.

Unde in Valentinensi concilio statutum est: Omnes basilice ad eum pertinent episcopum, in cuius territorio posite sunt.

Omnes basilice que per diversa loca constructe sunt, ut cotidie construuntur, in episcopi potestate consistant, in cuius territorio posite sunt.

Item Calixtus papa: Archidiaconi, archipresbiteri, prepositi, ut decani, nec officia, ut beneficia ecclesiastica sine consensu episcopi tribuant.

Nullus omnino archidiaconus aut archipresbiter sive prepositus, ut decanus, animarum curam, ut prebendas ecclesie sine iudicio ut consensu episcopi alicui tribuat, immo sicut sacris canonibus constitutum est, animarum cura, et pecuniarum ecclesiasticarum dispensatio in episcopi iudicio et potestate permaneat. Siquis vero contra hoc facere aut potestatem que ad episcopum pertinet sibi vendicare presumpserit, ab ecclesie liminibus arceatur.

Item Gregorius VII in generali sinodo residens dixit: De manu laici episcopatum, ut abbatiam suscipi non debet.

Siquis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laice persone susceperit, nullatenus inter episcopos ut abbates habeatur, nec ulla ei, ut episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper gratiam beati Petri et introitum ecclesie interdicimus, quousque locum quem sub crimine tam inobedientie quam ambitionis, et quasi scelus idolatrie cepit, resipiscendo non deserit. Similiter et de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item: Siquis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet secularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum, vel alicuius ecclesiastice dignitatis dare presumpserit, eiusdem sententie vinculo se obstrictum esse sciat.

Item: Excommunicationi subiaceat, nec investiture sentiat fructum, qui de manu laici ecclesiam susceperit.

Quoniam investituras contra sanctorum patrum auctoritatem a laicis in multis partibus cognovimus fieri, et ex eo plurimas perturbationes in ecclesia, immo ruinam sancte religionis oriri, ex quibus Christiane religio conturbatur, decernimus, ut nullus clericorum investituram episcopatus, vel abbatie, vel ecclesie de manu imperatoris vel regis, vel alicuius laice persone, viri vel femine suscipiat. Quod si presumpserit, recognoscat investituram illam apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

Item ex canone apostolorum: De eodem.

Siquis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos optineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant.

Item ex concilio

[illegible]

ca anastasii. de eodem.

Sane thessalonicenses epi ob metum imperatoris anastasii timotheo constantinopolitano epo consenserunt qui concilium calcedonense anathematizauerat. uel .ii. epi illirici regione conuenientes in unum professionem inscriptis factam ad metropolitano discesserunt ab eo. et romam mittentes romano epo communicare inscriptis professi sunt. et paulo post cum dioscurus uiri ... manus impositionem accepisset recesserunt multitudines populorum dicentes quia contra quod continent canones sanctorum apostolorum non est factus eps. et ideo non recipietur. Principes enim intronizant eum. Item pascalis pp. excommunicetur qui per laicos ecclesias obtinet.

Si quis clericus. abbas. uel monachus per laicos ecclesias obtinuerit. secundum sanctorum apostolorum canones et antiocheni capitulum concilii excommunicationi subiaceat. Idem. qui per laicos ecclesias optinet. et qui eis manum inponit. communione priuetur.

Constitutiones sanctorum canonum sequentes. statuimus. ut quicumque clericorum ab abbatia inuestituram ecclesie uel ecclesiastice dignitatis de manu laici acceperit. et qui ei manum inposuerit. gradus sui periculo subiaceat et communione priuetur. Idem de eodem.

Nullus laicorum ecclesias. uel ecclesiarum bona occupet. uel disponat. qui uero secus egerit iuxta beati capitulum alexandri liminibus ecclesie arceatur. Idem de eodem.

Sicut domini uestimentum scissum non est. sed de eo sortiti sunt. ita nec ecclesia scindi debet. que in unitate tota consistit. In potestate igitur proprii epi ecclesie reducantur. et ab ipso sicut in sacris canonibus cautum est ordinentur. alioquin et ecclesie ipse et clerici earum de diuinis destituantur officiis. Item alexander secundus. nullus clericus per laicos ecclesiam ob... tineat.

Per laicos nullo modo quilibet clericus aut pbr optineat ecclesiam. nec gratis nec precio. Nullus habitum monachi suscipiat. spem aut promissionem habens ut abbas fiat. Nullus pbr duas ecclesias habeat. Item ex concilio calcedonensi. Singuli epi suos habeant iconomos.

Quoniam in quibusdam ecclesiis ut rumore comperimus preter yconomos epi facultates ecclesie tractant. placuit omnem ecclesiam habentem epm habere yconomum de clero proprio qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam proprii epi. ita ut ecclesie dispensatio preter testimonium non sit. et ex hoc dispergantur ecclesiastice facultates. et sacerdotio maledictionis derogatio porrigetur. Quod si hoc minime fecerit constitutioni

bus diuinis subiacebit. Item ex concilio ispalensi. cui interfuit ysidorus. laici non sunt constituendi iconomi.

In nona actione didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus diuinis constitutos yconomos. Pium pariter tractantes eligimus. ut unusquisque nostrum secundum calcedonensium patrum decreta ex proprio clero yconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum esse uicarium epi. et in ecclesiasticos iudicare. In uno namque eodemque officio non debet dispar esse professio. quod etiam in lege diuina prohibetur. dicente moyse. Non arabis in boue simul et asino. id est homines diuerse professionis in uno officio non sociabis. Sed nos oportet diuinis libris et sanctorum patrum obedire preceptis. constituentes ut qui in administrationibus pontificibus sociantur. nec professione discrepent nec habitu. Nam coherere et coniungi non possunt. quibus et studia et uota sunt diuersa. Si quis autem eps post hec ecclesiasticam rem. aut laicali procuratione administrandam elegerit. aut sine testimonio yconomi gubernandam non crediderit. uel ut contemptor canonum et fraudator ecclesiasticarum rerum non solum a christo de rebus pauperum iudicabitur reus. sed et concilio manebit obnoxius. Item in sinodo simachi pp. Laurentius mediolanensis eps dixit. Non habet laicus in ecclesiam aliquid statuendi ... facultatem.

Non placuit laicum statuendi in ecclesia habere aliquam potestatem. cui subsequendi manet necessitas. non auctoritas imperandi. Item in concilio leonis pp. Eulalius eps ecclesie siracusane dixit. ecclesiasticas dignitates laici disponere non ... de ... bent.

Laicis quamuis religiosis nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Item calixtus pp. laicus sacrilegus est habendus. qui dispositionem. uel donationem rerum ecclesiarum usurpat.

Si quis principum uel aliorum laycorum usurpat dispositionem seu donationem rerum siue possessiones ecclesiasticarum rerum sibi uendicauerit. ut sacrilegus iudicetur. Item gelasius senecioni epo. In ecclesia quam quisque uendicat. nichil sibi pre ceteris uendicet.

Piem... amplectenda deuotio est. qua se iulius nobilis uir et iuliana sui iuris fundasse ecclesiam perhibet. quam in honore sanctorum confessorum nomine eius cupit consecrari. hanc igitur frater karissime si ad tuam diocesim pertinere non ambigis. ex more conuenit dedicari. collata primitus donatione sollempni. quam ministris ecclesie destinasse prefatum uirum testatur oblator. Sciturus sine dubio preter processionis aditum qui omni christiano debetur. nichil ibidem se proprium habiturum. Idem de eodem.

[illegible]

non sit instituta eccl. nec sint ibi ydonei nec aliq modo preloqs. namq hi hanc causa ... in aliam locum ... et si quis ... xv. platuit. viii. q. ii. dilectissimi ... d ... ersonationes. c. d. h. di. quanto ... expelli uideretur qui n̄o admittitur ad dignitatem. ad q̄m est denominatus ... ut dix. c. e. q. i. decime. ar. cont. ad idem facit

Filgentius uero petitione nobis insinuatione suggessit in re sua que sextilianu uocatur, basilicam se sancti michael archangeli et martini confessoris pro sua deuotione fundasse. Et ideo fr. kme si ad tuam pertinet parrochiam benedictione sup memorate basilice solle̅ p̄uenatione depende. A. nichil fundator ex hac basilica nouit uendicandum preter possessionis aditum qui xpianis omnibus in comune debetur. Item clemens de eo de.

Ecclas p̄ singula quaq; facite loca quas diuinis p̄cib; sacri oportet ... aquoqua g̃uari. Item leo. iiii. karolo regi; laici pbros de ecctiis non eiciant.

Contra scor patrum censuras uidetur existere, si sclaris uel laicus pbros ab ecctiis in quib; tpe ordinationis denotati l' introducti fuint uidetur expellere.

Et uo fundatores ecctar ad inopia urgeri ceperint. ab eisdem ecctiis tpalis uite suffragia percipiant. Unde in co. tolleto legitur; fundatores ecctar si inope eē ceperint. ab eis dem alim.

Quicunq fideliu pro deuotione sua ... piant. de facultatib; suis aliquid eccle contulerint. si forte ipi aut filii eor redacti fuint ad inopiam. ab eadem eccta suffragiu uite p tpis usu percipiant. Et ig. ecctasticas facultates potestate dispensandi n̄ hnt. multo minus ipas ecctas quib; libet adregendum committere. ut aliis auferre ualeant. hic aut distinguendum ē quod iuris fundatores ecctar in eis habeant l' quod n̄ habeant. hnt ius p̄uidendi et consulendi et sacerdote inueniendi s; n̄ hnt ius uendendi. uel donandi. uel utendi tanqua p̄pus. Unde in canonibus inuenitur, heredes qui ecctam

construxerunt. quam pro ea sollicitudinem gerere debeat.

Filius uel nepotib; ac honestiorib; p̄pinquis eius qui construxit uel dotauit ecctam licitum sit hanc hre solertiam ut si sacerdotem aliquid excollatis reb; defraudare p̄uiderint. aut honesta conuentione compescant. aut epo uel iudici corrigenda denuntient. Quod si eps talia agere temptet. metropolitano eius hec insinuari p̄curent. Si aute metropolitanus talia gerat. regis hec auribus intimare n̄ differant. Ipsis tn̄ hredibus in eisdem reb; n̄ liceat. quasi p̄pi iuris potestatem p̄sumere. Non rapina et fraudem ingerere n̄ uiolentia aio. quacunq p̄sumere. s; hoc solum in salutare sollicitudine adhibere. quod aut nulla opatio noxa noceat. et contingat. aut nullam uel aliqua parte salutaris me ... eccliis assumat. Siquis uero deinceps hec monita temerare uoluit ... male capta ...

confusione restituat. et excommunicationis annue sententiam sustinebit. Item ex tolleto. co. iiii. fundatores eccle. ordinandos in ea epo offerat.

Decernimus ut quam diu fundatores ecctar in hac uita superstites fuint. pro eisdem locis curam hant sollicitam. atq rectores idoneos in eisdem basilicis idem ipi offerant epo ordinandos. Quod si spretis eisdem fundatorib; rectores p̄sumpserit ibidem eps ordinare. et ordinatione suam irritam nouit. ad uerecundia sui alios in eorum loco quos ipi fundatores condignos elegint ordinari. Item ex romana sinodo.

adonio constructoris oratorium non est auferendum.

Monasterium uel oratorium canonice constructum adonio constructoris eo inuito n̄ auferatur. liceatq illi pbro cui uoluit pro sacro officio illius diocesis cum consensu epi ne malus existat comandare. Ite gg. pp. de eo ... dem.

Rationis ordo n̄ patitur ut monasterium cē uoluntate fundatoris ab eor dispositione i arbitriu suum quis debeat uendicare; Prouidentia tn̄ et amonitione epi a fundatorib; eccle honorari debent. Unde gg.

epor p̄uidentia. a fundatorib; eccle honorentur.

Consiliandum ē quatinus si f. ... p̄uidentia et amonitione epi ipi eo heredes eas uoluint tenere et honorare faciant. Si autem hoc contēpserint. in epi potestate maneat. utrum eas consistere p̄mittat. aut reliquias inde auferre uelit. Item ex concilio triburiensi; reliquie auferantur ecc̄te. si plures heredes de eis contendunt.

Si plures heredes contenderint de com̄ ecccta. aut om̄i iubeat eps reliquias sacras et ecctam claudi donec com̄ consensu et consilio epi statuant ibi pbrm. uoto uno uiuat. Et ... ex his auctoritatib; colligitur decima nulaicor eccle n̄ sunt recipiende. n̄ cum consensu epor. iuxta illud magotiensis concilii; Non liceat laicis pbros de eccle

Laici pbros de eccta n̄ sua ... eiciant. neq in eis constituant sine consensu suor epor. Item ex co. gabilonensi; absq epor consensu laici pbros de ecclesia non eiciant.

Inuentum ē q multi arbitrio ... sua temeritate. qui ē quaestus ... cupiditate. pbros quib; libet absq consensu epor suor ecctas dant. ut auferunt. Vn oportet ut canonica regula suata. nullus absq consensu epi sui cuilibet pbro ecctam det. Quam si iuste adeptus fuit. nō n̄ ingui culpa coram epo canonica seruitate amittat. Et ... ex g. auctoritate ...

[illegible]

decimas male possessas a laicis epo consentiente licet monachis de manu laicorum recipere et eas perpetua stabilitate tenere. Sic et ecclesias a laicis male detentas cum consensu episcoporum licet monachis ad ordinandum accipere et eis in perpetuum perfrui. Item Urbanus pp. secundus.

Decimas et ecclesias a laicis monachi non suo arbitrio suscipiant sine uoluntate

Decimas et ecclesias a laicis monachi uel episcopi non suscipiant absque consensu et uoluntate episcoporum. quas si aliter susceperint sinodali iudicio non subiaceant. Ex decreto silui pp.

Nulli liceat in proprium usum conuertere monasterium alicui uel ad ordinandum ualeat illud tradere.

Nemini liceat cuiquam bonum ingenuum uel liceat monasterium tradere uel ad aliud monasterium uel commutare. Non etiam alicui monasterio uel quocumque commodo uendere. Sed si factum fuerit non ualebit. Sed ipsum monasterium in pristinum reformet statum. Ex concilio toletano.

Episcopi et fratrum consilio monasterium ad meliorandum alibi superponi non prohibetur.

Si quis uult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere. fiat consilio episcopi et fratrum suorum et dimittat presbiterum in priori loco ad ministeria ecclesie. Ex concilio tol.

QUIDAM PBR in firmitate grauatus se fieri monachum uelle dixit. Ecclesiam et beneficium suum in manu ad uocati renuntiauit. postquam conualuit negauit se fuisse monachum. ecclesiam et beneficium reposcit. Hic primum queritur utrum reus uoto teneatur an hec tenere a proposito sui cordis discedere. Secundo an ecclesia et beneficium ei reddenda sint. que prius libera uoluntate resignauit. Tertio si cogi posset eum se et sua monasterio tradidisse sine licentia abbatis. licet ei ab ipso recedere. Quarto. si sine licentia abbatis recedat an ei res sua sibi ab abbate reddenda sint. Quinto si monasterio discedere non liceat. Multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta. Vouete et reddite domino deo uestro. Item aug. que

deo uouentur necessario .... redduntur.

Constituit sane satis libere conuenit. ut episcopi siue abbates qui non in fructum animarum. sed in auaritiam et turpe lucrum inhiantes quoslibet homines cum uel etiam tonsoraverint. et res eorum tali persuasione subripuerint. pro hac canonice uindicte turpi lucri secutores subiaceat. hii uero quos illecti comam deposuerint in eo quod ceperint perseuerare cogantur. res illis eorum heredibus reddantur. Ex eodem.

Quidam si coactus monasterium ingredi uoluerit ante tempus hoc non prestet. tamen infra annos. aut seruus aut liber uel colonus quod ante a domino suo redeat ei. cum omnibus quos attulerit. si de tamen accepta de impunitate. Si autem infra tempus non fuerit requisitus. postea quod eum non possit. nisi sit tam longe quod inueniri non possit. Ex concilio magontensi.

Congregatio debet eligere sibi abbatem post abbatis sui mortem uel eo uiuente si ipse discesserit uel peccauerit. Episcopus enim non debet abbatem uiolenter retinere in loco suo. ipse autem non poterit aliquem ordinare de suis propinquis uel amicis sine uoluntate fratrum.

Sunt quedam. que et si non uouentes debemus. quedam que si non uouemus non debemus. sed postquam ea deo promittimus necessario constringimur reddere. Item ier. de eodem.

Vouentibus non solum nubere. sed etiam uelle dampnabile est. Item gg. in registro.

Est dignus supplicio. qui se ipsum deo subtrait. et a uero resilit.

Ananias et saphira pecunias uouerant. quas post diabolica uictus persuasione subtraxit. sed qua morte mulctatur est. Sed si ille mortis periculo dignus fuit. qui eos quos dederat deo nummos abstulit. considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris. qui non nummos sed temetipsum omnipotenti deo cui te sub monachico habitu deuoueras subtraxisti. Item sup. ezechielem.

Ante dei oculos cadunt qui bona que concipiunt. agere ..... recusant.

Qui bona agunt. sed meliora agere delibant. quod post delibata non faciunt. licet in bonis operibus perseuerent. in conspectu tamen dei cecidisse noscuntur ... et delibatione constrinxit que quieta relinquere. quod dei seruitio se subdere. sed non castitatis se restringere deliberant. Sed cum post castitatem aliosque deuouisse conspicitur. retinendo se meritum perdunt. Et si quis deo uotum quasi necessario cogit soluere quod uouit. si uouentibus non solum nubere. sed etiam uelle dampnabile est. Patet quod sacerdos iste ad executionem sui uoti cogendus est. quod non solum non fieri. sed uelle monachum non fieri. sed dampnabile est. Quod autem isti uouentes iste compulit dubius sit. patet. ubi aug. dicens. Dixi confitebor et cetera. Magna pietas dei ut ad solam promissionem omnis peccata dimittat. Nondum enim pronuntiat ore. et tamen deus iam audit. in corde. Bonum enim proposito reputatur.

Sicut et propheta in uouentes reputat. quod dixit ego confitebor. sed quia iste tacite confitebatur. qui erat facta monachibus non proponebatur. Aliud est propositum cordis concipere. quod ore enuntiare. Aliud est subsequenti obligatione se reum facere. Quia igitur iste propositum sui cordis ore simpliciter enuntiauit. non autem monasterio aut abbati se tradidit. nec professionem fecit. nequaquam reus uoti habetur. Unde alexander iii.

Non cogitur aliquis in monasterio manere. nisi professionem fecerit ..... in manu .... abbatis.

Consultationis presbiteri. quoniam infirmitate grauiter pressus se monachum fieri promisit. sed tamen monasterio aut abbati se non reddidit. nec professione se expressit. beneficium ecclesie renuntiauit. Et postquam conualuit monachum

Illud autem statuendum esse censemus. ut si in minori etate filii in monasterio oblati fuerint. et sacram scripturam uel uelamina susceperint. dignum quod duodecim annis. ut quo decimo a prelatis moniti. et ubi ingrediuntur. ut si ipsi hii manere cupiant. an non. Si uero manere professi fuerint ulterius penitere. uel locum minime amplecti possint. Sin autem discedere hinc uoluerint. redeundi licentia nullo modo denegetur. quia satis inutile est ut coacta seruitia deo prestentur.

Nota res ecclesiasticas nullum clericum alienare non posse. vid. licet precia ex restitutione et palmonius pupum et aliorum predep. tionem captiuorum. Tum maiori prelatus ecclesie. Celum si res ipsa fuit damnosa ecclesie. plurimum et aliqua in remuneratione largiri. Iuxta illud xvi. c. q. i. Ecclesiasticis utilitatibus. xii. q. ii. Quod licent res ecclesiasticas unde utrumque compu. det ecclesie. probat auctoritate Leonis pp. scilicet precept. xii. c. xii.

negauit fieri. quia pp. quia quod bati bene
dicti regula precipit. patri. in decessioribus
sci ggii pp. canonica institutio intellicit.
monac. an unius anni probationem effici.
iudicamus a auctoritate aplica precipim.
ut prestatus benefitium et altaria recipiat. hunc
quiete retineat. Item aug. ad bonifatium
comitem. Uxor in proposito continentie ducta. non debet
Nos nouimus. nos testes sumus. dimittere aliam.
quod omnes actus publicos quibus coactus
eras relinquere cupiebas. et te in otium sanctum con
ferre atque in ea uita uiuere in qua serui dei mo
nachi uiuunt. Et nunc quid te esse in hoc proposito
gauderemus. non iugasti uxorem duxisti.
Sed coniugem non habes. diceremus tibi quod tubanis dicta
mus. ut in castitate contineres uiues. Sed ut
te ad istam uitam non exorter coniux est impedimen
to. sine cuius consensu continent t uiuere non licet.
quia quamuis eam pro illa tubatubanensia ducere
non debueras. illa tamen nichil eorum sciens in no
centi t et simpliciter nupsit. Ecce
iste cum coepit se monachum fieri. et ore
nuntiauit se uelle in otium sanctum conferre. non
tamen postea coactus est suscipere quod corde coepit
et ore pronuntiauit. auctoritas illa alexan
dri secutam sententionem beati ggii et beati
benedicti probationis annum indulget. sed no
tus et incognitus uel certum conceditur. Tu
in concilio tollo. ante probationem trie. nui. nullus in
Siquis incognitus monasterium suscipiatur.
monasterium ingredi uoluerit ante terminum
monachi habitus non prebetur. Et si ista tres
annos aut seruus aut liber uel colonus quae
rit. ad suo reddatur ei cum omnibus quae attu
lit. fide tamen accepta de impunitate. Si
autem infra terminum non fuerit requisitus. per quem
non non pot. non sit tam longe quin ueniri non possit
excedem. Quod autem quaeritur an post tra
ditionem sit ei fas cum licentia abbatis ad
propria redire. facile monstratur non posse fieri.
Iprium enim redire criminosum est. quando autem ma
nifesto crimini desinit obuiare cum pot.
consentit. hoc autem non solum non solum non obuiat.
sed et permittendo fautor existit. Sed licet
abbati dare licentiam alicui retro abeundi.
nec illi utique licet retrorsum abire. quia
ex quo se abbati subiecit. absque eius permissi
one nil agere pot. Si autem sine uenia abbis
de monasterio discesserit. quaeritur utrum sint ei sua
reddenda. an non. Sed possessiones et res ecclesie
traditas quolibet modo alienare nec ab
bati nec alicui licet. Unde simachus pp.
possessiones quas unusquisque eccle tradit. honore per
uertit. qui de iure ecclesie. aliquid alienare presumit.

XVII Q. ii. et prec. cap. et pau. Iuxta illud. Apostolos canones et aliorum canonum. Sicut diogranus et auri ecclesiastice. C. xii. Q. ii.

Nota uotum corde conceptum et simpliciter platum non sufficere ad matrimonium dirimendum. et post uotum contractum

Quicumque episcoporum presbiterorum diaco
norum oblitus dei et decretum me
mor hoc institutum omittens. predium
ecclesie magnum uel exiguum uel quam
de iure ecclesie alienare temptauerit. et dona
tor et alienator et uenditor honoris sui
amissione mulctetur. Item ex concilio int. depent.
Qui reuocandum putat. quod ecclesie intulit. sacrilegium
Sunt qui opes suas crimen incurrit.
tumultuario motu et impulsu non iuditio
perpetuo ubi ecclesie contulerunt. postea reuo
candas putauerint. quibus nec prima
merces grata est. nec secunda. quia nec prima iu
ditium habuit. et secunda habuit sacrilegium.
Sunt quos penitet. ut opes suas diuisis
se pauperibus. sic eos qui penitentiam agunt.
hoc solum timere oportet. ne temptus pe
nitentie agant penitentiam. Item gg.
sabino subdiacono. Qui sacris locis relicta re
tinere contendit. sacrilegium committit.
Sacrilegium iuxta legem est. siquis que uenabili
bus locis relinquuntur. pro uoluntatis su
dius temptauerit compendiis retinere. Item lucius
eps omnibus epis. excommunicet. qui commissa ecclesie fran
Omnes ecclesie raptores. gere temptauerit.
atque suarum facultatum alienatores. ab
liminibus eius sancte matris ecclesie anathematiza
mus. aplica auctoritate pellimus. et dampna
mus. atque sacrilegos esse iudicamus. et non solum
eos. sed et consentientes eis. quia non solum qui
faciunt rei iudicantur. sed et qui facien
tibus consentiunt. par enim pena et agentes et
consentientes comprehendit. Item nicolaus
eps omnibus epis. Sacrilegi iudicantur. qui
Sicut antiquitus ecclesie facultates alienant.
a sanctis patribus statutum est. statuimus
ut maior ecclesia peculium uel passus habet
capelle uel minores ecclesie. et cetera. qua contra
ea eorum constringere temptauerit. aut personam hominis
ut boa in subfert in publicus latro eam.
quousque emendet quod rapuit rectorem excom
cetur. Item ex concilio tiburiensi. Soluat eccle
altario. qui immunitate ecclesie emendatur.
Siquis in atrio ecclesie pugnam committit.
aut homicidium fecit. quicquid pro emu
nitate uiolata emendandum est altario sol
uat cuiuscumque fuit illa ecclesia. Item aug. ad
bonifatium. Non licet alicui hominem de
Miror quomodo subito fidei ecclesia rape re.
murum aries ruperit inimici. Nouit e
qua religione semper sis ecclesiam ueneratus
quo instigante pueri hominem de ecclesia ra
pueri. cuius sicut amico fore presumeret
fugitiuus posse procul dubio intercessio

nis causam praeteriti. Si amicus [illegible] intenditur. cur deus offendit? Si de potestate praesumitur. nabuchodonosor regem intende. qui causa superbie in bouem ex homine est commutatus. Noui consuetudinem tuam. [illegible] [illegible] fiat furum tibi moneo. Ecclesie grauem tibi esse reuoca quem in religiosissimus rapuisti. Oblatio uero domus tue a clericis ne suscipiatur interdixi communionemque tibi interdico. donec pacta pro ausibus tuis errore a me definita et inter penitentiam te prius donato per hoc facto. cordis contrito conciliato dignum offeras sacrificium deo. Item.

Ex capitulari. Fugientem ad ecclesiam

Reum ad ecclesiam nemo audeat.... rapere. fugientem. nemo abstrahere audeat. neque [illegible] donare ad penam uel ad mortem ut honor ecclesie conseruetur. sed rectores pacem eius [illegible] obtinere studeant. tamen legitime [illegible] quod iniquum fecit. Item ge-lasius [illegible] constantino. martino. felici [illegible] theodoro episcopis. Ab ecclesiarum

Arceantur ingressu: qui aliquem de ecclesia uiolenter rapuit.

Fratris [illegible] nostri epiphanii [illegible] sua nobis relatione [illegible] natum [illegible] beneuen[illegible] municipes ciuitatis in contumeliam religionis acerba nimis conplectibili contumacia prosiluisse. qui confugientem ad ecclesie septa curialem suum. nec illic quod tutum aut de iniuria sua securum esse sineret ausi ireptione temeraria intus admittere. quod nec potestatibus quibuslibet uel principibus unquam licuit appetere. ut hominem in sanctuarius constitutum captata sacerdotis absentia reluctante reclamanteque uiolenter abstraheret. quos quantum sua nobis suggestione patefecit. merito indignos esse sacra communione iudicauit. consequentia tanti facinoris constat ad nostrum. nostrique auctoritas in hac parte consentit. nec eum iure ad supplicandum debet admitti qui admittere sacrilegium non uetauit. Nullus contemnit limina tante uenerationi deputata. utrumque licere sibi existimet. pro sue uoluntatis arbitrio. ut cum humilitate se uenire cet. [illegible] furore. [illegible] si super dictos manifesta reos facit questio. ab omnibus parrochianorum ecclesiis nostre preceptionis auctoritate prohibete. ut non solum hii qui in [illegible] illa scelera locorum prosiluisse probantur. merito consequantur pro facti sui qualitate uindictam. uerum et ceteri a tali presumptione ulteriori sancti timore reuocentur. Item epiphanio episcopo.

Ab ecclesiarum ingressu. non est dignus. qui eas in depositis eiectos diripuerit missione. olat:.

ut eos qui ecclesias uiolasse probantur ab accessu earum iudicentur esse indignos. Item pius papa.

Qui ecclesiam dei uastat. uel sacerdotem insequitur. sacrilegus

Sicut qui ecclesiam [illegible] di[illegible] catur. dei uastat. et eius predia et donaria spoliat. et inuadit. fit sacrilegus. sic ille qui eiusdem sacerdotes insequitur sacrilegus iudicatur. Nam grauius peccatum est fornicatio quam sacrilegium. et sic maius peccatum est quando committitur. quam in homine. Neguium est sacrilegium agere quam fornicari. Item urbanus. Qua pena feriantur. qui celestibus usibus

Attendendum dedicata predia uexare temptat.

Omnibus est ne predia usibus secretorum celestium dicata a quibusdam irruentibus uexentur. quod si quis fecerit. pro debite ultionis acrimonia que erga sacrilegos iure promulgata perpetua dampnetur infamia et carceri tradatur. aut exilio perpetue deportationis feriatur. Item clemens. Jude simulis probatur. quoniam ita subripit

Si forte quispiam presbiter et cle[illegible] si e[illegible] siue diaconus sacrum simonem. ut uel leui sub tectam uendiderit. iude scariothis similis estimabitur. qui propter cupiditatem fecit hoc opus. nouit se predicti iude penam suscepturum.

Item anacletus. Sacrilegium facit. qui

Qui rapuit pecuniam. pecunias ecclesie rapit proximi sui iniquitatem operatur. qui autem pecuniam aut res ecclesie abstulerit. sacrilegium facit.

Item ex concilio ilerdensi. Segregetur ab ecclesia. cle-ricus qui seruum. uel discipulum suum. ad eam fugientem. uerbare

Nullus clericorum suum pre[illegible] su[illegible] mat. aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat. uel flagellare presumat. quod si fecerit. donec digne peniteat. a loco cui honorem non dedit segregetur. Si qui uero clericum munitam cede proripuerit. pro ui dignitatis officiorum in tali excessu contumeliam pertulerint a pontifice districtius uindicetur. Item ex concilio tiburiensi.

Qui de atrio. uel de porticibus ecclesie fugientem extrahit

Si quis contumax uel superbus. excommunicetur. timore dei uel reuerentia sanctorum ecclesiarum non habuit confugientem seruum suum. uel quemlibet persecutus fuit. et de altario. uel atrio ecclesie. uel de porticibus quomodolibet ecclesie adherentibus per ui abstraxerit. per emunitate nongentos solidos compona. et ipse publica penitentia a iusto iudicio mulctetur. Sacrilegium ergo est quotiens quis sacrum uiolat. uel auferendo sacrum de sacro. uel sacrum de non sacro. uel non sacrum de sacro. Committit et sacrilegium qui uiolentas et impias manus in clericum iniecit. Porro ipsum sacrilegium duplici uel pena contineri. pecunie uidelicet et excommunicationis. pecuniaria eis persoluenda est ad quos querimonia sacrilegii

Vel dicas quod salua et [illegible] illud faciat quod magis sanet uitam [illegible] si. xxxiii. q. iiii. si ille.

Ad q a regno suo pfugus recte dic. [illegible] regnum recepit [illegible] [illegible] dum pdicatur.

[illegible]

ptinet. Un[de] Ioh[anne]s pp. viii. scribit o[mn]ib[us] ep[iscop]is.

De multiplici gen[er]e sacrilegii [et] pena eiusdem.

Quisquis inventus fuerit reus sacrilegii ep[iscop]is ut abbatibus siue p[re]sbiteris. ad quos q[uo]d ipsius sacrilegii iuste p[er]tinuerit. xxx. libras examinati argenti purissimi co[m]ponat. Sacrilegium co[m]mittitur. si quis infregit eccl[esi]am. t[er]. xxx. ecclasticos passus qui in circuitu eccl[esi]e fuerit. uel domos que infra p[re]dictos passus fuerit. aliq[ui]d in eripiendo. uel auferendo seu qui iniuriam uel ablationes rerum intulit. clericis arma n[on] ferentib[us]. uel monachis seu deo deuotis o[mn]ib[us]q[ue] ecclasticis p[er]sonis. Capelle que s[unt] infra ambitum murorum castellorum. n[on] pertinent in hac. xxx. passuum obseruatione. Similiter sacrilegium co[m]mittitur auferendo sacrum de sacro. siue sacrum de n[on] sacro. siue n[on] sacrum de sacro. Item. Si quis domum dei uiolauerit. [et] aliqua sine licentia illius cui co[m]missa e[st] cognoscitur in[de] abstulerit. uel ecclasticis p[er]sonis iniuriam fecit. donec in co[n]uentu a[d]monitionis legitime satisfaciat. sciat se a[b] oratione e[ss]e p[ri]uatum. Si uero post secundam [et] tertiam conuentionem cora[m] ep[iscop]o satisfacere detrectauerit. sacrilegii periculo ab o[mn]ib[us] obnoxius teneatur. ita ut f[ide]lium nemini fidelium misceatur. Item. Hi qui monast[er]ia deo dicata [et] loca [et] eccl[esi]as infringunt. [et] deposita uel alia quelibet exin[de] abstrahunt. dampnum nouies co[m]ponat. [et] emunitate e[ss]e plicet. [et] uelut sacrilegi canonice sententie subiugant. Item Alexander. Ut si is canonice iudicatum ep[iscopu]m co[m]pellit.

Si quis deinceps. Videns laicus excom[m]unicetur. p[res]b[ite]rorum aut cuiuscumq[ue] dignitatis uel cuiuscumq[ue] ordinis laicorum ep[iscopu]m [com]p[re]henderit. p[er]cusserit aut aliqua ui a sua sede expulerit. n[on] forte iudicatum canonice. auctores [et] cooperatores tanti sceleris anathematizentur. [et] bona eorum eccl[esi]e in p[er]petuo uendicentur. Si u[er]o in p[res]b[ite]rum. uel inquencumq[ue] inferiorum gradum clerici hec eadem p[re]sumpsit. canonice penitentie atq[ue] depositioni subiacebit. Si co[n]tumax fuit excomunicetur. Item Nicholaus pp. Tadoni archiep[iscop]o mediolani. Flagellatores p[res]b[ite]rorum post tertiam ammonitionem [nisi] resipiscentes a comunione p[ri]uent[ur].

De p[res]b[ite]rorum flagellatorib[us] [et] occisorib[us] p[er]c[ussorib]us set qui seculari brachio minime cohercent iuxta p[re]ceptum d[omi]ni placet ut si in o amore co[n]ueniantur. s[e]c[un]do. tertio. [et] si q[ua]n[do] te n[on] audierint. co[n]ueniente eccl[esi]a. eos sac[ra] co[m]munione p[ri]uare. atq[ue] si in sua obstinatione p[er]manentes sacerdotalia monita forte [con]tempserint. ab eccl[esi]e co[m]page sub anathematis interdictione resecare. licentiam tribuimus. Q[ui] quos [et] resipiscentes tandem digna satisfac

tione p[re]missa in gremio s[an]c[t]e matris eccl[esi]e reuocari noueris posse. Item ex co[ncilio]. v. capitulari[um].

P[ro] graduum uarietate multent[ur] qui clericos occi[dunt].

Qui subdiaconum occiderit. ccc. sol[idos] co[m]ponat. qui diaconum. cccc. qui p[res]b[ite]rum. ccccc. qui ep[iscopu]m. dccc. qui monachum. cccc. Item ex eodem. t. vi.

Qui occiderit monachum aut clericum. relinquat arma. [et] deo in monasterio seruiat. cunctis diebus uite sue. nu[m]qua[m] ad s[e]c[u]l[u]m reuersurus. [et] vii. annos publica[m] p[eniten]t[iam] gerat. Item Innocentius pp. cap. ii. Qui clericum p[er]cusserint excom[m]unicent[ur]. [et] non nisi a romano pontifice absoluantur.

Si quis suadente diabolo huius sacrilegii uitium incurrerit. q[uo]d in clericum uel monachum uiolentas manus iniecerit. anathematis uinculo subiaceat. [et] nullus ep[iscop]orum illum p[re]sumat absoluere. n[isi] mortis urg[e]nte periculo. donec ap[osto]lico co[n]spectui p[re]sentetur. [et] eius mandatum suscipiat. Qui aut[em] de eccl[esi]a uel aliquem exement. uel in ip[s]a eccl[esi]a [et] loco [et] cultu sacerdotib[us] [illegible] aliquid iniurie importauerit. [illegible] publicum crimenis [et] lese maiestat[is] [illegible] co[n]uictus siue co[n]fessus capitali sententia [illegible] p[ro]uincie ferietur. sic in i. t. cod. l[e]g[e] [illegible] [et] clericis. lege. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit. [et] in dig[nitate]. t. ad legem iul[iam]. pecuniarum repetundarum. lege ultima. Co[m]mittunt [et]i[am] sacrilegium qui uel diuine legis sanctitate[m] aut nesciendo co[m]mittunt. aut negligendo uiolant [et] offendunt. aut qui de principali iudicio disputant dubitantes an is dignus sit que[m] princeps elegerit. uel qui in t[ra] p[ro]uinciam in qua p[ro]uinciales [et] ciues habentur. officium gerende ac suscipiende administrationis desiderant. t. viii. cod. t. de crimine sacrilegii. Similiter de iudicio summi pontificis alicui disputare n[on] liceat. Unde Nicholaus pp. o[mn]ib[us] ep[iscop]is. Nemini est p[er]missum.

Neminem deceat[?] romana[m] eccl[esi]am iudicare. uel eius a[p]p[osto]lice iudicio iudicare. aut illius sententiam retractare. p[er]missum uidet[ur] p[ro]pter eodem romane p[ri]matum. [et] pri[n]ci[pa]tum muneris in beato petro ap[osto]lo diuinitus collatum. Sacrilegium quoq[ue] reatum incurrit. qui iudeis publica officia co[m]mittit. Unde in tolletano. c. leg[itur] iiii. Sac.

Constituit. Leguu[m] faciunt. qui iudeis p[ub]lica co[m]mittunt officia.

Secundum concilium uel uidei aut hii qui ex iudeis s[un]t officia publica nullatenus appetant. quia sub hac occasione [christi]anis iniuriam faciunt. ideoq[ue] iudices p[ro]uinciarum cum sacerdotib[us] eorum subreptiones fraudulent[as] relictas suspendant. [et] officia publica eos agere n[on]

pmittant. Siquis autem hec presumpserit uiolare, ut in sacrilegum excommunicatio proferatur, et usque sub tempus sentencie publicis excedibus deputetur. Verum ne reuerentia religionis dominos suo iure fraudaret, si famuli ad ecclesie septa confugientes, in nequaquam abstrahantur sacris canonibus est institutum, ut presito a domino sacramento impunitatis ei quem reddatur inuitus. Vnde Gelasius papa scribit Bonifatio episcopo;

Post restitutam securitatem, fugitiui restituantur dominis. qui ad ecclesiam confugiunt.

Metuentes dominos [illegible] famuli si ad ecclesie septa confugiunt, intercessiones debent querere non latebras. ne hec ipsa presumptio tarditatis tenacitatem augeat retinendi. filius etenim noster uir spectabilis Petrus, conqueritur suum in ecclesia scilicet Clementis diutius commoratum [illegible] disputasset sacramenta [illegible] illum egredi nulla ratione uoluisse. quod [illegible] ut hoc desperantem super dicti cum eo quem elegisset mitterem. [illegible] impunitate [illegible] sacramenta prebuit. eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare. aut si in hac pertinacia forte permanserit, post sacramentum sibi prestitum reddatur inuitus. Item Iohanni episcopo Uiennensi.

Securitate accepta ad rationa reddenda, fugitiui ab ecclesia cogantur.

Uir felicis memorie et filie Romane quia sicut oportuit peruenerunt. Siquidem hunc ipsum primum se ad barbarorum basilicam conferentem, seque bonas causas habere iactante, egredi sub hac conditione permitti, ut si actus suos fideliter et rationabiliter allegaret in ecclesia eum prius assumpsimus fieri utrumque pateremur. Alioquin sine fide et utilitate dominicam uenisse probatur, ipse sibi met imputet, ut condicionis congrue subiaceat. Qui superueniente filio nostro spectabili Cratasio, sic est ad singula quoque conuictus, ut os aperire non posset, et uera esse que obicerentur uoce propria fateretur, adhuc tenetur custodia mancipatus. Item Siracusano Constantino et Laurentio episcopis.

Expiatur in libertate seruus, cui christiano iudeus signaculum circumcisionis imposuit. alioquin ab ecclesia domino suo reddatur inuitus.

Iudeus qui uitam Cepi professionis extitit, mancipium iuris sui quod ante paucos annos esse asserit, compassi nunc ad ecclesiam Uenefrana confugisse suggessit. sic peticionis tenor annexus ostendit. eo quod dicatur ab infantia iam nunc per apostatio domino signaculum circumcisionis infirmum

Quia papa uestra diligentia inter ceteram quod sollicitudinem, ita fideliter examinet ueritatem, quatenus nec religio temerata uideatur, nec fuisse hac obiectione mentitus competenter in dominum declinare contendat. Item ex concilio Toletano.

De atrio ecclesie quod xxx. passibus clauditur. post datam securitatem fugiens abstrahatur.

Constituimus semper concilium habita tur, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, uel residentes inde abstrahere, aut quocunque nobilitatis uel dampni, seu spolii residentibus in loco sacro inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesias petunt per omnia licitum inter xxx. passus ab ecclesie ianuis progredi, in quibus xxx. passibus uniuscuiusque ecclesie in toto circuitu reuerentia defenditur. Sic tamen ut hi qui ad eam confugiunt in extremis uel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscondantur, sed in hoc xxx. passuum numero absque domorum extremitatum receptaculo progredientes a ditum retineant, quibus ad requisite nature usum debite secreant loculis. nullo teneantur euentu necessitudinis qui dominis se defendendos commiserint clausuris. Siquis autem hoc decretum uiolare temptauerit, ecclesiastice excommunicationi subiaceat, et seueritatis regie feriatur sententia. Seruos autem qui ad ecclesiam confugium fecerint, sicut iuxta preceptorum canonum instituta, hii qui eos repetunt sacramenta reddiderint, et sacerdos ecclesie ipsi ab ecclesie foribus non abstraxerit, aut fuga talium si euenerit, sacerdoti querentia est. aut dampnatorum sententia per electionem principis huiusmodi sacerdotibus irroganda est. Item ex concilio Aurelianensi.

Ante securitatem acceptam de atrio ecclesie fugitiuus non cogatur exire.

Id constituimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerunt, et lex romana constituit, ut ab ecclesie atriis uel domo episcopi eos abstrahere omnino non liceat, sed nec aliter consignare nisi ad euangelia datis sacramentis de morte et debilitate, et omni penarum genere sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat. quod si sacramenta sua conuictus fuerit uiolasse, reus periurii non solum a communione ecclesie uel omnium clericorum, uerum etiam catholicorum conuiuio separetur. Quod si is cui reus est noluerit sub intensione facientem componi, et ipse reus actus timore de ecclesia discesserit, ab ecclesie dicta non queratur. Seruus autem qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur. Sed postquam

dato sacramento domino suo fuerit coniugio copulatus. Si talis qui pene peracta culpa quam accusatus probatus fuerit perculisse contemptu ecclesie et preuaricatione fidei a communione consilio catholicorum extraneus habeatur. Si uero suus peculio sua a beccata defensatus sub comitatu domini uelicas exigentibus de impunitate perperare uolente a domino liceat occupari.

Occasione namque religionis seruus dominum suum contempnens eius ministerium destituere non debet. Unde in Gangrensi concilio legitur: Religionis occasione dominum suum non audeat seruus contempnere.

Si quis seruum alienum occasione religionis docet dominum suum contempnere et eius ministerium destituere, a domino potius docuerit cum domino suo bona fide et cum omni honorificentia deseruire, anathema sit. Item ex concilio martini pape. Corripiatur durissime, qui cum religionis dominum suum audeat contempnere.

Si quis seruum alienum cum religionis docet contempnere dominum suum et recedere a seruitio eius, durissime monitionibus arguatur.

Item ex concilio Cartaginensi. Primatis sine uel necessitate.

Nullus res ecclesie distrahat. Qui res ecclesie distrahit, compellatur.

Si redditum ecclesia non habet et aliqua necessitas nimia cogit, hanc insinuandam esse primati ipsius prouincie censemus, ut cum statuto numero episcoporum quid faciendum sit arbitretur. Et si tanta urget necessitas ecclesie, ut non possit ante primatem consulere, saltem uicinos conuocet episcopos, curans ad concilium omnem referre ecclesie necessitatem. Quod si non fecerit, reus concilio uenditor honore amisso teneatur. Item ex concilio Agathensi. Sine licentia

episcopi quicquid abbas uendiderit, in irritum deducatur.

Inuenditionibus, quas abbates faciunt plurimi, hec forma seruetur, ut quicquid sine episcopi licentia uenditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Mancipia uero monachis donata ab abbate manumitti non licet. Iniustum enim putamus, ut monachis cotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur. Etiam si episcopo consentiente monasterii possessio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio, nisi forte in ecclesie fabricam contingentium donatio processerit. Quo casu tamen ei donare licet, quantum ecclesie parietes concludunt.

Unde Gregorius scribit: Nullo titulo res monasterii sine consensu ualent ab eius iure segregari.

Questi sunt nobis fratres monasterii monachi abbatem suum tam in insula eiusdem castri que in d. c. pedes extenditur, sub pretextu fabricande ecclesie fraternitati tue donationis titulo concessisse. Non uolumus quantum in parietes possint edificare ecclesie circumdare, iuri ecclesie uendicare. Quicquid uero extra parietes eiusdem ecclesie esse potest, iuri monasterii sine difficultate aliqua restituatur, quia nec mundanarum legum nec sacrorum canonum statuta permittunt, res monasterii ab eius iure quolibet titulo segregari. Et post donationem eiusdem terre, que contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue.

Sed notandum est, quod aliud est in filios uel propinquos usus rerum ecclesie conuertere, quod periculosam cupiditatem sacri canones interdicunt, et dampnabile ostendunt; aliud est quod ex dispensatione caritatis humane infirmitati consulitur, ut quedam sua illi reddantur, qui in sancto proposito manere contempnit. Quod non tamen iure fori, quam iure poli non nullos sanctorum fecisse legimus. Beatus enim Iohannes euangelista duobus iuuenibus, quos penituerat omnia sua pro Christo reliquisse et pauperibus erogasse, aurum et gemmas reddidit, ut eis cuncta que uendiderant redimerent. Sed obicitur: Beatus Iohannes non oblata reddidit, que pauperibus iam erogata fuerant, sed alia recompensauit, que in pauperum uel ecclesiarum facultatibus non dum sunt annumerata. Exemplo beati Iohannis debet illa recte dentur, oblata uero ecclesie retineat. Sequitur aliud exemplum quo eadem que oblata sunt laudabiliter reddita monstrantur. Augustinus in sermone de uita clericorum. Non debet ecclesia suscipere, que filio exheredato sibi offeruntur.

Quicumque uult exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat alterum qui suscipiat, non Augustinum, immo deo propitio neminem inueniet. Quam laudabile factum sancti Aurelii Cartaginensis episcopi. Quidam cum filios non haberet neque speraret, res suas omnes retento sibi usufructu donauit ecclesie. Nati sunt illi filii, reddidit episcopus nec opinanti ea que ille donauerat. In potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori, non iure celi.

Ecce quod aliquando oblata iure et laudabiliter redduntur. Uerum non hoc exemplo reddenda monstrantur. Aliud est enim in professione sue uite persistere, aliud a proposito sui cordis discedere. Sanctus Aurelius de gente in laicali habitu oblata reddidit ei, qui post oblationem filios accepit, non uero in apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus potius necessaria subtrahere, ut coacti redirent ad ordinem a quo

recesserant. Sed sicut in munere compescutoribus iubemur necessaria subministrare. sicut ab apostolo monemur tempus redimere. ut expediti orationi uacemus. sic ne ecclesia scandalum patiatur. ne discedere iteratio perpetret. ne priuatae monachorum aut innacendium monasterii occasione suorum exardescat. laudabilius sua se non dico recedunt. sed auferri sinunt. quia ab illo ista inferantur.

QUIDAM ABBAS consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit. postea in episcopatu plura acquisiuit. Cui dum fratres successorem quererent. episcopus loci scienter electum illi uolebat inserere. ut prepositus abbas in monasterio ordinaretur. fieri renuunt.

Primo queritur. an monasterium possit petere que ab episcopo sunt acquisita. an episcopalis ecclesia possit sibi uendicare que monasterio fuerant collata. Secundo. an prepositus abbas sit eligendus et ordinandus. an tantummodo a patribus fratribus sit instituendus. Prima questio terminatur in concilio habito apud alteum. in quo sic statutum legitur.

Quod de monacho episcopus ordinatur. quod ante consecrationem habuit monasterio. quod uero post consecrationem adquisiuit. propriae ecclesiae derelinquat.

Statutum est. et dabilitur secundum sanctos patres a sinodo confirmatum est. ut monachus quem canonica electio a iugo regule monastice professionis absoluit. et sacra ordinatio de monacho facit episcopum. uelut legitimus heres. paternam sibi hereditatem. petere iure uendicandi potestatem habeat. Sed quicquid acquisierat ut hic in usus fuerat monasterio relinquat. et ablutum sit qui fuerat secundum regulam sancti benedicti arbitrio. Postquam cum episcopus ordinatur ad altare adque sanctificatur et titulatur secundum sanctos canones que acquirere potuit restituat.

Ex secunda uero questione terminat auctoritas tolletani concilii dicentis.

Abbates et alia officia per episcopos debent institui.

Hoc tamen sibi in monasteriis uendicent sacerdotes quod precipiunt canones id est monachos ad religiosam conuersationem sanctam promouere. Abbates aliaque officia instituere. atque extra regulam acta corrigere. Quod si aliquid in monachos canonibus interdictum presumpserit. aut usurpare quicquam de monasterii rebus temptauerit. non deerit ab eis sententia excommunicationis.

Ex concilio gregorii. scribit. castorio ariminensi episcopo.

Congregatio monasterii. non episcopus abbatem instituat.

Abbas in monasterio non per episcopum aut per aliquem extraneum ordinetur. neque ab episcopo missa ibi celebretur. ut nulli ecclesie subiciatur.

Idem castorio episcopo. De eodem.

Abbatem cuilibet monasterio. non alium. sed quem dignum moribus atque actibus monastice discipline communi consensu congregatio poposcerit ordinari uolumus. Missas autem publicas per episcopos uel clericos in monasteriis celebrari omnino prohibemus. Item pelagius papa melleo subdiacono.

Ille debet abbas institui. quem sua congregatio. et possessionis dominus ordinari postulat.

Abbatem in monasterio illum uolumus ordinari quem sibi de sua congregatione monachorum electio et possessionis domini. et quem magis obseruandum est. ordo uite acmeritum poposcerit ordinari. Item gregorius omnibus episcopis.

De libertate monachorum.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et cetera. Et infra. Interdicimus in nomine gratia domini nostri. et ex auctoritate beati petri apostolorum principis cuius uice huic romane ecclesie presidemus. ut nullus episcoporum aut secularium ultra presumat. de redditibus uel cartis monasteriorum. uel de cellis. uel uillis que ad ea pertinent quocumque modo seu qualibet occasione minuere. uel dolos uel immissiones aliquas facere. Et infra. Defuncto uero abbate cuiuscumque congregationis non extraneus eligatur. nisi de eadem congregatione quem sibi propria uoluntate concors fratrum societas elegerit. Quod si aptam intra se personam inuenire nequiuerint. solerter sibi de aliis monasteriis eligant ordinandum. Et infra. Pariter autem custodiendum est. ut inuito abbate. ad ordinanda alia monasteria. aut ad ordines sacros uel clericatus officium tolli ex inde monachi non debeant. Et infra. Nullus monachum sine testimonio et concessione abbatis in ecclesia aliqua teneat. uel ad aliquem honorem promoueat. Hanc igitur scriptorum nostrorum paginam. omni futuro in tempore ab omnibus episcopis firmam statuimus. illibataque seruari. ut et sue ecclesie iuuante domino. tantummodo sint iure contenta. et monasteria ecclesiasticis conditionibus seu angariis. uel quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo

subiaceant, nullis canonicis condicionibus desudent, sed remotis vexationibus ac cunctis gravaminibus divinum opus cum summa animi devotione perficiant. Item Gregorius Castorio episcopo Ariminensi. **Missas publicas in cenobiis episcopi non celebrent, ne aliquod gravamen eis inferatur.**

Luminoso abbate referente plurimis monasteriis multa a prioribus presulibus preiudicia atque gravamina monachos pertulisse cognovimus. Oportet ergo ut tue fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatinus conversantes illic in Dei servitio gratia illius suffragante mente libera perseverent. Missas quoque publicas in cenobio fieri omnino prohibemus, ne in servorum Dei secessibus et eorum receptaculis ulla popularibus prebeatur occasio conventus, quia non expedit animabus eorum; nec audeat ibi episcopus collocare cathedram, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate fuerit rogatus, quatinus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate, ut remotis vexationibus ac cunctis gravaminibus divinum opus cum summa devotione animi perficiant. Item Gelasius. **Baptismum in monasterio fieri non permittitur.**

Pridem precepimus ut de monasterio sancti Andree, quod est super Masculas, baptisterium propter monachorum molestias debuisset auferri, atque in eodem loco quo fontes sunt altare fundari. Cuius rei perfectio hactenus est protracta. Ideo monemus, ut fraternitatem tuam nullam moram post susceptas litteras nostras inserere, sed repleto loco ipsorum fontium altare illic sine aliqua dilatione fundetur, quatinus predictis monachis opus Dei secure liceat celebrare, et non de neglegentia tua que statuta sunt tua animi excitetur. Item ex eodem Magistrino. **Cum permissione episcopi abbas locum suum potest deserere.**

et annexi sunt clero. accedant ad actiones. seu ad
administrationes. ut ad procurationes domorum.
Gratianus epus dixit. apostolorum sunt statuta que dicit.
Nemo militans deo. implicat se negotiis secularibus.
proinde aut clerici sint sine actionibus domorum. aut
actores sine officio clericorum. Unusquisque dixerit. hoc ob
seruemus. Item ex concilio carthaginensi. iiii. De eodem.
Placuit ut epi. presbiteri diaconi. uel quicumque clerici conduc
tores non sint. aut procuratores. neque ullo turpi. uel
inhonesto negotio. uictum querant. quia respicere
debent scriptum esse. Nemo militans deo. implicat
se negotiis secularibus. Item excepta cipriani. ad
presbiteros. et diacones. et plebem furnensem. Secularium ne
Ciprianus gotiorum procurationem. clerici non suscipiat.
presbiteris et diaconibus plebi furnensi consistentibus
salutem. Iampridem in concilio episcoporum statutum est.
ne quis de clericis. et dei ministris. tutorem. et curato
rem testamento suo. nominauerit. quoniam singuli di
uino sacerdotio. honorati. et in clericorum ministerio
constituti. non nisi altari et sacrificiis. deseruire. et pre
cibus. atque orationibus uacare debeant. Scriptum est
enim. Nemo militans deo. implicat se negotiis secula
ribus. ut possit placere ei cui se probauit. Quod enim
epi. et antecessores nostri religiose considerantes. et salubri
ter prouidentes. censuerunt. ne quis decedens ad
tutelam uel curam. clericum nominaret. ac si quis
hoc fecisset. non offerretur pro eo. nec sacrificium pro
dormitione eius celebraretur. Neque enim ante altare
dei. meretur nominari in sacerdotum prece. qui ab
altari sacerdotes. et ministros uoluit auocare. Item
ex eodem. Non licet clericos mollitiis. et secularibus rebus obligari.
Mollitiis. et secularibus rebus. laqueisque obligari non de
bent. qui diuinis rebus. et spiritualibus. occupati sunt.
nec ad terrenos. et seculares actus uacare. Item ex eodem.
Hii. qui in eccla Secularibus negotiis. clerici non obli
diuino. ad ordinationem clericorum promouentur gentur.
in nullo ab administratione diuina auocentur.
nec molestiis. et negotiis. secularibus alligentur. nec ab
altari et sacrificiis recedant. sed die ac nocte celestibus
rebus et spiritualibus seruiant. Item ciprianus supra.
Sacerdotum religiose decretum. et necessarie De eodem.
ne factum seruetur. a nobis simul et fratribus ceteris detur
exemplum. ne quis sacerdotes. et ministros dei.
altari eius. et ecclesie uacantes. ad seculares molestias de
uocet. obseruari et de cetero poterit. ne quis ultra
hoc faciat. circa personam clericorum. si quod factum est fu
erit uindicatum. Quod uero fulgidus. uel clarus

uestib; eis ornari non liceat. in vii. sinodo iubetur in qua a sic statutum est. Fulgidis. et claris uestib; cl(er)icis ... ornari ... non deb(et).

Omnis iactantia. et ornatura corporalis est aliena a sacra^to ordine. Eos ergo ep(iscop)os. uel cl(er)icos. qui se fulgidis. et claris uestib; ornant emen(dari) oportet. Quod si in hoc permanserint. epithimio tradant(ur). Similiter et eos. qui unguentis unguntur. Quoniam ex radice amaritudinis excorta. contaminatio facta est in eccl(esi)a catholica. xp(ist)ianos calumniantium hereticor(um). hii qui hanc receperunt. xp(ist)ianos non solum imaginarias scripturas abhominati sunt. sed et omnem reuerentiam a se repuler(unt). Eos qui religiose ac pie uiuunt. offendentes. ac per hoc complet(ur) in eis quod scriptum est. Abhominatio est peccatoris dei cultus. Si inuenti fuerint deridentes eos. qui uilib; et religiosis uestimentis. amicti sunt p(er) epithimium corrigunt(ur). Prisca enim temporib; omnis sacratus uir. cum mediocri. aut uili ueste conuersabatur. Omne quippe. quod non propter necessitatem suam. sed propter uenustatem accipit(ur). elationis h(abe)t calumniam quemadmodum magnus ait basilius. Sed neque ex sericis textum uestem quis uariatam induebat. neque apponebat uarior(um) colorum ornamenta in summitate uestimentor(um). Audierant enim. quia qui mollib; uestiunt(ur). in domib; regum sunt. Item ex vi. sinodo.

Cl(er)ici siue in itinere ambulantes. siue alibi degentes. congruis sibi uestibus utantur.

Nullus eor(um) qui connumerantur in clero. uestimentum habeat indecens. siue in ciuitate degens. siue in itinere ambulans. sed stolis utat(ur). que concesse sunt cl(er)icis. Si uero quis tale quid fecerit. per unam ebdomadam suspendatur. Item zacharias pp.

Non sectarib; uestib; sed ordini suo conuenientib; cl(er)ici utant(ur).

Episcopi. p(res)b(yte)ri. diaconi sectarib; indumentis non utantur. nisi ut condecet tunica sacerdotali. Sed neque dum ambulauerint in ciuitate. aut in uia. aut in plateis. sine operimento presumant ambulare. preter quam si in tunica longo tempore ambulauerit. Quia sicut mulier orans. in eccl(esi)a. si non uelato capite deturpat caput suum. iuxta apostolicam uocem. ita sacerdos sine operimento.

deturpat sacerdotium suum. Quod si temere presumpserit. contra statuta agere. communione priuetur. donec que statuta sunt adimplere maturet. Item leo pp. Extra domos sine p(ro)prio ornatu sacerdotes non appareant.

Sine ornatu sacerdotali. extra domos sacerdotes apparere. nullo modo conuenit. ne ut aliquis sectarium iniurias patiat(ur). Contrarius denique inuentus. aut desinat. aut canonice subiaceat discipline. Item innocentii ii. Careant beneficiis eccl(esi)asticis. qui correpti ab ep(iscop)is contempnunt.

Precipimus. ut tam ep(iscop)i. quam cl(er)ici. in statu mentis in habitu corporis. deo. et homini; studeant placere. et nec in superfluitate fissure. aut colore uestium nec in tonsura intueantium. quorum forma. et exemplum esse debent. offendant aspectum. sed potius quod eorum deceat sanctitatem. Quod si moniti ab ep(iscop)is emendare noluerint. eccl(esi)asticis careant beneficiis. Quoniam uero ep(iscopu)m relinquere. ut ab officio suo discedere. atque ad secularem iudicem confugere nulli licet. Unde in co(ncilio) agathensi legit(ur). Cl(er)ici ad secularem iudicem confugien(tes). de eccl(esi)e communione pellantur.

Placuit ut cl(er)icus si relicto suo officio. propter districtionem ad secularem iudicem fortasse confugerit. et is ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit. cum eodem de eccl(esi)e communione pellatur. Item ex co(ncilio) antioceno. P(res)b(yte)r uel diaconus. ab ep(iscop)o deposit(us). si quis a p(ro)prio ... in peratorem ... non adeat.

Si quis a p(ro)prio ep(iscop)o deposit(us). p(res)b(yte)r. uel diaconus. aut etiam a sinodo. quin libet ep(iscopu)s fuerit exauctoratus. molestiam imperialib; auribus inferre non presumat. sed ad maior(um) ep(iscopo)r(um) sinodum se conuertat. et que se putat h(abe)re iusta. in eor(um) concilio allegeat. atque ab hiis de se expectet. que fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate. hoc noluerit facere. sed importunus fuerit imperatori. huiusmodi nullam ueniam h(abe)re. neque locum ullius assertionis sue. nec spem recipiendi gradus h(abe)at in futurum. Item ex co(ncilio) car(taginensi) v. Non defensetur ab aliquo. qui ep(iscopo)r(um) iudicio dampna(tur).

Si quis cuiuslibet honoris cl(er)icus. iudicio ep(iscopo)r(um). quocumque crimine fuerit damnatus. non liceat eum siue ab eccl(esi)is. quib; prefuit. siue a quolib; homine defensari imposita pena damni pecunie. atque honoris. quo nec etatem. nec sexum excusandum esse precipimus. Item ex co(ncilio) arelatensi iii. Communione priuet(ur) q(ui) eccl(esi)astice discipline regulam fugientem defensare presum(it).

Si forte aliquis cl(er)icor(um). regulam discipline eccl(esi)astice subterfugiens fuerit euagatus. quicumque eum susceperit. et illum suo pontifici non reconciliauerit. sed magis defensare presumpserit. eccl(esi)e communione priuet(ur). Item ex co(ncilio) mar(tini) pp. Spe reconciliationis careat. qui ab ep(iscop)is in ... patorem ... adi...erit.

Si quis ep(iscopu)s. p(res)b(yte)r. aut diaconus. excommunicatus in concilio. iniuste queritur se condemnatum. ad maior(um) ep(iscopo)r(um) concilium reuertatur. ut eor(um) inquisitionem et iudicium expectans. si quas se iustas causas h(abe)re putet. illis exponat. Si autem contempserit. et importans se palatio. aures principum inquietare uoluerit. hic ad nullam ueniam potent peruenire. neque spem future reconciliationis habebit. Item gg. constantie auguste. Ep(iscopo)r(um) cause coram principi...

Si ep(iscopo)r(um) cause ...bus. examinari ... non debent.

Michi commissor(um). apud piissimos d(omi)nos. aliorum patrocinio disponunt(ur). Infelix ego in eccl(esi)a ista quod facio. Sed ut ep(iscop)i mei me despiciant. et contra me refugium ad seculares iudices habeant. omnipotenti deo gratias ago. peccatis meis deputo. hoc tamen breuiter suggero. quia aliquantulum expecto. sed si ad me uenire distulerint. exercere in eos districtionem canonicam nullo ... mo ... do ... ces ... sa ... bo.

C. XV.

Q[uidam] [e]p[iscopu]s

periurium: falsa iuratio; transgressio iuramenti; iudiciarium iuramentum; contrarium iuramento firmatum

Quidam episcopus iuravit falsum, quod putabat verum. Quodcommprovinciali archidiacono suo, qui eum aliquando ante ... honorem, iuravit se numquam prestaturum ei hobedientiam. Compellitur archidiaconus ab episcopo ad exhibendam sibi consuetam reverentiam. Accusatur episcopus de duplici periurio, et de eo quod falsum iuravit, et quia archidiaconum ad peierandum compellit. Primum queritur, an iuramentum sit prestandum, ut non. Secundo, si sit periurus, qui iurat falsum, quod putat verum. Tertio, si licuit archidiacono denegare episcopo consuetam hobedientiam. Quarto, si constiterit esse illicitum, quod iuravit archidiaconus, an sit periurandum. Quinto, si constiterit illud periurandum, an episcopus sit reus periurii, qui contra iuramentum archidiaconum suum iurare compellit. Quod iuramentum prestandum non sit, auctoritate probatur canonice scripture. Ait enim Christus in evangelio apostolis: Sit sermo vester: est, est, non, non. Quod autem amplius est, a malo est. Item Iacobus in epistola: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare omnino. Utraque auctoritate iuramentum prohibemur prestare. Sed aliud est ad iurandum sponte accedere, aliud ad asserendam innocentiam suam, ut ad federa pacis confirmanda, ut ad persuadendum auditoribus, quando pigri sunt credere, quod eis est utile, iuramentum offerre. Primum prohibetur. Secundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum est. Unde in Toletano concilio VIII. legitur:

Iuramentum pro federe pacis esta[bilien]dum.

Omne quod in federa pacis fuerit, tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed et Romane quam amicorum animos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne enim quod testibus adstipulatur, verius constat. Aliud iurationis adiectio affirmat. Quod et si testis deficiat, innocentis fidem sola iusiurandi taxatio manifestat. Item Augustinus super epistolam ad Galathas.

Iuratio non est prohibenda, nec tamquam bonum appetenda.

Non est contra preceptum dei iuratio, que a malo non iurantis est, sed incredulitatis, a quo iurare cogitur. Nam hinc intelligitur, ita dominum prohibuisse a iurando, ut quantum in ipso est quisque non iuret; quod multi faciunt in ore habentes iurationem, tamquam magnum aut suave aliquid. Nam utique apostolus noverat preceptum domini, et tamen iuravit. Non enim audiendi sunt, qui has iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa: Cotidie morior per gloriam vestram, fratres, quam habeo in Christo Ihesu domino nostro, quam greca exemplaria manifestissima iurationem esse ostendunt. Prohibemur ergo iurare cupiditate aut dilectione iurandi. Quando autem iuramentum amplius sit, quam est, est, ut non, non, non a malo fit, non tamen est a malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter movetur ad fidem. Item Augustinus ad Publicolam in epistola.

In novo testamento dictum est, iurare peccatum est, ne iura[re].

In novo testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod mihi quidem propterea dictum esse videtur, non quia iurare peccatum est, sed quia peierare inmane peccatum est, a quo nos longe esse voluit, qui omnino ne iuremus commonuit. Idem.

Verum iurare in necessariis non est peccatum.

Ut noveritis verum iurare non esse peccatum, invenimus et Paulum apostolum iurasse: Cotidie morior per gloriam vestram, fratres, quam habeo in Christo Ihesu. Putatis, gloriam iuratio est? Non enim sic ait: Per vestram gloriam morior, quasi gloria vestra me faciat mori. Quomodo si diceret: per venenum, per gladium, per bestiam, per inimicum mortuus est; intelligeretur inimico faciente, faciente gladio, faciente veneno mortuus est. Idem.

Nec tamquam bonum appetendum, nec tamquam [malum] ...

Ita ergo intelligitur precepisse

Malum iuramentum est evitandum.

dominus ne iuraretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum, et assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem di[labatur]. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refrenat se quantum potest, ne ea utatur, nisi necessitas cogat, videlicet cum videt pigros esse homines ad credendum, quod utile est eis credere, nisi iuratione firmetur. Ad hoc utique pertinet, quod sic dicitur: Sit autem sermo vester: est, est, non, non; hoc bonum est et appetendum. Quod autem amplius est, a malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades; que infirmitas utique peccatum est. Unde nos cotidie liberari deprecamur, cum dicimus: libera nos a malo. Itaque non dixit: quod autem amplius est, malum est; tu enim non malum facis, qui bene uteris iuratione. Item Augustinus de sermone domini in monte.

Iurare non est ... peccatum.

Tu non malum facis, qui bene uteris iuratione, que etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter su[a]des; sed a malo est illius, cuius infirmitate cogeris. Item Ieronimus in Ieremia.

Iurare per deum permittitur, ne per idola polluatur iurans.

Et iurabunt: Vivit dominus, in veritate et in iudicio et iustitia; et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt. Quomodo ergo evangelium iurare nos prohibet? Sed hic iuramentum per confessionem dicitur, et ad condempnationem idolorum, per que iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula, et iuratur per dominum, quod vivit dominus. In veteri testamento iusiurandum est ad condempnationem mortuorum, per quos iura[bant] [illegible] idolatria. Item Ieronimus super Matheum l. I.

Infirmis iurare conceditur.

Considera quod saluator non per deum iurare prohibuerit, sed per celum et terram, et per Ierosolimam, et per caput tuum. Et hoc quidem paruulis fuerat lege concessum, ut quomodo uictimas immolabant deo, ne eas idolis immolarent, sic et iurare permitteret in deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius deo esset id exhibere, quam demonibus. Item ex concilio Cartaginensi IIII. Excommunicetur clericus per creaturas iurans. Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum; si autem perstiterit in uitio excommunicandum. Inter epulas uero cantantem supradicte seueritate sententie coercendum. Item Pius papa. Clericus deponatur, laicus anathematizetur, per capillum uel caput dei iurans. Si quis per capillum dei uel caput iurauerit, uel alio modo blasphemia contra deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est deponatur. Si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrime corripiatur, et iuxta id quod sinodus diiudicauerit, peniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium quin diuina condempnatione coherceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur.

Queritur quis magis teneatur, ille qui per deum, an ille qui supra sacra euangelia iurat. Huic questioni Iohannes Crisostomus respondit dicens: Non est magis per euangelia quam per deum. Si aliqua causa fuerit, modicum uidetur facere, qui iurat per deum; qui autem per euangelium, maius aliquid fecisse uidetur. Quibus dicendum est: stulti. Scripture propter deum sancte sunt, non deus propter scripturas. Item Ieronimus. Non solum in altari, ut in reliquiis, sed in communi loquela. Habemus in lege dei scriptum: periurium ... caueatur. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui in uanum. Ideoque ammonendi sunt omnes ut diligenter caueant periurium, non solum in altari, seu sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela. Item Isidorus sententiarum l. II. Non periurare non est contra dei preceptum, uel deus iu... rare. Non est contra dei preceptum iurare, sed dum iurandi usum facimus, periurii crimen incurrimus. Item Aug. de uerbis apostoli sermone XXXIIII. Si peccatum esset iuratio, nec iuratio peccatum non est. Si peccatum esset iuratio, nec in ueteri lege diceretur: Non periurabis, reddes domino iuramenta tua. Non enim peccatum preciperet nobis. Item non uobis dicimus non iurare. Si enim hoc dicam, mentiar. Quantum ad me pertinet, non iuro. Sed quantum mihi uidetur, magna necessitate compulsus, cum uideo nisi faciam me non credi, et ei qui michi non credit non expedire quod non credit, hac perpensa ratione et consideratione libra, cum magno timore dico coram deo, aut testis est mihi deus, aut scit deus quod sic est in meo animo, et uideo quod plus est, id est amplius quam est, est, non, non. Sed hoc quod amplius est, a malo est, non iurantis, sed non credentis.

Ex premissis colligitur quod iurare non est peccatum; non tamen tamquam bonum est appetendum, ne consuetudine iurandi labamur in periurium. Sed cum dicatur procedere a malo non credentis, uidetur quod iurare, et si non sit peccatum, iuramentum tamen recipere malum sit. Sed nomine mali non malitia, sed peccati pena intelligitur. Ex penali enim infirmitate incredulitas illa processit, qua ad iurandum compellimur. Ipsum autem iurare sicut peccatum non est, ita iuramentum ab aliquo recipere peccatum non est. Unde Aug. ad Publicolam. Iuramentum accipere non prohibemur. Quamuis dictum sit ne iuremus, nusquam in scripturis sanctis me legisse memini, ne ab aliquo iurationem recipiam. Sed queritur an sit utendum fide eius, qui per demonia iurauit. De his ita scribit Aug. ad Publicolam. Licet uti fide eius, ut eam seruet, qui per demonia iurat. Mouet te utrum eius fide utendum sit, qui ut eam seruet per demonia iurauerit. Ubi te uolo prius considerare, utrum si quispiam per deos falsos iurauerit se fidem seruaturum, et eam non seruauerit, nonne tibi uidetur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam seruaret fidem, ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per deos falsos iurauit; illud autem nemo reprehenderet, quia fidem seruauit. Nunc uero quia et iurauit per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utique peccauit. Ac per hoc qui utitur fide eius, quem constat iurasse per falsos deos, et utitur non ad malum, sed ad bonum licitum, non peccato illius se sociat, quo per demonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. Neque hic dico eam fidem seruari, qua fideles uocantur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est, longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum. Verumtamen sine ulla dubitatione minus malum est per deos falsos iurare ueraciter, quam per deum uerum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est penale periurium. Alia questio est, utrum non peccet qui per falsos deos sibi iurare facit, quia ille qui ei iurat, iurat per falsos deos quos colit. Cui questioni possunt illa testimonia suffragari, que ipse commemorasti de Laban et Abimelech, si tamen Abimelech per deos falsos iurauit, sicut Laban per deum Sabaoth. Sic est etiam in libro Machabeorum, Romani leguntur pacem firmasse cum Iudeis. Intelligendi sunt iurasse per falsos deos, sicut Iudei iurauerunt per uerum dominum. Sic est et de iuramento quod fit per creaturas. Intelligendum est quod ipsum quidem iurare per creaturas malum est, quia adeo prohibitum est; sed seruare quod iurat bonum est, ut uitetur peccatum mendacii et dolositatis. Sed obicitur quod Ioseph iurauit sanctus per creaturas iurauit, dum diceret fratribus suis: Per salutem Pharaonis, non exibitis hinc. Sed sciendum est quod sancti non tam per creaturas quam per actorem creaturarum iurabant, nec in creaturis aliud quam creatorem ipsarum uenerabantur. Sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurando hoc in eo ueneratus est, quod dei iudicio prepositus erat in infimis. Unde apostolus ait: Omnis potestas a domino deo est. Item Christus Pilato: Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi datum desuper. Deus autem per creaturas iurare prohibuit, ne uel more gentilium aliquid numinis deitatis creaturis inesse crederet, uel ne creaturas contemptibiles iudicando per eas promissa pro nichilo

ducere eum. Sed si queritur quid gravius sit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter. Dupliciter enim reus est qui per creaturas iurat mendaciter, quia et contra prohibitionem iurat, per quod sibi iurare non licet; a quo peccato est immunis qui non nisi per creatorem iurat, et proximum dolo capit. Quod facit et per creatorem mendaciter iurans. Sed si periurium tanto magis penale est, quanto sanctius illud per quod iurat, apparet quod et si per creaturas mendaciter iurans dupliciter peccet, graviori tamen se subiciat pene qui per creatorem iurat mendaciter. Periurii autem pena gravissima est, quam si quis timens ad confessionem venire noluerit, a fidelium consortio est abiciendus. Unde Eutitianus papa. *Fidelium consortio careat, qui periurii penitentiam agere noluerit.*

Predicandum est ut et periurium fideles caveant, et ab hoc summo opere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, et in lege et in prophetis et in evangelio prohibitum. Audivimus autem quosdam parvipendere hoc scelus, et leve quoddam in periuris penitentie modum imponere. Qui nosse debent talem de periurio penitentiam imponi debere, qualem et de adulterio, de fornicatione, et de homicidio sponte commisso, et de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero pro perpetrato periurio aut quolibet criminali peccato timens penitentiam longam ad confessionem venire noluerit, ab ecclesia repellendus est, sive a communi consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque in domo sua eum recipiat.

Quod autem periurium sit falsum iurare, facile probatur. Ait enim Augustinus in libro psalmorum super "Domini est terra". *Periurat qui aliter facturus est quam promittit.*

In dolo iurat qui aliter facturus est quam promittit, aut periurium sit nequiter decipere credentem. Item Ieronimus super Ieremiam l. II. *Hos habet comites ius[iurandum …] ver[itatem …]*

Animadvertendum est quod iusiurandum hos habet comites, veritatem, iudicium et iustitiam. Si ista defuerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.

Item. Qui falsum iurat mentitur. Mentiendo autem iurare nichil aliud est quam periurare. Cum ergo omnes qui loquuntur mendacium perdendi sint, iuxta illud psalmiste: "Perdes omnes qui loquuntur mendacium", multo magis dampnabiles sunt qui mentiendo periurare contendunt, qui nomen dei sui in vanum assumunt. Sed aliud est falsum iurare, aliud in dolo iurare. Non enim omnis qui aliter facturus est quam promittit in dolo iurat. Licet enim apostolus aliter facturus esset quam Corinthiis promitteret in prima epistola: "Cum autem veniam ad vos", non tamen in dolo iuravit aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat aut mendaciter promittit, in cuius mente est non sic esse facturum ut promittit. Ille autem qui promittit falsum quod putat verum, nec in dolo iurat nec mendaciter promittit. Unde Augustinus de verbis apostoli, sermone XXVIII. *De eo qui iurat falsum quod putat verum.*

Homines falsum iurant, vel cum fal[…]lunt, vel cum falluntur. Putat homo verum esse quod falsum est, et temere iurat; aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro vero iurat, et nichilominus cum scelere iurat. Distant autem ista periuria duo que commemoravi. Fac illum iurare qui verum putat esse pro quo iurat. Verum putat esse, et tamen falsum est. Non ex animo iste periurat; fallitur. Hoc pro vero habet quod falsum est; non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium. Scit falsum esse, et tamen dicit verum esse, et iurat tamquam verum sit quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit belua, et de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit? Omnes detestantur talia. Fac alium. Putat esse falsum, et iurat tamquam verum sit, et forte verum est. Verbi gratia, ut intelligatis: Pluit in illo loco? interrogas hominem, et dicit pluisse, et ad negotium ipsius competit ut dicat pluit, sed putat non pluisse: periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi rea mens. Quia ergo mens huius non erat rea, nesciebat esse falsum quod iuravit verum, nec temere, vel negligenter, sed cum magna diligentia videbatur se deprehendisse verum quod iuravit falsum, periurii reus nequaquam est iudicandus. Item. *De eodem.*

Quod vero qui falsum iurat mentitur, non universaliter hoc intelligi debet. Non enim omnis qui falsum dicit mentitur, sicut nec omnis qui mentitur falsum dicit. Unde Augustinus in Enchiridion. *Non est mentiri dicere falsum quod putatur verum.*

Is autem qui mentitur contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallendi. Et utique verba propterea sunt instituta, non ut per ea se invicem homines fallant, sed ut eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est. Nec ideo ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui mentiendo prodesse. Possumus etiam furando, si pauper cui palam datur sentit commodum, et dives cui clam tollitur non sentit incommodum. Nec tamen ideo tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. Et infra. Nemo mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat verum, quia quantum in ipso est non fallit, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautius credita pro veris habet; potiusque e contrario, quantum in ipso est, ille mentitur qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur esse quod dicit. Nec ullo modo liber est a mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit. Item Gelasius papa. *Non mentitur qui animum fallendi non habet.*

Beatus Paulus apostolus non ideo, quod absit, fefellisse credendus est, aut sibi extitisse con

XXII

tiarus. quem cum ad Ispaniam se promisisset iturum, ex dispositione diuina maioribus occupatus ex causis implere non potuit, quod promisit. Quantum enim ipsius uoluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod re uera uoluit efficere. Quantum enim ad diuina secreta consilia, que ut homo non potuit omnia, licet spiritu Dei plenus, agnosceret, superna pretermisit dispositione preuentus. Nec quia beatus Petrus apostolus pro affectu diuine reuerentie ipsi Domino respondit: Non lauabis mihi pedes in eternum, fefellisse minime quod absit, aut in sua putabitur minime constituisse sententia, quam mox eadem diuine uoluntatis sensit, et quod se dixerat non esse facturum, causis adstrictus humane salutis passus est propria uoluntate faciendum. Item. Aliquo falsum uitando mentitur, qui scit falsum esse quod uitat. Est enim mendacium, ut Augustinus ait, falsa significatio uocis cum uoluntate fallendi. Sed cum fallere semper sit uoluntatis, falli autem uel infirmitatis uel temeritatis, grauius fit quod ex uoluntate quam quod ex temeritate uel infirmitate procedit. Aliquando contingit falli ut nullum uel minimum esse peccatum. Aliquando ex ipsa uanarum rerum consideratione minus est fallere quam falli. Unde idem Augustinus in Enchiridion. Falli in his que ad fidem non pertinent, aut paruum aut nullum est.

In quibus rebus nichil interest ad capescendum regnum Dei, utrum credantur an non, uel utrum uera putentur an falsa, in his errare, id est aliud pro alio putare, non est arbitrandum esse peccatum, aut si est, minimum esse atque leuissimum. Item in eodem. In his que ad fidem pertinent, grauius est falli quam alios decipere.

In ipsarum consideratione rerum, que dicuntur, pertantum interest, in qua re quisque fallatur siue mentiatur, ut cum utrumque sit malum, quantum pertinet ad hominis uoluntatem, tamen longe tolerabilius est in his que a religione sunt seiuncta mentiri, quam in his sine quorum fide uel notitia Deus coli non potest falli. Item quod dicitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium, non de omni mendacio intelligendum est. Sunt enim quedam mendacia, per que, etsi sit aliqua culpa, non tamen dampnabilia sunt, immo tamquam non mendacia habenda sunt. Sunt et alia mendacia, que sunt grauioris culpe, de quibus intelligitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Ut autem appareat que mendacia sint uenialia, et que dampnabilia, distinguendum est quot sint genera mendacii, de quibus Augustinus scribit in libro de mendacio. Quot sint genera mendacii.

Primum capitale genus est mendacii, et longe fugiendum, quod in doctrina religionis fit; ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci. Secundum, ut aliquem ledat iniuste, quod tale est, ut nulli prosit et obsit alicui. Tertium, quod prodest alteri, ita quod obsit alteri, quamuis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, quod sola mentiendi fallendique libidine fit, quod merum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaui eloquio. His omnibus penitus euitatis atque reiectis sequitur sextum genus, quod nulli obest et prodest alicui, uelut si quisquam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit, nescire se mentiatur. Septimum genus est mendacii, quod et nulli obest et prodest alicui, uelut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere mentiatur. Octauum genus est mendacii, quod et nulli obest et ad hoc prodest, ut ab inmunditia corporali aliquem tueatur. Non est ergo mentiendum in doctrina pietatis. Magnum scelus est primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda est iniuria. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria est consulendum. Non est enim mentiendum quarto genere propter mendacii libidinem, que per se ipsa uitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa ueritas placendi causa hominibus enuntianda est, quanto minus mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est. Non est mentiendum sexto genere. Neque enim recte testimonium pro cuiusque uel temporali commodo ac salute corrumpitur. Ad sempiternam uero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio. Nec septimo genere mentiendum est. Non enim cuiusquam commoditas temporalis aut salus temporalis perficiende fidei preferenda est. Nec se quisquam in rectis factis nostris tam male moueri sentiat, ut fiat et animo deterior longeque a pietate remotior. Nec octauo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi pudicitie corporis preferitur, et in malis que ipsi facimus ea que fieri sinimus dampnabilius nobis est. In his autem octo generibus tanto minus quisque peccat, cum mentitur, quanto magis a primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit putauerit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum. Item Augustinus de uerbis apostoli. Non licet aliquem humilitatis causa mentiri.

Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod euitaueras. Veritas autem ipsa non est in te, nisi te ita dixeris peccatorem, ut te esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas? Item Gregorius. De eodem.

Incauti sunt humiles, qui mendacio se illaqueant. Item Augustinus super Iohannem. De eodem.

Non ita caueat arrogantiam, ut ueritatem relinquat. Item in Enchiridion. Non licet aliquem mentiri ut arrogantiam uitet.

Michi autem non absurde uidetur omne quidem mendacium esse peccatum, sed multum interesse quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim ita peccat qui consulendi quomodo ille qui nocendi uoluntate mentitur. Nec tantum ille nocet, qui uiatorem mentiendo in aduersum iter mittit, quantum is qui uiam uite mendacio fallente deprauat. Item Augustinus in libro de conflictu uiciorum atque uirtutum. Non est aliquis in quibus decipiendus.

No. quot sint genera mendacii.

Nec artificioso mendacio. nec simplici uerbo oportet quemquam decipere. quia quomodolibet mentiatur quis. os qui mentitur occidit animam. Item

Aug. in quinto psalmo. **pro temporali uita alicuius perfectus**

Nec quisquam arbitretur perfectum et spiritualem **mentiri non debere** pro ista temporali uita. morte cuius sua ut alterius non occiditur anima. debere mentiri. Sed quoniam aliud est mentiri. et aliud uerum occultare. siquidem aliud est falsum dicere. aliud uerum tacere. ut siquis forte non uelit ad istam uisibilem mortem hominem prodere. paratus esse debet uerum occultare. non falsum dicere. ut neque prodat. neque mentiatur. ne occidat animam suam pro corpore alterius. Duo uero sunt genera mendaciorum. in quibus non est magna culpa. sed tamen non sunt sine culpa. cum aut iocamur. aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum iocando. ideo non est perniciosum. quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur iocandi causa fuisse dictum. Secundum autem ideo alicuius minus est. quia retinet nonnullam beniuolentiam. Illud uero quod non habet duplex cor. nec mendacium quidem dicendum est. Verbi gratia. tamquam si cui gladius commendetur. et promittat se redditurum. cum ille qui commendauerit poposcerit. si forte gladium suum repetat furens. manifestum est non esse reddendum. ne uel se occidat uel alium. donec sanitas ei restituatur. Hic ideo non habet duplex cor. quia ille cui commendatus est gladius. cum promittebat se redditurum poscenti. non cogitabat furentem posse repetere. Manifestum enim non esse culpandum. aliquando uerum tacere. falsum autem dicere non inuenitur sanctis concessum. Item

in libro de mendacio. **nemo peccato alteri non debere**

Faciat homo etiam pro temporali salute hominum **salutem consulere.** quod potest. cum autem ad hoc uentum fuerit. ut tali saluti nisi peccando consulere non possit. iam se existimet non habere quod faciat. quando id reliquum esse perspexerit. quod recte faciat. Item Ysidorus in sinonimis. **de eo idem.**

Omne genus mendacii summopere fuge. nec casu. nec studio loquaris falsum. nec ut prestes. mentiri studeas. nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Item Aug. in libro questionum genesis. capitulo xl.v. **Non deputantur mendacia. cum ea que non sunt**

Quod autem fratribus suis Ioseph. nesciebatis quia non est in augurio homo. qualis ego. de hoc **iocando dixisse** augurio et mandauit eis dicendum per hominem. quod sibi uidetur. quem soleret. aut quia non serio. sed ioco dictum est. ut exitus docuit. non est habendum mendacium. Mendacia enim a mendacibus serio aguntur non ioco. Cum autem que non sunt. tamquam ioco dicuntur. non deputantur mendacia. Sed in ueteri testamento multa permittebant. quorum exemplis hodie uti non licet. Unde Aug. **ueterum exempla mentiri**

Siquis per testamentum uetus. uult sibi mentiri **non nocet.** mendacium. quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit. dicat necesse est iterum alienarum rapinam dicat retributionem iniurie. que infirmis illic concessa sunt. nocere non posse. Que omnia cum consequitur quanta animaduersione ueritas insequatur. que nobis iam significationis sue umbra postposita. in uera carne declarauit. Item. **obstetrices**

Si quelibet culpa **de pietate remunerate. de mendatio puniuntur.** sequentia solet pia operatione purgari. quanto magis hec facile abstergitur. quam mater boni operis. pietas ipsa comitatur. Nonnulli uero obstetricum fallacia conantur asserere. hoc mendacii genus non esse peccatum. maxime quia illis per mentientibus scriptum est. quod edificauit eis dominus domos. in qua magis recompensatione cognoscitur. quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces. que eis in eterna potuit uita tribui premissa culpa mendacii. in terrena est recompensatione declarata. Habraam quoque loquens ad pueros suos. sedete hic cum asino. ego et puer illuc usque properantes pertransibimus. et cum adorauerimus reuertemur ad uos. licet aliud se facturum deliberet. tamen excusatur a mendacio. Unde Ambr. in libro de patriarchis prophauit. quod ignorabat ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed dominus locutus est per os eius quod parabat. Captiose autem loquebatur cum seruulis. ne cognito negotio. aut impediret eum aliquis aut gemitu obstreperet aut fletu. Quandoque aliquid iubendo significamus. fieri uelle. quod tamen fieri nolumus. sed experimentum hobedientie querimus. sicut Habraam a deo temptatur. legitur. cum iussus est immolare filium. quem dominus nolebat ab eo occidi. Unde in eodem libro idem Ambr. **de eodem.**

Non enim uolebat deus a patre immolari filium suum. nec impleri hoc munus uolebat. qui omnem pro filio immolandam optulit. sed temptabat affectum patris. si dei precepta preferret filio. et infra. Non inicias inquit manum in puerum. neque facias illi quicquam. affectum tuum inquisiui. non factum exegi. temptaui mentem tuam. si et filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod ipse donaui. nec habeo inuideo. quem largitus sum non habenti. Item Ier. **Simulatio utilis est. et in tempore**

Utilem simulationem. in tempore assumendam. **assu[mendam]. men[dacium]. da[mnabile].** iehu regis historia nos doceat. exemplum. qui non potuisset interficere sacerdotes baal. nisi finxisset se uelle idolum colere dicens. Congregate mihi omnes sacerdotes baal. achab seruiuit ei in paucis. ego seruiam ei in multis. Et dauid quando mutauit faciem suam coram abimelech. et dimisit eum et habiit. Nec mirum. quamuis iustos homines. tamen aliqua simulare pro tempore. ob suam et aliorum salutem. cum et ipse dominus noster ihesus christus. non habens peccatum. nec carnem peccati. simulationem peccatricis carnis assumpsit. ut condemnans in carne peccatum. nos in se faceret iustitiam dei. Ecce que mendatia sint uenialia. et que damnabilia. Sed queritur quare dicat Aug. non esse mentiendum pro temporali uita alicuius. cum Abraam descendens in egiptum. rogauit sarai. quod sororem suam se esse mentiretur dicens. Noui quod pulcra sis mulier. et quod cum uiderint te egiptii. dic[ent]

tui sunt. uxor illius est. et interficient me. et te reseruabunt. Dic ergo obsecro te. quod soror mea sis. et uiuet anima mea ob gratiam tui. Sic abraam non mendatium dicit. sed uerum tacere uoluit. Unde idem aug. ait. in questionibus genesis. Quomodo habraam excuset de mendatio. qui sarram sororem suam esse dixit.

Queritur cur patriarcha mentiri uoluit. ut diceret sororem suam sarram. et non potius deo commisit. qui si uellet eius pudicitiam aput pharaonem seruare posset. sed ueritatem uoluit celari. non mendatium dici. Soror enim dicta est. quia fratris filia erat. et in hoc ostenditur quod nemo debet temptare deum suum. dum habet quod rationabili consilio faciat. Fecit ergo quod potuit. quod non potuit deo commisit. in quem sperauit. nec eum fides. aut spes fefellit. Sicut interrogatus. illam uxorem suam indicaret. duas res deo committeret. et uitam suam. et uxoris pudicitiam. Item opponitur quod iacob mentiendo et sibi profuit et alii nocuit. nec tamen reprehenditur sed commendatur. Sed iacob dicendo se esse esau primogenitum. non est mentitus. Non enim dixit se esse primogenitum nascendo. sed ius primogeniture illo uendente iure adeundo. Sic et christus iohannem dixit esse heliam. non persona sed imitatione uirtutis. Sicut ergo iacob esau. non nascendo. ut diximus. sed emptione primogenitorum. de non primogenito. in primogenitum transeundo. Sicut et ipse esau primogenita uendendo. de primogenito non primogenitus fieri meruerit. Sic et iudei cum essent filii habrae carne. quia non fuerunt filii eius imitatione. non deputantur inter filios abrae. Sed dicuntur filii diaboli. cuius filii sunt non nascendo. sed imitando. Unde a domino audire meruerunt. Si filii abrae estis. opera abrae facite. Nunc autem queritis me interficere. hominem qui ueritatem locutus sum uobis. habraam non fecit. Vos ex patre diabolo estis. et desideria patris uestri facere uultis. Contra gentiles. cum secundum originem carnis. ab abraam essent alieni tamen imitatione fidei. et iustitie. successerunt in filios habrae.

Unde ab apostolo dicitur eisdem. Si autem christi. ergo habrae semen estis. Hinc idem apostolus. scribens romanis ait. Otyudee sit autem adamas. nec legem ei obseruas. Circumcisio tua preputium facta est. Quoniam et preputium si iustitias legis custodiat in circumcisione. reputabitur. Preferetur ergo ut ex premissis colligitur imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo non mendaciter iacob se dixit esau esse. nec mentiendo. sed uerum dicendo supra positus fuit. Alteri uero non nocuit. quia benedictionem sibi debitam accepit. non alienam subripuit. Episcopus uero iste de quo agitur. etsi falsum iurauit. tamen quia ut supradictum est. ream linguam non facit nisi rea mens. nequaquam reus periurii habetur. Probatur hoc exemplo saulis. qui cum esset in castris pugnaturus contra philisteos. iurauit se interfecturum. quicumque ante solis occasum commederet. Jonathas autem filius eius non audito regis iuramento. cum pugnando magnam stragem hominum dedisset. et salutem fecisset in israel. fame laborans. uidit fauum mellis. quem regia uirga. quam gestabat. in manibus accepit. et commedit. Statimque oculi. quos fere fames clauserat. aperti sunt. et facies eius est exhilarata. Quo comperto saul uoluit eum dare nece. Sed precibus et prece populi supplicatione placatus mortis reuocauit sententiam. ne interficeretur ille per quem salus erat data in israel. et quo pugnante de manibus hostium. populus ille liberatus fuerat. Ecce saul falsum iurauit. quia quod iurando se facturum decreuit. precibus populi prouocatus non fecit. nec tamen periurii reus arguitur. quia quantum in ipso fuit. quod iurauit impleuit. dum sententiam mortis in filium dedit. quam non carnali affectu. sed populi supplicatione. reuocauit. Cum ergo ut ratione. et exemplo monstratum est. episcopus reus periurii non esset. Consueta obedientia ab archidiacono sibi denegari non debuit. cum et periurum non sit illum esse constaret. ante tamen diffinitiuam sententiam. ut supra monstratum est. nulli suorum clericorum ab eo licet discedere. Constat ergo illicitum esse. quod archidiaconus iuramento firmauit. Unde merito queritur. an debeat seruari. uel non. Quod autem illicita iuramenta. seruari non debeant. in toletano. viii. con. legitur. in quo sic statutum est. Melius est uota stulte promissionis non

Si publicas sacramentorum implere. quam tamen admittere gestis. quod deus auertat. a quibus ubi illicita. ut non bona extitissent contradictio allegata. que aut iugulare animam patris. aut gerere compellerent stuprum sacratissime uirginis. numquid tollerabilius esset stulte promissionis uota reicere. quam per inutilium promissorum custodiam. ex horrendam criminum implere mensuram. Item ambr. de officiis. l. i. Aliquando non expedit promissum soluere sacramentum.

Est et contra officium. nonnumquam promissum soluere iuramentum. ut herodes qui iurauit. quoniam quicquid petitura esset daret filie herodiadis. Necem iohannis prestauit. ne promissum negaret. Item in sermone sancti augustini episcopi. de decollatione sancti iohannis baptiste. qui sic incipit. Cum sanctum euangelium legeretur. Pietas fuit. quod dauid nabal. sicut iurauerat ... non occidit.

Quod dauid iuramentum per sanguinis effusionem. non impleuit. maior pietas fuit. Uideo dauid pium hominem. et sanctum. in iurationem temerariam incidisse. et maluisse non facere quod iurauerat. quam iurationem suam. hominis fuso sanguine implere. Item. de ... eodem.

Iurauit dauid temere. sed non impleuit iuramentum maiori pietate. Ecce dauid sanctus. iuramento quidem adstrictus. non fudit sanguinem hominis. sed eum falsum iurasse. negare quis poterit. De duobus peccatis. minimum elegit. Sed minimus fuit illud in comparatione peioris. Illa per se tamen appensum. magnum malum est falsa iurare. Item ysidorus in sinonimis. l. ii. Turpia uota in malis promissis rescinde fidem. seruanda non sunt.

In turpi uoto muta decretum. quod incaute uouisti ne facias. Impia est enim promissio. que scelere adimpletur. Item beda. homelia. xl. iiii. Non est seruandum iuramentum

tamquo malum incauite pro...... ... tur.

Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit. quod obseruatum peiorem uergat in exitum. libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus. ac magis instante necessitate peierandum nobis quam pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit dauid per deum. occidere nabal uirum stultum et impium. atque omnia que ad eum pertinebant demoliri. Sed ad primam intercessionem abigail femine prudentissime. remisit minas. reuocauit ensem in uaginam. neque aliquid culpe se per tali periurio contraxisse doluit. Item. De duobus malis minus e-

Non solum in iurando. sed in omnibus que agimus. hec est moderatio sollicite obseruanda. ut si in talem forte lapsum uersuti hostis inciderimus insidiis. ex quo sine aliquo peccati contagio. surgere non possimus. illum potius euadendi aditum petamus in quo minus periculi nos perpessuros esse certimus. Item.

Ambr. de officiis. Tollerabilius est iuramentum non implere

Unusquisque simplicem sermonem. quam quod turpe est facere. proferat. et uas suum in sanctificatione possideat. nec fratrem circumscriptione inducat uerborum. nichil promittat inhonestum. aut si promiserit. tollerabilius est promissum non facere. quam facere quod turpe sit. Sepe plerique constringunt se iurisiurandi sacramento. et cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse. sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spo ponderint. sicut de herode supra scripsimus. qui saltatrici premium turpiter promisit. crudeliter soluit. turpe est quod regnum pro saltatione promittitur. crudele est quod mors prophete pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tollerabilius tali fuisset periurium sacramento. si tamen periurium dici posset. quod ebrius inter uina iurauerat. quod euiratus inter saltantium choros promiserat. Infertur disco prophete caput. et hoc estimatum est fidei esse. quod amentie fuit. Et post pauca. De iepte disserens. Miserabilis inquit necessitas. que soluitur parricidio. Melius est non uouere id. quod is cui promittitur nolit exsolui. Et post paululum. Non semper ergo promissa soluenda sunt omnia. Denique ipse dominus sicut scriptura indicat. frequenter mutat suam sententiam. Item ex eodem. tolleto. concilio. Incommutabilis

Incommutabilis idemque deus sua quandoque mutat statuta. semper existens. summa dei natura sua sepe in sanctis uitens. legitur mutasse promissa. et primam temperasse sententiam. Unde licet sit inpassibilis. atque incommutabilis. crebro tamen ei et iuramenta leguntur. et penitentia que sanctis extant misteriis. adoptata. Iurare namque dei est. a se ipso nullatenus ordinata conuellere. penitere uero est. eadem ordinata cum uoluerit inmutare. Sic enim per ieremiam dicit. Repente loquar aduersum gentem. et aduersus regnum. ut eradicem. et destruam. et dispergam illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo. agam et ego penitentiam a malo. quod cogitaui ut facerem ei. Item.

aug. Sapientis est quod male loquitur reuocare.

Magne sapientie est. reuocare hominem. quod male locutus est. Item ex eodem ilerdensi. Qua pena feriatur qui ill

Qui sacramento se obligauerit. ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat. pro periurio uno anno. a communione corporis et sanguinis domini segregatus reatum suum. elimosinis fletibusque. et quantis potuerit ieiuniis absoluat. Ad caritatem uero que operit multitudinem peccatorum. celeriter uenire festinet. Item. Non omnia promissa soluenda sunt.

Non semper omnia promissa soluenda sunt. Denique ipse dominus frequenter mutat sententiam. sicut scriptura dicit.

Item isidorus. sententiarum. l. ii. de eo dem.

Non est obseruandum sacramentum. quo malum incaute promittitur. uelut si quispiam adultere perpetuam fidem cum ea permanere polliceatur. Tollerabilius est enim non implere sacramentum. quam permanere in stupri flagitio. Item ex concilio. tolleto. cap. viii. male iurans penitentiam agat.

Necesse est. ut male iurans dignam penitentiam agat. eo quod nomen domini contra preceptum illius sumpsit in uanum. quia in exodo scriptum est. Neque enim insontem habebit dominus eum. qui assumpsit nomen dei sui frustra. Item in leuitico. de eo dem.

Non periurabis in nomine meo. nec pollues nomen dei tui ego dominus. Malum tamen quod facturum se sacramento deuouerat. omnino non faciat. quia stulta uota frangenda sunt. Item ex decreto sotheris pape. cap. iii. Iuramentum quo malum incaute promittitur. non est ser uandum.

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit. quod obseruatum peiorem uergat in exitum. Illud salubrio ri consilio. mutandum nouerimus. et magis instante necessitate periurandum nobis. quam pro facto iuramento. in aliud crimen maius esse diuertendum. Item ex concilio. elibertano. cap. i. temeritas emendatur cum incauta diffinitio soluitur.

Diffinitio incauta laudabiliter soluenda est. nec est preuaricatio. sed temeritatis emendatio. Item.

Actione quarta septime sinodi. Illicitum iuramentum non est Iohannes apocrisiarius orientalium sedium dixit. obseruandum. Significat sermo patris nostri sophonii. quod melius est iurantem periurare. quam seruare sacramentum. in fractione sanctarum imaginum. Hoc autem dicimus. quia sacramento quidam se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater sophronius nouerat bonitatem dei. propterea transgredi uoluit in prauum iuramentum. Item tharasius patriarcha dixit. herodes obseruauit iuramentum. et periit. Petrus uero negauit cum iuramento. et conuersus fleuit. et saluatus est. Omne enim peccatum bonus deus indulget. Si quis ex toto corde peniteat. Sancta sinodus dixit. Sic docet sancta scriptura. Item leontius episcopus forte dixit. Septum est iuramentum mendax ne diligatis. Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur. quia nullam habens uirtutem. Item isidorus.

Si quis Non obseruentur iuramenta. que fiunt contra diuina mandata

p̄uentus fuerit. ut diffiniat agere aliquid contra q
non placet deo. penitentiam agat. et quod contra mā
datum dn̄i statutum est. inritum reuocet. Item ex.
int. de natura rerum. quot modis iuramenta contrac
Tribus siquidem modis. iuramenta ta soluantur.
contracta soluenda s. Primo cum quis male iurat
Secūdo cum quis incaute iurat. non putans hoc esse
peccatum. Tertio si pueri. uel puelle in domo parentum.
se iuramento constrinxerint. patribus. postquam audi
erint contradicentibus. Ecce quod iuramenta illici
ta laudabiliter soluuntur. dampnabiliter obseruantur. quod tunc
intelligendum est. quando iuramentum illicitum deseritur:
ut ad bonum redeatur. Ceterum si propterea deseritur:
ut in aliud malum transeat. illicitum sacramentum dam
nabiliter seruatur. et dampnabilius contempnitur. Un
de aug. de bono coniugali. non est appellanda fides
Si ad peccatum admittitur que ad peccatum fa[...]du admittit.
tendum fides adhibetur. mirum est si fides appella
tur. Verumtamen qualiscumque sit. si contra ipsam fit.
peius est. nisi cum propterea deseritur. ut ad fidem ueram
legitimam quoque redeatur. i. ut peccatum emendetur
uoluntatis prauitate correpta. tamquam si quisque
cum hominem solus expoliare non possit. inueniat
socium iniquitatis. et cum eo paciscatur. ut simul id
faciant. spoliumque partiantur. quo facinore com
misso. totum solus auferat. dolet quidem ille. et
seruatam sibi non esse fidem conqueritur. Verum in ipsa
sua querela. cogitare debet potius in bona uita
ipsi humane societati. fuisse seruandum. ne
predam iniqua ex homine fieret. si sentit quam inique
sibi in societate peccati seruata non fuerit. Ille quippe
utrobique perfidus. ac perfecto scelerarior iudi
candus est. Item. Si propterea fides non seruatur. ut ad
Mulier si fide bonum redeatur. non dicitur uiolari debet.
coniugali. uiolata fide seruet adultero. utique ma
la est. et si nec adultero peior. Porro si eam flagi
tii peniteat. et ad castitatem rediens coniuga
les pacta. ac placita adulterina rescindat. mi
ror si eam fidei uiolatricem. ut et ipse adulter pu
tabit. Ex his itaque apparet. quod si quis quandoque ut
dixi illicitum iuramentum non seruauerit. ut in
aliud malum perniciosum declinet. tanto grauius
deliquit. quanto dampnabilius accumulantur
peccata peccatis. Si autem propterea deserit. ut ad
bonum redeat. nichil culpe pro tali periurio contrahit.
potius deflendum est. si in aliquo illius iuramenti
occasione. nos deliquisse contigerit. Unde aug.
scribit seuero mileuitano episcopo. consultum de quo
dam ubaldo. qui a consanguineis cuiusdam pe
liers. coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniu
gem. nec matri sue. uel fratribus suis. ulterius necessaria
subministraturum. Rescribit gloriosus beatus aug. ut di
ximus seuero mileuitano episcopo. de quodam ubaldo qui
iurauit se non ministraturum necessaria matri sue.

Inter cetera que rogaueras. a patre nostro ambrosio quesi
ui. quid tibi sit me agendum sit. de ubaldo parrochi
ano tuo. qui captus. et timore necis impulsus. sue
concubine iuramento firmauit ipsam in coniugem
suscipere. patrem quoque matrem de domo cum fratribus expellere
nichilque eis alimonie umquam inpendere. Quia
uero quam prius habuerat. non est peccatum in coniugem
suscipere. patremque matrem de domo cum fratribus ex
pellere. nichilque eius alimonie umquam inpendere.
Quia uero quam prius habuerat non est peccatum in co
iugem suscipere. matrimonium sit in deo firmum. et stabi
le. Porro iuramentum non ob hoc inuenitur fuisse in
stitutum. ut esset uinculum iniquitatis. uel matricidii
uel fratricidii. seu cuiuscumque criminis. nec credo sacram
tum ad hoc debere fieri. ut iniusta iuratio suorum bo
norum. sit iniuste iurantibus expoliatio. et accipi
enti eterna dampnatio. Periurii namque patitur pe
na. et uelut homicida in extremo examine a iusto iu
dice degrandinabitur. Per quem sacrosanctum euan
gelium ad iniustum. et illicitum. deo minime amabi
le quasi testimonium iuste. et humane petitionis.
adducatur. Foueat itaque ubaldus matrem. et fratres. et
lugeat si coactione. et timore iuramenti. aliquid
defuit matri. Qui uero eum iurare coegerunt. quod non
debuit. reatu periurii implicati teneantur. Iniuria
quippe iniuste irrogata. ei est infamia qui facit.
Nec enim ullomodo ad obprobrium coacte uolunta
tis trahitur. quod illicita condicio necessitatis extorsit.
Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda
probentur. Opponitur quod iosue gabaonitas contra
preceptum domini non deleuerit. quas seniores israel cum eis
iuramento pacem firmauerant. Set notandum est. quod se
niores israel. et si scirent a deo non esse in pacem. ut delerent
gentes terre promissionis. decepti tamen a gabaonitis
nesciebant eos esse incolas terre sibi promisse. Uener
ut istoria refert attritis calciamentis. et amiradis
panibus dicentes. Uiri pacifici. uenimus de terra lon
ginqua. calciamenta sunt attrita in pedibus nostris.
panis defecit in sitarciis nostris. audiuimus dominum esse
uobiscum. et uenimus pacem componere uobiscum. Quod
uerbum placuit senioribus israel. et fecerunt cum eis pacem.
post diem autem tertium. cum filii israel appropinqua
rent gabaonitis. occurrerunt eis. quibus iurauerant seniores israel. Illi autem uidentes se deceptos uoluer
delere eos. set prepedit eis iosue. propter iuramentum se
niorum israel. Unde ambrosius. int. de officiis. quod dauet
...
pluribus iuramentis a deo tamen iuramento firmata non sunt uitanda.
Innocens credit omni uerbo. non uituperanda facili
tas. set laudanda bonitas. hoc est innocentem esse.
ignorare quid noceat. Et si circumscribitur ab aliquo.
de omnibus tamen iudicat. qui fidem esse in omnibus arbi
tratur. hac quoque mentis sue dote inclinatus ihesus. ut cre
deret gabaonitis. testamentum dei posuit. dedit pa
cem. et confirmauit societatem. Set uiuentibus eorum uen

tum est. dep(re)hensa fraude. q(uo)d i(n) eor(um) finibus ad uenas se e(ss)e simulauerunt. illusus circu(m)sc(ri)ptum se po pulus patru(m) indignari cepit. Ih(esu)s t(ame)n pace(m) quam dede rat reuocanda(m) non censuit. q(ui)a firmata erat sacram(en) ti religione. ne dum alienam p(er)fidiam redargu eret. suam fidem solueret. Multauit eos t(ame)n meli ori obseq(ui)o. ministerii. clementior sententia. si di uturnior. Illicitu(m) u(er)o iuram(en)tu(m) q(uo)d s(er)uari p(ro)hibe t(ur). intelligendu(m) est. quod scit(ur) e(ss)e illicitum. dum iura tur. Si aut(em) nescit(ur) illicitu(m) e(ss)e. ip(s)a ignorantia excusa tur. Si putet(ur) licitum e(ss)e non ex ignorantia iuris s(ed) facti. Aliud est enim si aliquis copulam nullo iure credat e(ss)e licita. quia nescit e(ss)e consanguinea. uel quia credit e(ss)e uidua. aliud si no(n) putat licita. quia t(ame)n consanguinearum coniunctio. uel relictaru(m) copula. nullo iure credat(ur) e(ss)e p(ro)hibita. hec est en(im) ignorantia iuris. que neminem excusat. nisi cui p(er) mittitur ius ignorare. ubi u(er)o ignorantia facti qua quisq(ue) fere excusatur. Seniores aut(em) isr(ae)l non ig norabant gentes terre p(ro)missionis. ex precepto d(omi)ni e(ss)e delendas. s(ed) ignorabant gabaonitas e(ss)e incolas terre p(ro)missionis. Ignorabant siquidem factu(m). s(ed) no(n) ignorabant ius facti. Atq(ue) i(de)o. (et) si illicitum e(ss)et. q(uod) iurauerunt t(ame)n li cite seruari debuit. q(uo)d iuramento firmauerunt. Q(uo)d aut(em) illicitu(m) sacramentu(m) seruari p(ro)hibet(ur). non est g(e)n(er)a liter intelligendum. Iuramentu(m) namq(ue) ut ier(onimus) testa tur. sup(er) ieremia(m). deb(et) habere tres comites. ueritate(m). iudicium. (et) iustitiam. Vbi aut(em) ista defuerint. non est iuramentu(m). s(ed) piurium. Vnde dat(ur) intelligi q(uo)d illicitu(m) e(st) iuramentu(m). cui aliq(uo)d istor(um) defuerit. non tamen cuicumq(ue) contigerit. aliquod istor(um) dee(ss)e p(ro) hibet(ur) s(er)uari. Aliq(ua)n(do) namq(ue) iuram(en)to deest iustitia. ueluti cum quispiam post uotum castitatis ducat uxorem iuramento firmans. nu(m)q(ua)m ab ea se di scessurum. Quod quamuis inlicitum sit. quia iusti tia sibi p(ro)bat(ur) dee(ss)e. t(ame)n auctoritate augustini s(er)ua ri p(re)cipitur. hoc aut(em) si quis contendat. p(ro) rogatiua coniugii. non p(ro)pt(er) religionem iurisiurandi s(er)ua ri. audiat q(uo)d gabaonitas obsolam fortitudinem contra impium d(omi)n(u)m reseruatos. Cum(que) o(mn)e d(omi)ni preceptum iustum sit. patet iustitiam ei dee(ss)e. q(uo)d ei p(re)cepto contrarium inuenit(ur). Iudicium q(uo)q(ue) aliq(ua)n(do) iuramento d(e)e(ss)e constat. ueluti cum p(ro)p(ri)a temerita te aliquis ductus iurauerat se n(on) manducaturu(m). uel bibiturum. hoc quamuis leuitate indiscreta illicitu(m) p(ro)hibetur. non t(ame)n i(de)o uiolari iubet(ur). Iuramentu(m) ita q(ue) multipliciter illicitum intelligit(ur). Est enim il licitum. aliq(ua)n(do) ex eo q(uo)d iurat(ur). aliq(ua)n(do) ex modo iurandi. Ex eo q(uo)d iurat(ur). tunc est illicitu(m) iuramentu(m). q(ua)n(do) id q(uo)d iurat(ur). in sua natura uitiosum est. ut u(er)ita(s) adhimens. ut adulteriu(m). (et) homicidiu(m). (et) his similia. uel reparari p(ro)mittens. ueluti cum inimico ad pace(m) non redire. indigenti misericordia(m) non subuenire. ista q(ui)a p(er)spi cua(m) h(abe)nt in se iniustitiam. (et) si iuramento firment(ur).

t(ame)n seruari non debent. Circa hec utiq(ue) iuramenta. intelligenda s(unt). que de illicitis iuramentis. non obser uandis. supra statuta leguntur. Quisquis ergo se iuram(en) to firmauerit aliq(uo)d facturum. quo uel corporalis. uel sp(irit)u alis salus adimat(ur). uel sine quo utraq(ue) salus reparari uel conseruari non possit. fidem p(ro)missam seruare p(ro) hibetur. Quor(um) exempla p(re)misse auctoritates subiciunt. dum eum q(uo)d homicidiu(m) facere. uel alim(en)ta matri (et) filiis non subministrare. in adulterio p(er)ma nere. uel ad pacem cum aduersario non redire. iura mento p(ro)misit. salubriori co(n)silio. illicita uota obs(er) uare non p(er)mittunt. Est (et)iam q(uo)d iuratur. aliq(ua)n(do) uitio sum. non in natura sua. s(ed) ex causis extra uenientib(us) ueluti cu(m) aliquis post uotu(m) castitatis. iurat alicui se habiturum ea(m) in coniugem. Coniugem nanq(ue) in se ip(s)o habere. peccatu(m) non est. (et) t(ame)n hui(us)c(emodi) ex uoto p(er) niciosum e(st). hoc aut(em) iuramentum. (et) si illicitum sit. non t(ame)n obseruari p(ro)hibet(ur). S(ed) de uiolatione. uoti penitentia(m) s(ibi) iubet(ur) indici. Ex modo iurandi. tunc est illicitu(m) iuram(en)tu(m). q(ua)n(do) in confidate (et) inconcu(s)s(e) specte aliquid iuratur. quo nec corporalis. nec sp(irit)ualis salus. adimit(ur). (et) sine quo utraq(ue) salus reparari. (et) ui ta conseruari ualet. ueluti dum aliquis a parentib(us) coactus. uel clericatus tonsura(m). uel religionis ueste(m). suscipiat. se neutru(m) facturum iuramento firma uit. hoc quamuis aliquib(us) uideat(ur) rep(re)hensibile. q(ui)a opus caritatis iuram(en)to se non facturum. p(ro)mi sit. nulla t(ame)n auctoritate s(er)uari p(ro)hibet(ur). q(ui)a (et) si nu(m) quam clericatus tonsuram. uel religionis uestem suscipiat. non t(ame)n i(de)o minus salute(m) p(ro)mereri ualet. cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi. (et) deo dilectissimi inueniant(ur). Quo exemplo euidenter dat(ur) intelligi. quotiens aliquis iurat se non fac turum aliquid. quo expeditior sibi uia prepare tur ad beatitudinem. dum modo sine eo salutem ualeat inuenire. quod iuramentu(m) non p(ro)hibet(ur) obs(er)uare. Vnde cum nos iuramus non daturos alicui aliquid sine quo utraq(ue) salus ei potest e(ss)e incolumis. (et) si aliqua ex eo s(unt) commoditas. p(re)sta retur. nulla t(ame)n auctoritate. iuramentum serua re p(ro)hibem(ur). dummodo sit nob(is) alia uia. neces sitatib(us) ei subueniendi. Quod aut(em) quinto lo co q(ue)r(itur). si illicitum e(ss)et. q(uo)d archidiaconus iurauerat. an ep(iscopu)s. e(ss)et reus piurii. quia ad peierandum archi diaconum cogebat. facile pot(est) discerni. Si enim consentiens pari pena cum faciente puniendus est. multo magis ille q(ui) cogit reus admissi criminis p(ro)bat(ur). Vnde pius pp(a) ait. qui piurare co(m)pellit (et) q(ui) compellitur. piurus habeatur.

Qui compulsus a d(omi)no. sciens piurat. utriq(ue) sunt piuri. (et) d(omi)n(u)s. (et) miles. d(omi)n(u)s quia p(re)cepit. miles. quia plus d(omi)n(u)m. quam animam dilexit suam. Si liber est. xl. dies peniteat. in pane (et) aqua. (et) uii. sequen tes an(n)os. Si seruus eiusdem. iii. quadragesimas.

et legitimas ferias peniteat. Idem. **Penitentia eius qui in manu episcopi aut in cruce consecrata periurat.**

Qui periurat se in manibus episcopi aut in cruce consecrata, tres annos peniteat. Si uero in cruce non consecrata, unum annum peniteat. Qui autem coactus fuerit, et ignorans se periurauerit, et postea cognoscat, iii. quadragesimas peniteat. Item ex penitentiali Theodori. **Qua pena sit feriendus qui necessitate coactus periurat.**

Siquis coactus pro uita redimenda, uel pro qualibet causa, aut necessitate periurat, quia plus corpus quam animam dilexit, iii. quadragesimas peniteat. Alii uero iudicant tres annos, unum ex his in pane et aqua. Item Gelasius papa. **Qui deierat, et alios deierare facit, qua pena sit feriendus.**

Siquis se periurauerit, et alios sciens in periurium duxerit, xl. dies peniteat in pane et aqua, et vii. sequentes annos, et numquam sit sine penitentia; et alii si conscii fuerint, similiter peniteant. Item Augustinus in sermone de decollatione sancti Iohannis. **Homicidam uincit, qui sciens ad periurium compellit.**

Ille qui prouocat hominem ad iurationem, et scit eum falsum esse iuraturum, uincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, et eius quem iurare prouocauit, et suam. Scis uerum esse quod dicis, et falsum quod ille dicit, et iurare compellis. Ecce iurat, ecce periurat, tu quid inuenisti? Immo et tu peristi, qui de illius morte satiari uoluisti. Idem in sermone de periuriis. **Non peccat qui iurantem exigit, ab eo quem nescit falsum iurare.**

Qui exigit iurationem, multum interest, si nescit illum iuraturum falsum, an sciat. Si enim nescit, et ideo dicit, iura mihi, ut fides ei sit, non est peccatum, tamen humana temptatio est. Si autem scit eum fecisse, et cogit eum iurare, homicida est. Ille enim se suo periurio interemit, sed iste manum interficientis et impressit et pressit. Item ex concilio Maguntiensi. **Usque ad exitum uite non communicet, qui alios ad periuria trahit.**

Siquis conuictus fuerit alios ad falsa testimonia, uel periuria attraxisse, uel quacumque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum uite non communicet. Hii uero qui ei in periurio consensisse probantur, postea ab omni testimonio sunt remouendi, et secundum legem infamia notabuntur. Item qui audit aliquem falsum iurare, et tacet, delinquit. Unde Augustinus in questionibus Leuitici, cap. i. Anima que iurauerit et audierit uocem iurantis falsum, etc. **Cuius sit iudicandum falsum quod ab aliquo iuratur.**

Hoc uidetur dicere peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, et scit eum falsum iurare, et tacet. Tunc autem scit, si et rei de qua iuratur testis fuit, aut uidens, aut conscius fuit, i. aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse qui iurat illum docuit. Ita enim potuit esse conscius. Si intercedente timore huius peccati, et timorem huius proditionis hominum non parua excitat plerumque temptatio. Possumus enim apparatum ad periurium admonendo, ut prohibendo, a tam graui peccato reuocare. Si non audierit, et coram nobis dicere quam nouerimus falsum iurauit, utrum prodendus sit, ita ut perditus et periculum mortis incurrat, difficillima questio est. Sed quia hic non expressit, cui hoc indicandum sit, utrum illi cui iuratur, an sacerdoti cuipiam, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed orare pro illo potest. Videtur tamen quod se absoluat ab hoc peccati uinculo, si iudicet talibus qui magis possunt prodesse, quam obesse periuro, siue eum corrigendo, siue deum pro eo placando. Si et ipse confessionis sibi adhibeat medicinam. Ergo iste ut supra dictum est, qui audit falsum iurare, et tacet, delinquit, multo magis reus est, qui ad deierandum aliquem compellit. Queritur de eo qui uerborum calliditate se circumuenire putat eum cui iuramentum defert, an sit reus periurii, nisi seruauerit quod iurasse creditur. De hoc itaque scribit Isidorus Sententiarum libro primo. ii. **De eo qui calliditate uerborum iurat.**

Quacumque arte uerborum quis iuret, deus tamen qui conscientie testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia et dei nomen sumit in uanum, et proximum dolo capit. Item ex sermone sancti Augustini. **Periurus est qui super lapidem falsum iurat.**

Ecce dico caritati uestre, et qui super lapidem iurat falsum, periurus est. Unde hoc dico, quia multi in hoc falluntur, et putant quia nichil est per quod iurant, non se crimine teneri periurii. Prorsus periurus est, quia per id quod sanctum non putas, falsum iuras. Si autem tu illud sanctum non putas, putat sanctum cui iuras. Non enim quando iuras tibi aut lapidi, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed numquid non ante deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit deus te fallentem. Ergo obicitur illud Gregorii in xx. vi. libro moralium. **Apud deum uerba nostra humane aures talia non ex ore, sed ex corde procedunt.**

Humane aures talia uerba nostra iudicant, qualia uerba foris sonant. Diuina uero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certe nouerit ille qui intentionem et uoluntatem alterius uaniis uerbis explicat, quia non debet aliquis uerba considerare, sed uoluntatem et intentionem, quia non debet intentio uerbis inseruire, sed uerba intentioni. Ergo diuina iudicia uerba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, sed intentio non debet deseruire uerbis, sed uerba intentioni. Patet quod deus non sic accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, sed potius sicut qui iurat intelligit, cum recipienti non ex intimis, sed ex his que proferuntur foris uerba nostra sonent. Item obicitur. Qui iurat super lapidem putans se iurare super sacrosanctum euangelium, periurus tenetur, ac si super sanctum euangelium iurauerit, licet ille cui iurauerat, ideo super lapidem illum iurare fe[illegible]

cerit. nec non fuando quod promittit. reatu periurii teneat. Item obicitur de ciuibus. quidam qui credunt se iurare se obedituros consulibus suis in omnibus que sibi imperata fuerint pro honore sue ciuitatis. Isti ei obedientiam recusantes reatu periurii illaqueentur. Supponitur breue iurantibus. in quo aliud continetur quam se iuraturos arbitrantur. uidelicet ne padum in riuum conuertant. et aliquid huiusmodi faciant. Sit quis contra hoc quod se iurasse credidat. consulibus suis obedientiam denegarent. Numquid secundum intentionem recipientis. an non potius secundum intentionem iurantis. dicendum iuramentum illud accipietur. Item. Si innocens de adulterio uel furto impetitur. innocentiam suam uellet asserere. iuraret autem se ab obiectis. sic esse immunem. sicut in breui illo continetur. quod manibus suis se scripsisse arbitratur. Contineatur autem in illo hunc esse reum obiectorum. Iste quidam autem a domino reus reputabitur. Aut numquid potentem se arguit adulterii aut furti. reatum incurrisse non. Hinc Iohannes Crisostomus ait. *Inter iuramentum et occasionem nulla debet esse differentia.*

Iuramenti huius causa est. quia omnis qui iurat ad hoc iurat quia uerum est loquatur. Et ideo dominus inter iuramentum et loquelam nullam uult esse differentiam. quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam ita quoque in nostris uerbis nullum debet esse mendacium. quia utrumque et periurium et mendacium diuini iudicii pena dampnatur dicente scriptura. Os quod mentitur occidit animam. Quisquis igitur uerum loquitur iurat. quia scriptum est. testis fidelis non mentietur. Item. *Antequam aliquis iuret periurare paratus iurat. sic esse consciencia iurare paratus.*

Qui periurare paratus est. antequam periuret iam periurus uidetur. quia deus non ex operibus iudicat sed ex corde. Ex his omnibus colligitur. quod iuramenta secundum intentionem prestantis. non recipientis a deo iudicantur. Quoniam secundum Isidorum. quacumque arte uerborum quis iuret. deus sic accipit. sicut ille cui iuratur intelligit. Sed sic aliud est callida arte uerborum iurare. aliud simpliciter intentionem suam iurando enuntiare. Sic aliud est simplici intentione. iuramentum factum recipere. et aliud in recipiendo calliditate uti. quia sicut quisquam aput deum non ualet aliquem ledere. sic nec preter eius intentionem ualet quis alicui subuenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem utriusque considerat. et tamen ex parte recipientis. quam ex parte prestantis uerborum artem aspernatur et odit.

De etate iurantium queritur. qua etate quisque ad iurandum debeat cogi. De quo in primo libro capitularium sic inuenitur diffinitum. *Ante rationabiles annos*

Paruuli qui sine etate *aliqua non cogantur iurare.*

rationabili sunt. non cogantur iurare. et qui semel periurati fuerint. nec testis sit post hec. nec ad sacramentum accedat. nec in sua causa. uel alterius iurator existat. Item ex concilio elibertano. *Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.*

Pueri ante xiiii. annos non cogantur iurare. Puella quoque si in puerilietate sita in domo patris. illo nesciente se iuramento constrinxerit. pater eius ut audierit. statim contradixerit. uota eius et iuramenta irrita erunt. et facilius emendabitur. Item Cornelius papa. *De eo quod iurat aliquis uerum honestum et uidetur. ut mentiatur presentetur.*

Honestum et uidetur ut qui in sancta audit iurare. hoc ieiunus faciat. cum omni honestate et timore dei. et ut pueri ante xiiii. annos non cogantur iurare. Preterea sunt quedam tempora quibus iurare prohibentur. Unde in concilio apud sanctum Medardum habito. *Quibus temporibus iurare prohibetur.*

Decreuit sancta sinodus. ut a septuagesima usque in octauam pasche. et ab aduentu domini usque in octauam epiphanie. necnon et in ieiuniis quatuor temporum. et letaniis maioribus. et in diebus dominicis. et in diebus rogationum. nisi de concordia et pacificatione. nullus super sacrosancta euangelia iurare presumat. De forma uero fidelitatis. et quid quisquam debeat domino. ut ex concilio uso. sic inuenitur diffinitum. in epistola Fulberti episcopi. *Que in fidelitate sunt obseruanda.*

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus. hec uobis que secuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat. ista sex in memoria semper debet habere. Incolume. tutum. honestum. utile. facile. possibile. Incolume. uidelicet ne sit in dampnum domino suo de corpore suo. Tutum. ne sit ei in dampnum de secreto suo. uel de munitionibus per quas tutus esse potest. Honestum. ne sit ei in dampnum de sua iustitia. uel de aliis causis. que ad honestatem eius pertinere uidentur. Utile. ne sit ei in dampnum de suis possessionibus. Facile. uel possibile. ne id bonum quod dominus suus leuiter facere poterat. faciat ei difficile. neue id quod possibile erat. reddat ei impossibile. Ut fidelis hec documenta caueat iustum est. Sed quia non sufficit abstinere a malo. nisi faciat id quod bonum est. restat ut in eisdem sex supradictis. consilium et auxilium domino suo fideliter prestet. si beneficio dignus uideri uult. et saluus esse de fidelitate quam iurauit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus uicem reddere debet. Quod si non fecerit. merito censebitur malefidus. sicut ille qui in eorum preuaricatione. uel faciendo. uel consentiendo deprehensus fuerit. perfidus et periurus. Ex his itaque ex premissis apparet. mendacium nec simplici sermone debet proferri. nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in uerbis. sed etiam in simulatis operibus esse probatur. Unde Ambrosius ait in sermone habito de Abraam. *Filii sunt diaboli qui mendacium amant.*

Cauete fratres mendacium. quia omnes qui amant mendacium filii sunt diaboli. Non solum in falsis uerbis. sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est christianum se dicere. et opera christi

non facere. Mendatium est enim episcopum, sacerdotem, uel clericum se profiteri, et contraria huic ordini operari. Item iero.

Quotiens uerbo loquimur quotiens sermo malus de ore nostro procedit, aut non in oportuno tempore, aut non in oportuno loco, aut non ut conuenit audientibus, totiens sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur, quia pro ocioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii. Iuramentum uero laico clericus prestare non debet. Unde in concilio Meldensi. Cuiquam laico clericus non iurare presumat.

Nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico presumat iurare presumat quicquam super sacrosancta euangelia. Sed simpliciter cum ueritate et puritate dicat est aut non. Sed si est aliquid quod ei obiciatur, pro ut iudicauerint qui eius dem sunt ordinis, aut corrigatur, aut expurgetur. Episcopo similiter clericus iuramentum prestare non debet, nisi forte in causa ecclesie preparatione committat. Unde Urbanus ait.

QUIDAM EPISCOPI cum plebe sibi commissa in heresim lapsi sunt. Circum adiacentes catholicos minis et cruciatibus ad heresim compellere ceperunt. Quo comperto, apostolicus catholicos episcopos circumadiacentium regionum, qui ab imperatore ciuilem iurisdictionem acceperant, imperauit, ut catholicos ab hereticis defenderent, et quibus modis possent eos ad fidei ueritatem redire compellerent. Episcopi hec mandata apostolica accipientes, conuocatis militibus aperte et per insidias contra hereticos pugnare ceperunt. Tandem nonnullis eorum neci traditis, aliis rebus suis uel ecclesiasticis expoliatis, aliis carcere et ergastulo reclusis, ad unitatem catholice fidei coacti redierunt. Hic primum queritur an militare sit peccatum. Secundo, quod bellum sit iustum, et quomodo a filiis Israel iusta bella gerebantur. Tertio an iniuria sociorum armis sit propulsanda. Quarto an uindicta sit inferenda. Quinto an sit peccatum iudici uel ministro reos occidere. Sexto an mali sint cogendi ad bonum. Septimo an heretici suis et ecclesie rebus sint expoliandi, et qui possidet ab hereticis ablata, an dicatur possidere aliena. Octauo an episcopis uel quibuslibet clericis liceat sua auctoritate uel apostolica uel imperatoris precepto arma mouere. Quod militare alienum

uideatur ab euangelica disciplina, hinc uidetur posse probari, quia omnis militia uel ob iniuriam propulsandam, uel propter uindictam inferendam est instituta. Iniuria autem uel a propria persona uel a sociis repellitur, quorum utrumque euangelica lege prohibetur. Cum enim dicitur: Si quis percusserit te in unam maxillam, prebe ei et alteram. Et iterum: Qui te angariauerit mille passus, uade cum eo alia duo milia. Item cum dicat apostolus ad Romanos: Non uos defendentes karissimi, sed date locum ire. Quid aliud prohibemur, quam a propria persona iniuriam repellere? Item cum Petro gladio magistrum defendenti Christus dixerit: Conuerte gladium tuum in uaginam. An putas quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi plus quam duodecim milia legiones angelorum? Denique sicut de beato Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent, et ab iniuria mortis illum defensarent, ipse econtra uerbo et exemplo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martirium impedirent. Quid aliud monemur, quam sicut passi sunt, ita sociorum iniurias patienter tollerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum preparare. Item cum in pueribus dicitur: Michi uindictam, ego retribuam, dicit dominus. Item cum in euangelio dicatur: Nolite iudicare, et non iudicabimini. Item cum pater familias dicat seruis suis uolentibus colligere zizania: Sinite utraque crescere usque ad messem, et tunc dicam messoribus: Colligite zizania, et colligate fasciculos ad comburendum. Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus angelorum uidelicet dicatur perditurus homicidas illos prophetarum et apostolorum, qui uocati ad nuptias uenire contempserant. Item cum Paulus apostolus in epistola ad Romanos dicat: Nolite iudicare inuicem. Et iterum: Tu quis es, qui alienum iudicas seruum? Suo domino stat aut cadit. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut uiuorum et mortuorum dominetur. In his omnibus quid aliud percipitur, quam ut uindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est, militia uideatur esse instituta, ut ob iniuriam propulsandam, uel ad uindictam inferendam, utrumque autem lege euangelica prohibeatur, apparet quidem, quod militare peccatum est. Hinc etiam Origenes ait. Bella carnalia bellorum spiritualium figuram.

Nisi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent, numquam, ut opinor, iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui uenit pacem docere, legendi in ecclesiis fuissent ab apostolis traditi. Quo modo enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur a Ihesu: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Et quibus per apostolum dicitur, et

[...]uali quia bella carnalia figuram gerunt spiritualium.

iubetur: non uos metipsos defendentes, sed magis iniuriam percipite, et magis fraudem patimini. Unde de eius quoque sciens apostolus dicat ad Romanos: nobis iam ultra bella non esse carnaliter peragenda, sed in certamina contra spirituales aduersarios desudanda. Velut magister militiae preceptum dat militibus Christi dicens: Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Gratianus. His ita respondetur: Precepta patientiae non tam ostentatione corporis quam in preparatione cordis sunt retinenda.

Unde Augustinus ait in sermone de puero centurionis. **Precepta patientiae uirtute animi, non obstentatione corporis seruanda sunt.**

Paratus debet esse homo iustus et pius patienter eorum maliciam sustinere, quos fieri bonos querit, ut et potius numerus crescat bonorum, non ut pari malicia se quis numero addat malorum. Denique ista precepta magis sunt ad preparationem cordis, quam ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum beniuolentia. In manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse, quibus bene uelle debemus. Hinc liquido ostenditur, quod ipse Dominus Iesus Christus, exemplum singulare patientiae, cum percuteretur in facie, respondit: Si male locutus sum, exprobra de malo. Si autem bene, quid me cedis? Nequaquam ergo preceptum suum, si uerba intueamur, impleuit. Neque enim prebuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne faceret, et iniuriam augeret. Et tamen paratus uenerat non solum in faciem percuti, uerum etiam pro his, a quibus hec patiebatur, crucifixus occidi. Pro quibus ait in cruce pendens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Neque Paulus apostolus preceptum Domini et magistri sui uidetur implesse, ubi et ipse percussus in faciem dixit principi sacerdotum: Percutiat te Deus, paries dealbate. Sedes me iudicare secundum legem, et contra legem iubes me percuti? Et cum a circumstantibus diceretur: Iniuriam facis principi sacerdotum, irridens eos admonere uoluit, quid dixerit, ut qui saperent, intelligerent. Iam destruendum esse in aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est ypocrisim sacerdotii Iudeorum. Ait quippe: Nesciui, fratres, quia princeps est. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Cum procul dubio, qui in eodem populo creuerat, atque in lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset, nec eos quibus ita notus fuerat ullo modo falleret, quod nesciret. Sunt ergo ista precepta patientiae semper in cordis preparatione retinenda, ipsaque beniuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in uoluntate complenda. Agenda sunt autem multa, et cum inuitis quadam benigna asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est quam uoluntati. Nam in corripiendo filium quamlibet aspere, numquam profecto paternus amor amittitur. Fiat tamen quod nolit et doleat, qui inuitus uidetur dolore sanandus. Ac per hoc si terrena ista res publica precepta Christiana custodiat, et ipsa bella sine beniuolentia non gererentur, sed ut ad pietatis iustitieque societatem uictis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter uincitur, quoniam nichil est infelicius felicitate peccantium, qua penalis nutritur impunitas, et mala uoluntas uelut interior hostis roboratur. Item paulo post. **De eodem.**

Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in euangelio diceretur, ut abicerent arma, seseque militie omnino subtraherent. Dictum est autem eis: Neminem concusseritis, estote contenti stipendiis uestris. Quibus proprium stipendium sufficere debere precepit, militare utique non prohibuit. Item eiusdem ad Bonifatium. **In bellicis armis multi Deo placere possunt.**

Noli existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi tunc temporis iusti. In his erat sanctus ille centurio, qui Domino dixit: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia uirtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur. Pacem habere uoluntatis est, bellum autem debet esse necessitatis, ut liberet Deus a necessitate, et conseruet in pace. Non enim pax queritur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax adquiratur. Esto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem uincendo perducas. Beati enim pacifici, ait Dominus, quoniam filii Dei uocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto dulcior est pax diuina pro eterna salute angelorum. Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non uoluntas. Sicut bellanti et resistenti uiolentia redditur, ita uicto uel capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Item eiusdem contra Manicheos. **Que culpantur in bello iure reprehendenda.**

Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur in pace uicturi? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, inplacatus atque inplacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua similia, hec sunt que in bellis iure culpantur. Que plerumque ut etiam iure puniantur, aduersus uiolentiam resistentium, siue Deo, siue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos iubet aliquid tale, ut in talibus obedire iuste ipse constringit. Unde nec Iohannes ab armis iubet discedere milites.

Arguendo ut di. xlvi. Sit rector.
fugiendo ut vii. q. i. Sic
contra iniurias armis propellendo ...
Satisfactionem exigendo di. xc. ...
Secundum diuersitatem morbi diuersas dare medicinas ...

Que ne reprehendantur in bello.

Non quod non est peccatum si bellum est iustum, quod hoc ordinauit, et non est religiosum hoc dicere, sed timidi et bestialis.

Et xpistus post tributa cesari monet reddi. quia propter bella necessario militi stipendium prebetur. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accommodatus. hoc poscit. ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit. Si si humana cupiditate bellum gerit. non nocet sanctis. in quos non habet quisquam potestatem. nisi desuper datam. Non est enim potestas nisi a deo. siue iubente. siue sinente. Cum ergo uir iustus si forte etiam sub rege homine sacrilego militet. recte potest illo iubente bellare. si uice pacis ordinem seruans. quod sibi iubetur. uel non esse contra dei preceptum certum est. uel utrum sit certum non est. ita ut fortasse faciat reum regem iniquitas imperandi. innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. Item eidem in libro de uerbis domini tractatu xviiii. Militare non est peccatum.

Militare non est delictum. sed propter predam militare peccatum est. Nec rem publicam gerere criminosum est. sed ideo agere rem publicam ut diuitias augeas. uidetur esse dampnabile. Propterea enim quadam prudentia militantibus sunt constituta stipendia ne dum sumptus queritur. predo grassetur. Item dominus ipse dicit. Reddite que sunt cesaris cesari. Igitur quod cesar precepit ferendum est. quod imperat tollerandum est. Sed fit intollerabile. dum predam exactores accumulant. Item interrogauerunt iohannem milites dicentes. Quid faciemus et nos. Ait illis. Neminem concusseritis. neque calumpniam faciatis. sed estote contenti stipendiis uestris. Sic autem cognoscere debet omnis homo qui militat. Non enim de his tantum militantibus scriptura loquitur. qui armata militia detinentur. sed quisquis militie sue cingulo utitur. dignitatis sue miles ascribitur. atque ideo hec sententia potest dici. Verbi gratia. Militibus. protectoribus. cunctisque rectoribus. Quicumque sunt stipendia publice decreta consequuntur. si amplius querunt. tamquam calumpniatores et concussores iohannis sententia condempnantur. Item eidem de diuersis ecclesie obseruationibus. Pacata bella que geruntur ut mali coherceantur et boni subleuentur.

Apud ueros dei cultores et ipsa bella pacata sunt. que non cupiditate. aut crudelitate. sed pacis studio geruntur. ut mali coherceantur. et boni subleuentur. Item gregorius uniuersis episcopis neapolim. Summa laus est militie rei publice utilitatibus obedientiam exhibere.

Summa militie laus. inter alia bona merita. hec est obedientiam rei publice utilitatibus exhibere. Quicquid sibi utiliter imperatum fuerit obtemperare. sicut et nunc deuotionem uestram fecisse didicimus. que epistolis nostris. quibus magnificum uirum. constantium tribunum custodie ciuitatis deputauimus esse. paruit. et congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis uos presentibus curauimus admonendos. ut predicto magnifico uiro tribuno. sicut et fecistis omnem debeatis pro serenissimorum dominorum utilitate. uel conseruanda ciuitate. obedientiam exhibere. quatenus quicquid a uobis hac in re bene gestum agnoscitur. pro presentis temporis uigilantiam. ac sollicitudinem augmentetis.

Ex his omnibus colligitur. quod militare non est peccatum. et quod precepta patientie in preparatione cordis. non ostentatione corporis seruanda sunt. Quod autem queritur. quod sit iustum bellum. ysidorus ethimologiarum libro xx. inquit. Quod sit iustum bellum.

Iustum bellum est. quod ex edicto geritur. de rebus repetendis. aut propulsandorum hominum causa. Iudex dictus est. quia ius dictat populo. siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est. iuste iudicare. Non est enim iudex si non est in eo iustitia. Item aug. in libro questionum. Nichil ad iustitiam interest. siue aperte siue ex insidiis aliquis pugnet.

Dominus deus noster iubet ad ihesum naue. ut constituat sibi retrorsum insidias. id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. hinc admonemur hoc non iniuste fieri. ab his qui iustum bellum gerunt. ut nichil iustus precipue cogitet. in his rebus. nisi ut bellum suscipiat. cui bellare fas est. Non enim fas est omnibus. Cum autem iustum bellum susceperit. utrum aperte pugnet. an ex insidiis. nichil ad iustitiam interest. Iusta autem bella diffiniri solent. que ulciscuntur iniurias. Si gens uel ciuitas. petenda est. que uel uindicare neglexerit. quod a suis improbe factum est. uel reddere quod per iniuriam ablatum est. Sed et hoc genus belli. sine dubio iustum est. quod deus imperat. qui nouit. quid cuique fieri debeat. In quo bello ductor exercitus. uel ipse populus. non tam auctor belli. quam minister iudicandus est. Cum ergo iustum bellum sit. quod ex edicto geritur. uel quo iniurie ulciscuntur. queritur. quomodo a filiis israel iusta bella gerebantur. De his scribit aug. in questionibus numeri. Innoxius transitus filiis israel negabatur.

Notandum sane est. quemadmodum iusta bella atque non iusta bella gerebantur. gerebantur a filiis israel contra amorreos. Innoxius enim transitus negabatur. qui iure humane societatis equissimo patere debebat. Quod uero iniuria sociorum armis propulsanda non sit. exemplis et auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab herode quereretur ad interficiendum. non patrauit quesiuit armorum. cum occulto instinctu posset in eum conuertisse manus iudeorum. sed fugiens in egiptum latuit ibi per septennium. Sic et cum iudei lapidibus peterent eum. abscondit se. et exiuit de templo. Sic et cum duceretur ad crucem. noluit commouere aduersus seniores iudeorum turbam. que nuper ei obuiam processerat. et cum palmis et laudibus eum receperat. Sic et interrogatus a pilato. an rex esset ait. Regnum meum non est de hoc mundo. Si enim esset de hoc mundo. ministri mei utique me decertarent. ut ego non traderer iudeis. Insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere. qui aliud

humanarum iniuriarum. non diuino presidio. ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Item aliud scriptum reperitur. Si uos persecuti fuerint in una ciuitate. fugite in aliam. non arma armis. sed fugam persequentibus docuit opponi. Item sicut legitur in ysaia. egyptus a nabuchodonosor deuastata est. quia filiis israel contra assirios. et chaldeos protectionis. et defensionis auxilium promisit. Unde dictum est. Baculus arundineus rex egypti. Super quem si aliquis innisus fuerit. confringetur. et perforabit manum innitentis. Ipsi et iudei captiui ducti sunt. quia spem sue liberationis. non in solo deo. sed et in hominibus posuerunt. Sic et de primis credentibus legitur. quod rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipiebant. non querentes sibi aliorum patrocinia. sed gaudentes quoniam digni inueniebantur. pro nomine ihesu contumelias pati. Sic et apostolus in prima epistola persuadet corinthiis. ut iniuriam et fraudem. patienter ferant. potius quam repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothitis. et a qualibet esca censet abstinendum. potius quam cum scandalo fratrum edamus. Sic et a sumptibus abstinet. ne aliquod offendiculum euangelio christi prestaret. Cum ergo ille qui ab iniuria armis arcet non minus reus sit quam ille a quo ablata coram iudice reposcuntur. Patet quod ad propulsandam iniuriam. non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est. illud iure prestari non debet. sed multa iure prestantur. que tamen iure non petuntur. Bonus enim non iure iniuriae uindictam peteret. quia malum pro malo redderet. quam tamen iudex recte infligeret. nec tamen bonum pro malo redderet. que tamen iudex recte infligeret. nec tamen bonum pro malo redderet. Unde augustinus in expositione psalmi centesimi. viii. ait quot

Sex sunt differentie retributionum.

Retributionum. reddere pro malis bona. non reddere mala pro malis. hec duo bonorum sunt. et prius melius. non reddere bona pro bonis. et reddere mala pro bonis. hec duo malorum sunt. et posterius est deterius. reddere bona pro bonis. et mala pro malis. hec duo mediocrium sunt. quorum bonis. quod christus non arguit. sed plus oportere dicit. quia et ethnici hoc faciunt. Posterius propinquum malis conuenit tamen et bonis. Unde et lex ei modum ultionis statuit. Oculum pro oculo. quem si dicas potest. iniustorum iustitia est. Non quia iniqua est ultio. quam lex statuit. sed quia uitiosa libido ulciscendi. sed magis quod ad iudicem pertinet. hoc inter homines decernere. quam bonum hominem sibi expetere. hic enim malum pro malo redderet. iudex uero non. sed delectatione iustitie. iustum in iniusto. quod est bonum pro malo. quod et deus iudex facit.

Et tamen aliqui captiui iniuste sua exigunt. putantur tamen redimenda. iuste offerunt. Item uasa sacra ab aliquo barbaro iniuste exiguntur. pro redemptione tamen captiuorum iuste prestantur. Sic et in iure propulsatio licet iniuste postuletur. iuste tamen prestatur. quamquam et ipsa postulatio. non usquequaque iniusta probetur. aliud est enim iniuriam propellere. ut sibi liceat uoluptuose uiuere. aliud. ut aliorum utilitati. libere possit uacare. Sic quoque aliud est suffragium ab homine tamquam a ministro iustitie postulare. ut malo uolumtas aduersantium eius ministerio careat effectu. et bonorum uoluntas eius suffragio sortiatur effectum. Aliud spem suam ad eum hominem transferre. ut aduersa que inferunt. adeo ad uite correctionem humano pellantur auxilio. nulla precedente correptione. Sicut israhelite. qui per captiuitatem sibi imminentem egyptiorum suffragio. se putabant posse euadere. sine penitentia uite preterite. non reuocantes ad memoriam. Da nobis auxilium de tribulatione. quia uana est salus hominis. Et iterum. Hii in curribus. et hii in equis. nos autem in nomine domini nostri inuocabimus. Petere ergo ut prestare in tribulatione subsidium. ut uoluptuose quis in crimine uiuat. dampnabile est. Petere autem ut prestare solatium. ut malis facultas delinquendi adimatur. ut ecclesia pacem adipiscatur. ut aliquis multorum utilitati fuerit. utile est et honestum. dissimulare uero est grauissimum. Hinc de paulo legitur. Quod cum quidam iudeorum iurassent se non comesturos panem. nisi eum interficerent. petiit milites a pretore. quorum presidio ille se suis seruaret ab iniuria iudeorum. non sue uoluptati. sed omnium utilitati uicturus. hic in euangelio. mercennarius uocatur. qui uidet lupum uenientem. et dimittit oues. et fugit. Hinc et ecclesia auxilium ab imperatore. ad sui defensionem petere monetur. Unde augustinus ait ad bonifatium. Ab imperatore ecclesia

Maximianus episcopus uagiensis. auxilium postulare debet.
auxilium petiit ab imperatore christiano. contra hostes ecclesie. non tam sui ulciscendi causa. quam tuende ecclesie sibi credite. Quod si pretermisisset. non eius fuisset laudanda patientia. sed negligentia merito culpanda. Sequente namque apostolus paulus. ut in se sue transitorie. sed ecclesie dei consuluit. quando consilium eorum qui eum occidere conspirauerant. consilium eorum ad tribunum perferendum effecit. Unde factum est. ut eum ad locum. quo fuerat perducendus deduceret miles armatus. ne illorum pateret insidiis. Item augustinus ad emeritum. catholici aduersus hereticos. a potestatibus

Nostri aduersus ordinatos. defensionem possunt postulare.
sus illicitas et priuatas uestrorum uiolentias. quas et uos ipsi qui talia facitis doletis. et gemitis. a potestatibus ordinatis. ultionem petunt. non quo persequantur. sed quia se defendant. Item eidem contra

petilianum. quantum intersit inter persecutionem hereticorum
Pro membris christi. aduersus et catholicorum.
uos seuiunt. et uobis resistunt. Quamquam nec talia eo animo sunt. quo tunc petrus fuit. cum ferrum pro christi nomine stringeret. Sed multum interest. inter uestram persecutionem et istorum. Vos simile estis seruo sacerdotis. qui a seruientes principibus uestris. aduersus ecclesiam catholicam. i. aduersus christi cor

Optimum — reddere bona pro malis — Bonorum
Melius — non reddere mala pro malis
Bonum — reddere bona pro bonis — Mediorum
Malum — reddere malum pro malis
Peius — non reddere bona pro bonis
Pessimum — reddere mala pro bonis — Malorum

pus armauerunt. Isti aut̄ tales sunt. qualis pe trus tunc fuit. qui p xp̄i corpe .i. peccā . ī corpa liter pugnauit. Item ambr. in libr. i. de offitiis. Justitia plena ē. qui patriā bello tuetur

Fortitudo que bello tuetur a barbaris. a barbaris patriam. ut domi defendit infirmos ut a latronib; socios. plena iustitia est. Item ier. sup sophoniam. p dest latroni ut pirate. qui menbra ei debilitat.

Siquis fortitudinem latronis. ut pirate eneruat. & infirmos reddit. p dest illis sua infirmitas. debilitata enim menbra. quib; prius non bene utebantur. a malo ope cessabunt. Item ambr. de offitiis. l. i. qui a sociis repellit iniuriā. similis est ei. qui fecit.

Nō inferenda s; depellenda iniuria. iniuriam. lex uirtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam. si potest. tam est in uitio. quam ille q facit. Unde scs̄ moises. hinc p orsus est temptamenta in bellice fortitudinis. Nam cum uidisset ebreum ab egiptio iniuriā accipientem. defendit ita. ut egiptium p sterneret. atq; in arena abscondēt. Salomon q; ait. Eripe eum qui ducit ad mortem. Item anastasius. & damasus pp. malorum in pietati fa

Qui potest obuiare uet. qui eis obuiare cessat. & ptūrbare puersos. & non facit. nichil est aliud quam fauere. nec caret scrupulo societatis occulte. qui manifesto facinori desinit obuiare. Item calixtus. qui diuina mandata cōtepnunt. seueris

Iustum est. ut qui diuina coherceantur in dictis. cōtepnunt mandata. & nō obedientes patrus ex istunt iussionib;. seuerionib; corrigant uindictis quatenus ce t'alia committere. timeant. & deus gaudeat fraterna concordia. & cuncti sumant seueritatis. atq; honestatis exemplum. Nam si q absit ecclasticam sollicitudinē. uigorem q; ne gligim. p dit desidia disciplinam. & animab; fidelium p fecto nocebit. Item ex cō car. Imperatores cū epōr puisione eccle defensionem. aduersus

Ab imperatorib; uniuersis. diuinū potentiā debent suscipe. Iuste ē postulandū diuinū ppt afflictionem pauperum. quorum molestiis sine intermissione fatigat eccla. ut defensores ei aduersus potentias diuitū. cum epōr puisione delegentur. Ecce q nō numquam est obuiandum puersis. & iniuria sociorum est armis ppulsanda. ut & malis adempta facultas delinquendi p sit. & bonis optata facultas libere consulendi eccle ministret. hoc qui non facit consentit. Unde aug. ait in psalmo octuagesimo .i. Non est immunis a scelere. qui non liberat

Ostendit ppha nec il eos quos possunt a facto libare. ios immunes eē a scelere. qui pmiserunt p'ncipib; xp̄m interficere. cū p multitudine timerent. Sic pmisisse t illos a facto. & se a consensu libare. Qui desinit obuiare cum potest cōsentit. Quod aut̄ iniuria inferenda non sit. multis modis pbat.

Mali enim tollerandi sunt. non abiciendi. increpatione feriendi. non corpaliter expellendi. Unde aug. ait in l. de uerb. dnī. Quomō mali tollerandi sunt. & quomodo ab eis recedendum sit.

Tollerandi quidem sunt mali p pace. Nec corpalit ab eis recedit. s; spualit. spualr aut̄ est facere. q ptinet ad correctionem malorum. quantū licet p gradu cuiusq;. salua pace. displicere est non tangere. Non enim pphe qui hoc dicebant. p pt in suum dimiserunt. s; inter eos habitabant. quos increpabāt. Unū templum cum eis intrabant. ead sacramenta celebrabant. hoc ē est exire ore non pariter. hoc est inmundū non tangere. uoluntati non consentire. Idem. quod mali sunt tollerandi a bonis.

Tu bonus tollera malum. Nam & xp̄s. cum iudā. sciret furem eē. tollerauit. & ad p dicandū misit. cum aliis eucharistiā dedit. Idem sup ioh̄m.

Quid ē uoluerit dns p pace eccle mali sunt tollerādi. nr ihs xp̄s. frs Kmi. ammonere ecclam suā. qn unum p ditum inter duodecim h're uoluit. ut malos tolleremus. nec corp xp̄i diuidamus. Ecce inter scōs est iudas. Ecce fur est iudas. & ne cōtemnas fur. s; sacrilegus. & non qualiscumq; fur. s; dnī corum loculorum. s; sacrorum. sic crimina discernuntur in fure. qualiscumq; furti. s; peculatus. Peculatus enim dr furtū de re p. & si non sic iudicat furtum rei p. quomō puate. quātū uehementius ē iudicandus. sacrilegus fur. non unde cumq; tollere. hoc ē sacrilegium s; de eccla. Qui aliqd de eccla furat. iude pditori compat. Idem. De eo idem.

Ecce inquiunt. ut dicit ppha. recedite. exite inde. & inmundū ne tetigeritis. Quomō ḡ malos p pace tollerabimus. a quib; exire. & recedere iubemur. ne tangamus inmundum. Nos istam recessionem spūalit intelligimus. illi corpaliter. Nam & ego clamo cum ppha. Equalia sum uasa. Utiq; nob dsm dispensatione ura. Clamamus nos. & dicam uob. Recedite. & exite inde. & inmūdū ne tetigeritis. s; contactu cordis non corpis. Qui enim est tangere inmundū. nisi consentire peccatis. Quid aut̄ est exire inde. n facere q ptinet ad correptionē. malorum. quantū p unius cuiusq; gradu. atq; psona. salua pace fieri potest. & paulo post. Ergo frs Kmi. quot quot habetis inter uos. qui adhuc amore sctī pregrauant. auaros. piuros. adulteros. inspectores nugarum. Consultores mathematicorū. phanaticorum. augurum. aruspicū. ebriosos. luxuriosos. quicquid inter uos malorum eē nostis. quantum potestis imp bate. ut corde recedatis. & redarguite. ut exeatis in. & nolite consentire. ut inmundū ne tangatis. Idem in l. c. parmenianū. pacificus est. qui corrigit. q pot. ut excludit a se. q n

Quisquis potest. arguendo corrigit. pot. ut quod corrigere non potest. saluo pacis uinculo.

excludit. uel quod saluo pacis uinculo excludi non potest. equitate improbat. firmitate subportat. hic est pacificus. et ab isto maledicto de quo scriptura dicit. ue his qui dicunt. quod nequam est bonum. et quod bonum est nequam. omnino liber est prorsus. securus penitus est et alienus. Quomodo inquit parmenianus. incorruptus poteris permanere. qui corruptis sociaris. Idem. quid sit ... malis ... sociari.

Ita plane sociatur malis. si male cum eis aliquid committit. aut committentibus fauet. Si autem neutrum facit. nullo modo sociatur. Porro si addat tertium. ut non sit in iudicando piger. sed uel corripiat iustitia. et arguat. ut si eam personam gerit. et ratio conseruande pacis admittit. et coram omnibus peccantes arguat. ut ceteri timeant. remoueat et uel ab aliquo gradu honoris. uel ab ipsa communione sacramentorum. et hec omnia cum dilectione corrigendi. non cum odio persequendi faciat. plenissimum officium. non solum castissime innocentie. sed et diligentissime seueritatis impleuit. Hec autem et cetera impediunt. illa duo semper tenenda incorruptum. castumque custodiunt. ut nec faciat malum. nec approbet factum. Idem in epistola ad donatistas. aliena peccata in ecclesia aliquem non preiudicant.

Si quis a catholica ecclesia fuerit separatus. quantumlibet laudabiliter uiuere se existimet. hoc solo scelere. quod a Christi unitate disiunctus est. non habebit uitam. sed ira dei manet super eum. Quisquis autem in hac sancta ecclesia bene uixerit. nichil ei preiudicant aliena peccata. quia in ea unusquisque honus suum portabit. sicut ait apostolus. Et communio malorum. non maculat aliquem. participatione sacramentorum. sed consensione factorum. Nam si in malis factis. non eis quisque consentiat. portat malus causam suam. nec preiudicat alteri quem in consensione mali operis. socium non habet criminis. Idem in sermone de uerbis euangelii. non te maculat malus si tu non consentis. sed ipsum redarguis.

A malis separatus. si ei non consentis. sed ipsum redarguis. corde disiungimini. adtpe caute corpore copulamini. Duobus modis non te maculat malus. si ei non consentias. et si redarguas. hoc est non communicare. non consentire. Communicatur quippe. cum facto eius consortium uoluntatis. uel approbationis adiungitur. Hoc ergo consentientes sitis malis. ut approbetis. neque negligentes. ut non arguatis. neque superbientes. ut insultantes arguatis. Item ex eodem. Inmundum tangere est.

Recedite et exite inde peccatis ... consentire. et inmundum ne tetigeritis. sed contactu cordis non corporis. Quid enim est tangere inmundum. nisi consentire peccatis. Quid est exire inde. nisi facere quod pertinet ad correctionem malorum. quantum pro uniuscuiusque gradu. atque persona. salua pace fieri potest. displicuit tibi. quod quisque peccauerit. non tetigisti inmundum. redarguisti. corripuisti. monuisti. adhibuisti etiam si res exigat congruam. et que unitatem non uiolet disciplinam. existi inde. Clamauit

moises ista. clamauit esaias. clamauit ezechias. clamauit iezechiel. Videamus si dimiserunt populum dei. et se ad gentes alias transtulerunt. Quam multa. et quam uehementer ieremias increpauit in peccatores. et sceleratores populi. Inter eos tamen unum erat cum eis in templum intrabat. eadem sacramenta celebrabat. in eadem sceleratorum hominum congregatione uiuebat. sed clamando exiebat inde. hoc est exire inde. hoc est inmundum non tangere. et uoluntate non consentire. et ore non consentire. et ore non parcere. Idem in epistola ad uincentium. non maculant innocentes facta nocentium. que ab eis credi non possunt.

Quam magnum est tamen ab istorum innocentium communione separari. Nam et facta nocentium. que innocentibus demonstrari. uel ab innocentibus credi non possunt. non coinquinant. quamquam si propter innocentes. et cognita sustinent. Non enim propter malos boni deserendi sunt. sed propter bonos mali tollerandi sunt. sicut tollerauerunt prophete. contra quos dicebant nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant. sicut ipse dominus nocentem iudam usque ad condignum eius exitum tollerauit. et eum sacram cenam cum innocentibus communicare permisit. sic tollerauerunt apostoli eos. qui per inuidiam. que ipsius diaboli uitium est. Christum annuntiabant. Idem l. i. de unico baptismo. Mali quos ecclesia recipit. nec expellit. a bonis sunt tollerandi. non iudicandi.

Forte in populo dei stat. uexatque auarus raptor inhians rebus alienis. quem nosti talem. et fidelis est. uel potius fidelis uocatur. non eum potes de ecclesia pellere. non habes aliquem aditum castigando. et corripiendo illum corrigere. accessurus est tecum ad altare. noli timere. unusquisque honus suum proprium portabit. Item. quomodo inquis ferrem. quem noui malum. Non ne melius ipsum ferres. quam te foras efferres. Ecce quomodo ferres. adtende apostolum dicentem. Vnusquisque honus suum portabit. libabit te ista sententia. Non enim communicares cum illo auaritiam. sed communicares Christi mensam. et quid tibi obesset. si cum illo communicares Christi mensam. Apostolus dicit. Qui enim manducat et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit. non tibi. Sane si iudex es. si iudicandi potestatem accepisti. ex ecclesiastica regula. si apud te accusatur. si ueris documentis. testibusque conuincitur. coherce. corripe. excommunica. degrada. Est et alia distinctio tollerandorum. et cauendorum. quam ex uerbis augustini licet colligere dicentis. pastor est diligendus. mercennarius est tollerandus. latro cauendus.

Tres personas dixit dominus in euangelio. pastoris. et mercennarii. et furis. Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus. et intrare per ianuam. Furem dixit et latronem ascendere aliam partem. Mercennarium dixit lupum. uel et furem si uideat fugere. quanone

Pastor.
Fur.
Mercennarius.

illi cura de ovibus. Mercennarius est autem, non est pastor. Ille intrat per ianuam qui pastor est. Ille ascendit per aliam partem qui fur est. Ille videns eos qui volunt tollere oves timet et fugit, quia mercennarius est, nec illi cura est de ovibus. Mercennarius enim est. Si inveneritis ... istas personas, invenietis et istas. Quos diligatis, quos toleretis, quos caveatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercennarius, cavendus est latro. Ecce quod mali tolerandi sunt, nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Unde cum discipuli, non recepti a Samaritanis, ignem celitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro: Vis dicamus, ut descendat ignis de celo et consumat eos? audierunt: Nescitis cuius spiritus estis. Item: Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit. Hinc etiam Ieronimus ait: Spiritualis carnalem numquam persequitur, sed e converso.

Qui secundum carnem natus est, persequebatur spiritualem. Numquam enim spiritualis carnalem persequitur, sed ignoscit ei quasi rustico fratri. Scit eum proficere posse per tempus. Et si quando egyptie viderint filium irascentem, recordabitur unius patris, qui bonos creavit et calices, et in magna domo non solum esse vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia voluit. Item Augustinus in libro de unico baptismo: Boni a malis numquam in hac vita penitus separantur.

Quantus arrogantie tumor est, quanta humilitatis et lenitatis oblivio et arrogantie quanta iactatio, ut quis se posse facere credat, quod nec apostolis concessit Dominus, ut zizania videlicet a frumento putet se posse discernere. Item Gregorius: Presens autem ecclesia

Hec autem vita, que inter simul recipit bonos et malos. celum et terram et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium cives recipit communiter. Quos tamen sancta ecclesia et indiscrete suscipit, et postmodum in egressione discernet. Si igitur boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, equanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tollerat, ipse sibi per intollerantiam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cayn malitia non exercet. Ex his omnibus colligitur, quod malorum vindicta Deo reservanda est, nec sunt corporaliter puniendi, sed crebra ammonitione et caritatis beneficio ad correptionem invitandi. Unde Christus ait in evangelio: Audistis quia dictum est antiquis in lege, quem modum ultionis lex statuit. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego hanc vicissitudinem tollens, et ad mansuetudinem et caritatis perfectionem vos invitans dico vobis: Nolite resistere malo. Sed diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos. Hinc Paulus ait: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Omnis autem iniquus bonorum est inimicus. Omnis autem amicus huius seculi inimicus Dei est. Inimicus autem Dei bonitatis et iustitie est inimicus, et per hoc amatorem iustitie et bonitatis diligere non

potest. Cum ergo inimicos diligere, ut benefacere illis, cibum et potum inimicis subministrare iubemur, iniquos persequi et punire prohibemur. In lege enim veteris testamenti corporalis pena statuta est, in lege vero evangelii omni peccanti per penitentiam venia promittitur. Unde illa a terrore incipit dicens: Ego sum Dominus Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem. Hec vero a lenitate mansuetudinis et misericordie, ita inquiens: Beati pauperes spiritu. Beati mites. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. In illa dicebatur: Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur. In ista vero: Gaudeo magis super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia. Item: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Item: Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est. Initium quoque predicationis salvatoris nostri et precursoris eius Domini ad penitentiam peccatores invitavit. Sic enim uterque exorsus est: Penitentiam agite, appropinquat enim regnum celorum. Sic et in actibus apostolorum, cum Iudei compuncti de scelere mortis Christi dicerent Petro: Quid faciemus, viri fratres? legitur Petrus his respondisse: Penitentiam agite, et unusquisque vestrum baptizetur. Et ut universaliter dicatur: In lege populus ille rudis servili timore penarum cogebatur. Unde et legem in pedagogum accepit. In evangelio autem populus gratie liber et adultus filiali amore et hereditatis certitudine ad cultum divine servitutis invitatur. Unde cum quidam legem quasi coherentem predicarent esse tenendam simul cum gratia, ait apostolus: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Hinc etiam Gregorius ait in expositione evangelii: Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. In lege autem quoque permittebatur diligere amicum, et diligere inimicum.

Cum in lege scriptum sit: Diliges amicum et odio habebis inimicum tuum, accepta tunc licentia iustis fuerat, ut Dei suosque adversarios, quanta possent virtute comprimerent, eosque iure gladii ferirent. Quod in novo procul dubio testamento compescitur, cum per semetipsam veritas predicat dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Quid ergo per tauros nisi patres veteris testamenti signantur? Nam dum ex permissione legis acceperant, quatenus adversarios suos hodii retributione percuterent, ut dicam ita, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos corporee virtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia nisi patres novi testamenti figurantur, qui dum gratiam interne pinguedinis percipiunt, et terrenis desideriis innitentes quasi contemplationis penna se ad sublimia sublevant. Huic ita respondetur: Sunt quedam que salubri ammonitione sunt corri

Contra quod ... malorum uel eorum correctione. nam quidam sunt predestinati ... qui sit diuino predestinatus ... ne[mo] ... de se pe aliquid ... et postea ... si uidet ... si non possunt ... orat ... orantis ...

Tamen quod periculum scismatis timetur mali non sunt excommunicandi ... pietas non potest ... xxiiii. q. iii. ... ibi ... timetur ... qui scandalizantur ... hic loquitur de uirtute discipline ... uirtute iudicii que semper preualet scandalo.

pienda. non corporalibus flagellis. sunt animaduertenda. sic eorum uindicta tamen est diuino examini reseruanda. quando in delinquentes uidelicet disciplinam exercere non possumus. ut qui non sunt nostri iuris. Vel quia illorum crimina et si nobis nota sunt. tamen manifestis iudiciis probari non possunt. De his qui non sunt nostri iuris. ait apostolus in epistola prima ad corinthios. Quid enim mihi attinet de his qui foris sunt iudicare. de his enim deus iudicabit. Quod augustinus exponens ait. Infideles

Infidelium colloquia et conuiuia non sunt uitanda.

non possumus christo lucrari. si colloquium eorum uitamus et conuiuium. Vnde et dominus cum publicanis et peccatoribus manducauit et bibit. In his uero qui intus sunt. i. infidelibus. putredo resecanda est. Hinc etiam propheta dicit. Faciet dominus iudicium iniuriam patientibus. exponendo addit augustinus. ab his qui non sunt sui iuris. in quos nequit disciplina exerceri. Item quando multitudo est in scelere. nec salua pace ecclesie mali puniri possunt. tolerandi sunt potius. quam uiolata pace ecclesie puniendi. Vnde augustinus ait.

Quando mali sunt puniendi. et quando tolleranda

Quidam cum bonorum. malorum quoque commixtionem in ecclesia demonstratam. ut predictum est prospexerint. et patientie precepta didicerint. que nos firmissimos reddunt. ut et si uideantur in ecclesia zizania. non tamen impediantur aut fides. aut caritas nostra. et quoniam zizania in ecclesia esse cernimus. non ideo ipsi de ecclesia recedamus. destituendam putant ecclesie disciplinam. quandam dantes peruersissimam securitatem. prepositis tribuentes. ut ad eos non pertineat nisi dicere quid cauendum sit. quid ue faciendum sit. quodlibet autem quisque faciat non curare. nos uero ad doctrinam sacram pertinere arbitramur. utrisque testimoniis. uitam sententiamque moderari. ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesie tolleremus. et tamen canibus sanctum. ubi est pax ecclesie tuta non demus. Cum uero per negligentiam prepositorum. siue per aliquam excusabilem necessitatem. siue per occultas obreptiones. inuenimus in ecclesia malos. quos in ecclesiastica disciplina corrigere. atque cohercere non possumus. tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa presumptio. qua existimemus nos ab his esse separandos. ut peccatis eorum non inquinemur. atque ita post nos trahere conemur. uelut mundos sanctosque discipulos. ab unitatis compage. quasi a malorum coniunctione segregandos ueniant in mentem. ille de scripturis similitudines. et diuina oracula. uel certissima exempla. quibus demonstratum et prenuntiatum est malos in ecclesia bonis permixtos. usque in finem seculi tempusque iudicii futuros. malos tollerandos. nichil que bonis in unitate. ac participatione sacramentorum. qui eorum factis non consenserunt obfuturos. Cum uero eis per quos ecclesia regitur. adest pace salua potestas discipline. aduersus improbos. aut nefarios exerende. tunc rursus neque socordia. neque segnitia dormiamus. sed aculeis preceptorum. que ad seueritatem cohertionis pertinent. excitandi sumus. ut ita gressus nostros in uia domini. ex utrisque testimoniis. illo duce. atque adiutore dirigentes. ne patientie nomine torpescamus. nec obtentu diligentie seuiamus.

Item ex epistola ad parmenianum.

Non est periculum scismatis ubi excommunicentur. qui corrigi nolunt.

Cum quisque fratrum. et christianorum. intus in ecclesie societate constitutorum. in aliquo tali peccato fuerit deprehensus. ut anathemate dignus habeatur. fiat hoc ubi periculum scismatis nullum est. Infra. Quando ita cuiusque crimen notum. et omnibus execrabile apparet. ut uel nullos prorsus. uel non tales habeat defensores. per quos possit scisma contingere. non dormiat seueritas discipline. Est et alia causa quare correctio uerborum. ut uerberum. uidetur esse inutilis. et superflua. Predestinati enim ad uitam sine correptione mutantur. sicut petrus. quem dominus respiciens. nemine corripiente. commouit ad lacrimas. presciti ad mortem. inter flagella deteriores fiunt. sicut pharao. Bonis ergo superflua. dampnandis inueniuntur hec esse inutilia. His ita respondetur. auctoritate gregorii. et augustini.

Non est a correctione cessandum. quamuis nullo corripiente quidam conuertantur ad dominum.

Sicut non est ab oratione cessandum. per eos quos corrigi uolumus. et si sine illo homine orante pro petro. dominus respexit eum. et fecit eum suum flere peccatum. ita non est negligenda correptio. quamuis deus quos uoluerit. non correptos faciet esse correptos. Tunc autem ex correptione proficit homo. cum miseretur. atque adiuuat. qui facit quos uoluerit. et sine correptione proficere. Idem in dialogo.

Precibus quandoque sanctorum. predestinatio impletur diuina.

Obtineri nequaquam possunt. que predestinata non fuerint. sed ea que sancti uiri orando efficiunt. ita predestinata sunt. ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perhennis regni predestinatio. ita est ab omnipotente deo disposita. ut ad hoc electi ex labore perueniant. quatenus postulando mereantur accipere. que eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Item augustinus.

Libero arbitrio trahimur ad malum. gratia reuocamur ad bonum.

Nabuchodonosor penitentiam meruit. fructuosam. Nonne post innumeras pietates flagellatus penituit. regnumque quod perdiderat. rursus accepit. pharao autem ipsis est flagellis durior effectus. et periit. Hic rationem reddat. qui diuinum altitudinem consilii altioris sapienti corde diiudicat. cum medicamentum unus medicus confectum. alii ad interitum. alii ualuerit ad salutem. nam quia christi bonus odor. aliis odor est uite in uitam. aliis est odor mortis in mortem. Quantum ad naturam. ambo homines erant. quantum ad dignitatem ambo reges. quantum ad causam ambo captiuum dei populum possidebant. quantum



ad penam. ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos. nisi quod unus dei manum sentiens. in recordatione proprie iniquitatis ingemuit. Alter libero contra dei misericordissimam se ueritatem pugnauit arbitrio. Idem. Nasci etenim nunquam deus redderet interitum. si non spontaneum inueniret homo habere peccatum. Quia nec deus peccanti homini iuste inferret iram. si homo ex predestinatione dei cecidisset in culpam. Idem. Predestinatio dei. siue ad bonum siue ad malum. in hominibus operari. ineptissime dicitur. ut ad utrumque. hominibus quedam necessitas uideatur impellere. cum in bonis uoluntas sit intelligenda. non sine gratia. In malis autem uoluntas intelligenda est sine gratia. Cum uero aliquos adeo aut traditos desideriis suis. aut obduratos legimus. aut relictos magis peccatis suis. hoc ipsos meruisse profitemur. quia talia eorum crimina processerunt. ut ipsi sibi penam debuerint. quia eis supplicium uertitur in reatum. atque ita nec de iudicio dei querimur. quod deserit meritos deseri. et misericordie eius gratias agimus. quia liberat non meritos liberari. Ut ergo itaque homo obedientie. non ideo aliquam subtraxit. quia eum non predestinauit. sed ideo eum non predestinauit. quia eum recessurum ab ipsa obedientia esse preuidit. Predestinatio quippe dei semper in bono est. Que peccatum sola hominis uoluntate commissum. aut remittendum nouit cum laude misericordie. aut plectendum cum laude iustitie. In malis autem operibus nostris. sola prescientia dei intelligenda est. qua sicut presciuit. et predestinauit. que ipse fecit. et ut faceremus dedit. Ita presciuit tantum. et non predestinauit. que nec ipse fecit. nec ut faceremus exegit. Hii autem de quibus dicitur. ex nobis exierunt. sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis. mansissent utique nobiscum. uoluntate exierunt. uoluntate ceciderunt. et quia presciti sunt casuri. non sunt predestinati. Erant autem predestinati. si essent reuersuri. et in sanctitate ac ueritate mansuri. ac per hoc predestinatio dei. multis est causa standi. nemini causa labendi. [illegible] necessitate facit correctionis. ut obdurationis. diuina predestinatio. seu prescientia cum boni per gratiam corrigantur. et libero arbitrio peccant mali. Si lequitur enim quia predestinatio. seu prescientia dei falli non potest. necessario eueniunt ea que predestinantur. ut presciuntur. que futura sunt. sed quia bona absque eius gratia. mala preter eius scientiam euenire non possunt. Quamuis ergo conuenienter dicatur. si hec predestinata sunt. uel prescita. necessario euenient. non tamen ideo absolute uerum est necessario euenient. quia predestinata sunt uel prescita. quia hic necessitas refertur ad rerum euentum. ubi ad intuitum diuine prescientie. Unde Aug.

Que sunt necessitates simplex una. ueluti necesse est omnes homines esse mortales. Altera conditionis. ut si aliquem ambulare. quis scit. eum ambulare necesse est. Quod enim quisque nouit. id esse aliter ac notum est. nequit. Sed hec minus secum illam simplicem trahit. hanc enim necessitatem non propria facit natura. sed conditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere uoluntate gradientem. quamuis eum tunc cum gradiatur incedere necessarium est. Eodem enim ergo modo. si quid prouidentia presens uidet. id necesse est esse. tamen et si nullam nature habeat necessitatem. Atque deus ea futura. que ex arbitrii libertate proueniunt. presentia contuetur. Hec igitur ad intuitum relata diuinum. necessaria fiunt. per dispositionem diuine notionis. per se uero considerata. absolutam nature sue libertatem non deserunt. Fient igitur procul dubio. cuncta que futura deus esse prenoscit. sed eorum quedam de libero proficiscuntur arbitrio. que quamuis eueniant existendo. tamen naturam propriam non admittunt. qua priusquam fierent. et non euenire potuissent. His omnibus mala tamen libero ascribunt arbitrio. cum alibi diuine ascribant indignationi. Unde Gregorius.

Cum superna indignatio. sese ut ita dixerim. medullitus mouet. hanc opitulatio humana non remouet. nec se cuiuslibet iniuit deprecatio obicit. cum semel deus aliquid ab intimis irascendo disponit. hinc est enim quod moyses qui reatum totius plebis. aput dominum suis precibus tersit. dum sequens obicem optulit diuine iracundie. cum placauit ad petram oreb ueniens. et propter aque exhibitione diffidens. repromissionis terram ingredi domino irascente non potuit. Item Aug.

Deterius uero et sidonis. quid aliud possum dicere. quam non esse eis datum ut crederent. quos credituros fuisse ipsa ueritas docet. si talia qualia aput non credentes facta sunt uirtutum signa uidissent. Quare hoc autem eis negatum fuerit. dicant si possunt. qui calumpniantur. et ostendant cur aput eos dominus mirabilia. quibus profutura non erant. fecerat. et apud eos quibus erant profutura non fecerit. Nos enim si rationem facti profunditatem iudicii eius penetrare non possumus. manifestissime tamen scimus. et uerum esse quod dixit. et iustum esse quod fecit. et non solum tirios et sidonios. sed et corozain et bethsaida potuisse conuerti. et fideles ex infidelibus fieri. si hoc in eis dominus uoluisset operari. Neque enim illi falsum uideri potest. quod ueritas ait. Nemo potest uenire ad me. nisi fuerit ei datum a patre meo. Item quippe propheta plebi iudaice premisit. Ecce ego sepiam uias tuas spinis. et muniam eos lapidibus quadris. id est adimam tibi facultatem peccandi. Idem propheta psalmista de damnandis dixerat. Fiant uie eorum tenebre et lubricum et angelus domini persequens eos. Sed in his omnibus uitia mentis humane ascribunt meritis arbitrio. et quod diuina clementia. in electis misericorditer uertit ad bonum in damnandis iuste relinquit ad malum. Sicut ergo quamuis certissime sciamus neminem ultra terminum sibi prefixum esse uicturum. omnibus tamen languentibus. non incongrue mederi. Sic quamuis

nemo saluetur. nisi predestinatus ad uitam. omni
tamen delinquenti est adhibenda correctio. nec malorum
est negligenda disciplina. Unde idem Aug. Boni
fatio. **Non semper iniqui sunt qui peccantes iudicant esse coer
cenda.**

Ipsa pietas. ueritas. caritas. nos non permittit. contra
cecilianum. eorum hominum accipere testimonium. quos
in ecclesia non uidemus. audiens per hibere testimonium.
quos enim diuina testimonia non sequuntur. pondus hu
mani testimonii perdiderunt. Item molestus est medicus
furenti frenetico. et pater indisciplinato filio. ille
ligando ille cedendo. sed ambo diligendo. Si autem il
los negligant. et perire permittant. ista potius falsa
mansuetudo est crudelitas. Item. quapropter si potesta
te quam propter hanc religionem. ac fidem tempore. quo
debuit. diuino munere accepit ecclesia. hii qui in
ueniuntur. in uiis. et sepibus. id est in heresibus. et scismatibus.
coguntur. reprehendant. sed quo cogantur attendant.
Conuiuium unum domini est unitas corporis Christi non solum in
sacramento. altaris. sed et in uinculo pacis. In eo denique
theodosius imperator. legem grauiter in omnes her
eticos promulgauit. ut quisquis eorum episcopus. uel clericus.
ubilibet esset inuentus. x. libris auri multaretur. Item.
Si duo aliqui in una domo simul habitarent. quam
certissime sciremus ruituram. nobisque premonentibus
eo nollent credere. atque in ea manere persisterent. si
eos inde possimus eruere. ut inuitos quibus imminen
tem illam ruinam post demonstrauimus. ut ulterius
redire. sub eius periculum non auderent. puto nisi
faceremus. non inmerito crudeles iudicaremur.
Porro si unus illorum nobis diceret. quando intrauerit is
eruere. nos memetipsum continuo trucidabo. alter
autem nec exire. quidem inde necne eruiuellet. sed ne
que necare se auderet. quid eligeremus. utrum am
bos ruine. opprimendos relinquere. an unum saltem
pietatis opera liberato. alterum non nostra culpa. sed sua po
tius interire permitteremus. nemo est tam infelix. que
non quidem fieri. in talibus rebus oporteat. facil
lime iudicet. Item post pauca. Quod si plurimi
essent in domo ruitura. inde saltem unus liberari
posset. atque cum id facere conaretur. alii semetipsos
precipitio necarent. doleremus de ceteris. uerum
de unius saltem salute consolaremur. non tamen idem
seipsos. alii perdere sinerent. perire uniuersos. liberato nul
lo permitteremus. Quid igitur de opere misericordie. quo per uita eter
na adipiscenda. et pena eterna uitanda. hominibus de
bemus impendere. iudicandum est. si pro salute ista
non solum impari. sed et breui et adiuto tempus exiguum
liberanda. sic nos subuenire. hominibus ratio uera. et be
nigna compellit. Item si unquam donatiste. oportet
ut nos certa ecclesiam. et aduersus ecclesiam fuisse peniteat
ut saluie esse possimus. quomodo post ista penitentia
apud uos clerici. uel episcopi. in permanentia. hoc non fieret quando
re uera quod factum est fieri non deberet. nisi
pacia ipsa compensatione sanarent. Sed sibi hoc di

cant. et multo maxime humiliter doleant. qui in
tanta morte precisionis iacent. ut isto quodam uul
nere matris catholice cedere ecclesie reuiuiscant. cum
enim precisus ramus inseritur. fit aliud uulnus in ar
bore. quo possit recipi. ut uiuat. qui sine uita radi
cis peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit. et
uigor consequitur. et fructus. Si autem non coaluerit
ille quidem arescit. sed uita arboris permanebit. est
enim et tale inserendi genus. ut nullo preciso ramo. qui
intus est. ille qui foris est. inseratur. non tamen ullo. sed le
uissimo uulnere arboris. Ita igitur et isti cum ad radicem ca
tholicam ueniunt. nec eis postquam uix erroris sui
penitet honor clericatus. aut episcopatus aufertur. Sicque
fit aliquando . tamquam in cortice arboris matris. con
tra integritatem seueritatis. ueruntamen. quia
neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat. ad
dei misericordiam precibus fusis. coalescente suorum pace ramo
rum. caritas cooperit multitudinem peccatorum. Et pau
lo post. Verum in huiusmodi causis. ubi per graues
dissensionum scissuras. non huius aut huius hominis illius
est periculum. sed propter strages iacent. detrahendum
est aliquid seueritati. ut maioribus malis sanan
dis. sincera caritas subueniat. Habeant igitur de preterito de
testabili errore. sicut petrus habuit de mendaci
timore amarum dolorem. et ueniant ad ecclesiam
Christi ueram. id est catholicam matrem. sint in illa clerici. sint
episcopi. utiliter qui contra eam fuerunt hostiliter. non
inuidemus. imo amplectimur. hortamur. optamus
et quos in uiis. aut sepibus. inuenimus. intrare cogimus.
et quibusdam nondum persuademus. quia non res eorum
sed ipsos querimus. **Idem Fausto. Medicinalis debet

Quid facit** ecclesie medicina omnium salutem materna caritate
conquirens. tamquam inter freneticos. et litargi
cos estuans. numquid contempnere. numquid de
sistere. uel debet. uel potest. Utrisque si necesse est sit
molesta. que neutrius est inimica. Nam et frene
tici nolunt ligari. et litargici excitari. sed perseuerat
diligentia caritatis. freneticum ligare. consti
mulare litargicum. ambos amare. ambo offenduntur.
sed ambo diliguntur. ambo molestari. quamdiu egri
sunt indignantur. sed ambo sanati gratulantur. Ideo de
catholica esse non incipiunt. nisi heretici esse destiterint.
Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt. que
in illis nobis sunt communia. quia non humana sunt. sed
diuina. prius error eorum est auferendus. quem male
imuerunt. non sacramenta que similiter acceperunt.
que ad penam suam portant. et habent. quanto in
digniores habent sec. tanto magis. **Ecce que crimina sunt**
punienda. quando salua pace ecclesie. ferri possunt. In quo
tamen discretio est adhibenda. Aliquando enim delinquen
tium multitudo differenda. et penitentia est
expetenda. Aliquando in paucis est punienda. ut eorum
exemplo. ceteri terreantur. et ad penitentiam prouocentur.

hinc cum discipuli celestis igne uellent samarita
nos consumere. phibiti sunt. et samaritani ad peni
tentiam sunt expectati. ut xpo pdicante con uerte
rentur ad fidem. Unde ambr. ait. Sinodos semper cosq

Quod xps peccati uindicta exercenda est.

discipulos suos increpauit. qui a ignem sup eos de
scendere gestiebant. qui xpm non receperant. osten
dit nob. non semp in eis qui peccant. uindican
dum. quia non nunquam amplius prodest clemen
tia tibi ad patientiam. quam lapso ad correptionem.
denique samaritani citius crediderunt. a quib; hoc
loco ignis arcetur. nec discipuli peccant. qui legem se
cunt. Sciebant enim et finees reputatum ad iustitiam.
q sacrilegos interemerat. et ad pces helie. ignis desce
disse de celo. Potest in hac phibitione aplorum. ali
ud intelligi. Apli non celo iustitie. s; amaritudinis
odio. ob iniuriam sue expulsionis. uindicandam. sa
maritanos igne uoluerunt consumere. Dns autem
uolens eos iniuriam pe psone. cum patientia et gau
dio tollerare. iniuriam diuine sumitis. non inul
tam relinquere ait. Nescitis cuius sps estis. hinc et petr.
qui cum aliis audierat. beati eritis. cum maledixe
rint uob homines. et dixerint omne malum aduersum uos.
gaudete in illa die. et exultate. qm merces ura copio
sa est in celis. contumelias sibi illatas. cum gaudio su
stinebat. peccata si que in deum committebantur.
acerrime puniebant. Unde ananiam et saphiram
spui sco mentientes. mortis sententia peulit. Sicut
et paulus. dum a suo contemptu. pia ammonitione.
et multimoda commendatione sui. reuocaret corin
thios. magum illum heliman. qui credituros a fide
retrahebat. cecitate pcussit. ut ceteri tenti pdica
tionem ei. non impediret. Sz in xpm credentes a ie
cecitate effugeret. et corin thium illum fornicatorem.
qui in deum peccauerat. sathane ad uexandum tra
didit. Hinc et Greg. scribit ianuario epo. re
phendens eum. q ob iniuriam pe psone. quendam
excommunicauerat dicens. Pro iniuria ppa aliquem epo

Inter querelas multiplices excommunicare non licet.

Isidorus uir clarissimus. a fraternitate tua fru
stra se excommunicatum. anathematizatum q conquestus
est. q quam obrem factum fuerit. dum a clerico tuo.
qui psens fuerat. uoluissemus addiscere. p nulla
alia causa. n p eo. q te iniuriauerat. factum innotuit.
que res nos uehementer afflixit. quia si ita est. nichil
te cogitare de celestib; ostendis. Sz terrenam uite ha
be con uersationem ostendis. dum p uindicta pe iniuri
e. q sacris regulis phibet. maledictionem anathema
tis inuexisti. Unde de cetero omnino esto circumspec
tus. et talia cuiquam p defensione tue iniurie. infer
re denuo non psumas. Nam si tale aliqd feceris. in
te scias postea esse uindicandum. Hinc item in
homeliis ostendit dicens. q peccata que in deum
uel in pximum committuntur. a nob punienda s.

ea uero quib; in nos delinquitur. patienter tolleranda.
ut potius dissimulanda. Valde offendit. qui

Sui quippe laxius est. dominica debita impune dimittit.

dnico debitori culpas impune dimittit. Non medio
criter pfecto offendit. qui debita celestis regis. et dni
sua psumptione resoluit. Ea namque que in nob com
mittunt. facile possumus dimittere. ea uero que in
deum commissa s. cum magna discretione. nec tamen sine
penitentia possumus relaxare. Semel uero cul
pa remissa culpa recidiuo dolore. iterum ad animum
reuocari non deb;. Unde gelasius. ieronimo. et obiger
mano germano. et petro epis. Culpa semel dimis

sa. ad animum reuocari non deb;.

Illuc ubi hec acta sunt. psentib; utrisq constituent. et
satisfecisse stephanum. et supplicatione suscepta.
eum qui male tractatus est ignouisse. semel in abo
litione missa puinio recidiuo dolore. non deb; ite
rari. scdm diuine imitationem clementie. que di
missa peccata. in ultione redire non patit. Si uero
nichil uel de satisfactione pbabit. uel de remissione.
transactum dilectionis sue sermone monstretur.
quatinus sue nunc saltim poterit competens satis
factio puenire. illud potius exerceat. ubi animum
sanare possit. afflictis et intermissibilius prestat
acerbitas. ubi enim nichil omnis uindicet. ubi plec
tibilis certa est psumptio. Sed obicit illud ambr.
ad pces helie. ignis descendit de celo. ut pphe
uindicaret iniuria. Quod tunc intelligit factum
qm achab rex ist. post sterelitatem illam triuin anno
rum. et sex mensium que facta est. qm p ab; helie celum
clausum est. annis trib; et mensib; sex. misit duos
quinquagenarios ad heliam qui dicerent ei. homo
dei rex ist. uocat te. quib; ait. Si homo dei sum. de
scendat ignis de celo. et consumat uos. statim de
scendit ignis de celo. et non sup fuit eos. Quo facto
non cuius meriti apud deum esset uoluit ostendere.
Sz q ille esset uerus deus. quem colebat. non ille
ad cuius culturam stupro sui corpis. iezabel non nul
los puocabat euidentissime indiciis monstrare cu
rauit. Iniuria g. pphe. non alia quam iniuria dni
ipius intelligitur. que in paucis uindicata est. ut ce
teri terreant. Item obicit illud silui. Siluerius

pp eos anathatizat. q in eum manus iniecerunt.

Guilisarius patricius nr. mandauit me ad se uenire.
pacifice p quibusdam ecclasticis dispositionib; in
palatium principis. et ad primum. et ad scdm uelum
retinuit omnem clerum. et pplm. qui mecum ueni
ebant. et nullum pmisit introire. n me solum. et
uigilium diaconem nrm. Me uero in secreto. et ante
pdictam patriciam deducto. miserunt me in exilium. q
sustentor in pane tribulationis. et aqua an gustie.
et tamen non dimisi. nec dimitto ppterea officium meum.
Sz cum epis. quos congregare potui. eos qui talia er
game egerunt. anathematizaui. et uniam cum illis

apostolica auctoritate statuit nullum umquam taliter decipiendum. Sicut deceptus sum. et si aliquis illum deinceps ullum umquam episcoporum taliter deceperit, anathema maranatha fieret in conspectu Dei et sanctorum angelorum. Idem Vigilio. Habeto itaque cum his qui tibi consentiunt plene damnationis sententiam, sublatumque tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus iudicio et apostolica a nobis auctoritate dampnatus. Sed et hic non suam sed ecclesie iniuriam ultus est. Quod autem populi peccatum in paucis puniendum sit, Moyses exemplo docuit, qui peccatum idolatrie in paucos cultores vituli vindicauit, morte peccatorum expians peccata multorum, vt peruersi terrerentur, in posterum disciplinam sanciens. Sic et ipse Christus peccata totius populi morte paucorum puniuit, dum pro fornicatione totius populi una die xx. tria milia perierunt. Sic et pro peccato murmurationis uel temptationis nonnulli puniti sunt, ut eorum exemplo ceteri ad penitentiam cogantur. Sic et cotidie nonnullos punit Deus, ut diuina prouidentia circa humana uigilare noscatur; et nonnullos in prolongata pena ad penitentiam expectat, ut patientiam sue benignitatis nobis ostendat. Sic et Helias culturam Baal uindicauit, sacerdotes et prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata populorum imitantium. Quod uero peccata que publicis iudiciis deseruntur punienda non sunt, illo exemplo probatur, quo Christus, qui Iudam solus nouerat furem, non abiecisse, sed pacienter tolerasse asseritur. Unde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios:

Iudicis non est sine accusatione dampnare.

Si quis potestatem non habet, quem scit reum abicere, uel probare non ualet, inmunis est. Iudicis non est sine accusatore dampnare. sicut Christus Iudam non abiecit. Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, ut quando ille peccat qui sociam habet multitudinem. Unde Augustinus in libro iii. contra epistolam Parmeniani:

Non est excommunicandus qui sociam habet multitudinem.

Non potest esse salubris a multis correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. Cum uero idem morbus plurimos occupauerit, nichil aliud bonis restat quam dolor et gemitus, ut per illud signum quod Ezechieli sancto reuelatur illesi euadere ab illorum uastatione mereantur. Et infra. Reuera cum contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuine discipline seuera misericordia necessaria est. Nam consilia separationis et inania sunt, et perniciosa atque sacrilega, quia impia et superba, et plus perturbant infirmos bonos quam corrigant animosos malos. Et infra. Turba autem iniquorum cum facultas est in populis, per mendi sermonem generali obiurgatione ferienda est, et maxime si occasionem atque oportunitatem prebuerit aliquod flagellum Domini, quo appareat eos pro suis meritis uapulare.

Precepta autem euangelica de dilectione inimicorum et misericordia inpendenda proximis, exortationesque apostoli de cibandis uel potandis inimicis, non eatenus intelligendas, ut peccandi relaxetur impunitas, sed ut delinquenti correptio et nature ministretur subsidium, donec per sententiam iudicis adempta spe correptionis malorum tolleretur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos et misereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus, et pro illorum correptione cotidie laboremus, et oremus, penitentibus solatia inpendamus, alter alterius honera portantes, ut non pertinaces et persistentes in malo inpunitati donemus. Sic enim erga penitentes non seueri, sed misericordes esse debemus, iuxta illud: Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua. Et item: Iudicium sine misericordia est illi qui non fecit misericordiam. Item illud apostoli in secunda epistola ad Corinthios: Cui aliquid donastis, et ego. Nam et ego si quid donaui, propter uos donaui, ac si ipse Christus donaret, ut non circumueniamur a Sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius, qui quos neque consentiendo decipere facit nimis asperos. Sicut inquam penitentibus, ut dictum est, misericordes esse iubemur, sic inpenitentibus et obstinatis in malo misericordiam inpendere prohibemur. Unde Ambrosius in i. de officiis:

Est et iniusta misericordia.

Est iniusta misericordia. Denique in lege scriptum est de quodam: Non misereberis illius; et in libris Regum legitur, quia Saul contraxit offensam, quia misertus est Agag hostium regem, quem perimi iusserat diuina sententia reseruari. Itaque si quis latronem filiis deprecantibus motus et lacrimis coniugis eius inflexus absoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aspirat affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit, uincula dissoluit, laxat exilium, cur latrocinandi, quam potest clementiori uia non eripit facultatem, qui uoluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc est accusatorem et reum, pari periculo de capite decertantes, alterum si non probasset, alterum si esset ab accusatore conuictus, si non id quod iustitie est iudex exequetur, sed miseretur alterius, aut damnauit probantem, aut dum accusatori fauet, quod probare non posset, addicet innocentem. Non potest igitur hec dici iusta misericordia. In pace ecclesie ubi quis misereri debet, tenere quam maxime debet formam iustitie, ne quis a consortio communionis abstractus breui lacrimula atque ad tempus parata, uel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, a facilitate sacerdotis extorqueat. Nonne enim cum uni indulget indigno, ad prolapsionis contagium prouocat uniuersos? Facilitas enim uenie incentiuum tribuit delinquendi. Item Augustinus in libro psalmorum.

No mirandum qd in iudicio nullius pauperis habenda misericordia, quoniam vos nimis in quo eum gaudens sibi iudicem favere in malo ad iustum non puls. dicta sequitur capitulum

Nõ debem̄ paup̃i in mala causa misereri.

Nec amisso iudicio si s paupi in mala causa misericors. cum si patris sacello p̃curis cor. 7 tan to nequiorem reddis. quãto iniustum sibi fauere uidet. Idem. **Homini.**

Quo ista noiã **miserendũ. peccatori irascendum.** Cum dixerim hõ peccator. nõnumqȝ frustra dicimt. Qa peccator est corripe. 7 quia hõ in miserere. nec omnino liberabis hoiem. nisi eum p̃secut fueris peccatorẽ. Huic officio nõis inuigilat disciplina. sicut cuiqȝ regenti apta 7 accomodata ẽ. nõ solũ epõ regenti plebem suam. s; 7 paupi regenti domũ suam. diuiti regenti familiam suam. Marito regenti con iugem suam. patri regenti plem suam. Iudici regenti puinciam suam. Regi regenti gentem suam. 7 paulo post. Ita hominum nulli cla udenda mĩa. nulli peccatori laxanda est impunitas. Hinc itaqȝ intelligendũ est. quam non sit cõtepnẽda helimosina. que quib; paupib; iure humanitatis inpendit. qñ quidem dñs subleuabat indigentiam paupm. 7 hns loculus. quos ex opib; implebat aliorum. 7 paulo post. Nõ ergo suscipiam peccatores. p̃p h. quod sunt peccatores. s; tamen eos ipsos quia 7 hoẽs sunt. humana cõsidatione tractemus. p̃sequam̃ in eis p̃priam iniqtatem. misereamr cõem naturam. **Et** tem illud euanglii. qd obiciebant. qui gladio occidit usus fuerit. gladio cad;. aug. expõn in .x.ii. con tra manicheos ita dicens. **Quid dicatr acci**

Ille gladium accipit. qui nul **pe gla diui.** la supiori. ac legitima potestate. ut iubente. ut con sentiente. in sanguinẽ alicui armat. **Porro** illud te(s)tmi. quo eccl̃a negatur aliquem p̃sequi. non ita intelligen dum est. ut gñaliter eccl̃a nullũ p̃sequatur. s; q nullum i iuste p̃seqt. Non enim omis p̃secutio culpabilis est. s; rationabilit hereticos p̃seqm̃. si cut 7 xp̃s corpaliter est p̃secutus eos. quos de templo expulit. **Unde** aug. ait uincentio donatiste **potestatis officio. uitatur inqeti corrigun tur.**

Nimium sunt inquieti. quos p ordinatas a deo potestates cohiberi. atqȝ corrigi in non uidet inutile. Nam de multoꝝ iam correctione gaudem. 7 p̃ pauca. Sicut enim quisquam inimicũ suum piculosis febrib; freneticũ factum currere uidet in p̃ceps. nonne tũc potius malum p malo redderet. si sic eum ire pmitteret. quã si corrigendũ. curandumqȝ ligaret. 7 tũc ei tunc molestissimus. 7 auersissimus uidetur. qñ utilissimus. 7 misericordissimus extitisset. S; plane sa lute repata tãto uberius ei grãs ageret. quanto minũ sibi pepcisse sensisset. 7 post pauca. At quib; dã ista non p sunt. Num qui ideo negligenda est medicina. qa non nulloꝝ insanabil est pestilentia. Item. post aliqua. Non omis qui parcit. amicus est. nec omis qui uerbat inimicus est. Meliora sunt uulnera amici. quã fraudulenta oscula inimici. Melius est cum se ueritate diligere. quam cum lenitate decipe. Utilius esurienti panis tollit. si de cibo securus. iustitiã negligebat. quam esurienti panis frangitur. ut iniustitie seductus ad quiescat. Item post pauca. Putas neminem debere cogi ad iustitiam. Cum legas pa trem familias dixisse seruis. quoscũqȝ inueneritis co gite intrare. Cum legas 7 ipm̃ p̃mo saulum postea paulum. ad ueritatem cognoscendam. 7 tenendã magis uiolentia xp̃i cogentis eẽ compulsum. Item post pauca. 7 cum nouerintis furem. aliqñ auertendis pecorib; pabulum spargere. 7 aliqñ pastorem flagello erantia reuocare pecora. Item. Si semp eet culpabile. p̃secutionem facere. non scriptum eet in libris scis. detrahentem p̃ximo suo occulte. hunc p̃sequebar. Aliqñ g. 7 qui eam patit iniustus est. 7 qui eam facit iustus est. S; plane sepe. 7 mali p̃secuti sunt bonos. 7 boni malos. Illi nocendo p iniustitiam. illi con sulendo p disciplinam. Illi inmaniter. illi tẽ panter. Illi seruientes cupiditati. illi caritati. Namq trucidat. non con sidat quemadmodũ secet. Ille enim p̃sequit sanitatem. illi putredinem occiderunt impii p̃p̃has. occiderunt impios. 7 p̃p̃he. flagellauerunt iudei xp̃m. iudeos flagellauit 7 xp̃s. tra diti sunt omis apli ab hoib; humane potestati. tradiderunt apli hoẽs potestati sathane. In his oib; quid attenditur. nisi quis eoꝝ p ueritate. quis p iniquitate. quis nocendi causa. quis emendandi. 7 paulo post. Con stantinus inpator. cõstituit ut res conuictorum. 7 unitati p tinaciter resistentium. fisco uendicarentur. Et post pauca. Certe nullus crimen maculat nescientem. Item facta nocentium. que in nocentib; demonstrari. ut ab innocentib; credi non possunt. nõ nunqñ ant quemquã. s; p̃pter innocentium cõsortium. 7 cognita sustinẽt. Non enim p̃p̃t malos boni sunt deserendi. s; p̃pter innocentium cõsortium bonos mali sunt tollerandi. Sicut tollerauerunt p̃p̃he. con tra quos tan ta dicebant. nec tñ cõionem sacramtoꝝ illius p̃pti relin quebãt. **Item donato p̃btro. Utitia ad sa**

Displicet tibi **quia** **trahẽris.** quod trahens ad salutem dei. cum tñ multos nr̃os ad p̃nitiem traxeris. Quid enim uolumus. n̄ te cõ prehendi. 7 p̃sentari. 7 seruari. ne pereas. Quod aut in corpe lesus es. ipẽ tibi fecisti. qui iu mento. t mox admoto uti noluisti. 7 te ad terram grauit collisisti. Nam utiqȝ alius. qui adductus est tecum. collega tuus illesus fuerit. qui a talia ipse sibi non fecit. S; nequ putas tibi hoc fieri debuisse. quia neminem existimas cogendum ad bonum. Attende q dixerit apls. Qui epatũ desidat. bonum op̃ desidat. 7 tñ multi ut epatũ suscipiant tenent inuiti. p ducunt. inclu duntur. patiunt. que nolunt tãta. donec eis ad sit uoluntas suscipiendi op̃is boni. quanto magis uos ab errore p̃nitioso. in quo uob inimici estis. trahendi estis. 7 p ducendi ad ueritatem. ut cognoscendam. ut eligendam. non solum ut honorem salubrẽ

habeatis. Sed etiam ne nequissime pereatis. Dicitis a deo hominem dedisse liberum arbitrium, et ideo non debere hominem cogi ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra diximus coguntur ad bonum? Attende ergo et considera quod non ideo voluntas bona misericordie impenditur, ut mala voluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat nec dampnari hominem nisi merito male voluntatis, nec liberari nisi si bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur sue male voluntati inpune et crudeliter permittendi sunt. Sed ubi potestas datur, et a malo prohibendi et ad bonum cogendi sunt. Nam si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare Israhelite recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala sue permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima voluntate, qua persequebatur ecclesiam? Sed prostratus est ut cecaretur, et cecatus est ut mutaretur, et mutatus est ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur. Si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus et domitus dirigatur? Unde idem dicit: Tu percutis eum virga, animam autem eius liberas a morte. Si autem mala voluntas semper sue permittenda est libertati, quare negligentes pastores corripiuntur, et dicitur eis: Errantem non revocastis, perditum non requisistis? Et vos oves Christi estis. Caracterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis et peritis. Non ideo vobis displiceamus quia revocamus errantes, et querimus errantes perditos. Melius enim facimus voluntatem domini admonentis, ut vos ad ovile eius redire cogamus, quam consentiamus voluntati errantium, ut perire vos permittamus. Noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere: Sic volo errare, sic volo perire. Melius hoc omnino non permittimus quantum possumus. Modo quod te in puteum, quo morereris, misisti, utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent servi Dei, si huic male voluntati tue te permitterent, et non te de illa morte liberarent. Quis eos non merito culparet? Quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti ut morereris; illi te nolentem levaverunt de aqua ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed contra mortem tuam. Si ergo salus corporalis ista sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt servetur, quanto magis illa spiritualis, in cuius desertione mors eterna metuitur. Quamquam et in ista morte, quam tibi tu ipse volueras inferre, non solum ad tempus sed etiam in eternum morereris. Quia etsi non ad salutem, non ad pacem ecclesie, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et individuam caritatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti. Considera divinas scripturas et discute quantum potes, et vide utrum hoc fecerit aliquando aliquis iustorum atque fidelium,

cum ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad interitum, non ad vitam, quo compellens agebant. Et post pauca. Repetis, sicut audio, quod in evangelio scriptum est, recessisse a domino LXX discipulos, et arbitrio sue male atque impie discessionis fuisse permissos, ceterisque XII qui remanserant fuisse responsum: Numquid et vos vultis abire? Et non attendis quia tunc primum ecclesia novello germine pullulabat, nondumque completa fuerat illa prophetia: Et adorabunt eum omnes reges terre, et omnes gentes servient ei. Quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc dominus significare volebat, qui quamvis in animam haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc et in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, qui misit ad invitatos, et venire noluerunt, et ait servo: Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, cecos et claudos introduc huc. Et ait domino servus: Factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo: Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Vide nunc quemadmodum de his qui prius venerant dictum est: Introduc eos. Non dictum est: compelle. Non dictum est compelle. Ita significata sunt ecclesie primordia adhuc crescentis, ut essent etiam vires compellendi. Idem super Iohannem. Heretici utiliter patiuntur que catholici utiliter inferunt.

Quam dedit deus concitare potestates adversus hereticos, adversus scismaticos, adversus dissipatores ecclesie, adversus sufflatores Christi, adversus blasphematores Christi baptismi, non mirentur, quia deus concitat ut a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar, et ponat cervicem, que cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei angelus et dixit: Quid est tibi Agar, ancilla Sare? Cum conquesta esset de domina, quid audivit ab angelo? Revertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur, ut revertatur, atque utinam revertatur, quia proles eius sicut proles Iacob cum fratribus hereditatem tenebit. Mirantur autem quia commoventur potestates Christiane contra dissipatores detestandos ecclesie. Si non commoverentur, quomodo redderent rationem de imperio suo deo? Intendat caritas vestra quod dicam, quia hoc pertinet ad reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam vellent matrem suam ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. Et paulo post. Nabuchodonosor rex decrevit dicens: Quicumque dixerit blasphemiam in deum Sidrac, Misac et Abdenago, in interitum erunt, et domus eorum in direptionem. Ecce quomodo rex alienigena sevit, ne blasphemetur deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt ut seviant reges Christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberantur. Et infra. Quomodo ergo isti reges non moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma gehenne, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exsufflari in Christiano, quando audiunt dici Christiano: Dic

te non esse xpianum. Talia facere uolunt heretici, et talia pati nolunt. Nam uidete qualia faciunt, et qualia patiuntur. Occidunt animas, et affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, et temporales se perpeti conqueruntur. Item contra petilianum.

Ecclesia non ratione hereticos persequitur.

Qui peccat non persequitur peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quam autem interrogas que sit ratio persequendi, uicissim te interrogo, cuius sit uox ista in psalmo dicentis. Detrahentem secreto proximo suo, occulte hunc persequebar. Querite itaque causam et modum persecutionis, et nolite tam inperite malorum generaliter persecutiones reprehendere. Non enim persequimur in uobis nisi malum, quemadmodum ueritas persequitur falsitatem. Item petilianus dixit. Si apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit xpistus. Augustinus respondit. Possem quidem dicere ipsum sathanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui non tradidit apostolus in interitum carnis, ut spiritus sit saluus in die domini ihesu. Item alios de quibus dicit. Quos tradidi sathane ut discant non blasphemare. Et dominus flagello eos expulit ex templo impios mercatores. Ubi et connexum est testimonium scripture dicentis. Zelus domus tue comedit me. Ecce inuenimus apostolum traditorem, xpistum persecutorem. Quare peruiolentissimas turbas et ultro impetis ecclesiis catholicis. Ubi potentius aduertere quam innumerabilibus exemplis res ipsa indicat. Sed dictis suos loca uestra defendere, et resistitis fustibus, et cedibus quibuscumque potestis. Quare non audistis ibi uocem domini dicentis. Ego autem uobis dico non resistere a malo. Aut si fieri potest, ut aliquando per uim corporalem resistatur uiolentis nec illud preceptum uioletur quod audiuimus a domino. Ego autem dico uobis non resistere malo. Cur non et hoc fieri potest, ut per ordinatas et legitimas potestates, de sedibus que illicite usurpant, ut ad iniuriam dei retinent, pius expellat impium, et iustus iniustum. Neque enim eo modo persecutionem passi sunt pseudoprophete ab helia, quomodo ipse helias a rege nequissimo. Aut quia flagellatus est dominus a persecutoribus, passionibus eius conparati sunt quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo ut nichil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum iuste an inpie feceritis. Non mireminii si non desunt ministri deo per quos flagellemini. Quia persecutionem patimini non a nobis sed sicut scriptum est ab ipsis factis uestris. Et infra. De persecutione uestra querela sedabitur, si cogitetis prius, et intelligatis non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioquin non laudabiliter diceret. Detrahentem secreto proximo suo, occulte hunc persequebar. Nam et cotidie uidemus et filium de patre, tamquam de persecutore suo conqueri, et coniugem de marito, et seruum de domino suo, et colonum de possessore, et reum de iudice, et militem, ut prouincialem de duce, ut rege, cum illi plerumque ordinantissima potestate homines sibi subditos per terrores leuium penarum a grauioribus malis prohibeant, atque compescant, et plerumque aut a bona uita et a bonis factis minando, et seuiendo deterreant. Sed cum a malo et illicito prohibent, correptores et consultores sunt. Cum autem a bono, et licito persecutores, et oppressores sunt. Culpantur et qui prohibent a malo si modum peccati modus correctionis excedat. Item in epistola ad uincentium.

Aregibus terre contra inimicos suos auxilium petat ecclesia.

Non inuenitur exemplum in euangeliis et apostoli desiasse ecclesiis aliquod petitum a regibus terre pro ecclesia contra inimicos ecclesie. Quis negat non inueniri. Sed nondum implebatur illa prophetia. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Adhuc enim implebatur illud quod in eodem psalmo paulo superius legitur. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre, et principes conuenerunt in unum. Uerumtamen si facta preterita in propheticis libris figure fuerunt futurorum in rege illo, qui appellatur nabuchodonosor utrumque tempus prefiguratum est, et quod sub apostolis habuit, et quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque apostolorum et martirum illud implebatur, quod figuratum est, quando rex memoratus pios et iustos cogebat adorare simulacrum, et recusantes mittebat in ignem. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad adorandum deum uerum decreuit in regno suo, ut quicumque blasphemaret deum sidrac, misac, et abdenago, penis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium quos passi sunt xpistiani pro impiis. Posterius autem tempus eiusdem regis tempora regum fidelium quos patiuntur impii pro xpistianis. Sed plane ita ut quos sub nomine xpistiano errantes seducti a peruersis ne forte oues xpisti erratis. Et ideo ad gregem aliquos reuocandos sit temperata seueritas et magis mansuetudo seruatur. Ut coherticione exiliorum atque dampnorum ammoneantur considerare quid et quare patiantur, et discant preponere rumoribus et calumpniis hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, ut quis uestrum non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia paganorum. Et certe longe ibi pena seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium constitutum est. De uobis autem corripiendis atque coercendis habita ratio est, qua potius ammoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini. Item eidem ad bonifatium.

Malos ecclesia iuste persequitur.

Si ecclesia uera est ipsa, que persecutionem patitur, non que facit, querant ab apostolo, quam ecclesiam significabat sara, quando persecutionem faciebat ancille. Liberam quippe matrem uestram celestem ierusalem, id est ueram dei ecclesiam in illa muliere dicit figuratam, que affligebat ancillam. Si autem melius discutiam, magis illa persequebatur saram superbiendo, quam sara eam coercendo. Illa enim domine faciebat iniuriam, ista imponebat superbe disciplinam. Deinde quero, si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantum patiuntur, cuius putant in psalmo esse uocem, ubi legitur. Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non conuertar donec deficiant.

quod fuerunt dicere, ut agnoscere uolumus, est persecutio iniusta, quam faciunt ecclesie Christi impii. Ista autem iusta, quam faciunt impiis ecclesie Christi. Ista ergo beata est, que persecutionem patitur propter iusticiam. Illi uero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam. Proinde ista persequitur diligendo, illa seuiendo; ista ut corrigat, illa ut euertat; ista ut reuocet ab errore, illa ut precipitet in errorem. Quod autem dicunt quod contra impietates suas leges statui nolunt iustas, non petiisse a regibus terre apostolos talia non considerant, aliud fuisse tunc tempus, et omnia suis conuenire temporibus. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator? Quis ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, cum adhuc illud propheticum complebatur: "Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre aduersus Dominum, et aduersus Christum eius." Nondum enim agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: "Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, et exultate ei cum tremore." Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore, nisi ea que contra Domini iussa fiunt religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est, seruit uiuendo fideliter; quia rex est, seruit leges iusta precipientes et contraria prohibentes conuenienti uigore sanciendo. Idem. Exemplo Christi malis sunt ad bonum cogendi.

Quis nos potest amare tam plusquam Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen Petrum et alios discipulos solo uerbo uocasset, Paulum ecclesie sue postea magnum hedificatorem, sed horrendum antea uastatorem, non solum uoce compescuit, uerum etiam potestate prostrauit, atque in infidelitatis tenebris seuientem, ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret, prius cecitate corporis percussit. Si pena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur; et quando apertis oculis nichil uidebat, si eos saluos haberet, non ad impositionem manus Ananie, ut eorum aperiretur intuitus, tamquam squamas quibus clausus fuerat, inde cecidisset scriptura narraret. Ubi est quod isti clamare consueuerunt: liberum est credere uel non credere? Cui uim intulit Christus? Quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum; agnoscant prius in eo cogentem Christum, et postea docentem; prius ferientem, et postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pena corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus qui solo uerbo uocati sunt in euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad caritatem, eius perfecta caritas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent? Item contra Faustum. Non crudelitate sed dilectione

Quid crudele Moises mandauit, Moises populum flagellauit aut fecit, cum commissum sibi populum sancto zelans, uni uero Deo subditum cupiens, postea quem cognouit ad fabricandum et colendum idolum defluxisse, mentemque impudicam prostrauisse demonibus, in paucos eorum uindicans gladio, quos Deus ipse, quem offendant, alto et secreto iudicio feriendos uoluisset, mox ferri, et in presenti salubriter terruit, et disciplinam in posterum sanxit. Illam enim nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse, quod fecit, quis non in uerbis eius agnoscat orantis eorum pro peccatis et dicentis: "Si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro uite." Sic plane et apostolus non crudeliter, sed amicabiliter tradidit hominem sathane in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini Ihesu. Tradidit et alios, ut discerent non blasphemare. Item Innocentius. Non imputatur fidelibus qui ex officio aut tormenta exercent aut capitalem ferunt sententiam.

Quesitum est etiam super his qui post baptismum amministrauerunt, aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. De his nichil legimus a maioribus diffinitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, ac propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministerium esse datum in huiusmodi uindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Domino uiderent esse concessum? De his ergo ut hactenus seruatum est sic habeamus, ne aut disciplinam auertere, aut contra auctoritatem Domini uenire audeamus. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia seruabuntur. Idem ad Tolosanum episcopum. Immunis est dictator a culpa, cum legum auctoritas in improbos exercet.

Illud etiam sciscitari uoluisti, an potestatibus dictantibus, liberum concedatur, uti quis post baptismum regenerationem a principibus poscere mortem alicuius, ut sanguinem de reatu. Quam rem principes numquam sine cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa, ut crimina semper mittunt, ut causa cognita uindicentur. Quorum aliis cognitio iterum delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur; et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis. Item Gregorius Brunichildi Francorum regine. In correctione malorum Deus omnipotens placatur.

Siquos ergo uiolentos, siquos adulteros, siquos fures, uel aliis prauis actibus studere cognoscatis, Deum in eorum correctione placare festinate, ut per uos flagellum perfidarum gentium, quod quantum uidemus ad multarum nationum uindictam excitatum est, non inducat. Ne si, quod non credimus, diuine ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli pestis interimat quos delinquentes ad rectitudinis uiam Dei precepta non reuocant. Idem Genadio patricio et exarcho Africe. Ecclesiastice religionis inimicis et bella sunt exercenda.

Sicut excellentiam uestram in hostilibus bellis in hac uita Dominus uictoriarum fecit luce fulgere, ita oportet uos et inimicis ecclesie eius omni uiuacitate mentis et corporis obuiare, quatenus eius ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio, cum et forensibus bellis aduersariis catholice ecclesie pro christiano populo uehementer obsistitis, et ecclesiastica prelia sicut bellatores Dei fortiter dimicatis. Notum est

enim hec uice religionis sic eis quod absit suppetit nocendi licentia. contra catholicam fidem uehementer insurgere. quatenus heresos sue uenena ad tabefacienda sua ualuerint christiani corporis membra transfundant. Cognouimus etenim eos contra catholicam ecclesiam domino eis aduersante colla subrigere. et fidem uelle christianam nominis inclinasse. Sed eminentia uestra conatus eorum comprimat. et superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium uero catholicorum episcoporum admoneri precipite. ut primatem non ex ordine loci. post positis uite meritis faciat. quoniam apud deum. non gradus elegantior. sed uite melioris actio comprobatur. Ipse uero primas. non sicut moris est passim per uillas. sed in una ciuitate. iuxta eorum electionem resideat. quatenus adepte dignitatis. meliori ingenio resistendi. donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio uero numidie. si qui desiderant ad apostolicam sedem uenire permittite. et si quilibet eorum uite contradicere putauerint obuiate. Magis quippe profecto excellentia uestra apud creatorem gloriam proficit. si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera. ad nominis sui conspicit gloriam reuocari. tanto largiora tribuit. quanto sue religionis per eam dignitatem uiderit ampliari. Proinde precamur paterne caritatis effectum. dominum petimus quo brachium uestrum. ad comprimendos hostes forte efficiat. et mentem eius fidei zelo. uelut mucrone gladii uibrantis exacuat. Idem ad eundem.

Si non ex fidei merito. rito fidei bellorum prestatur uictoria. et christiane religionis gratia. tanta excellentie uestre bellorum actuum prosperitas eueniret. non mirando fuerat. cum sciamus hoc antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras deo largiente uictorias. non carnali prudentia. sed magis orationibus peruentas. sed ut hoc in stuporem ueniat. quod gloria uestra non terreno consilio. sed deo desuper largiente descendat. Ubi enim meritorum uestrorum loquax. non discurrit opinio. que bella uos frequenter appetere. non desiderio fundendi sanguinis. sed dilatande causa rei publice. in qua colendum deum conspicimus loquitur. Quatenus christi nomen per subditas gentes fidei predicatione circumquaque discurreret. Sicut enim exteriora uos uirtutum opera. eminentes in hac uita constituunt. ita interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia. in futuram uitam celestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim per pascendis ouibus beati petri principis apostolorum utilitatibus excellentiam uestram prestitisse didicimus. ita ut non parua loca patrimonii eius. prius nudata cultoribus. largitas datorum habitatoribus restaurasset. Quecumque igitur illis christianis firmamente conferti. horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinentis.

Breuiter monstratum est. quod boni laudabiliter persecuntur malos. et mali damnabiliter persecuntur bonos. Illud autem apostoli Tu autem quis es. qui alienum seruum iudicas. de occultis alieni cordis intelligendum est. Quod uindicta inferri possit monstratum est. Nunc restat ostendere quod debet inferri. et quod magis diligunt illi qui puniunt. quam illi qui impunita relinquunt. Quod utrumque multorum auctoritate probatur. ait enim aug.

Ad iram deus prouocatur. cum peccata puniri differuntur.

Si ea de quibus uehementer deus offenditur. inultum relinquimus. ut ulcisci differimus. ad irascendum utique diuinitatis patientiam prouocamus. Nonne achor filius zare. preterit mandatum domini. et super omnem populum ira eius incubuit. Et ille erat unus homo. atque utinam solus perisset in scelere suo. Item aug. de sermone domini in monte. l. i.

Uindicta que ad correctionem ualet. non est prohibenda.

Ea uindicta non prohibetur. que ualet ad correptionem. que et ad misericordiam pertinet. nec impedit illud propositum. quo quisque paratus est ab eo quem correptum esse uult. plura perferre. Sed huic uindicte inferende. non est idoneus. nisi qui odium quo flagrare solent. qui se uindicare desiderant. dilectionis mansuetudine superauerit. Non enim metuendum est. ne odisse paruulum filium parentes uideantur. Cum ab eis uapulans peccat ne peccet ulterius. et certe perfectio dilectionis ipsius dei patris imitanda nobis proponitur. cum in sequentibus dicitur. Diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. et orate pro his qui uos persecuntur. et tamen de ipso dicitur per prophetam. Quem enim diligit dominus corripit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Dicit et dominus. Seruus qui nescit uoluntatem domini sui. et facit non digna plagis uapulabit paucis. Seruus autem qui scit uoluntatem domini sui. et facit non digna. plagis uapulabit multis. Non ergo nisi ut ipse uindicet. cui rerum ordine. potestas data est. et ea uoluntate uindicet. qua pater filium paruulum flagellat. quem tamen per etatem non potest odisse. hinc enim aptissimum exemplum datur. quo satis apparet posse peccatum. amore potius uindicari. quam impunitum relinqui. ut illum quem uindicat. non pena miserum. sed correptione beatum esse uelit. paratus tamen sit si opus fuit. equo animo plura tollerare ab eo illicita. quem uult esse correptum siue in eum potestatem habeat coherendi siue non habeat. Magni autem et sancti uiri. quamquam optime scirent mortem istam. que animam dissoluit a corpore. formidandam non esse. secundum eorum tamen animum. qui illam timerent. nonnulla peccata morte puniuerunt. quo et uiuentibus utilis metus incuteretur. et illi qui morte puniebantur. non ipsa mors noceret. sed peccatum quod augeri posset. si uiuerent diminueret. Non temere illi iudicabant. quibus tale iudicium deus donauerat. Inde est quod helias multos morte affecit propria manu. et igne diuinitus impetrato. Quod et alii multi et magni uiri. et diuini eodem spiritu consulendo rebus humanis. non temere

fecerunt. de quo helia cum exemplum dedissent discipuli commemorantes. quid ab eo factum sit. ut et ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum eos. qui sibi hospitium non prebuerant. reprehendit dominus in eis. non exemplum sancti prophete. sed ignorantiam vindicandi. que adhuc erat in rudibus. animadvertens eos. non amore correptionem. sed odio desiderare vindictam. Itaque postquam docuit eos. quid esset diligere proximum tamquam se ipsum infuso etiam spiritu sancto. quem decem diebus completis post ascensionem suam desuper ut promiserat misit. Non defuerunt tales vindicte. quamvis multo rarius quam in veteri testamento. Ibi enim ex maiore parte servientes. timore premebantur. hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam et verbis apostoli petri. ananias et uxor eius. sicut in actibus apostolorum legimus exanimes ceciderunt. nec resuscitati sunt. sed sepulti sunt. Item aug. contra cresconium gramaticum. l. i.

Quisquis que veritati contraria sunt. christianus persequi debet.

Quisquis christianus iniquum persequitur. christi est inimicus. verum dicis. si non hominem in illo persequitur. sed vitium. quod christo est inimicum. neque enim dominus in servo. pater in filio. maritus in coniuge. cum sint utrique christiani. non debent persequi vitia christiane contraria veritati. At vero si non persequantur. non rei negligentie merito tenebuntur. Item ad macedonium aug. **quemadmodum debet homo diligere proximum sicut se ipsum.**

Debet homo diligere proximum. tamquam se ipsum. ut quem poterit hominem. beneficientie consolatione. ut informatione doctrine. ut discipline coercione. conducat ad colendum deum.

Ex his omnibus colligitur. quod vindicta est inferenda. non amore ipsius vindicte. sed zelo iustitie. non ut odium exerceat. sed ut pravitas corrigatur. Ex causa autem. dicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis. aliquando et morte. Queritur an sit peccatum iudici. vel ministro. reos morti tradere. Quod autem nulli liceat aliquem occidere. illo precepto probatur. quo dominus in lege homicidium prohibuit dicens. Non occides. Item in evangelio. Omnis qui gladium acceperit. gladio peribit. Item aug. ad marcellianum comitem de donatistis. **Mali non sunt interficiendi. sed flagellis emendandi.**

Circumcelliones illos. et clericos partis donati. quos de ipponiensi ad iudicium pro factis eorum publice discipline causa deduxerat. a tua nobilitate comperi auditos. et plurimos eorum de homicidio. quod in restitutum catholicum presbiterum commiserunt. et de cede innocentii alterius catholici presbiteri. atque de oculo eius effosso. et digito preciso fuisse confessos. Unde in sollicitudinem maximam incussa est. ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos. ut qualia fecerunt. talia patiantur. Ideoque his litteris contestor fidem tuam. quam habes in christo. per ipsius domini nostri misericordiam. ut hoc non facias. neque omnino fieri permittas. Quamvis enim possimus illorum interitum dissimulare. qui non accusantibus nostris. sed illorum notariis. ad quos tuende publice pacis vigilantia pertinebat. presentati videantur examini. nolumus tamen passiones servorum dei. quasi in aliene partis supplicia vindicari. non quod scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri. sed hoc magis sufficere volumus. ut vivi. et nulla parte corporis truncati. ab inquietudine sana. ad sanitatis otium legum coercione dirigantur. et a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista damnatio. sed quis non intelligit magis beneficium. quam supplicium nuncupandum. ubi nec seviendi relaxatur audacia. nec penitendi salutaris medicina subtrahitur. Imple christiane iudex pii patris officium. sic succense iniquitati memineris. ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem. sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam. quam in ipsa inquisitione servasti. quando tantorum scelerum confessionem. non extendente eculeo. non sulcantibus ungulis. non urentibus flammis. sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis. et a magistris artium liberalium. et ab ipsis parentibus eorum adhibetur. et sepe etiam in iudiciis. solet ab episcopis haberi. Noli ergo atrocius vindicare. quod lenius inveniendo quanto puniendi maior necessitas est. Ad hoc enim et mitissimi homines facinus admissum. diligenter atque instanter examinare debent. ut quibus parcant inveniant. Idem marcelliano. **Preter supplicium mortis** [illegible] **sunt puniendi.**

Penam illorum quamvis de tantis sceleribus confessorum rogo te. ut preter supplicium mortis sit. et pro nostra conscientia et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum. quia invenit catholica ecclesia. ubi erga atrocissimos inimicos. servet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate. quecumque preter sanguinem vindicta processerit. magna lenitas apparebit. Quod et si modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum. et quasi dissolutionis et negligentie simile. transactis tamen motibus animorum. qui recentioribus factis solent turbulentius excitari. egregie vinculenta bonitas apparebit. Idem donato. **Mali sunt prohibendi a malo. et cogendi ad bonum.**

Unum solummodo est quod in tua iustitia pertimescimus. ne forte quoniam quicquid mali contra christianam societatem. ab hominibus impiis ingratisque committitur. profecto gravius est. et atrocius. quam si in alios committatur. tu quoque pro immanitate facinorum. ac non potius consideratione lenitatis christiane censeas coercendum. quod te per ihesum christum. ne facias obsecramus. et paulo post. Ex occasione terribilium iudicum. ac legum. ne eterni iudicii penas luant. corrigi eos cupimus

non necari. nec disciplinam circa eos negligi nec suppliciis quibus digni sunt coherceri. Sic ergo peccata eorum compesce. ut sint quos peniteat peccauisse. Et paulo post. Proinde si occidendos in his tuis putatis deterrebitis nos. ne per operam nostram iudicium. tale quod eam perueniat. quo comperto in nostram potius licentiam audacia crassabuntur. necessitate nobis impacta. ut etiam occidi ab eis eligamus. quam eos occidendos uestris iudiciis inferamus. Idem. Quies.

Prodest seueritas uestra. *ecclesie principum seueritate iuuatur.* cuius ministerio quies adiuuatur. et nostra. prodest intercessio nostra. cuius ministerio seueritas temperatur. et uestra. Non uobis displiceat. quia rogamini a bonis. quia nec nobis. quia timemini a malis. Nam hominum iniquitate et apostolus paulus. non tantum iudicio futuro. uerum etiam de presentibus uestris secularibus potestatibus. terruit asserens. et per eas ad dispensationem diuine prudentie. pertinere. omnis inquit anima potestatibus sublimioribus subdita sit. etc. hec uerba apostoli. que utilitatem uestre seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt et rentibus debere qui timent. ita dilectionem iussi sunt timentibus debere qui terrent. Nichil nocendi cupiditate fiat. sed omnia consulendi caritate. et nichil fiat immaniter. nichil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris. ut nec intercessionis religio contempnatur. Quia et plectendo. et ignoscendo. hoc solum bene agitur. ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas. et impietas. ut corrigende ei. nec disciplina. nec uenie. remedia suffragantur. ab omni tamen intentione. atque conscientia. quam deus cernit. siue seueritate. siue lenitate. non nisi officium dilectionis impletur. Item ieronimus in naum. *In presentia et non nulli*

Quid ergo ait contra *puniuntur. ne in eternum flagellentur.* dominum cogitatis. Ipse qui creauit mundum. et consummationem ei faciet. Quibus si uidetur uobis crudelis et rigidus et ueniens. quod in diluuio genus deleuit humanum. super sodomam et gomorram. ignem et sulphur pluit. egyptios submersit fluctibus. israhelitarum cadauera prostrauit in heremo. Scitote eum ideo ad presens reddidisse supplicia. ne in eternum puniret. Certe aut uera sunt que prophete locuntur aut falsa. Si uera sunt quid de seueritate ei uident dicere. ipsi dixerunt. non iudicabit dominus bis in idipsum in tribulatione. Sin autem falsa sunt. et falsum est hoc quod dicitur. quod non consurget duplex tribulatio. falsa est ergo. et crudelitas. que in lege scripta est. quod si uerum est. et negare non poterunt dicente propheta. quod non iudicabit bis in idipsum In tribulatione. ergo qui puniti sunt. postea non punientur. Si autem postea punientur. scriptura mentitur. quod dicere nefas est. Receperunt ergo. et qui in diluuio perierant. et sodomite. et egyptii. et israhelite in solitudine. mala sua in uita sua. Queratur hoc loco aliquis. si fidelis deprehensus in adulterio decollatur. quid de eo postea fiat. aut enim punietur. et falsum est hoc quod dicitur. non iudicabit deus bis in idipsum. in tribulatione. aut non punietur et optandum est adulteris. ut in presentiarum breui et cita pena cruciatus frustentur eternos. Ad quod respondebimus deum. ut omnium rerum. ita suppliciorum. quoque scire mensuram. et non preueniri sententiam iudicis. nec illi in peccatorem exercende dehinc pene auferri potestatem. et magnum peccatum magnis diuturnisque cruciatibus lui. Si quis autem punitus sit. ut in lege ille. qui ille israhelite maledixerat. et qui in sabbato ligna collegerat. tales postea non puniri. quia culpa leuis presenti supplicio compensata sit. Item gregorius. *qui rei sunt sanguinis. ab ecclesia debent defendi*

Reos sanguinis defendat ecclesia. ne effusione sanguinis particeps fiat. Hinc apparet. quod mali flagellis sunt cohercendi. non membrorum truncatione. uel penali morte plectendi. Sed obicitur illud. quod dixit dominus ad moysen. Maleficos non patieris uiuere. Item qui coierit cum iumento. morte moriatur. Adulterium etiam. ut blasphemie crimine notatus. inmisericorditer lapidari iubetur. Item moyses qui legem acceperat. cultores uituli morte puniuit. samuel etiam agag regem pinguissimum in frusta concidit. finees quoque iudeum cum madianita coeuntem gladio transfixit. Similiter non nulli in ueteri testamento. inueniuntur malos trucidasse. nec tamen transgressores legis. sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo precepto. quisque sua auctoritate in necem alicuius armari. non legis imperio. reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus iussu legis imperio malos perimit. nec illius precepti transgressor. nec a celesti patria alienus habetur. Unde augustinus ad publicolam. *Ex officio non est peccatum homines occidere.*

De occidendis hominibus. ne ab eis quisquam occidatur. non michi placet consilium. nisi forte sit miles. aut publica functione teneatur. ut non pro se hoc faciat. sed pro aliis. uel pro ciuitate. ubi et ipse est. accepta legitima potestate. si eius congruit persone. Qui uero repelluntur aliquo terrore. ne male faciant. et ipsis fortasse aliquid prestatur. hinc autem dictum est non resistamus malo. ne nos uindicta delectet. que alieno malo animum pascit. non ut correptionem hominum negligamus. Unde nec reus est mortis aliene. qui circa sue possessionis. murorum ambitum circumduxerit aliquis. ex quo percussus interiit. Neque enim reus est christianus. si bos eius aliquem feriendo. uel equus calcem iatiendo. aliquem occidat. aut ideo non debent christianorum boues habere cornua. aut equus ungulas. aut dentes canes. aut uero quoniam apostolus paulus satis egit. ut in tribuni notitia perferret. insidias sibi a quibusdam preparatas cognouit. et ob hoc deductores accepit armatos. si in illos scelerati

Car. quod non inputatur clerico si ad defensionem iuris sui uocent milites et aliquis ibi occidatur. Sic. C. .xxiii. q. iii. maximianus.

lera, et hoc si inuadissent, paululus in effusione sanguinis ... corr. suum crimen agnoscet. Absit ut ea que propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si quid per hec preter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica et agrestia sunt habenda, ne quis ex eis uel se uel alterum interimat; nec arbores plantande, ne quis se inde suspendat; nec fenestra facienda, ne per hanc se quis precipitet. Et quid plura commemorem, que in usu hominum bono et licito ita, ut non possit perniciei irrogari? Unde non possit perniciei irrogari. Se ipsum punire etiam nulla legis auctoritate alicui permittitur. Unde Aug. l. i. de ciuitate dei.

Qui deo auctore bella gesserunt preceptum non occidendi nequaquam transgressi sunt.

Si non licet priuata potestate alicui hominem occidere innocentem, cui occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto et qui se ipsum occidit homicida est, et tanto fit nocentior cum se occidit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. Si enim Iude factum merito detestamur, eumque ueritas iudicat, cum se laqueo suspendit, scelerate illius tradicionis auxisse potius quam expiasse commissum, quoniam de dei misericordia desperando exitiabiliter penitens nullum sibi salubris penitentie locum reliquit, quanto magis a sua cede se abstinere debet, qui tali supplicio quod in se puniat non habet. Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit, et tamen non solum Christi, uerum etiam sue mortis reus finiuit hanc uitam, quia licet propter scelus suum, alio tamen suo scelere occisus est. Cur autem homo, qui nichil mali fecit, sibi male faciat, et se ipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? Item in sanctis canonicisque libris nobis nusquam diuinitus preceptum permissumue reperiri potest, ut uel adipiscende ipsius immortalitatis uel ullius cauendi uel carendi mali causa nobismet ipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait: Non occides. Presertim quia non addidit: proximum tuum, sicut falsum testimonium cum uetaret: Falsum testimonium non dices aduersus proximum tuum. Nec ideo tamen si aduersus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se putauerit crimine alienum, quoniam regulam diligendi proximum a se ipso accepit, quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Porro si falsi testimonii non minus reus est, qui de se ipso falsum fatetur, quam si aduersus proximum hoc faceret, cum in eo precepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus uideri non esse prohibitum, ut aduersus se ipsum quisque falsus testis assistat, quanto magis intelligendum est non licere homini se ipsum occidere, cum in eo quod scriptum est: Non occides, nichil deinde addito, nec ipse utique, cui precipitur, intelligatur exceptus. Item: Non occides, nec te, nec alterum. Neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit. Quasdam uero exceptiones eadem ipsa diuina fecit auctoritas. Sed his exceptis, quos deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione, siue ipse qui occidit ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladio utenti. Et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quo dictum est: Non occides, qui deo auctore bella gesserunt, uel personam gerentes publice potestatis secundum eius leges, hoc est iustissime rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, uerum etiam laudatus est nomine pietatis, quod uoluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito queritur, utrum pro iussu dei sit habendum, quod Iepte filiam, que occurrerat patri, occidit, cum id uouisset se immolaturum, quod ei uictori redeunti de prelio primitus occurreret. Nec Sanson aliter excusatur, qui se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos uel lex generaliter uel ipse fons iustitie deus specialiter iubet occidi, quisquis hominem uel se ipsum uel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. Item hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi debere inferre, uelut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium; neminem propter sua peccata preterita, que magis in hac uita opus est ut possint penitendo sanari; neminem uelut desiderio melioris uite, que post mortem speratur, quia reos sue mortis melior post mortem uita non suscipit. Item contra Petilianum.

Nemini licet sibi mortem inferre.

Tu dicis: Laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim ueneramur nomine martirum eos, qui sibi collum ligauerunt. Item Ier. in Ionam prophetam.

De eodem.

Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter excipere. Unde et in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur, sed percussori colla submittere. Item ex concilio Bracarensi.

Nulla fiat pro illis oratio, qui se ipsos interficiunt.

Placuit, ut hi, qui sibi ipsis uoluntarie aut per ferrum aut per uenenum aut per precipitium aut per suspendium uel quolibet modo inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sunt, qui hoc sibi per ignorantiam usurpant. Similiter et de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus moriuntur. Inpenitentes subaudiantur. Idem

eodem l. i. **Non est homicida reus miles qui potestati obediens hominem occidit.**

Miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit, nulla civitatis sue lege reus est homicidii, immo nisi fecerit, reus imperii deserti atque contempti est. Quod si sua sponte atque auctoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur si fecit iniussus, inde punietur si non fecerit iussus. Idem in questionibus Exodi. **Homicida est qui sponte occidit quos iudex iubet.**

Cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte fecerit, homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice debuisse occidi. Idem. **Sicut vere laudatur obedientia, ita reprehenditur qui sibi non concessa usurpat.**

Licet [illegible] exteriora ita medio quodam loco posuit aliqua, ut in eis usurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis vero laudetur obedientia. Habraham si sponte neus in occidendo filio motus fuisset, execrabilis haberetur. At iubenti Domino obsecutus dans famulatus est. Idem in questionibus super Matheum. **Bono animo officia vindicte possunt impleri.**

Officia vindicte possunt impleri bono animo, quomodo iudex, quomodo lex. Idem ad Macedonium. **Non est iniquus sed humanus qui crimen persequitur ut hominem liberet.**

Non est iniquitatis sed potius humanitatis societate devinctus, qui propterea criminis est persecutor, ut sit hominis liberator. Idem. **Quare instituta regia potestas.**

Non frustra sunt instituta regalia tormenta: potestas regis, cognitoris ius ungule, carnificis arma, militantis disciplina, dominantis severitas et boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates suas. Hec enim cum timentur, et mali coercentur, et boni quietius inter malos vivunt. Item. **Non unum quam potius peccat, qui causam mortis prebet, quam ille qui occidit.**

Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate, ut iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone, an ulciscendi, ut obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice, ut evadendi ut subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite; et aliquando qui causa mortis fuit potius in culpa est quam ille qui occidit, velut si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis qui causa aliene mortis est, reus est, velut si stuprum quisquam petat, seseque si non impetraverit interimat. Quid si filius timens pia patris verbera precipitio pereat. Quod si alius homine liberato ut ne alius liberetur sibi ipsi mortem inferat. Num propter istas alienarum mortium causas aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati que non sit nocendi sed corrigendi studio, et paterna tollenda aut opera misericordie cohibenda sunt? Hec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidant, recte factorum reprimamus voluntatem. Item Ysidorus. **Quod sacerdotes efficere docendo non valent, disciplina terrore potestas exerceat.**

Principes seculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessarie non essent, nisi ut quod non prevalent sacerdotes efficere per doctrine sermonem, potestas hoc imperet per discipline terrorem. Sepe per regnum terrenum celeste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam agunt, rigore principum conterantur. Ipsamque disciplinam, quam ecclesie utilitas exercere non prevalet, cervicibus superborum principalis potestas imponat. Et ut venerationem mereatur, virtute potestatis impertiatur. Cognoscant principes seculi Deo se debere reddituros rationem propter ecclesiam quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Item Leo papa. **Et regia et sacerdotalis defendat auctoritas que ad divinam confessionem pertinent.**

Res omnes aliter tute esse non possunt, nisi que ad divinam confessionem pertinent et regia et sacerdotalis defendit auctoritas. Item ex concilio Toletano iii. **Secularis potentia corrigat quos sacerdotalis admonitio non valet.**

Incestuosi, parricide, homicide multi apud nos repperiuntur. Sed quia excellentes sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis durare criminibus, quos oportet per secularis potentie disciplinam a tam prava consuetudine coherceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reverti. Item Ieronimus super Ieremiam. **Malos comprimere et bonos sublevare officium regum est.**

Regum est proprium facere iudicium et iustitiam, et liberare de manu calumniantium vi oppressos, et peregrino pupilloque et vidue, qui facilius opprimuntur a potentibus, prebere auxilium, et ut auctoritatem suam preceptorum Dei maiorem inducerent, intulit: Nolite contristari, ut non solum crudelitatis sed ne parvam quidem ut ira conveniat, eveniat eos ab aliis contristari, et sanguinem innocentem non effundatis in loco isto. Homicidas enim et sacrilegos etc. Et post pauca. Si unguentum hoc fecerint reges Iuda, tenebunt pristinam potestatem. **Ipsi autem principibus et potestatibus fidem retineant.** [illegible] quam oportet, quam qui non exhibuerit, premia apud Deum invenire non poterit. Unde idem ait: **Eterna fraudatur mercede qui fidem et potestati reverentiam** [illegible]**.**

Si apud carnales dominos in minimis fideles fuerint, incipient eis apud Deum premia maiora committi. Ornat autem doctrinam Domini, qui ea que conditioni apta sunt fuerit facit, ut e diverso confundit eam, qui non est subiectus in omnibus, aut conditio sua displicet.



qui contradictor atque fraudator in nullo fidem bonam esse ostendit. Quomodo enim fidelis esse potest in substantia alieni, qui carnali domino fidem exhibere non potuit. Item Ambr. in l. i. de patriarchis. Militaris disciplina ... regi omnia servat.

Docet aliquis disciplina ... regi omnia servat, cum ipse vicerit. Quomodo dicit Abraam ad regem Sodomorum: Nichil sumam ab te, cum prede dominium et potestate victoris fuerit. Et decet militarem disciplinam, ut regi serviant omnia. Sane his qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. Ideoque quam sibi mercedem ab homine non quesivit, a deo accepit, sicut legitur scriptum. Et post hec verba factum est verbum domini ad Habraam in visu dicens: Noli timere Abraam. Ego protegam te, et merces tua erit magna valde. Preterea sicut principibus et potestatibus fidem et reverentiam exhibere cogimur, ita sanctarum dignitatum administratoribus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserit, ab officio sunt repellendi. Unde in Tol. octavus. Querimonias ecclesiarum que indignitatibus agitur.

Administratores plane sanctarum attentius debent audire dignitatum, quia ab ecclesiarum munitione, pupillorum ac viduarum protectione, pauperum rapacium que protectione constricti esse procul dubio debent, quotiens ab episcopis et ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant, et secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, et diligenti studio corrigant. Quod si dei timorem pre oculis non habentes neglegere post secundam et tertiam ammonitionem inventi fuerint, omnes se noverint communione usque ad condignam satisfactionem privatos. Item Ier. super Ioel. Contrarie fortitudines non solum homines.

Non solum homines ministri sunt, sunt ultrices ire dei et ultores ire dei his qui malum operantur. Unde non sine causa gladium portant. Sed et contrarie fortitudines, que appellantur furor et ira dei. Idem super Ysaiam. Qui crudeles iugulat non est talis, qualis pa...

Non est crudelis qui crudeles tientibus ... iugulat. Sic crudelis non vocatur, qui a crudeli spatiens tibi esse videtur. Latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat. Idem super Ezechielem l. iii. Minister est domini qui malos percutit in eo quod mali sunt.

Qui malos percutit in eo quod mali sunt, et habet causam interfectionis, ut occidat pessimos, minister est dei. Idem super epistolam ad Galathas. Non scelus admittit iudex qui hominem necat.

Iudex non est auctor sceleris homines uinciendo. Idem super Ieremiam. Non sanguinis effusor qui homicidas punit.

Homicidas, sacrilegos et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Item Cyprianus. Principes scelerum pessimis parcere non debent.

Si audieris in una ex civitatibus quas ... dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum, illic dicentes: Eamus et serviamus diis alienis, quos non nostis, interficies, necabisque omnes qui sunt in civitate cede gladii, et incendes civitatem, ita ut sit tumulus, erit sine habitaculo in eternum, non reedificabitur amplius, ut avertat dominus ab indignatione ire sue, et dabit misericordiam tibi, et miserebitur tui, et multiplicabit te, si exaudieris domini dei tui vocem, et observaveris precepta eius. Cuius precepti et vigoris memor Mathathias interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus excesserat. Quod si ante adventum Christi circa deum colendum et idola spernenda hec precepta servata sunt, quanto magis post adventum Christi servanda sunt, quando ille veniens non solum verbis nos hortatus sit, sed et factis. Item Aug. contra Petilianum. Tribulationum flagellis aliquem pro... ad fidem ... casti gatur.

Ad fidem nullus est cogendus invitus, sed per severitatem, immo per misericordiam dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen male vivendi ultrix disciplina prepostera est, nisi cura precedens bene vivendi doctrinam pretendat. Sed que adversus vos leges constitute sunt, non eas bonum facere cogimini, sed male facere prohibemini. Nam bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate; cum aliud aliquid adversus vos leges constituunt, admonent. Vos credite, ut cogitetis quare ista patiamini. Si propter iustitiam, re vera illi persecutores vestri sunt, vos autem beati, qui persecutionem passi propter iustitiam possidebitis regnum celorum. Si autem propter iniquitatem scismatis vestri, illi quidem correctores vestri sunt. Vos autem sicut ceteri diversorum scelerum rei, qui penas legibus pendunt, profecto infelices et in hoc et in futuro seculo. Idem. Iniuria sacramentorum Christi a regibus est vindicanda.

Sicut propterea persecutor non fuit, ut Nabuchodonosor rex, qui ascelus in sanctum Danielem commissum vindicavit iustissime, quomodo vindicandum est a regibus, quod Christi sacramenta exsufflantur, si propheta membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt. Idem. Diligentissimi rectores sunt, qui

Suos contra ecclesiam malos, ut a malo fugiant, persequuntur. Christi altaria erexisse, et a christiana unitate, que toto orbe diffunditur, sacrilego scismate separasse, et corpori Christi, quod est ecclesia toto orbe diffusa, rebellando et blasphemando, et quantum potestis oppugnando adversarios, sancta et canonica scriptura convincat vos impios atque sacrilegos esse. Illi autem qui vos propter tantum scelere tam leviter dampnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum privatione, pecunie detrimento coherceri decernunt, ut cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, et ab eterna dampnatione liberemini, diligentissimi rectores, et piissimi consultores deputantur. Idem super epistolam Iohannis. Non amat filium

Non putes tunc ut filius, cum non corripitur, amare servum tuum, quando eum non cedis, aut tunc

No. disciplinam militarem.

Cas. q mali debeat ... per Mathatias ... sicut Danielem ...

amare filium tuum quando non das disciplinam aut tunc amare vicinum tuum, quando non corrigis eum? Non est ista caritas, sed languor. Ferveat caritas ad emendandum, ad corrigendum. Si sunt boni mores, delectent; si autem sunt mali, emendentur. Idem in libro de civitate Dei. Non putes te esse innocentem.

Non est innocentie innocentis officium est nulli nocere, et peccatum patiendo sinere, ut in malis gravius incidat. Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini inferre malum, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum, ut aut ipse qui plectitur corrigatur experimento, ut alii terreantur exemplo. Idem ad Leutarium. Non est misericors, qui vitiis nutrientis

Quivitiis nutriendis parcit.

Qui parcit et favet, ne contristet peccantium voluntatem, non est misericors. Quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, et non timet ne vulneratum doleat vel extinctum. Item in anno super epistolam ad Romanos. Enormia flagitia per iudices seculi corrigantur.

Sunt quedam enormia pi(...) an(...) tur. flagitia, que potius per mundi iudices, quam per antistites et rectores ecclesiarum vindicantur. Sicut est, cum quis interficiat pontificem apostolicum, presbiterum, sive diaconum. Huiusmodi reos reges et principes mundi damnant. Non enim sine causa gladium portant, qui talia scelera diiudicant. Sunt enim maxime constituti propter homicidas, raptores, ut et illos damnent, et alios suo timore compescant. Item Cyprianus in nono gradu abusionis. Furta et cetera crimina a rege sunt cohibenda.

Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas et periuros non sinere vivere, filios suos non sinere impie agere. Item Augustinus de libero arbitrio l. i. Non peccat, qui ex officio nocentem interficit.

Si homicidium est hominem occidere, potest occidi aliquis sine peccato. Nam et miles hostem, et iudex vel minister eius nocentem, et cui forte invito atque inprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt. Sed nec homicide isti appellari solent. Idem in questionibus Levitici. Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu. Item Pelagius papa. Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit.

Non vos hominum vaniloquia retardent. persequi tur(...) dentem dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum ea que committuntur reprimit, vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, nemo nec reprehendendus est a malo, nec retrahendus a malo ad bonum, est humanas et divinas leges necesse est evacuari, que et malis penam, et bonis premia, suadente iustitia, constituunt. Malum autem scisma esse, et per exteras et potestates huiusmodi debere opprimi homines, et canonice scripture auctoritas et paternarum regularum nos

veritas docet. Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, in scismate eum esse non dubium est, et contra universalem ecclesiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus inserius Calcedonensis synodo canon statuat, gloria vestra considet. Ubi post alia sic dicitur: Quicumque semet ipsum suspendit, et collectam fecit, et altare constituit, et noluit vocanti episcopo consentire, et noluit eidem adquiescere, neque obedire primo et secundo vocanti, hunc omnino damnari, nec umquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Sic enim permanserit turbas faciens et sediciones ecclesie, per exteram potestatem tamquam seditiosum comprimi. Et beatus Augustinus de talibus dicit: Multa sunt cum invitis benigna quadam asperitate plectendis agenda, quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. Nam corripiendo filium, quamvis aspere, numquam paternus amor amittitur. Fit tamen quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. Ecce videtis tamquam quemadmodum testimonio patrum non persequatur coercendo talia, sed diligat emendando. Tales semper ecclesia facere. Ergo vos et qui scientes intentionem christianitatis sue, frequenter hortamur, et date operam, ut talia fieri ultra non liceat. Sed et quod facillimum esse non dubito, hii qui talia presumpserunt, ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo et Histriam et Venetiam, tiranno totalia possidente, Franci etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem ex inde retulissetis, et quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognovissetis, et intra ubique ferventes hostes, et Ravennam tamen et hic qui ordinabatur, et hic qui ordinaturus erat, providentia culminis vestri educti sunt. Idem Narsete patricio. Scismaticos et iniusti consecrati potestate coerceri.

Eligimus atque Venetias et Histrie episcopis. hereant.

quid dicam? Quos idonea est excellentia vestra et ratione et potestate reprimere, et damnatus eos in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari, cum si quid eis de iudicio universalis synodi, que Constantinopolim per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte movebat, ad sedem apostolicam, quo more semper factum est, electis quibuslibet suis, qui dare et accipere rationem possint, dirigere debuerunt, et non clausis oculis corpus Christi, id est, sanctam ecclesiam lacerare. Absolute ergo dubitare huiusmodi homines principali vel iudiciali auctoritate comprimere, quia regule patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua ecclesiastici officii persona a cui subiectus est resiliens, vel seorsum colligerit, aut aliud altare erexerit, seu scisma fecerit, iste excommunicetur atque damnetur. Quod si forte et hoc contempserit, et permanserit divisiones et scismata faciendo, per potestates publicas opprimatur. Ecce domine

gravamus ut forte timidus est, ne persequi debeamus: ne, dum timidus est, peccare permittatur. De patrum auctoritate vobis hec breviter dirigenda putavi, cum mille alia exempla sint et constitutiones, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis, sed et proscriptione rerum et dura custodia per publicas potestates debeant coherceri. Idem.

Ab ecclesie unitate divisi

Qualiter nos de **a secularibus potestatibus cohercantur.**

gloria vestre studiis et iudicio gratulemur, non solum vestram, sed multorum, ac pene omnium credimus habere noticiam. Et ideo nunc de his, que vobis presentibus dici fieri nequeunt, fiducialiter apud gloriam vestram dicere ... conquerendum. Tertius siquidem atque Maximilianus nominatim episcoporum hostes et ecclesiasticam unitatem perturbare dicuntur, et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare. Intimamus, ut contra Tertium ... id est Maximilianum, usque ad nos preterea longiniter necessitate compellente, qua infatigabiliter venientes preces offerrent, ob quam causam petimus per beatissimum sedis huius (sic) preceptum notarium ad eadem loca direximus destinandos. Ut ea que canonica statutis apud dictos pseudo episcopos conperierint commissa, ut digna debeat ibi ultione compescere, ut eos demum usque ad nos perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram petimus, ut prefatis nuntiis nostris, qui a nostra sede directi sunt, omnibus prebeatis auxilium, nec putetis esse peccati aliquius huiusmodi homines conprimere. Hoc enim et divine et humane leges statuerunt, ut ab ecclesie unitate divisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus et potestatibus conprimantur. Nec quicquam maius est, unde deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hii, qui in suam et aliorum perniciem debachantur, competenti debeant vigore compesci. Item Pelagius papa.

Iniquitas pravorum, quamvis bonis proficiat, tamen punienda est.

Relegentes litteras excellentie vestre de iniuria, quam quidem vobis iniquorum hominum presumptio ingessit, valde doluimus. Sed quia scimus occulto divino iudicio animam vestram et superbiam improborum iniquitatem ac superbiam a contaminatione scismatis custodiendam, egimus omnipotenti deo gratias, qui et de malis hominum actibus bona operari consuevit. Nec enim sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati et perversissimi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisione catholicam esse credentes ecclesiam, a sua vos pollutione prohibeant. Sic enim per misericordiam dei et nescientibus illis hoc factum est, ut a scismaticorum communione eruti, catholice, quam diligitis, servari vos contigisset ecclesie. Quamvis igitur vestram per illorum scelus facta sit utilitas, nolite tamen inpunitam presumptionem iniquorum hominum transire permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam presumpserunt, non fuerit vindicta compressum, quod in minoribus valeant perpetrare, ambigi

tur non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, et ne eis amplius talia committendi crescat spes, vestris cohercitionibus reprimantur. Ad hoc siquidem dei nutu et contra vos talia presumpserunt, ut talia vobis corrigentibus ab eorum scelere alios possitis deo propitiante munire. Quales autem sunt, qui ecclesiam fugiunt Eufrasii vos scelera, que deus amplius occulta esse noluit, evidenter informant, qui in homicidio, quod nec hominis necessitudine, nec caritate fratris, nec sacerdotii reverentiam cogitavit, incestuoso etiam adulterio et ipsum dicere abstulit modum, quasi adulterium puniamus, non remanet in quo vindicetur incestus. Si incestuoso ingeras penam, in multum crimen adulterii remanebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quantum ad superbiam suam, iniuriam vobis inferre moliti sunt. Sed quantum ad providentiam dei inpollutos vos ecclesie fuavere (sic) et auferentes tales ab ista provincia, ut minime oblata vobis adeo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime ecclesie Aquilegensis invasor, qui et in scismate, et in eo maledicto nec honorem episcopi poterit retinere, nec meretur. Item Nicholaus exercitui Francorum.

In certamine contra infideles gentes quisquis moritur celeste regnum meretur.

Omnium vestrum nosse volumus caritatem ... quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna celestia illi minime negabuntur. Item Urbanus II. Godefredo Lucano episcopo.

Non sunt homicide, qui adversus excommunicatorum interfectoribus, catholice zelo matris ecclesie arma ...

Excommunicatorum interfectoribus ... ferunt, in ordine ecclesie romane didicisti, secundum intentionem modum congrue satisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos zelo catholice matris ardentes aliquos eorum trucidasse contigerit. Ne tamen eiusdem ecclesie matris disciplinam deserat, tenore, secundum quem diximus, penitentiam eis indicito congruentem, qua divine simplicitatis oculos adversus se complacare valeant, si forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio concurrerit. Item Augustinus ad Bonifatium.

Pax ecclesie mesticiam consolatur ... perditorum.

Quis enim nostrum velit aliquem inimicorum non solum perire, verum etiam aliquo perdere? Sed si domus David aliter non meruit habere pacem, nisi Absalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem, fuisset extinctus: quamvis magna cura mandaverit suis, ut eum quantum possent vivum salvumque conservarent, ut esset cui penitenti paternus affectus ignosceret: quid ei restiterit, nisi perditum flere, et sui regni pace adquisita suam mesticiam consolari? Sic igitur universa et publice potestates bella gerentes, non fuerunt transgressores illius mandati, non occides, quamvis quosque flagitiosos digna morte perimerent, simul esse sue potestati obediens non

est reus homicidii, sic impio, quemlibet flagitiosum interfecerit. Si homicidas et uenenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium, si pax ecclesiae mestitiam consolatur perditorum, si illi qui zelo catholicae matris ecclesiae accensi excommunicatos interficiunt homicidae non iudicantur, patet quod malos non solum flagellari, sed etiam interfici licet. Sed queritur, si concedatur aliquos malos puniri, ab his qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hi per quos puniuntur. De his ita scribit Ambrosius: Aliquando puniuntur peccata per apostatas diuino iussu excitatos.

Remittuntur peccata per uerbum Dei, cuius leuites interpres et quidam interpres et quidam executor est; remittuntur per officium sacerdotis sacrumque misterium. Puniuntur quoque peccata per hominem, sicut per iudices, qui potestate ad tempus utuntur. Puniuntur peccata et per apostatas, sicut legimus, quia sepe ab alienis Dei iussu excitatis propter diuinae magestatis offensam subactus est populus Iudeorum. Hinc notandum est, quod aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit, sicut per Senacherib et per Nabuchodonosor et per Antiochum et per principes Romanorum et per non nullos reges gentium populum Israheliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Unde ipse Dominus ait per prophetam: Virga furoris mei Assur. Ipse autem non cognouit. Assur autem erat uirga furoris Domini, quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Ipse uero non cognouit, quia per superbiam elatus uictoriam quam assecutus fuerat non diuinae potentiae, sed suis uiribus attribuit. Unde contra eum in Ysaia Dominus loquitur dicens: Numquid gloriabitur serra contra eum qui secat in ea? aut numquid exaltabitur securis contra eum qui cedit in ea? Quibus similitudinibus satis perspicue ostenditur, quod sicut serra et securis nec secare nec cedere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideo contra regentem se superbire non debent, sic illi per quos Deus punit absque nutu diuinae dispositionis nichil agere ualent, ac ideo contra regentem se superbire eis non licet. Talesque in eo quod puniunt Deo seruire dicuntur; in eo autem quod ignorantes se esse ministros irae Dei impia uanitate superbiunt, mercedem suae fatuitatis adeo non nisi temporalem inuenerunt, penam uero suae superbiae non effugiunt. Unde cum Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor: Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrum? Statim subiungit: Dabo ei premia, datam sibi Egiptum et Ethiopiam. Cum autem in corde suo superbiens postea diceret: Nonne haec est Babilon, quam ego condidi in robore regni mei? etc., statim inmutauit Dominus rationabilem mentem eius, et induit eum ferina bestialitate, ut ab hominibus fugiens cum bestiis uiueret. Per Antiochum quoque cum idolatriam Iudaicae plebis Dominus puniret, et pacem quam ex lege Dei abiectam, et ex sacris nationum superstitiis querebant, et illis in perniciem uerteret, quia

Dei dispositionem ignorans suae facultati deuastationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum propheta dicens: Effunde iram tuam in gentes quae te non nouerunt, et in regna quae non inuocauerunt nomen tuum, ne forte dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum? Similiter cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset, urbis excidium et Iudaicae plebis miseram captiuitatem suis uiribus ascribere ceperunt. Unde contra eos propheta precatur dicens: Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt, et qui multa maligne operati monumenta suae uictoriae posuerunt in medio atrio tuo. Per scientes peccata puniuntur, sicut per filios Israel uoluit Deus peccata punire Chananeorum et Amorreorum et aliarum gentium, quarum terram Israelitis possidendam dedit. Quibus etiam precepit, ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent. Quod propter peccata eorum illis contigisse ex uerbis Domini apparet, qui dum diceret ad Habraam: Semini tuo dabo terram hanc, ueluti quereret, quare non modo das michi, audiuit: Nondum enim sunt consummata peccata Amorreorum. Quae tunc intelliguntur fuisse consummata, cum populus ille de Egiptiaca seruitute liberatus terram eorum, sicut Habrae promissum fuerat, in hereditatem accepit. Cum ergo sic diuino iussu ad puniendum peccata populi excitantur, sicut populus ille Iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis et ad delendas gentes peccatrices, sine culpa non solum sanguinem effundunt, et quae ab eis male possidentur in ius et dominium iure transferunt bonorum. Cum uero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendum malos, sicut Senacherib et ceteri qui populum delinquentem persecuti sunt, licet occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendum, tamen quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, ut suae ditioni subicere querunt, non sunt inmunes a crimine. De quibus etiam notandum est, quod aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum, ut tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur, sicut in libro Iudicum legitur de Iabin rege Chananeorum et de Madianitis, quos propter idolatriam populi suscitauit eos Deus, ut Israel affligerent et terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, et per penitentiam Deum sibi placaret, et Dei precepto et Barac comitatus Delboram prophetissam uxorem Lapidoth Iabin regem Chananeorum et Sisaram ducem exercitus sui contriuit, et Gedeon Zebee et Salmana reges Madianitarum, Oreb et Zeb duces eorum morti tradidit. Apparet ergo quod aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per apostatas diuino iussu excitatos mali pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam iuste perimuntur. Nec est contrarium illud Augustini, quod ad Marcellinum pro Circumcellionibus suppli-

Q. VI.

cans, rogabat ut verberibus eos coherceret, non morte plecteret. Quamvis etiam supplicando spatium vite eis servari poposcit, non tamen legum severitatem qua tales morte plectuntur, non observandam docuit.

Quod autem querunt an mali sint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiqui namque populi metu penarum ad observationem legis cogebantur. In evangelio quoque dominus ait discipulis suis: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, i. in timore servite, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Paulus quoque cum ecclesiam dei persequeretur, in itinere cecatus ad deum conversus est. Unde se abortivo similem testatus est dicens: Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et michi. Hinc Augustinus scribit ad Bonifacium.

Exemplo Pauli mali sunt ad bonum cogendi.

Sasmatici dicunt: Cui vult Christus intulit. Quem cogit? Ecce habent apostolum Paulum; agnoscant in eo prius cogentem Christum, postea docentem; prius ferientem, postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pena corporis ad evangelium coactus intravit, plus omnibus illis laboravit qui solo verbo vocati sunt in evangelio; et quem maior timor compulit ad caritatem, eius perfecta caritas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent, si perditi filii coegerunt alios ut perirent? Quamvis et illos quos non coegerunt sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles et salubres leges in eius gremio revocentur, blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius quam de his quos numquam perdiderat gratulatur. An non hoc pertinet ad diligentiam pastoralem, et illas oves que non violenter erepte, sed blande leniterque seducte a grege aberraverant et ab alienis possideri ceperant, inventas ad ovile dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus vel etiam doloribus revocare? Item a Christo coactum Paulum ostendimus. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis dominum suum, qui prius ut neminem cogeret expectavit, ut de fide regum atque gentium predicatio prophetica compleretur. Et hinc absurde non intelligitur apostolica illa sententia, ut Paulus beatus dicit: Paratum habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior vestra obedientia. Unde dominus ad magnam cenam suam prius convivas adduci iubet et postea cogi. Nam cum ei servi respondissent: Domine, factum est quod iussisti, et adhuc locus est. Exite, inquit, in vias et sepes, et quoscumque inveneritis, cogite intrare. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, completa est prior obedientia. In istis autem qui coguntur, inobedientia cohercetur. Item si per potestatem quam per religionem ac fidem regum tempore quo debuit divino munere accepit ecclesia, hi qui inveniuntur in viis et sepibus, i. in heresibus et sasmatibus, coguntur intrare, non quia coguntur reprehendant, sed quo coguntur attendant. Item ad Donatistas.

Variis modis erran- tes cor- ri- piunt ad no.

Quod erraverat, inquit dominus, non revocastis, et quod perierat non requisistis. Hoc vobis per nos ipse deus facit, ipse obsecrando, ipse minando, sive corripiendo, sive damnis sive laboribus, sive per suas occultas admonitiones vel visitationes, sive per potestatum temporalium leges. Idem in epistola ad Vincentium.

Non quod quisque cogitur, sed quo cogitur considerandum est.

Videsne, ut opinor, non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud quo cogitur, utrum bonum an malum. Non quod quisque bonus possit esse invitus, sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem, ut timens vel respuat falsum de quo contendebat, vel querat verum quod nesciebat, et volens iam teneat quod nolebat. Item. Mea primitus sententia erat neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione esse pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberem, quos apertos hereticos noveram. Sed hec opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo opponebatur michi civitas mea, que cum tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam legum imperialium timore conversa est, quam nunc videmus ita huius animositatis vestre perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur. Item alie multe civitates que michi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem et in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est: Da sapienti occasionem, et sapientior erit. Item Gregorius Maximo episcopo.

Onere pensionis rusticus ad dominum reverti cogatur.

Iam vero si rusticus tante perfidie et obstinationis fuerit inventus, ut ad dominum deum minime venire consentiat, tanto pensionis onere gravandus est, ut ipsa exactionis sue pena compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur quod mali sunt cogendi ad bonum. Sed obicitur quod nemo est cogendus ad id ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur, cum dominus aspernetur coacta servitia. Unde apostolus, cum ad helemosinas Corinthios hortaretur, ait: Unusquisque det prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit deus. Unde datur intelligi quod qui invitus dat propter presentem pudorem, etiam meritum perdit. Item cum redderet causam quare a sumptibus abstineret, ait: Si ex necessitate evangelizavero, non erit michi gloria. Item: Si invitus evangelizo, dispensatio michi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud deum. Item cum Galathis scriberet legalia non esse tenenda, ait: Si spiritu dei ducimini, non estis sub lege. Ex quo apparet eum qui sub lege est, i. qui timore pene, non amore iustitie servit, nondum duci spiritu sancto. Sed autem spiritu non ducitur, deo placere minime valet. Item: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Ex q

+ llo. quod vulgatur dicitur hilarem datorem deus diligit

bus uerbis datur intelligi. quod et si in ueteri testamento timore pene homines cogebantur ad bonum. tamen in nouo testamento sola libertate et delectatione iustitie sunt inuitandi ad fidem. Vnde illud Domini: Serui et filii Agar ancille pertinentes ad Hismael, Isaac uero liberi et filii liberi pertinentes ad Isaac. Item Iohannes in epistola sua: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Qui autem cogitur: illo timore ducitur, qui non est in caritate. qui manus comprimit, non animum mutat. quo pena ... metuitur: non bonum diligitur. Porro sine dilectione boni nullus Deo placere, uel in numero bonorum connumerari potest. Vnde cum propheta diceret: Animalia tua habitabunt in ea hereditate, ostendens quomodo ad ipsam habitationem peruenirent, subdit: In dulcedine tua, quam tu parasti dulcedinem. uocans suauitatem boni operis, qua bonum fit, non timore pene, sed delectatione iustitie. Cum ergo sine hac dulcedine anima in hereditate

non habetur ... ad bonum cogitur solo timore ...

mali cogendi ad bonum, hiis ita respondetur. Si bonum ad quod mali coguntur, semper inuiti tollerarent, et numquam uoluntarie seruirent, inutiliter cogerentur ad illud. Sed quia humane nature est, et ea que in dissuetudine ducuntur abhorrere, et consueta magna cum dilectione diligere: flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo, et prouocandi ad bonum, ut dum timore pene malum in dissuetudinem ducunt, abhorreant: bonum uero ex consuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in psalmo. c. xx. vii. Cum per timorem gehenne continet se homo a peccato, fit consuetudo iustitie, et incipit quod durum erat amari, et incipit excludi timor a caritate, et incipit succedit timor castus. quo timemus ne tardet, ne discedat, ne eo careamus. ille utilis, sed non permanet in eternum, iste

Nunc autem queritur, an heretici suis et ecclesie rebus sint expoliandi, et qui possident hereticis ablata, an dicantur possidere aliena. De hiis ita scribit Augustinus ad Vincentium. Non odio sed dilectione

Quicumque uos ex occasione huius legis imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio inimicandi persequitur, displicet nobis. et quamuis res quoque terrena non recte a quoquam possideri possit, nisi uel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, uel iure humano, quod in potestate est regum terre. Ideoque falso res appellatis uestras, quas nec iuste possidetis, et secundum leges terrenorum regum amittere iussi estis. frustraque dicatis: nos in eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis: labores impiorum iusti edunt. Sed tamen quisquis ex occasione legis huius, quam reges terre Christo seruientes ad emendandam impietatem uestram promulgauerunt, res proprias uestras cupide appetit, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperum, uel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesie tenebatis, que omnino non debentur nisi ei ecclesie, que uera est Christi ecclesia, non per iustitiam, sed per auaritiam tenet, displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio uel facinore deiectum a uobis ita suscepit, sicut susceptis perimuntur, qui ex ceptio errore, quo a nobis separamini, sine crimine aput uos uixerunt, displicet nobis. sed nec facile ista monstratis. nonnullos tolleramus, quos corrigere, uel punire non possumus. neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter pisces malos rumpimus retia Domini, neque propter edos in fine segregandos, deserimus gregem Domini, neque propter uasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini. Idem contra Petilianum. Iuste a catholicis possidentur, que heretici auferuntur.

Si de rebus, uel locis ecclesiasticis, que non tenetis, queritur, possunt et Iudei iustos se dicere, et iniquitatem nobis obicere, quia loca in quibus impii regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea que tenebant heretici, secundum parem uoluntatem Domini catholica tenet? Ad omnes iniquos et impios illa uox Domini ualet: Auferetur a uobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum, siue iustitiam. An frustra scriptum est: Labores impiorum iusti edent? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amisistis. Item, si que iam pridem possidere cepistis, quia a uobis ablata, nobis Dominus Deus dedit, non ideo concupiscimus aliena, quia illius imperio, cuius omnia sunt, facta sunt nostra, et iuste nostra sunt. Vos enim utebamini ad perditionem nostram ad uanitatem. Alioquin et primo populo Dei, possent illa obicere alienae rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, que a terra male utebantur, expulsi sunt. Et ipsi Iudei a quibus ablatum est regnum secundum uerba Domini, et datum est genti facienti iustitiam, possunt obicere aliene rei concupiscentiam, quia Christi ecclesia possidet, ubi persecutores Christi regnabant.

Idem. Res ecclesiasticas ab hereticis iniuste possidentur.

Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus, et auferamus, utinam catholici fiant, et non solum que dicunt sua, sed etiam nostra in pace et caritate nobiscum possideant. Vsque adeo autem calumpniandi cupiditate cecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria, que locuntur ipsi. certe dicunt, et inuidiosissime sibi conqueri uidentur, quod eos in nostram communionem uiolento legum imperio coartamus. hoc itaque modo nullo faceremus, si res eorum possidere uellemus. Quis est auarus querit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, uel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe adtendant quondam suos, modo uero nostros socios, et fraterna dilectione conuictos, quemadmodum sua teneant, non solum que habebant, sed etiam nostra que non habebant. que tamen si pauperum compauperes sumus, et nostra sunt, et illorum. Si autem priuatim que nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus

non per etatem nobis usurpatione dampnabili uendicamus. Quecumque ergo nomine ecclesiarum partes donati possidebant, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Cumque nobiscum sunt plebes earundem ecclesiarum, nobiscum sunt pauperes, qui de eisdem possessionibus alebantur; ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum que dicunt sua, uerum etiam que dicunt et nostra. Scriptum est enim: "Omnia uestra, uos autem Christi, Christus autem Dei." **I**dem in epistola ad Vincentium.

Qui a Christi corpore precidit.

Quemadmodum *spiritum iusticie tenere non potest* membrum si precidatur ab hominis uiui corpore, non potest tenere spiritum uite, sic homo qui preciditur de Christi corpore nullo modo potest tenere spiritum iusticie, et si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. Inhuius ergo compagem corporis ueniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem uoluntatem uestram, ut iam dictum est, ab huiusmodi cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nobis in societate catholica utantur, quantum ualemus inquirimus. Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet: si iniusti sumus, quare nos queritis? Quibus respondemus: Querimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti; querimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus dicentes: "Mortuus erat frater, et reuixit; perierat, et inuentus est." Quare me ergo, inquid, non baptizas, ut me abluas a peccatis? Respondeo: quia non facio iniuriam caracteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te penitentiam non ago? Immo nisi egeris, saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correptum, nisi doleas te fuisse peruersum? Quid ergo, inquiunt, apud uos, cum ad nos transimus, accepimus? Respondeo: Non quidem accepistis baptismum, qui uos extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit, sed accepistis unitatem spiritus in uinculo pacis, sine qua nemo potest uidere Deum, et caritatem, que sicut scriptum est, operit multitudinem peccatorum. **S**i autem consideremus quod scriptum est in libro Sapientie: "Iusti tulerunt spolia impiorum"; item quod legitur in Prouerbiis: "Thesaurizant autem iusti diuitie impiorum", tunc uidebimus non esse querendum, quibus tot res tradantur, sed qui sunt in societate iustorum. Item post aliqua: Sic corpus Christi tollit spolia impiorum, et corpori Christi thesaurizant diuitie impiorum; non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potius, ut iustificentur. Item post aliqua: Incipiant ergo compagem corporis ueniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed utendi bene pietate possideant. Nos autem uoluntatem uestram, ut iam dictum est, ab huiusmodi cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante purgauimus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nobis in societate catholica utantur, quantum ualemus inquirimus. **H**iis ergo auctoritatibus liquido monstratur, quod que ab hereticis male possidentur, a catholicis iuste auferuntur.

C. VIII. [Nec] tamen aliena possidere dicuntur. Sed queritur, episcopis uero, ut quibuslibet clericis, quod nec sua auctoritate nec auctoritate Romani pontificis arma arripere ualeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus apostolorum a Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, ut magistrum a iudeorum iniuria defensaret, audiuit: "Conuerte gladium tuum in uaginam. Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit." Ac si aperte diceret: Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit persequi. Deinceps in exemplum patientie gladium tuum, id est hactenus tibi concessum, in uaginam conuerte, et spiritalem tantum gladium, quod est uerbum Dei, in mactatione ueteris uite exerce. Omnis enim preter illum, uel auctoritatem eius, qui legitima potestate utitur, quam apostolus: "non sine causa gladium portat", cui et omnis anima subdita esse debet. Omnis enim, inquam, qui preter auctoritatem huius gladium acceperit, gladio peribit. Ac si aperte ei diceretur: Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit persequi. Item Ambrosius: Arma episcopi lacrime sunt et orationes. Item illud apostoli: "Non uosmetipsos defendentes karissimi", quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prelatis dictum intelligitur. **U**nde Iohannes papa ad Ymberge imperatricem excusans Iohannem episcopum, remouendum de militia dicit. *De eodem.*

Nimirum certe ueretur et uite formidat periculum, qui post professionem sui ordinis secularem militiam exercere, tamen defendere presumit. Tractare de armis terrene potestatis est. **I**tem Innocentius papa. *De eodem.*

Cum audieris, inquit, "Domine, ecce duo gladii hic", Dominus capud et Petrus cuiusdam inobedientis aurem abscidit, ferire prohibuit, et forma omnium sacerdotum, quorum prior erat, et ipse ipso capite arma carnalia prohibuit. **I**tem Ambrosius. *De eodem.*

Non pila querunt ferrea, non arma Christi milites. Coactus repugnare non noui. Sed dolor, fletus, orationes, lacrime fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Fugere autem et relinquere ecclesiam non soleo. Seruus Christi non custodia temporalis, sed diuina prouidentia prouidere consueuit. **H**inc etiam de hiis, qui in bello aut in tirocinio moriuntur, in concilio Triburiensi statutum est sic. *De hiis qui in bello aut in tirocinio moriuntur.*

Quicumque clericus *oratio ut oblatio non offeratur*, aut in bello aut in tirocinio mortuus fuerit, aut gentilium ludis, neque in oblatione neque in oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis. Sepultura tamen non priuetur. **I**tem in excommunicatione Toleto, de clericis arma ferentibus. *Gradu amisso in monasterio*

tradantur. Clerici uoluntarie arma sumentes.

Clerici qui in quacumque factione arma uolentes sumpserint, reperti, amisso ordinis sui gradu, in monasterio penitentie tradantur. Item ex concilio Meldensi.

Proprii gradus [illegible] amissione mulctentur.

Quicumque ex clero uidentur esse, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis sue uocabulum religiosis moribus et religioso habitu prebeant. Quod si contempserint, tamquam sacrorum canonum contemptores et ecclesiastice auctoritatis prophanatores, proprii gradus amissione mulctentur: quia non possunt Deo simul et seculo militare.

Militaria arma clerici ferentes.

His ita respondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent. Sed alios ad arripiendum, ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari. Unde Leo IIII. scribit Lodoico Augusto.

Pro Saracenis papa iubet populum congregari, ne res aduersus maris occurrere.

Igitur cum sepe aduersa a Saracenorum partibus peruenirent nuncia, quidam in Romanum portum Saracenos clam furtiueque uenturos esse dicebant. Pro quo nostrum congregari precepimus populum, maritimumque ad litus descendere decreuimus, et egressi sumus Roma. Item.

Ultro suis gregibus presbyteri debent esse [illegible].

Sicut uos oportet, quod numquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi, sed si necessitas illa incurrerit, per semetipsum uindicamus, quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, et precipui adiutores. Item ex concilio Francorum.

Celeste regnum a Deo consequitur qui pro ... defensione moritur.

Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sancte fidei et aduersarios omnium religionum agere uiriliter studete. Nouit enim Omnipotens, si quilibet uestrum morietur, quod pro ueritate fidei et saluatione patrie ac defensione christianorum mortuus est. Ideo ab eo celeste premium consequetur. Item Alcuinus.

Contra Longobardos precibus Adriani pape Carolus bellum suscepit.

Hortatu et precibus Adriani Romane urbis episcopi exoratus Carolus rex bellum contra Longobardos suscepit, quod prius quoque et a patre eius Pipino supplicante papa cum magna difficultate susceptum est. Item Alexander papa omnibus episcopis Hispanie.

Iudeos non debemus persequi, sed Saracenos.

Dispar nimirum est Iudeorum et Saracenorum causa. In illos enim, qui christianos persecuntur, et ex urbibus et propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur: hi uero ubique parati sunt seruire. Item Iohannes octauus Demagoduagloso.

Qui crimina que potest emendare non corrigit ipse committit.

Perrecta deuotionis tue studium excor[...]tam, ut contra marinos latrunculos qui sub pretextu tui nominis in christicolas debachantur, tanto uehementius accendaris, quanto illorum prauitate fa[illegible]ma tui nominis obfuscatam fuisse [illegible] cognoscas. Quoniam licet credi possit [illegible] quod te nolente illi nauigantibus insidientur, tamen quia te comprimi posse dubium non est, nisi eos compescueris, immunis non habeberis, sicut scriptum est: Qui crimina que potest emendare non corrigit, ipse committit. Item Ieronimus ad Riparium.

Crimina pro Deo punire non est crudelitas, sed pietas.

Legi siromastem Finees, austeritatem Helie, zelum Symonis Chananei, Petri seueritatem Ananiam et Saphiram trucidantem, Pauli constantiam qui Elimam magum uiis Domini resistentem eterna cecitate dampnauit. Non est crudelitas crimina pro Deo punire. Si pietas ... lege dicitur: Si frater tuus et amicus tuus et uxor que est in sinu tuo uoluerit a ueritate deuertere, sit manus tua super eos, et effunde sanguinem ipsorum. Item Iohannes Crisostomus super Matheum, homelia XVI.

Que hodie prohibentur, in ueteri testamento licebant.

Occidit Finees hominem, et reputatum est illi ad iustitiam. Habraam uero non solum homicida, uerum etiam parricida, quod certe est grauius, effectus, Deo magis placuit. Petrus uero geminum fecit homicidium. Fuit tamen opus spirituale quod factum est. Non solum ergo respiciamus ad opera, sed ad tempus et ad causam et uoluntatem personarum, et differentiam, et quanta cumque alia ipsis operibus accidunt, diligentissime requiramus. Non enim possumus ad ueritatem aliter peruenire. Item Nicholaus ad consulta Bulgarorum.

Necessitate instante in quadragesimalibus diebus bellum inire licet.

Si nulla urget necessitas, non solum quadragesimali tempore, sed et omni tempore est a preliis abstinendum. Si autem ineuitabilis urget opportunitas, nec quadragesimali tempore, sed et omni tempore pro defensione tam sua quam patrie seu legum paternarum est bellorum preparationi procul dubio parcendum, ne uidelicet Deum uideatur homo temptare, si habet quod faciat, et sue ac illorum saluti consulere non procurat, et sancte religionis detrimenta non precauet. Item Gregorius in dialogo.

Petrus Ananiam et Saphiram increpando morti tradidit.

Petrus qui Tabitam mortuam orando suscitauit, Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetrauerant increpasse. Constat ergo quia aliquando talia ex potestate exhibent, aliquando ex postulatione, dum et istis uitam increpando abstulit, et illi reddidit orando. Idem Veloci magistro.

Beatus Gregorius quosdam hortatur, ut inimicos congregatos contra hostes uiriliter arma pareant.

Et quidem gloriam uestram notificamus quia milites illuc ceratim paratos uenire, sed quoniam inimicos congregatos illuc discurrere epistola uestra significauerat, hec eos nunc causa retinuit. Nunc ergo utile est uisum ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria uestra ammonere et hortari, ut parati sint ad iustitiam et ad laborem studeant, et occasione inuenta, cum gloriosis filiis nostris Mauritio et Vitaliano loquere, et quecumque uobis

deo adiutore pro utilitate rei publicae persuaseris facere, et si huc uel ad Rauennae partes, nec dicendum Arnulphum cognoueritis, occurrere uos aduerso eius, ita sicut uiros fortes condecet laborate, quatenus opinio uestra ex laboris uestri qualitate amplius in re publica deo auxiliante proficiat. Illud tamen pre omnibus admonemus, ut familiam Aldonis et Adonis atque Lugi districtim, qui cum glorioso magistro Mauritio militum esse noscuntur, sine aliqua mora uel excusatione relaxetis, quatenus uenientes illuc homines predicti uiri sine aliquo impedimento cum eis debeant ambulare. Item eiusdem Mauritio et Vitaliano. Supplicauit gloriae uestrae per filium nostrum Vitalianum, cum quo tractaueritis, et uerbo et scripto mandauimus. Vndecimo autem die mensis Iunii Arnulfus hanc epistolam, quam uobis direximus, transmisit, et nos relegentes eam uidete si in fide sua Nepesines, quam rei publicae promiserunt, persisterunt, obsidesque dignos, de quibus possitis confidere, ab eis accipite, et insuper denuo sacramentis eos astringite, reddentes eis quos loco pignoris substulistis, sermonibus uestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoueritis eos cum Arnulfo de sua subiectione locutos fuisse, uel certe obsides ei dedisse, sicut nos Arnulfi epistola, quam uobis direximus, dubios reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo animam uestram de sacramentis grauetis, quicquid utile rei publicae iudicaueritis, peragite, sed ita faciat gloria uestra, ut neque sit aliquid unde possimus ab aduersariis reprehendi, neque utilitas nostrae rei publicae, quod deus auertat, negligatur. Preterea, gloriosi filii, estote solliciti, quia quantum comperi hostis multitudinem habet collectam, et Marchias dicitur residere, ut si huc cursum deo irato sibi mittere uoluerit, uel loca ipsius, quantum dominus uos adiuuerit, depredamini, aut certe aliquos quos mittere sollicite requirant, ne dolens factum ad uos discurrat.

In registro etiam legitur, quod beatus Gregorius ciuibus Tusciae, ut contra Lombardos arma pararent, mandauit, et militantibus stipendia decreuit. Hoc ergo exemplo et premissis auctoritatibus claret, quod sacerdotes et si propria manu arma arripere non debeant, tamen ut his quibus huiusmodi officia commissa sunt persuadere, ut quibuslibet ea arripiant, sua auctoritate ualeant imperare. Sed obicitur illud Nicholai ad Carolum imperatorem. Episcopi non debent militaribus occupari negotiis.

Reprehensibile ualde constat esse quod subintulisti dicendo maiorem partem omnium episcoporum die noctuque cum omnibus aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, ob idque episcopi inpediantur uenire, cum militum Christi sit Christo seruire, milites uero seculi seruiant seculo, secundum quod scriptum est: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Quod si seculi milites militiae student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi uacare orationibus? Item Gregorius. In morte cuiuslibet hominis episcopi se se miscere formidant.

Si in morte Longobardorum me miscere uoluissem, hodie Longobardorum gens nec regem nec ducem haberet. Sed quia deum timeo, in morte [illegible] meo in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Ecce quod Nicholaus papa prohibet episcopos seculari militia occupari, nec contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo papa aduersus Sarracenos urbem egreditur, et ut eos periculo auctore arceat, populum undique inuitat, et suorum iniurias presentialiter uindicat, atque cum Gregorius milites ad arma inuitat? Sed notandum est quosdam episcopos leuitica tantum portione esse contentos, qui sicut inter eos sorte non numerabantur, sic primam in hereditate solummodo accipiunt dicentes: Dominus pars hereditatis meae. His nichil est commune cum principibus seculi, quia temporalia penitus abiciunt, ne eorum occasione legibus imperatorum obnoxii teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis secularis militiae, quia de decimis et primitiis uiuunt, tamquam filii summi regis in domini regno a terrenis exactionibus liberi, ita ut dicere ualeant: Venit enim princeps huius mundi, et in nobis non habet quicquam. Porro alii sunt qui non contenti decimis et primitiis, predia, uillas, et castella, et ciuitates possident, ex quibus cesari debent tributa, nisi imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint. Quibus a domino dicitur: Reddite quae sunt cesaris cesari, et quae sunt dei deo. Quibus idem apostolus: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal. Unde Ambrosius. Ecclesie imperatoribus ...... non ...... sunt obnoxie.

Conuenior ipse a comitibus, ut primum basilicae fieret matura traditio, dicentibus imperatorem iure suo uti, quia in potestate eius essent omnia. Respondi: Si a me peteret quod meum est, id est fundum meum, argentum meum, huiusmodi meum, me non refragaturum, quamquam omnia quae mea sunt sint pauperum. Verum ea quae diuina sunt imperatoriae potestati non esse subiecta. Si patrimonium petitur, inuadite. Si corpus, occurram. Vultis in uincula rapere? uultis in mortem? uoluntas est mihi. Non ego uallabo me circumfusione populorum, nec altaria tenebo uitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiae occupandam missos cognoscerem, ne dum populus basilicam uendicat, aliqua strages fieret quae in perniciem totius urgeret ciuitatis. Orabam ne tantae urbis uel potius totius Italiae busto superuiuerem, et infra. Mandatur: trade basilicam. Hoc [illegible] est dic aliquod uerbum in deum [illegible] et morere. Nec solum dic aduersus deum, sed et fac aduersus [illegible] sus de[illegible]um. Mandatur: trade altaria.

Miramur quomodo *excommunicati non sunt recipiendi.* excommunicati. ad iudicandum recepti sunt. cum secundum apostolicos canones. sine commendaticiis litteris. in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum enim est. ut cui non licet. cum minimis iuxta sacras regulas communicare. liceat ei etiam de suis pene maioribus iudicare. His auctoritatibus perspicue monstratur. quod ex quo aliquis contra fidem cepit. aliqua docere. nec deicere aliquem ualet. nec damnare. Obicitur illud autem Augustini. Recedentes a fide. nec batisma. nec batisma. nec batisma. nec batiçandi potestatem ammittunt. Cum ergo sacerdotalem unctionem. utraque potestas batiçandi uidelicet et excommunicandi sequatur a fide recedentes. aut utramque retinebunt. aut utraque carebunt. Sed aliud est potestas officii. aliud executio. plerique officii potestas. ut accipitur. ueluti a monachis in sacerdotali unctione. ut accepta sine sui executione. retinetur. ueluti a suspensis. quibus ammnistratio interdicitur. potestas non aufertur. A fide itaque recedentibus. potestas non adimitur. Sicut redeuntibus. non redditur. ne non homini. sed sacramento iniuria fieri uideatur. Unde ab hereticis baptiçati uel ordinati. cum ad unitatem catholice fidei redierint. si forte intuitu ecclesiastice pacis. in suis recipientur ordinibus. non iterabitur sacramentum. quod in forma ecclesie probabitur ministratum. sed per impositionem manus. prestabitur uirtus sacramenti. que extra ecclesiam. nullo docetur esse collata. Cum ergo utraque potestas in hereticis remaneat. si hereticus catholicum. uel alium hereticum excommunicauit. uel in communione sue heresis illum deducat. qua iniqua est sententia. pondere caret. Quod si in

.a. Sed numquid h(eretic)us ... [illegible] ... q(uod) supposuit eum repelle(re) a testimonio q(uo)d me q(ue) possum ... a sententia sua ... nam obiciendo ei cum inimicos exceptiones obviam(?) ex. de acc(usatione) ... repella(t) eum a testimonio ex. de testib(us) ... michi hominus ... plac(et) ... tollat ... potuit me iudicare ... cau. ... p(er) confirma(tionem) ... consecratio(n)es ... [illegible]

catholicum praue uiuentem. ut in hereticum flagitiis. ut facinoribus deditum. ut aliam ad recte uiuendi normam uterque redeat. sententiam dederit. an uterque. an hereticus tantum eius sententia teneatur. merito querendum uidetur. Potest autem dici catholicum sententia teneri. a heretica minime teneri. Non enim potest gladio oris ferire. quem accusare. ut in quem testificari non ualet. Si enim quos diuina testimonia non secuntur. quia extra ecclesiam sunt pondus testimonii humani perdiderunt. nec aduersus eos qui in ecclesia esse uidentur. nec aduersus eosdem ecclesiastice auctoritatis pondus habere poterunt. qui ab ea fide discessisse probati sunt. atque ideo ab ecclesia sunt condempnati. In hereticum autem potestatem habere uidetur hereticus. sicut et diabolus potest in malis tamquam in corpore suo. Unde aug(ustinus) scribit uincentio donatiste. et rogatiste. ubi facinore

Quisquis ab hereticis excommunicatus. a catholicis non est recipiendus.

Quisquis per aliquo flagitio ut facinore piectum a uobis ita suscipit. sicut suscipiuntur qui excepto errore quo a nobis separamini sine crimine aput uos uixerint displicet nobis. Sed nec facile istam ostratis et si monstretis. nonnullos toleramus. quos corrigere. ut punire non possumus. Neque enim propter paleam relinquimus aream domini. neque propter malos pisces rumpimus retia domini. Neque propter edos in fine segregandos deserimus gregem domini. Neque propter uasa facta in contumeliam migramus de domo domini. Item ad eusebium. Quisque per disciplinam ab hereticis excommunicatur.

Non est a catholicis recipiendus.

Subdiaconus quidam hispaniensis ecclesie. uocabulo primus. cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohibetur. atque ordinata et sana precepta contempneret. ab ecclesia remotus est. Ego si domino placet. istum modum fuo. ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus. ad catholicam ecclesiam transire uoluerit. in humiliatione penitentie recipiatur. quo et ipsi eum forsitan cogerent. si apud eos manere uoluisset. Sed istud augustini intelligitur dictum non propter sententiam. cuius potestas nulla extra ecclesiam est. sed in detestatione criminum. que in hereticis sicut et in catholicis eque sunt punienda. Potest tamen illud aug(ustini) de potestate baptizandi intelligi. non ligandi. aut soluendi. ut cetera sacramenta ministrandi. Baptisma namque siue ab heretico siue et a laico ministratum fuerit. dum tamen in unitate catholice fidei accipiatur. non carebit effectu. Alia uero sacramenta. ut sacri corporis et sanguinis domini excommunicationis. ut reconciliationis. si ab heretico ut catholico non sacerdote ministrentur. nullum talem uelle effectum habebunt. Unde et ab omnibus fi

M. g. q. dic(itur) q(uod) filius regis rex uocari debeat licet regnum non ha(beat) ... ubi ... [illegible] ... administ(ratio)... bens ... posita in fi ... l. misius
.a. q. ar(gumentum) ... q(uod) non est licitum

delibus nullatenus sunt recipiendi. Hinc aug(ustinus) scribit in l(ibro) de unico baptismo. In extremo posito ab heretico penitentiam accipere ualet.

Siquem forte coegerit extrema necessitas. et nullum catholicum per quem accipiat non inuenerit. et in animo pacem catholicam custodiens. per aliquem extra unitatem catholicam positum accepit. quia in ipsa erat catholica unitate percepturus. si statim et de hac uita migrauerit. non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus. cum se catholice congregationi et presentia corporali reddiderit. Unde numquam corde discesserat. quod facit. non solum non improbamus. sed et securissime. uerissimeque laudamus. quia presentem deum credidit corde suo. ubi unitatem seruabat. et non sine sancti baptismi sacramento. quod ubicumque inuenerit. non hominum sed dei esse cognouit. noluit ex hac uita migrare. Siquis autem cum possit in ipsa accipere aliqua mentis peruersitate elegerit in scismate baptizari. et si postea uenerit ad catholicam ecclesiam. certum est ibi sacramentum prodesse. quod alibi accipi potest. prodesse non potest. peruersus quamquam uerus est. et tanto pernitiosius. quanto scientius. Item iulius pp. annum peniteat qui de manu heretici nesciens prohibita coronam accipit.

Siquis dedit. aut accepit coronam de manu heretici. et nescit quod ecclesia catholica contradicat. postea intelligens. in integrum annum peniteat. Si autem sciens et neglexit. et postea egerit. decem annos peniteat. Alii iudicant septem. et quidam humanius. ut v. annos peniteat. Siquis permiserit heretico missam suam celebrare in ecclesia catholica. et nesciat. xl. dies peniteat. Si pro reuerentia eius. unum annum peniteat. Si pro damnatione sue ecclesie catholice et consuetudinis romanorum. proiciatur ab ecclesia sicut hereticus. nisi habeat penitentiam. Si habuerit. x. annos peniteat. Si recesserit ab ecclesia catholica in congregatione hereticorum et alios persuaserit. si postea penitentiam egerit. xii. annos peniteat. tres extra ecclesiam. et vii. intra audientes. et duo adhuc extra communionem. de his ita in canone dicitur. ut xii. annos. coronem siue oblationem non percipiat. Unde greg(orius). Potius est mortem accipere. quam de manu heretici communionem accipere.

Cepit hermigildus rex iuuenis. Ita dispensans regnum et forti desidio. celeste querens. in alucus iacere uinculatus. et omnipotenti deo ad confirmandum se preces effundere. tanto que sublimius gloriam transeuntis mundi despicere. quanto et religatus agnouerat nil fuisse. quod potuisset auferri. Superueniente autem pascali festiuitatis die. intempeste noctis silentio. ad eum perfidus pater arrianum episcopum misit. ut de manu eius sacrilege consecrationis communionem perciperet. atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed uir deo deditus. arriano episcopo uenienti exprobrauit. ut debuit. eiusque a se perfidiam

[illegible]

[illegible]

dignus in crepationibus rep- ulit. quia et si exterius iacebat ligatus. apud se tamen in magno mentis animi ne stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo arrianorum pater instituit. Statimque suos apparitores misit. qui constantissimum dei confessorem. illic ubi iacebat occident.

Quod autem post mortem nullus excommunicatus valeat ut absolui. ex verbis evangelii monstratur quibus dicitur. Quodcumque ligaveris super terram. et cetera. Super terram inquit non sub terra. ostendens quod viventes pro varietate suorum meritorum solvere possumus et ligare. de mortuis autem ferre sententiam non possumus. **U**nde leo papa scribit rustico narbonensi episcopo. Non possunt ab ecclesia solui post mortem. qui in hac vita ab ea noluerunt dissolui.

De communione privatis. et ita defunctis. eorum causa dei iudicio reservanda est. in cuius manu fuit ut talium obitus. non usque ad communionis remedium differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus. mortuis communicare non possumus. **I**tem gelasius fausto magistro. fungenti legationis officio. constantinopolim. Ecclesia viventes potest ligare. ut solvere. si mortuos.

Legatur ex quo est religio christiana. ut certe detur exemplum in ecclesia dei. a quibus libet pontificibus. aut ab ipsis apostolis. ab ipso denique salvatore veniam nisi se corrigentibus fuisse concessam. auditum autem sub isto celo non legitur omnino. nec dictum quod ex eorum voce depromitur. date nobis veniam. ut tamen nos in errore duremus. Id quod patent et ostendunt. qui nobis canones nituntur opponere. quibus hoc canonibus. quibus regulis. qua lectione. quove documento. sive a maioribus nostris. sive ab apostolis ipsis. quos potiores merito fuisse non dubium est. seu ab ipso domino salvatore. qui iudicaturus creditur vivos et mortuos. sive factum est umquam. sive faciendum esse mandatur. Mortuos enim a christo suscitasse legimus. in errore mortuos absoluisse non legimus. Et quibus hoc tantummodo faciendi solvendi habuerunt potestatem. beato petro apostolo. pro hac parte mandavit. Quodcumque ligaveris super terram. ligatum erit. et in celis. et quodcumque solveris super terram solutum erit et in celis. Super terram inquit. Nam in obligatione defunctum. nusquam dixit esse absolvendum.

Item urbanus. wilmundo episcopo. Non oportet ab eorum elemosinis abstinere post mortem. quibus inviti communicavimus.

Sane quod super riccardo filio burelli. utrum fructus se egisse innotuit. pro zelo dei. et animarum caritate laudamus. sed non est adeo timendum. non adeo est vobis ab eius elemosinis abstinendum. Inter ceteros quippe nostre fidei patres. beatus leo doctor egregius inquit. Quibus vivis non communicamus. nec mortuis communicare debemus. Constat ergo quibus vivis. ut ex oppositis loquamur communicamus. mortuis quoque communicare possumus. Nos plane inter duo oppugnantia positi. inter impios videlicet. et scismaticos. scismaticis ullo modo communicare non possumus. Aut licet peccatoribus et in parte donis dispensative. propterea communicamus. quia et ecclesiam hactenus frequentaverunt. et se fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet de huius mundi exire partibus. sub qua etiam sponsione nos eis nuper in beati petri natalitiis absolutionem indulsimus. Quia ergo predictus vir neque excommunicatus nominative. neque communicans cum excommunicatis ex nomine extitit. Sed in domini sui fide atque servitio. licet nobis dispensative. id est quamdiu eos nos patimur eorum helemosinis communicare. et defuncti animam christiane religionis modis omnibus adiuvare.

Item gelasius universis episcopis per dardaniam. sive per illiricum constitutis. De eodem.

Nec quisquam vobis persuadet omnino achatio prevaricationis sive crimen fuisse laxatum. quia qui postquam in collegium residens pravitatis fuit meruit ab apostolica communione secludi. In hac eadem persistens damnatione defunctus est. absolutionem quam superstes non quesivit. omnino nec meruit. mortuus iam non potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis christi voce delegatum est. Que ligaveritis super terram. et reliqua. Ceterum de eo qui in divino est iudicio constitutus. nobis fas non est aliud decernere. preter id in quo eum dies supremus invenit. atque ideo ei nomine refutato. ceterisque consortibus huius erroris cum nullo prorsus eorum participare debetis. mense dominice puritatem. quam maiores nostri semper ab heretica magnopere fraudaverunt. pollutione discretam. **I**tem leo papa. Incorrigibili damnationis sententia.

Damnationis sententiam quicumque meretur accipere. si in suo sensu voluerit permanere nullus potest relaxari non potest relaxare.

His auctoritatibus probatur. quod viventes non mortuos solvere possumus. ut ligare. Verum hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim quedam crimina de quibus et post mortem accusari possunt. quilibet ut dampnari velut heresis. **U**nde in prima actione quinte sinodi legitur. Heretici etiam post mortem sunt excommunicandi.

Sane perfertur a quibusdam. qui dicunt oportere post mortem hereticos anathematizari. et sequi in hoc doctrinam sanctorum patrum. Qui non solum viventes hereticos condemnaverunt. sed et mortuos si etiam eos qui iniuste condemnati sunt. revocaverunt post mortem. et in sacris scripturis scripserunt. quod factum est in nobis et in flaviano religiose memorie episcopis constantinopolitanis. Item in actione quinta augustinus. Si forte libri istius designat traditorem suum. sicut dominus designavit iudam. legant in eis nominatim. et expresse. ut cecilianum. vel eius ordinatores. eorum de libris fuisse traditores. et nisi eos anathematizavero ipse cum eis iudicer tradidisse. Quemodo recitata sunt. augustinus sancte memorie consuluit statum.

et teneri ab unitate ecclesie. Impium enim dogma iam inculpatum est, et condempnatum, et eos qui tali dogmati obnoxii sunt anathematizari vult ecclesie traditio, licet etiam mortui essent. Vos sancte memorie Augustinus dicat: Si modo convinceretur Cecilianus de hisque inferuntur ei, et post mortem eius illum anathematizo. Item multi episcopi congregati sunt, et quedam de diversis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes de ipsis statuerunt defunctis, qui suas facultates hereticis reliquerint, ut et post mortem anathemati subiciantur. Sunt autem et Augustini sancte memorie epistole dicentes, quod si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non condempnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato, et post mortem isti anathemati subiciantur. Item si vera sunt que Ceciliano obiecta sunt, et nobis aliquando possent monstrari, ipsum mortuum anathematizemus. Item dicitis licere et in de mortuis iudicare, quia iudicium non tantum de vivis, sed et de mortuis fieri solet. Item Rabula sancte memorie episcopus factus Edissene civitatis, qui in sacerdotibus resplenduit, Theodorum Mopsuestenum post mortem in ecclesia anathematizavit. Item Romanorum et ecclesia ante paucos annos Dioscorum, qui fuit papa eiusdem ecclesie, post mortem anathematizavit, cum nec in fide peccasset. Et hoc sciunt omnes qui degunt Rome, et maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad mortem eius. Item si a ... Theophili sancte memorie ... ut aliquis recurrerit, et Origenem post mortem inveniet anathematizatum, quod et in isto fecit urbs sanctitatis, et Vigilius religiosissimus papa antique Rome. Item sancta sinodus ... dicit: Sufficiunt que dicta sunt, que per latam ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hereticos et post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionem et alii Africani reverentissimi episcopi servaverunt. Sed et Romana sancta ecclesia quosdam episcopos et post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati, et utrumque apud nos habita gesta significant. Quod autem pro peccato alicuius tota familia excommunicanda sit, multis exemplis probatur. Pro peccato namque Sodomitarum parvuli eorum, qui beneficio etatis paterna flagitia nesciebant, celesti igne sunt consumpti. Item pro peccato Amalechitarum non solum parvuli eorum, sed etiam bruta animalia usque ad mingentes ad parietem iussa sunt a domino deleri. Item Dathan et Abiron auctores scismatis fuerunt contra Moysen et Aaron, nec tamen ipsi soli, sed omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos. In novo etiam testamento nonnullam quam peccatis exigentibus gravis pestilentia

descivisse legitur, que illos etiam involvit, qui peccati conscientiam non habebant. Si igitur tam severissime pro peccatis parentum inveniuntur parvuli puniti, nulli dubium est, quin pro peccatis eorum de sententia excommunicationis parvuli feriri valeant. His ita respondetur: Pro peccato parentum parvulos corporaliter flagellari, ex verbis evangelii apparet, cum discipuli Christi de ceco nato interrogasse dicantur: Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut cecus nasceretur? In quibus et illud completur, quod ait dominus ad Moysen: Ego sum deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem. Spiritualiter autem peccatis parentum parvuli non tenentur, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Unde per Ezechielem dominus ait: Anima que peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum. Quecumque enim peccata parentes commiserint, ex quo carnaliter filius personaliter ab eis separatus fuerit, ei non imputantur ad penam. Unde peccato Ade omnis posteritas tenetur, quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat preseminatus. Quia vero apud deum non sententia sacerdotum, sed vita reorum queritur, patet quod non est notandus sententia, quem peccati macula non inficit. Hinc et Paulus scribens Corinthiis ait: Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, cum eiusmodi nec cibum sumere debetis; cum huiusmodi nec cibum sumere debetis. Ex quibus verbis datur intelligi, quod nisi primum fuerit aliquis nominatus de crimine, id est ut coram iudice accusatus et convictus, ut in iure ipse de se fuerit confessus, quod nec sententia est feriendus, nec a communione eius est abstinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est.

Unde Augustinus scribit ad Auxilium episcopum. Pro peccato patris non ... est ... filius anathematizandus.

Si habes de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo recte anathematizatur pro peccato patris filius, aut pro marito uxor, aut pro domino servus, aut quisquam in domo etiam nondum natus, si eo tempore quo universa domus est anathemate obligata nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Hec enim fuit corporalis pena, qua legimus quosdam contemptores dei cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis non sunt participes fuerant, interfectos. Tunc quippe ad terrorem viventium mortalia corpora puniebantur, quandoque et moritura. Spiritualis autem pena, quam fit quod scriptum est: Que ligaveritis super terram erunt ligata et in celo, animas obligat, de quibus dictum est: Ut anima patris, ita anima filii mea est. Anima que peccaverit ipsa morietur. Audisti fortasse aliquos magni nominis sacerdotes cum domo

sua quempiam anathatiçasse peccantium. Sz forte si eam interrogati repperirent idoneam inde reddere rationem. Ego aut̃ si quis a me quesierit. utrum recte fiat. quid ei respondeam non inuenio. nũquam hoc facere ausus sum. de quorum dampnationibz unanimiter aduersus eccl̃am perpetratis. nisi grauissime commouerer. Sz si tibi quam iuste id fiat d̃s reuelauit. nequaquam iuuenilem etatẽ & honoris eccl̃astici rudimenta contempno. Senex eñ a iuuene & ep̃s tot an noz a collega. necdum an niculo paratus sum doceri. quomõ possim uł hõibz. uł deo iustam reddere rationem. Si animas innocentes p scelere alieno. quod non traxit ex adam. in quo omnes peccauerunt. spũali supplicio puniamus. Et enim classitian filius & si traxerit ex parente noxam p̃mi hoĩs. sacro fonte baptismatis expiandam. tñ quicquid postquam eum genuit. peccati pater eĩ admisit. ubi particeps ipse non fuit. ad eum non ptinere. quis ambigit. Quid dicam de coniuge. Quid de tot animabz uniuerse familie. Vnde si una anima. p istam seueritatem. qua tota domus ista anathematiçata est. sine baptismate. de corpe exeundo perierit. innumerabilium mors corpm. si de eccl̃a hoĩes innocentes. uiolenter abstrahant & interficiant. huic damno. non potest compari. Sig̃ de hac re potes reddere rationem utinam & nob rescribendo prestes. ut possim & nos. si aut̃ nõ potes. quid t̃ inconsulta commotione animi facere. Vnde si fueris interrogatus. responsionẽ rectã nõ ualeas inuenire. hec aut̃ dixi. & si filius nr̃ classitian aliquid ab misit. quod tibi anathematiçe plectendũ iustissime uidet.

Et g̃ ex auctoritate eui dentissime monstrat̃. illi a te excõmunicat̃. qui se p peccato alterius. neq; aliqua ratione nitunt̃. q̃ p peccato uni. in totam familiam sententiam pferunt excõicationis. Illicita aut̃ excõicatio. notatũ non ledit. sz excõicantem. Vñ gg̃. scrib. ep̃o mediolanensi. qui nulli

Compimus. *ete aliquẽ excõicat. semetipsũ. nulli cõdepnat.* q̃ laurentius. quondam fr̃ & coep̃s nr̃. nullis te culpis extantibz. cõione priuauerit. Ĩdoq; huius p̃cepti nr̃i auctoritate munit̃. officiũ tuũ secũrus perage. & cõionẽ sine aliqua sume formidine. Item iei. in leutico.

qui non ore. sz corde. maledicit. labioz inmũdicia

Qui neglegunt oris maledica cõsuetudĩ. *a cõtrahit.* nem resecare. & si non corde maledicant. tñ inmũdiciam labioz. & sedm̃ isaie uerbum. & inquinamta oris incurrunt. Item. *Vita non sententia quẽ*

Si quis non recto iudicio. *ubi ligat. uel soluit.* eorum. qui p̃sunt eccl̃e. depellatur & foras mittatur. si ipẽ ante ea non exiit. hoc est. si ita non egit. ut mereret exire. nichil ledit̃. in eo q̃ non recto iudicio. ab hõibus uidet̃ expulsus. & ita fit. ut interdum ille q foras mittit̃. intus sit. & ille foris. qui foris. qui intus uidet̃ retineri. Item raban̄ de pressuris eccl̃asticis. libro primo. *De eo de m.*

Nõ omnis p peccatum dampnamur. cum iniuste iudicam. dicente psalmista. Nec dampnabit illum cum iudicabit illi. Multi sacerdotum culpam dei zelo se psequi p̃fitent. sz dum indiscrete hoc agitur. sacrilegii facinus incurrunt. dum p capites. q̃ ad emendandũ. ruunt. ipĩ q̃ multo magis deterius cadunt. Item ex. cõ. pariensi. tpe lodoici. *qua pena feriatur. qui illicite aliquem excõmunicat.*

De illicita excõicatione. lex iustiniani catholici imperatoris. quam pbat & s̃uat catholica eccl̃a. cõstitutione. xxx. uiii. cap̃. ccc. l. i. Decreuit ut nemi ep̃o uł p̃bro excõicet aliquem. ante quã causa pbetur. p̃pt quam eccl̃astica canones hoc fieri iubent. Si quis aut̃ aduersus eam. aliquẽ excõicauit. ille q uero. qui excõicatus est. maioris sacerdotis auctoritate. ad gratiam scẽ cõionis redeat. Is aut̃. qui non legitime excõicauerit. intantũ abstineat. quan tũ maiori sacerdoti uisum fuerit. ut q̃ iniuste fecerit. ipẽ iuste patiat̃. Et hinc scs̃ gg̃. ad iohm ep̃m iniuste excommunicantẽ. int̃ cetera scp̃sit dicens. Cassatis p̃us. atq; ad nichilum redactis. p̃dicte sen tentie tue decretis. ex beati petri. pncipis aplo z auctoritate decreuim. xxx. dierum spatio sacra cõione priuatum. ab omnipotenti deo tan ti excessus. ueniã cũ summa reuerentia. ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nr̃am te cognouerim. non impelsse remissius. nõ iam tñ iniustitiam. sz cõtumaciam fraternitatis tue cognoscas. iuuante dñõ seuerius puniendam. q̃a nemo p̃pt̃ e. ł non commonitus. neq; con uictus est iudicandus. De con uentione aut̃ huiusmodi inpatoris. manifestorum criminũ lex dicit. Quicumq; tribus auctoritatibz iudicis con uentus. uł tribus edictis. fuerit ad iudicem p uocatus. aut uno p omnibz peremptorio. i. q̃ causam exin guit fuerit p uocatus. & p̃sentiam suam apud eum iudicem. a quo ei denuntiatũ est. exhibe noluerit aduersus eum q̃ in cõtumacem iudicari potest. quin immo retractari. nec p appellationem negotia possunt quotiens in cõtumacem fuerit iudicatum. & hanc senten tiam de tribz auctoritatibz cõuenit. ex euangelica auctoritate. celestinus ad nestorium dicens. & efesina sinodus de eodem decernens. & b̃atus gg̃. ad iohm scribens. compbauit de p emptorio scp̃to. africanum con cilium demonstrat. de crescorio. ut si con uentus. resipiscere detractauerit. suo cõtẽptu sua. & con tumacia faciente. auctoritate iudiciaria iam p̃tinus excludatur. Item beat̃ gg̃. de sen ten tia in con tumacem scribens ad maximũ p̃sumptorem. salonitanum ep̃m dyxit. hortam̃. ut ad nos uenire. omĩ post posita excusatione festines. quatinus p̃uata iustitia hec a quibz accusaris. recognoscere & finire sedm̃ ca

notica in stituta xpo reuelante possimus. Ita aut fac. ut aduenienduum amplius iam motas non ingeras. nec magis ipa te absentia obnoxium his. que dnr assignet. 7 nos inite hec res hec res non solum pp̄ter p̄dicta crimina. que purgare subterfugis. s; 7 ppt̄ inhobedientie culpam durius ut in con tumace cogat exco alio ferre iudiciu. Item origenes sup leuiticu

uita nō sententia. ab eccla aliquē eicit. ut ad

Cum aliquis excit a ueritate. a timore eam redit dei. a fide. a caritate. exit de castris eccle. 7 si p epi uocē minime abiciat. sicut ecōtrario. aliqs non recto iudicio foras mittit. s; si ante non exierit. i. non egerit. ut mereretur exire. nichil leditur. Interdum enim qui foras mittit. intus est. 7 qui foris est. intus uidet retineri. Item aug.

apto sacrilegio. 7 q p̄usa uita fidelib; n̄ socia

De illis qui sunt ab eccla separati. **ab eccla impune p̄bat.** non dicit ea que sunt sps. non pcipientes. nec ad sā pceptionē refert. s; dictu ē spm non hn̄tes. hoc utiq; non diceretur. nisi de segregatis ab eccla. q dicit spm nō hnte. s; nec ille dicendus ē ēē in eccla. 7 ad ista societatē sps ptinere. qui oib; 7 xpi ficto corde miscentur. scs n. sps discipline effugiet fictum. neq; rem ad ecctam. ut sine eccla ń ptin; 7 solū q separationis apto sacrilegio manifesti sunt. s; 7 illi q in ei unitate corpalit mixti p pessimā uitam separant. Item ex co. v. sinod. **ad eos sepamus q s**

Certum est. quod quin pius ē **impios demonstramus.** diō separatus est a deo. sicut 7 ille qui anathaticat est. tāq impius separat. nich enim aliud significat anatha. n ado sepatione. Illicita g excōicatio. ut ex p̄missis apparet. non ledit eum qui notat. s; a quo notat. ac p hoc qui innocentes sunt. ex alterius crimine. con dēpnari non possunt. sicut ab imprudentib; familie potentū. p peccatis dnoz con sueuerunt notari. S; adhuc obicit. q nō solum innocentes. s; nec 7 criminosi. sententia maledictionis sunt feriendi. Ait enim x̄s in euangelio. Orate p psequentib; 7 calūpniantib; uos. Benefacite his qui uos oderunt. Item apts. Benedicite psequentib; uos. benedicite. 7 nolite maledicere. Item maledici regnū dei non possidebunt. Item ier. in ep̄la ad titum.

ab omni maledicto fideles puros oportet eē.

Sig michael non fuerit ausus diabolo. 7 certe maledictionis dignissimo iudicium inferre blasphemie. quanto magis nos ab omni maledicto puri eē debemus. Merebat diabolus maledictum. s; p os archangli blasphemia exire n̄ debuit. Relege ueteres libros. 7 uide que tribus in monte garizin con stitute sunt. ut benedicerent ppto. 7 que in monte altero. ut maledicerent. Ruben qui maculauerat thorū parentis. 7 zabulon. nouissimus ue filii. 7 ancillarum. ubi in mōte hebel ponu nt. ut maledicat his qui maledictioē dignus sit. Item in t. iudicum. **quos signficant. qui ad b̄ndic**

tionē. qui ue ad maledictionē de filii isrt̄ electi

Cumq; in singulis quib; q; fidelium sit talis p posita uarietas. hoc m designari uidet. in hoc loco. q dimidii illi qui iuxta mōtem garizin incedunt. qui ad benedictionem electus est. Istos figuraliter indicet. qui non pene metu. s; b̄ndictionū. 7 remissionū desidio uenuint ad salutem. Illi ū dimidii. qui iuxta montem gebal. incedunt. in quo 7 maledictiones plate sūt. istos alios indicant. qui malo; metu. 7 suppliciorū timore suo. complentes que in lege scripta sunt. puenium ad salutem. Sed quip psecutorib; iussit orare. p'mos parentes. p transgressione mandati, mortis maledicto puissit. Caim. q; q a p'me puaricationi fr̄icidiū adiuny. sententiam maledictionis. a dnō reportauit. Abrahe q; dix dns. maledicam maledicentibus tibi. 7 benedicam benedicentib;. In euangelio. 7 cum esuriens ueniret ad ficum. 7 non inueniens in ea fructum. sua maledictione. ppetua sterelitate ipam dāpnauit. Item. Noe. cum uerenda sua a cham derisa cognosceret. filiū ei chanaam maledixit dicens. Maledict chanaam. sit s̄uus fratrum suo;. Item isaac cum bndiceret iacob filio suo ait. Qui maledixerit tibi sit ille maledict. 7 qui bndixit t bndictionib; repleatur. Itē. Sicut in libro numero; legit. Moises ex pcepto dei. xii. tribus filio; isrt. in duas partes diuisit. 7 sex tribus iussit. ut iuxta montem gebal incedentes maledictione transgredientiū lege uociferarent. Aliis ū pcepit. ut iuxta alium montem incedentes bndictiones obs uantium i clamarent. In nouo ē testamto. petrus apts. simoni legit maledixisse cum ait. Pecunia tua tecu sit in pditione. Paulus q; qui dixerat benedicite. 7 nolite maledicere. fornicatorem corinthiū iussit excōicari. Item in alia ep̄la ait. Si quis non fuerit secutus legem dnī nr̄i ihu xpi. sit anathema maranatha. Item galathis. Si agls de celo ueniens. aliud uob euangli zauit. anatha sit. Distinguendum est g̊ int maledictū. q prohibet. 7 maledictum q a dnō. 7 a scis uiris frationabiliū pfert. Maledictū q prohibetur. est illud q p cedit ex uoto ultionis. 7 odio psequentis. non ex amore iustitie. Maledictum ū quo sci maledicunt. est illud q poedit ex amore iustitie. non ex liuore uindicte. Unde g g ait in moralib; x. iii. **Sci uiri non ex uoto ultionis. s; amore**

Cum sci uiri maledictio **iustitie. aliquos male dicunt.** nis sententiam pferunt. non in hanc ex uoto ultionis. s; ex iustitie examine prumpunt. Intus subtile iudicium respiciunt. 7 mala foris surgentia. qua maledictione ferire debeant cogitant. 7 eo maledicto non peccant. quo ab interno iudi-

ce non discordant. Item scriptura sacra duobus modis maledictum memorat. aliud uidelicet. quod approbat. aliud quod dampnat. Aliter enim maledictum profertur iuditio iustitie. ut in apostolo primo peccatore prolatum est. cum audiuit. Maledicta terra in opere tuo. etc. Et sicut habrae dicitur. Maledicam maledicentibus tibi. Aliter uero profertur maledictum. quando non iuditio iustitie. set liuore uindicte promittitur. a quo uoce pauli predicantis cessare admonemur. qui ait. Benedicite et nolite maledicere. Item pelagius papa anglo episcopo. Et errantes et errorem nutrientes.

Apostolice auctoritatis exemplo didicimus excommunicentur errantium et in errorem. et in errorem mittentium. spiritu tradendos esse sathane. ut blasphemare dediscant. Item anacletus papa. Delinquentes corrigantur a sacerdotibus. incorrigibiles inuenti excommunicentur.

Tam sacerdotes. quam reliqui fideles. omnes summam debent habere curam de his qui pereunt. quatinus eorum redargutione. aut corrigantur a peccatis. aut si incorrigibiles apparuerint. ab ecclesia separentur. Item gregorius. Secunda uel tertia ammonitione etc.

De excommunicatio posita excommunicationis sententia precedat

nis articulo. que tamen interposita condicione. gradus secundo. uel iii. id est ammonitio dicam ex necessitate subiecta est. beatitudo uestra inmerito querit. Cum apostolus paulus dicat. in promtu habentes ulcisci omnem inobedientiam. Item ieronimus. mali ab ecclesia non sunt

Resecande sunt putride carnes. et lumen nam. di.

et scabiosa ouis. a caulis est repellenda. ne tota domus massa corrumpatur. putrescat corpus et pecora ardeat. Interea arrius in alexandria. una scintilla fuit. Sed quoniam non statim oppressus est. totum orbem eius flamma populata est. Item aug. Pro diuersitate culparum subditi a prepositis

Corripiantur. itaque a prepositis suis corripiantur subditi correptionibus de caritate uenientibus. pro culparum diuersitate. diuersis. uel minoribus uel amplioribus. quia et ipsa que dampnatio nominatur. quam facit episcopale iuditium qua pena in ecclesia nulla maior est. potest si deus uoluerit. in correptionem saluberrimam cedere. atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die. aut ante finem uite huius non de aliquo desperandum est. aut contradici deo potest. ne respiciat. et det penitentiam. et accepto sacrificio spiritu contribulato cordis que contriti a reatu. quamuis iuste dampnationis. absoluat dampnatum. quem ipse non dampnat. pastoris tamen necessitas habet. ne per plures serpant dira contagia. separare ab ouibus sanis morbidam. ab illo cui nichil est inpossibile. ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum numerum. quis non pertineat. sic affici debemus caritatis affectu. ut omnes uelimus saluos fieri. Item pelagius papa. Qui corrigi noluerint excommunicationis ferro debent abscidi.

Ecce autem crimina quorumlibet. si ipsi criminosi confiteri noluerint. unde cumque claruerint. quecumque non fuerint. patientie leni medicamento. sanata. ueluti igni quodam pie increpationis urenda sunt. et cautandα. quod si nec siquidem equanimiter sustinentis. ac pie increpantis. medela profecerit in eis. qui diu portati. et salubriter obiurgati. corrigi noluerint. tamquam putride corporis partes. debent ferro excommunicationis abscidi. Nisi enim caro morbis emortua. si abscisa non fuerit. salutem reliquie carnis. putredinis sue contagione corrumpit. ita isti qui emendari despiciunt. et in suo morbo persistunt. si moribus depraauatis. in sanctorum societate permanserint. eos exemplo sue perditionis. interficiant. Item nicholaus papa lothario regi. Excommunicandus est. qui duas

Annon districta uxores sibi uxores habere presumit.

ultione feriendus es. qui in duabus uxoribus. adulterium lamech. et flagitium imitatus esse dignoscens. Quod dominus non nisi post lxxvii. generationes. suo salutifero aduentu. deleuit. Cum cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit cataclismi. Item ex concilio agathensi. Falsi testes

Itaque et sunt. et homicide. communione priuentur.

homicidas. et falsos testes a communione ecclesiastica submouendos. nisi penitentie satisfactione crimina admissa diluerint. Item ex concilio tolletano. Excommunicetur potens. qui clericum pauperem re-

Si quis de potentioribus. clericum aut quelibet pauperiorem. aut religiosum spoliare presumit. expoliauerit. et mandauerit eum ad se uenire episcopus ut audiatur. et contempserit inuicem mox scripta percurrant. per omnes prouincie episcopos et quoscumque adire potuerint. ut excommunicatus habeatur ipse. donec obediat. et reddat aliena. Item ex dictis gregorii pape.

Quisquis per dolum manum suam mittit in christum. id est episcopum. uel presbiterum. quia sacrilegium grauiter committit. et siqui ecclesiam dei deuastat aut inpugnat. aut incendit. quia et hoc grauissimum sacrilegium est. placuit sancte sinodo. ut in primis omnia bona eius. proscriptione publicentur. deinde in uno loco. id est in monasterio exclusus peniteat. omnibus diebus uite sue. Item calixtus papa. Communione priuentur qui romipetas et peregrinos. uel

Si quis romipetas. et peregrinos mercatores molestare presumpserit. apostolorum limina. et aliorum sanctorum oratoria. uisitantes capere. seu rebus quas ferunt spoliare. et mercatores nouis theloneorum. et pedaticorum exactionibus molestare temptauerit. donec satisfecerit. communione careat christiana. Item urbanus. Excommunicetur. qui oratores ecclesias. bona earum. personas

Paternarum traditionum uiolatores fuerint. infestare presumit. exemplis commoniti. pastoralis officii debitum

persoluentes ecclesias cum bonis suis. tam personis quam possessionibus suis. clericos uidelicet ac monachos eorumque conuersos. oratores quoque cum his que ferunt tutos et sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hec facere presumpserit. et post commissum facinus suum recognouerit. infra dierum spatium xxx. competenter non emendauerit. a liminibus ecclesie arceatur. et anathematis gladio feriatur. Item Nicholaus papa omnibus episcopis.

Qui oratoribus pauperibus non arma ferentibus inimica inferunt excommunicentur.

Illi qui peregrinos uel oratores cuiuscumque sancti siue clericos uel monachos uel feminas. aut inermes pauperes depredati fuerint. uel bona eorum rapuerint. uel in malum eis obuiauerint. anathematis uinculo feriantur. nisi digne emendauerint. Pax uero illa que treugua dei dicitur. sicut obseruetur. sicut ab archiepiscopis uniuscuiusque prouincie constituta est. Qui autem eam infregerit excommunicationi subdatur.

Quia uero de hereticis sermo habetur. uidendum est. quid intersit inter scisma et heresim. et qui sint heretici. et que sint hereticorum secte. Differentiam autem inter scisma et heresim Ieronimus in epistola ad Galathas scribit assignat dicens.

Scismatis et heresis differentia.

Inter scisma et heresim hoc esse arbitror. quod heresis peruersum dogma habet. scisma post episcopalem discessionem. ab ecclesia pariter separat. quod quidem in principio. aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Ceterum nullum scisma. nisi sibi aliquam heresim confingat. ut recte ab ecclesia recessisse uideatur.

Inde autem heresis dicatur. in eadem epistola ieronimus diffinit dicens.

Unde heresis dicatur.

Heresis grece. ab electione dicitur. quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam. quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit. quam sensus spiritus sancti flagitat. a quo scripta est. licet ab ecclesia non recesserit. tamen hereticus appellari potest. et de carnis operibus est eligens que peiora sunt. **Qui** uero heretici proprie dicantur. Augustinus ostendensait.

Qui proprie dicantur heretici.

Hereticus est. qui alicuius temporalis commodi et maxime uane glorie principatusque sui gratia. falsas ac nouas opiniones. uel gignit. uel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit. imaginatione quadam ueritatis est illusus. Idem.

Non sunt heretici. qui non sua audacia. sed aliena seducti.

Dixit apostolus. hereticum hominem. post primam et secundam correptionem deuita. quia subuersus est huiusmodi. et peccat in semetipso dampnatus. Sed qui sententiam suam quamuis falsam. atque peruersam. nulla pertinacia animositate defendunt. presertim quam non audacia sue presumptionis pepererunt. sed a seductis. atque in errorem lapsis parentibus acceperunt. Querunt autem cauta sollicitudine ueritatem corrigi parati. cum inuenerint. nequaquam sunt inter hereticos deputandi. Item Leo.

Magistri erroris conuincuntur. qui ueritati disciplinam contemnunt.

Quid autem iniquius est. quam impia sapere. et sapientioribus doctoribusque non credere. Sed in hanc insipientiam cadunt. qui cum ad cognoscendam ueritatem aliquo impediuntur obscuro. non ad propheticas uoces. non ad apostolicas litteras. nec ad euangelicas auctoritates. sed ad semetipsos recurrunt. et ideo magistri erroris existunt. quia ueritatis discipuli non fuerunt. Item Augustinus contra Manicheos.

Heretici sunt. qui quod peruerse saperunt contumaciter defendunt.

Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque quid sapiunt. si correpti. ut sanum rectumque sapiant. resistant contumaciter. suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt. sed defendere persistunt. heretici sunt. Item Urbanus papa.

Errantium errorem damnabilior est. qui defendit errorem.

Qui aliorum errorem defendit. multo est damnabilior illis qui errant. quia non solum ille errat. sed etiam aliis offendicula erroris preparat. et confirmat. unde quia magister erroris est. non tantum hereticus. sed etiam heresiarcha est dicendus. Item.

Qui mendatio ueritatem immutat. patrum terminos transferre.

Transferunt principes uide terminos. quos probatur posuerunt patres eorum. qui immutant mendatium in ueritatem. et aliud predicant. quam ab apostolis acceperunt. Idem de hereticis manifestus est sensus. qui sophismatibus suis. et arte diabolica sepe opprimant ecclesiasticos. Idem ueteres scrutans historias. inuenire non possum scidisse ecclesiam. et de domo domini populos seduxisse. preter eos qui sacerdotes a deo positi fuerant. et prophete. id est speculatores. Isti ergo uertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum. Item Leo papa.

Adiuuatur qui aduersariorum conuenientium putari.

Illud sane plurimum in displicere significo. quod inter ditionis tue clericos quidam esse dicuntur. qui aduersariorum conueniant prauitati. et uesanie uasis miscentur. quibus inuestigandis et seueritate congrua coherendis debet diligentia tua uigilanter insistere. ita ut his quibus prodesse non potuit correptio. non parcat abscisio. Oportet enim nos euangelice meminisse mandati quo ab ipsa ueritate precipitur. ut si nos oculus aut pes. aut dextera scandalizauerit manus a compage corporis auferatur. quia melius sit his infirmis carere membris quam cum ipsis ire in eterna supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus. si ab his qui intus sunt. in eis quos decipiunt uulneramur. Ab adhibenda propterea hec pestifera a sacerdotali uigore patientia est que se metu peccatis aliorum parcendo non parcit. Item ex concilio Cartaginensi iiii.

Ut sodalitates et conuiuia hereticorum clericus uitare debet.

Clericus hereticorum. aut scismaticorum tam conuiuia. quam sodalitates euitet. equaliter eorum conuenticula non ecclesia. sed conciliabula appellanda. cum eis neque orandum est. neque psallendum. Item Gelasius papa.

Canonum obseruatores cum hereticis nullum debere inire certamen.

Cum quibus erat sinodus in eadem. Catholica pontifices fuerant undique iam repulsi. Solum remanserant soli professorum

cum quibus nec iam licebat habere conventum, dicente psalmista: Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastica mos est cum his qui pollutam habent communionem, mixtamque cum perfidis miscere concilium. Recte ergo per Calcedonensis sinodi formam huiusmodi prevaricatio repulsa est potius quam ad concilium vocata, que nec opus erat post primam sinodum, nec cum talibus habere licebat. Idem canonum magistris atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis aliene. Item ex epistola Urbani pape.

Non contradicit si potius obedit euangelio qui malos excommunicat.

Notandum vero est, quod quidam contra euangelicam parabolam nos facere dicunt. Ubi de zizaniis non eradicandis dominus sic precepit, cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subiciamus, et aiunt et sanctum Augustinum hoc contradicere eo in loco ubi ait: quia non est scindenda unitas, ferendi sunt mali, non abiciendi. Quibus hoc primum respondendum est, sic intelligi: mali homines excommunicandi non sunt. Quia et ipse pater Augustinus cum sancte legatis Romane ecclesie et cum sanctis episcopis suis Pelagium et Celestinum novam heresim in ecclesiam introducentes excommunicavit, et ab ecclesia dei separavit. Quare ipsos Donatistas contra quos ista et his similia loquitur, tam ipse quam omnis ecclesia dei excommunicatos habuit, et nisi prius penituissent et per manus impositionem reconciliati essent, eis nequaquam communicabat. Idem ipse dominus, qui hoc parabolice narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens: Frater qui corripitur ab ecclesia et non obedit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Unde apparet aliquid aliud esse excommunicationem, et aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur, ut apostolus ait, ad hoc excommunicatur, ut spiritus eius sit salvus in die domini. Disciplina enim est excommunicatio, et non eradicatio, nisi forte contemptu et superbia excommunicatio perveniat. Item Augustinus in libro numeri.

Divinam maledictionem meritum maledicti designat.

Deus quem maledicat, meritum designat, et designat eum maledicere, et sententiam veram profert, utpote quem non fallit peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo quia hoc non potest scire, neque enim propositum mentemque alterius videre aut cognoscere potest. Ideo etiam si iudicans sententiam pro meritis iniuriis proferat, maledictum non potest esse maledicendi causa, vel ignorat peccantis affectus, maxime cum humanum iudicium tunc sciat maledicta proferre, cum forte conviciis aut in iniuriis provocatur. Quod vitium resecare volens apostolus, ne maledictis maledicta et conviciis convicia provocemus, **mandatum** necessarium ponit, ut benedicatis, quo conviciandi vitium resecet, non quo iudicandi veritas que homines latet, et pronuntiandi auctoritas privatur. Secte vero hereticorum quot sint, et unde nomen acceperint, Isidorus viii. libro ethimologiarum capitulo v. determinat dicens.

Quot sint secte hereticorum.

Quidam autem heretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur. Quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt. Simoniani a Simone dicti magice discipline perito, cui Petrus in actibus apostolorum maledixit, pro eo quod a baptismis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluit. Hi dicunt creaturam a deo non esse, sed a virtute quadam superna creatam. Menandriani a Menandro mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a deo sed ab angelis factum asseruit. Basilidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passionem Ihesu abnegavit. Nicholaite dicti a Nicholao diacono ecclesie Ierosolimorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro, qui propter pulcritudinem relinquens uxorem dixit, ut qui vellet eam duceret. Versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem coniugia commutarentur. Quos Iohannes in apocalipsi sua improbat dicens: Sed hoc habes, quod odisti facta Nicholaitarum. Gnostici propter excellentiam scientie se ita appellare voluerunt. Animam naturam dei esse dicunt, bonum et malum deum suis dogmatibus fingunt. Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum. Cherinthiani a Cherinto quodam nuncupati. Hi inter cetera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros predicant. Unde et greci chiliaste, latine miliaste sunt appellati. Nazarei dicti, quia dominum Christum, qui a vico Nazareus est appellatus, filium dei licet confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt. Ophite a colubro nominati sunt. Coluber enim grece ophis dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradiso induxisse virtutis cognitionem. Valentiniani a Valentino quodam platonico sectatore vocati, qui eonas, id est secula quedam in originem dei creatoris induxit, qui et Christum de virgine nichil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit. Appellite, quorum auctor Appelles princeps fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faciens, deum legis Israel illum igneum affirmans, qui dixit Christum deum non in veritate, sed hominem in fantasia apparuisse. Archontiaci a principibus appellantur, quia universitatem, quam deus condidit, opera esse archangelorum defendunt. Adamiani vocati, quod Ade imitentur nuditatem. Unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminæque conveniunt. Caiani, quod inde sunt appellati, quoniam Cain adorant. Sethiani nomen acceperunt a filio Ade, qui vocatus est Seth, dicentes eum demum esse Christum. Melchisedechiani vocati, pro eo quod Melchisedech sacerdotem

Quid si quis nascitur de fornicario coitu postea contrahit fornicatores matrimonium ... [illegible]

dei non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur. Angelici vocati, quia angelos colunt. Apostolici vocati, hoc sibi nomen ideo susceperunt, quod nichil possidentes proprium nequaquam recipiant eos, qui aliquid in hoc mundo utuntur. Cerdoniani a Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia asserunt. Marcionistae a Marcione stoico philosopho appellati, qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum deum asserit, tamquam duo principia creatoris et bonitatis. Artotyritae ab oblatione vocati. Panem enim et caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam. Aquarii appellati eo, quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. Severiani a Severo exorti vinum non bibunt, vetus testamentum et resurrectionem non recipiunt. Tatiani a Tatiano vocati, qui et Encratitae dicti, quia carnes abhominantur. Alogii vocantur tamquam sine verbo. Logos enim grece verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes Iohannis evangelium et apocalipsim. Cataphryges nomen provinciae Frygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, Aquila et Maximilla fuerunt. Hii adventum Spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt. Cathari propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantes enim de suis meritis negant penitentibus veniam peccatorum, viduas si nupserint, tamquam adulteras dampnant, mundiores se ceteris predicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos vocarent. Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium. Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens deo non nato eam conparavit, matremque elementorum et deam asseruit, quos apostolus inprobat elementis servientes. Manichei a quodam Perse extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas et duas substantias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asserit. Testamentum vetus respuunt, novum ex parte recipiunt. Antropomorphitae dicti pro eo, quod simplicitate rusticana deum habere humana membra, quae in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. Antropos enim grece, latine homo interpretatur, ignorantes vocem domini, qua ait: Spiritus est deus. Incorporeus est enim. Nec enim membris nec corporis mole censetur. Heraclitae ab Heracleo auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna celorum parvulos habere non credunt. Novatiani a Novato Romanae urbis presbitero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere heresim instituit, nolens apostatas suscipere et rebaptizans baptizatos. Montani hereticı dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione a catholicae ecclesiae corpore se diviserunt. Ebionitae ab Ebione dicti, sive a paupertate. Christum enim per provectum solum virum iustum putant effectum. Unde competenter Ebionitae pro paupertate intelligentiae appellati sunt. Hii enim iudei sunt, et ita tenent evangelium, ut legem carnaliter servent. Adversus quos apostolus ad Galathas scribens invehitur. Fotiniani a Fotino Gallogreciae Sirmiae episcopo nuncupati, qui Ebionitarum heresim suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. Heriani ab Herio quodam nuncupati sunt. Hii offerre sacrificium pro defunctis orare spernunt. Aetiani ab Aetio vocantur, idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, et filio spiritum sanctum. Dicunt et nullum inputari peccatum in fide manentium. Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit filius videre patrem, nec Spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum de celis usque ad terras diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum. Noetiani quoque a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse et patrem et spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt. Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani vocati sunt. Hii unam personam patrem et filii et spiritum sanctum astruunt. Arriani ab Arrio Alexandrino presbitero exorti sunt, qui coeternum patri filium non agnoscens diversas in trinitate substantias asseruit, contra illud quod ait dominus: Ego et pater unum sumus. Macedoniani a Macedonio episcopo sunt dicti, negantes deum esse spiritum sanctum. Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima assumpsisse. Antidicomaritae appellati sunt eo, quod Mariae virginitati contradicant, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse conmixtam. Metangismonitae ideo tale nomen acceperunt, quia angos grece vas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tamquam vas minus intra maius vas. Coluciani a quodam Colutho nominati, qui dicunt deum non facere mala, contra illud: Ego dominus creans

[illegible]

mala. Florianj a Floriano dicti, qui e contrario dicunt Deum creasse malum, contra hoc quod scriptum est: Fecit Deus bona. Donatiste a quodam Donato Afro nuncupati sunt, qui de Numidia ueniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre Filium, minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos. Bonosiani a Bonoso quodam episcopo exorti predicantur, qui Christum Dei Filium adoptiuum, non proprium asserunt. Circumcelliones dicti eo quod agrestes sint, quos Scotopitas uocant, supradicte heresis habentes doctrinam. Hii amore martirii semet ipsos perimunt, ut uiolenter de hac uita discedentes martires nominentur. Priscillianiste a Priscilliano uocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manicheorum permixtum dogma composuit. Luciferiani a Lucifero Sirmie episcopo orti, qui episcopos catholicos, qui in Constantii persecutione perfidie Arrianorum consenserant, et postea correcti redire in cathedram delegerant, damnantes, quod crediderunt siue quod credidisse dissimulauerunt, quos ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis. Hanc illi matris caritatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesie communione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Iouinianiste a Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum et uirginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani ab Heluidio nominati, qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de uiro Ioseph peperisse. Paterniani a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo utrumque resurgere. Tertullianiste dicti a Tertulliano presbitero Africano, prouincie ciuitatis Cartaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream predicantes, et animas peccatorum hominum post mortem in demones uerti putantes. Tesseresedecatite, quod quarta decima luna pascha cum Iudeis obseruare contendunt. Nam tessera quattuor, decas decem significat. Nictages a somno nuncupati, quod uigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hii liberum arbitrium anteponunt diuine gratie, esse dicentes sufficere uoluntatem ad implenda iussa diuina. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam Mariam uirginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec unum Christum in uerbo Dei et carne credidit, sed separatim atque seiuncte alterum filium Dei, alterum filium hominis predicauit. Euticiani dicti ab Eutice Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis, sed solam in eo asseruit diuinam naturam.

Acephali dicti, id est sine capite, nullus eorum enim reperitur auctor a quo exorti sunt. Hii trium Calcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam predicant. Theodosiani et Gaianite appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi peruersi electione una die ordinati sunt episcopi. Hii errores Eutici et Dioscori sequentes, Calcedonense concilium respuunt, ex duabus unam in Christo personam naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianite incorruptam contendunt. Gnoite et Trionite a Theodosianis exorti sunt. Ex quibus Gnoite ab ignorantia dicti, quia ad peruersitatem a qua exorti sunt id adiciunt, quod Christi diuinitas ignoret que sunt de futura scripta, de die et hora nouissima, nec recordantes Christi personam, "Nesciam loqui, diem iudicii in corde meo."

Tritoite uocati, quod sicut tres personas in trinitate, ita quoque tres asserunt deos esse, contra illud quod scriptum est: "Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est." Sunt et alie hereses sine auctore et sine nominibus, ex quibus alie putant triplicem esse Deum; alie de Christi patre natiuitatis initium temporis dant; alie liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt; alie animam imaginem Dei dicunt; alie animas conuerti in demones et in quecumque animalia existimant; alie de mundi statu dissentiunt; alie innumerabiles mundos opinantur; alie aquam Deo coeternam faciunt; alie cum hominibus manducant. Hee sunt hereses aduersus catholicam fidem exorte, ab apostolis et sanctis patribus uel conciliis predampnate, que dum in se multis erroribus diuise inuicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter scripturam sanctam intelligit quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo scripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest. Item Aug.

Quod diuina prouidentia multos errare permittit.

Ideo diuina prouidentia multos hereticos diuersi erroris esse permittit, ut cum insultant nobis, et interrogant nos ea que nescimus, sic discutiamus pigritiam et diuinas scripturas cupiamus. Propterea apostolus ait: ut probati manifesti fiant. Hii autem Deo probati sunt qui bene possunt docere.

S[ANCTA] ROMANA

ecclesia quandam baptismalem ecclesiam suis munivit privilegiis. decimationes sue dioce sis ex integro sibi attribuens. Item quoddam monasterium similiter munivit privilegiis suis decernens. ut ex suis prediis nulli decimas persolveret. Accidit itaque ut infra diocesim prime nuncupate baptismalis ecclesie prefatum monasterium alia emptione. alia donatione. quedam predia inveniret. Oritur itaque contemptio inter monachos et clericos de decimis. Nunc primum queritur. an clerici baptismalis ecclesie auctoritate privilegii. decimas sue diocesis ex integro valeant restituere sibi vendicare. Secundo an subsequenti privilegio monachorum derogetur antiquioribus privilegiis baptismalium ecclesiarum. Quod vero auctoritate illius privilegii. decimas sibi ex integro clerici non valent vendicare. hinc probatur quia decime iuxta decreta sanctorum patrum. quadripartito dividuntur. quarum una pars episcopis. secunda clericis. tertia fabricis restaurandis. iiii vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonum. neminem magis quam apostolicum servare oportet. Unde Gelasius papa ait. Constitutum sinodi quod universalis ecclesie probavit assensus. sedem romanam servare oportere. Confidimus quod nullus iam veraciter christianus ignoret uniuscuiusque sinodi constitutum. quod universalis ecclesie probavit assensus. nullam magis exequi sedem quam primam. que et unamquamque sinodum. sua auctoritate confirmavit. et continuata moderatione custodit. Item Leo papa. Qui negligenter dominicum gregem pascit. Convincitur summum non amare pastorem. Divinis preceptis et apostolicis monitis incitamur. ut pro omnium ecclesiarum statu. impigro vigilemus affectu. ac siquid umquam reprehensioni invenitur obnoxium. aut ab ignorantie imperitia. aut a presumptionis usurpatione. revocemus. Ammonente enim dominica voce simplicio. quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione misticis sanctionibus imbuitur. ut Christi oves. qui Christum diligit pascat. ipsius sedis cui per habundantiam divine gratie presumimus. reverentia coartamur. ut periculum desidie quantum possumus declinemus ne professio summi apostoli. qua se amatorem domini testatus est. non inveniatur in nobis. Quia qui eum quem non negligenter pascit. totiens commendatum dominicum gregem. convincitur non amare summum pastorem. Idem Anathoolio episcopo. Non debent ullo modo innovari. que ad perpetuam ordinantur quietem.

Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem. nulla commutatione varientur. nec ad privatum trahantur commodum. que ad bonum sunt commune prefixa. Set manentibus terminis. quos constituerunt patres. ne invicem usurpet alienum. Set infra fines proprios atque legitimos, prout quisque valuerit. se in latitudine exerceat caritatis. Item Ilarius papa. Divinas constitutiones et apostolice sedis decreta. nulli temerare licet. Nulli fas sit sine status sui periculo. vel divinas constitutiones. vel apostolice sedis decreta temerare. quia nos qui potentissimi sacerdotis. amministramus officia. talis transgressionum culpa respiciet. si in causis dei desides fuerimus inventi. quia meminimus quod timere debemus. Qualiter comminetur deus negligentie sacerdotum. siquidem maiori reatu delinquit. qui potiori honore fruitur. et graviora facit vitia peccatorum. sublimitas peccantium. Item Damasus papa. In spiritum sanctum blasphemant qui violatores canonum sacrosanctorum canones violant. Violatores canonum voluntarii. graviter a sanctis patribus iudicantur. et a sancto spiritu instinctu cuius. ac dono dictati sunt. dampnantur. Quoniam blasphemare spiritum sanctum. non incongrue videntur: qui contra eosdem sacrosanctos canones. non necessitate compulsi. set libenter ut premissum est aliquid. aut proterve agunt. aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium. spiritum sanctum. quoniam ut iam probatum est. contra eum agit. cuius iussu et gratia sancti canones editi sunt. Item Urbanus papa. In quibus licet romano pontifici novas condere leges. Sunt quidam dicentes romano pontifici semper licuisse novas condere leges. Quod et nos non solum non negamus. set et valde affirmamus. Sciendum vero summopere est. quoniam inde novas leges condere potest. Unde evangeliste aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte dominus. vel apostoli eius. et eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt. ibi non novam legem romanus pontifex dare. set potius quod predicatum est. usque ad animam. et sanguinem confirmare debet. Si enim que docuerunt apostoli et prophete destruere quod absit niteretur. non sententiam dare. set magis errare convincetur. Set hoc procul sit ab eis. qui semper domini ecclesiam, contra luporum insidias. optime custodierunt. Item Zosimus papa. Apostolice sedis auctoritas. contra sanctorum statuta. aliquid concedere non valet. Contra statuta patrum condere aliquid. vel mutare. nec huius quidem sedis potest auctoritas. ap

nos enim inconcussis radicibus vivit antiquitas. cum
decreta patrum sanctorum reverentiam. Item Mar
cellus papa. Stare non valet quod contra evangelica vel
apostolica vel prophetica doctrina seu constitutione factum fuerit.
Omne quod inreprehensibile est catholica defendit ecclesia.
et infra. Proinde iniustum iudicium et diffinitio iniusta regio
metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat. Sed ne
quicquam quod contra evangelicam vel propheticam vel apostoli
cam doctrinam constitutionemve eorum sive sanctorum
patrum actum fuerit stabit. et quod ab infidelibus vel
hereticis factum fuerit omnino cassabitur. Item Hor
misda papa. A statutis patrum non deviare et fidei re
gulam custodire prima salus est.
Prima salus est recte fidei regulam custodire. et a constitutis patrum nullatenus
deviare. Item Pelagius Childeberto regi. Professione pela
Satagendum est ut quia praecepta Christi omnis sui decessoris proponat fua re.
pro auferendo suspitionis de nostro scandalo obsequium
confessionis nostre legibus ministremus. quibus et nos
subditos esse sacre scripture precipiunt. Veniens itaque
Rufinus vir magnificus, vir magnificus lega
tus excellentie vestre. confidenter a nobis ut deceat
postulavit. quatenus vobis aut beate recordati
onis Leonis pape thomum a nobis conservari per omnia si
gnificare debuissemus. aut propriis verbis nostre con
fessionem fidei destinare. et primam quidem pe
titionis eius partem quia facilior fuit. mox ut oportuit
implevimus. nosque in omnibus presulis thomum
pro catholice fidei assertione conscriptum deo propitio
custodire manu sua ad vos professione significa
vimus. Ut autem nullius deinceps, quod absit, suspitio
nis resideat occasio. in illam aliam partem quam me
moratus vir illustris ammonuit facere matura
vi. scilicet propriis verbis confessionem fidei quam te
nemus exposui. Item Adrianus papa. Anathema a
deo fiat qui censuram Romanorum pontificum violat.
Generali decreto statuimus. ut execrandum anathe
ma fiat. et velut prevaricator fidei catholice semper
apud deum reus existat. quicumque regum seu episcoporum
vel potentum deinceps Romanorum pontificum
decretorum censuram in quoquam crediderit vel permise
rit violandam. Item Damasus Stephano archi
episcopo. Non licet alicui episcopo contra decreta Romanorum pontificum aliquid agere.
Omnia decretalia cunctorum predecessorum nostrorum constituta. que de ecclesiasticis ordinibus et canonum
sunt promulgata disciplinis. ita ab omnibus episcopis ac
sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus.
ut si quid in illa commiserint. veniam sibi honoris
deinceps noverint denegari. Item Gregorius. Non convenit sa
Hec consona cris altaribus qui sacris nescit obedire canonibus.
sanctis patribus diffinitione sancimus. ut qui sacris
obedire canonibus nescit. nec sacris ministrare vel
communionem capere sit dignus altaribus. Item
A greco Calcedonensi. Servande sunt regule in si
sanctis patribus in unaquaque nodo sta tuta.
sinodo usque nunc prolatas regulas tenere statu
imus. Item Gregorius ad Montanum et Thomam. Volunta
tem et statuta suorum decessorum custodiat qui sua servari voluerit.
Iustitie ac rationis ordo suadet. ut qui a successo
ribus desiderant mandata servari. decessoris sui procul
dubio voluntatem et statuta custodiant. Item
Leo quartus. Contra statuta sanctorum agit qui ea non
Deo permittente domino pastores servat intacta.
novum sumus effecti. ut que patres nostri sive in
sacris canonibus sive in mundanis associavere legibus
excedere minime debeamus. Contra eorum quip
pe saluberrima agunt instituta. si que ipsi divino
statuerunt consulto intactum non conserva
mus. Si igitur primam sedem statuta canonum pro
omnibus servari oportet. si pro statu omnium ecclesiarum
necesse est illam inpigro vigilare affectu. si ea
que a Romanis pontificibus decreta sunt ab omni
bus observari oportet. si illi qui nesciunt sacris
obedire canonibus altaribus ministrare non de
bent. patet quod contra statuta sanctorum canonum vel
quibus status ecclesiarum vel confundant vel perturbent
privilegia ab apostolico concedi non debent. His ita
respondetur. Sacrosancta Romana ecclesia ius et aucto
ritatem sacris canonibus impertit. sed non eis alligatur. Habet
enim ius condendi canones. utpote que caput
est et cardo omnium ecclesiarum. a cuius regula dis
sentire nemini licet. Ita ergo canonibus auctorita
tem prestat. ut se ipsam non subiciat eis. Sed sicut Christus
qui legem dedit. ipsam legem carnaliter implevit.
octavo die circumcisus. quadragesimo die cum
hostiis in templo est presentatus. ut in se ipso ea sanctifi
caret. Postea vero ut se dominum legis ostenderet. contra
litteram legis leprosum tangendo mundavit.
Apostolos quoque contra litteram sabbati per sata pertergre
dientes spicas vellentes et confricantes manibus su
is. probabili exemplo David circumcisionis et item
plurium excusavit dicens. Non legistis quid fecerit
Abimelech. qui venit ad eum David. et dedit ei pa
nes propositionis. de quibus non licebat edere nisi
solis sacerdotibus. et comedit ipse et pueri eius. Item
octava die secundum legem circumciditur puer. et vos
in sabbato circumciditis hominem. Item cum iuge
holocaustum ex lege offeratur. cum masculus qua
dragesimo. femina vero LXXX die ab ortu sue na
tivitatis pro legis impletione in templo cum hostiis presen
tatur. Unde sacerdotes hostias offerentes in templo
litteram sabbati solvunt. et sine crimine sunt.
tunc filius hominis multo magis valet solvere lit
teram legis. qui est dominus etiam sabbati. hinc etiam de eo dicitur.
Erat Ihesus docens tamquam potestatem habens. id est tamquam
dominus legis. addens moralibus ea que deerant ad perfec
tionem. umbram figuralium in lucem spiritualis
intelligentie commutans. non tamquam scribe
et Pharisei. qui littera legis adstricti non audebant

d. e. q. ii. decessorum. / xvi. q. vi. c. ult. / di. viii. neque consuetudine. / di. xcv. esto.

di. xcvii. victor / xi. q. iii. summopere / di. xi. c. ult. / xxxiiii. q. ii. inter hec

e. q. c. i. / e. q. c. ii. / e. q. omnia. hec consona

xi. q. i. sexhis.

Satagendum

Prima solutio magis prima columpna occupat

De hoc notam.

Non legistis quid fecerit David

aliquid addere. ut commutare. Sic et summe sedis pontifices canonibus a se siue ab aliis sua auctoritate conditis reuerentiam exhibent. et eis se humiliando. se ipsos custodiunt. ut aliis observandos exhibeant. Nonnumquam tamen seu iubendo. seu diffiniendo. seu decernendo. seu aliter agendo se decretorum dominos et conditores esse ostendunt. In premissis ergo capitulis. aliis imponitur necessitas obsequendi. summis uero pontificibus in eo ostenditur auctoritas observandi. ut a se tradita observando. aliis non contempnenda demonstrent. exemplo Christi. qui sacramenta. que ecclesie servanda mandavit. Primum suscepit in se ipso. ut ea in se ipse sanctificaret. Oportet ergo primam sedem. ut diximus observare ea. que decernendo mandavit. non necessitate obsequendi. sed auctoritate impertiendi. licet ita quibusdam contra generalia decreta specialia privilegia indulgere. et speciali beneficio concedere. quod generali prohibetur decreto. Quamquam si decretorum intentionem diligenter advertamus. nequaquam contra sacrorum canonum auctoritatem. aliquid concedere inveniantur. Sacri siquidem canones. ita aliquid constituunt. ut sue interpretationis auctoritatem. sancte romane ecclesie reservent. Ipsi namque soli canones valent interpretari. qui ius condendi eos habent. Unde in nonnullis capitulis conciliorum. cum aliquod observandum decernitur. statim subinfertur. nisi auctoritas romane ecclesie aliter imperaverit. vel salvo tamen in omnibus iure sancte romane ecclesie. vel salva tamen in omnibus apostolica auctoritate. Quecumque ergo dedecimus. ut de quibus sub ecclesiasticis negotiis. sacris canonibus diffiniuntur. intelligenda sunt. nisi vel aliter diffinierit auctoritas romane ecclesie. aliter mandaverit fieri. ut premisimus. Cum ergo aliqua privilegia ab apostolico aliquibus conceduntur. et si contra legem generalem aliquid sonare videantur. non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur. Cum ipsius legis auctoritate privilegia singulorum. penes matrem omnium ecclesiarum resideant. Neque enim privilegia aliquibus concederentur. si preter generalem legem. nulli aliquid speciale indulgeretur. Privilegia namque dicuntur quasi private leges. eo quod privatam legem singulis generent. quam distinctionem Gregorius innuens ait. Si hoc neque consuetudine generali. neque privilegio vendicas. restat te usurpasse quod fecisti. Item Ieronimus in expositione Ione. Privilegia singulorum. non possunt legem facere communem. Valeat ergo ut ex premissis colligitur. sancta romana ecclesia. quoslibet suis beneficiis munire. et extra generalia decreta quedam speciali beneficio indulgere. considerata tamen rationis equitate. ut que mater iustitie est. in nullo dissentire ab ea inveniatur. ut privilegia videlicet. et que ob religionis. vel necessitatis. vel exhibiti obsequii gratia conceduntur. ne nimium relevando

ita diviitem faciant. ut multorum detrimenta non curantes pretiendo. in paupertatis miseriam. nonnullos deiciant. Illud apostoli ad memoriam revocantes. quod ad Corinthios scribens ait. Non enim volumus. ut aliis sit remissio. vobis autem tribulatio. cui sacra lex principum concordans ait.

Rescripta contra ius elicita. ab omnibus iudicibus precipimus refutari. nisi forte aliquid est. quod non ledat alium. et prosit petenti. ut tamen supplicantibus indulgeat. Item constitutio imperatoris ad populum. nec dampnosa fisco. nec iuri contraria postulari oportet. Cum ergo huiusmodi baptismales ecclesie privilegii auctoritate muniti. sue diocesis decimas ex integro vendicare valent. nisi forte summa necessitate episcopi cogantur. ad quartam suam accipiendam. vel illis superabundare monstrentur. Quod autem antiquioribus privilegiis. subsequentibus derogari non possit. auctoritate Anacleti probatur. qui scribens omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus ait.

ecclesiarum privilegia cunctis temporibus intemerata permaneant.

Privilegia ecclesiarum. et sacerdotum intemerata et inviolata cunctis decrevimus manere temporibus. leges ecclesie apostolica auctoritate firmamus. et peregrina submovemus iudicia. Item Leo papa Martiano augusto. nec novitate convelli mutari. nec improbitate convelli

Privilegia ecclesiarum. monasteriorum. ecclesiarum privilegia debent sanctorum patrum auctoritate instituta. nulla possunt improbitate convelli. nulla novitate mutari. In quo opere fideliter exequendo auxiliante Christo. necesse est hoc sancte sedis pontifices perseverantem exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est. et ad nostrum tendit reatum. si paternarum regule sanctionum nobis consentientibus. ut negligentibus violentur. Item Gregorius aug. Anglorum episcopo. privilegio

In Galliarum episcopis sue dignitatis aliquis excu[…] non debet.

nullam tibi auctoritatem tribuimus. quia ab antiquis predecessorum meorum temporibus. pallium Arelatensis episcopus accepit. quem nos privare auctoritate percepta minime debemus. Si igitur contingat. ut fraternitas tua ad Galliarum provinciam transeat. et aliquid ex auctoritate agendum fuerit. cum predicto Arelatensi episcopo agatur. ne preterminti possit. hoc quod antiqua patrum institutio invenerit. Britanniorum vero omnes episcopos tue fraternitati committimus. ut indocti doceantur. infirmi persuasione roborentur. Idem Felici episcopo. Statuta decessorum apostolicus destruere non debet.

Si ea destruerem. que antecessores statuerunt. non constructor. sed eversor esse iuste comprobarer. testante veritatis voce. que ait. Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. et omnis scientia. et lex adversum se divisa destruetur. Item Leo papa. metropolitani ius dignitatis

Igitur secundum traditam sibi antiquitus intemeratam obtineat. patrum canones spiritu dei conditos. et totius mundi reverentia consecratos metropolitanos.

sin gularum puinciarum quib; ex delegatione nrã. fr̃nitatis tue cura pten dit. uis ratione sibi an tiquis dignitatis intemeratũ hre decreuim. ita ut a regulis prestitis. nulla aut negligen tia. aut psũp tione discedant. Item ormisda pp. **priuilegia**

Seruatis **metropolitanoꝝ inconuulsa suari oportet.** priuilegiis metropolitanoꝝ. uice sua nob aplice sedis delegauim. ut inspectis istis. siue ea que a nob sunt. ul p mandata fuerit. siue que de ecclasticis causis tue re lationi con ti gerit. sub tua nob insinuatione pandat. Et enim hoc studii ac sollicitudinis tue. ut talem te in his que iniunguntur. exhibeas. ut fi dem. integritatemq; et. auu sauram suscipis mini teris. Item gg. bonifacio primo defensori. **decreta**

Institutionis nr̃e. **aplica nulla ratione uiolentur.** decreta. que sunt priuilegiis. et ordinatione dis posita. ppetua stabilitate. et sine aliqua con stitu um refragatione fuari. siue que scripto decreuim. seu que in nrã psentia uident ee disposita. nec a quoquam pon tifici in totũ. ul in partem ea. aliqua occasione con uelli decreuimus. ut mutari. Nam mis est aspm. et papue bonis sacerdotum. no moi b; immutãnti quepiã. quanta cumq; rationis ex cusatione. que bene sunt ordinata rescindere. et exemplo docere ceteros sua qñq; posse costituta dissoluere. Item dominico. cartaginensi epo. **puilegia**

De priuilegiis eccta **ecclaꝝ. aplice deb; suare illesa.** suas. q; urã fr̃nitas scribit. hoc post posita dubita tione teneat. quia sicut nrã defendimus. quia sicut nrã defendimus. ita sin gulis quibusq; ecctiis sua iura fuamus. Nec cuilib; grã fauente. ultra quã meretur impertior. nec ulli. q; suum est. ambitu stimulante derogabo. s; fr̃s meos p omnia honora re cupio. Sicq; honore sin gulos subueni uolo. dũ tñ non sit. q; alteri unte ab altero possit opponi.

Item uigilio. arelatensi epo. **quod rationabilit dif finitũ est. nullo m̃ de bet uiolari.**

Cum pie desiderium uoluntatis. et laudande diffiniti onis inten tio sit sacerdotalib; semp studiis ad iuuanda. cura est sollicitudinis adhibenda. ut ea que p quiete religiose cõuersatiois. sunt disposita ul ordinata. nec dissimulatio neglegere. nec quedã ualeat psũptio pturbare. s; sicut hoc q; ratio exi gebat. utiliter obtinuit diffinire. ita q; diffinitũ est. non deb; uiolari. Idem. **Sibi inuriã facit apli**

Quod ũ dicatis **cus. qui fratrũ suoꝝ iura pturbat.** mis tpib; debe fuari. que a meis q̃; decessorib; tra dita. ut custodita sunt. Absit hoc a me. ut statuta maiorum cõsacerdotib; meis. in qualib; ecctam fr̃ngam. quia mĩ iniuriam facio. si frũ meoꝝ iura prurbo. Item iulius pp. **nulla psũptione uio lent. que ab aplis. et eoꝝ successorib; s̃t instituta.**

Imputato totius usurpationis excessu. nullus pre sumat que sibi non uident ee cõcessa. Cau quesut ab aplis. eoꝝq; successorib; instituta nulla desidia negligant. nulla discessione uiolent. nulla con certatione et uent. Item gg. pp. **que rationab lit ordinata s̃. nulla deb; refragatioe**

Ecclastice moderationi. omnino est con ueniens **turban.** ut que ordinata fuerint. ut decisa. nulla inpo sterum debent refragatione turbari. Idem in registro. **que con tra legem fuit. p infectis habent.**

Imperiali cõstitutione sancitum ẽ apte. ut ea que con tra leges fiunt. non solum inutilia. s; et p in fectis habenda sunt. Cod. t. 1. Impr. cõstan tin.

Nec damnosa fisco. nec iuri con traria postula ri. oportet. Impr. theodosius. et ual. Rescp ta con tra ius elicita. ab omnib; iudicib; p cipim refutari. nisi forte sit aliquid. q; non ledat ali um. et psit petenti. ut crimen supplicantib; indulgeat. Item pelagi pp. iohi comiti. **resc ptũ meret effectũ. q; cũ iuris. et legũ ratioe cõcordat.**

Dicenti sacras iussiones se hre p manib;. respo demus sare illum oportere. q; ipe clementissim princeps gñalib; legib; con stituerit. ul a sacra u miis cuiusq; supplicantis desidio. con cessa pua lere. et effectum mancipari. que curiuris. et legum ratione cõ cordant. ea ũ que subreptione. ul falsis pcib; forsitan impetrantur. nullum supplican tib; ferre remedium. Rescpta. siue sint annotationes. siue pragmatice sanctiones. ex pressa debent hre in se con ditionem. si pces ueri tate nitunt. Mendax enim pcator deb; care re impetratis quib; scpta dirigunt. sunt puni endi. si pcum mendatia ueruerint argui. Vñ imperatores diocitianus. et maximianus. et cõstan tinus. 1. t. cod. t. Si con tra ius ul utilitatem pre scriptione mendacioꝝ apposita. siue iniuns natratione mendacium reppiatur. siue in fac ti. siue in tacendi fraude. p teriore ueritatis. non. des pcantis affirmatione. datum iudicem cogno scere debe. et scdm hoc de causa con uenit ferre sn ten tiam. Item imparator costan tin. Puniri iubem decem libratum auri multa. iudices qui inuenti fuerint pcum argui falsitate. Impr. theodosi. et ual. Et si legib; con sen taneũ sa crum oraculum mendax pcator attulerit. ca reat penitus impetratis. et si nimia mentientis inueniatur improbitas. et seueritati subiaceat uindi catis. Item con stan tin. Et si non cognitio s; executio mandat. de ueritate pcum. inquiri oportet. ut si fraus interuenit. de negotio cogno scat. Impr. anastasius. Omis cuiuscumq; maioris. ut minoris amministrationis. uniu se nr̃e rei publice iudices ammonemus. ut nullum rescptũ. nullam pragmaticam sanct onem. nullam sacram annotationem. que gñia iuri. ut utilitati publice. ad usa ee uideant.

in disceptatione cuiuslibet litigii patiantur proferri. Pragmaticas sacras constitutiones modis omnibus non dubitent observandas. Cod. t. de diversis rescriptis. Sancimus, ut autentica ipsa atque originalia rescripta et nostra manu subscripta, non exempla eorum insinuentur. Imperator Constantinus. Sive beneficia personalia sine die et consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. Imperator Zeno. Universa rescripta, sive in personam precantium, sive ad quemlibet iudicem manaverint, que vel adnotatio vel pragmatica sanctio nominetur, sub ea conditione proferri precipimus, si preces veritate nitantur. Nec aliquem fructum oraculi precatum papiat impetrati, licet in iudicio asseveret veritatem, nisi questio fidei precum beneficio inpiali monstretur inserta. Illam et magnificus questor et viri spectabiles magistri scriniorum sermonum, qui non perfecta adiectione qualecumque divinum responsum dictaverint, et iudices qui susceperint, reprehensionem subibunt; et qui illicite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscumque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, vel adiutores primicerii, amissione cinguli ferientur. Item Leo papa. **Privilegia ecclesiarum nulla debent inprobitate convelli.**

Privilegia ecclesiarum, sanctorum canonibus instituta et venerabilis Nicene sinodi fixa decretis, nulla possunt inprobitate convelli, nulla novitate mutari. Item Nicolaus papa universali sinodo presidens dixit. **Anathema sit, qui mandata vel decreta Romanorum pontificum [illegible]**

Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum, a sede apostolica presule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. Item Pelagius Cresconio, Iohanni et Anastasio episcopis inter cetera. **Statuta priorum successores servare oportet.**

Predecessorum statuta sicut legitima et iusta successorem custodire convenit, ita debet etiam malefacta corrigere. Unde Archadius et Honorius. Quecumque in quibuslibet a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias precipimus. Nichil igitur a privilegiis immutetur; omnibus, qui ecclesiis deserviunt, tuitio deferatur. Quia temporibus nostris addi potius reverentie cupimus, quam ex his que olim prestita sunt immutari. Item. Non tam novum aliquid presenti sanctione precipimus, quam illa que olim videntur indulta firmamus. Privilegia igitur, que olim reverentia religionis obtinuit, mutilare sub pene intimatione prohibemus, ita ut hii qui ecclesie obtemperant, ipsi beneficiis perfruantur. Idem. Si ecclesie venerabilis privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum .xx. librarum auri, sicut et prius constitutum est, condempnatione plectatur. Ipsa quoque privilegia nichilominus plenissimum per omnia optineant vigorem. Item Pelagius Armentario magistro militum inter cetera. **Non liceat pontificia iure ecclesie discedere, que documentorum auctoritate firmantur.**

Postea quam ecclesie iura documentorum quorum intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi vel iam pontifex, vel si velit, permittitur habere licentiam. Si igitur privilegia monasteriorum vel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorii, Gelasii, et nonnullorum aliorum pontificum sancte Romane ecclesie inviolata serventur, sique contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt, si pontifex non habet vel iam licentiam discedendi a documentis quibus iura ecclesie firmantur, patet quod posteriora privilegia anterioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obicitur exceptio, cum et si contra illa specialiter fierent, pro infectis essent habenda. His ita respondetur. Sancta Romana ecclesia sua auctoritate congregata valet disiungere, et disiuncta congregare, rationis tamen equitate considerata. Unde vel pietatis vel necessitatis intuitu semel a se concessa valet vel in totum vel in parte commutare. Pro necessitate namque corrigendorum vitiorum privilegia multarum ecclesiarum vel inminuuntur vel penitus immutantur, sive personalia vel sive generalia. Personaliter iuxta illud: Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Item Silvester papa Vigilio episcopo. **Qui pha... [illegible]**

Sic decet fidem sanctorum **beatorum admittat, quod non acceperit a patribus.** Patrum in ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit assumpsit. Item Simplicius Iohanni episcopo Ravennati post pauca, quibus eum ab illicita ordinatione prohibuit. **Privilegium amittit, qui sua potestate non legitime utitur.**

Devenimus tamen usque, quod si post hec aliquid tale presumpseris, et aliquem seu presbiterum seu diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis vel Emiliensis ecclesie noveris auferendas. Item Leo papa. **Vis ordinandi amittit, qui in meritum consecrant.**

Si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem esse non liceat, etsi aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint, ordinationis ius ulterius non habebunt, nec umquam eidem sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio inmerito prestiterint. Gregorius. Ut vel vituum civitati episcopalis dignitas perpetuo subtrahatur, que suos episcopos interimere consuevit. Unde Gelasius papa scribit. **Episcopalis dignitas civitati subtrahatur, que presules suos interemerit.**

Ita nos Scillanorum cedes geminata pontificum offendit cum munus, atrocitate confudit, ut diu constitutionis [illegible] libationis hesitaret, dum iungere quemquam patriarchalibus exemplis detestaretur antistitem, et ecclesiam utrumque destitutam

non usque adeo iudicaremus derelinquendam. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum. Quapropter iam velut usum consuetudo ut parrochie vice ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernentur. que ibidem commorantes ferro didicit necare pastores. inauditoque facinore, quod etiam in illis partibus numquam prorsus legitur accidisse. que bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur. ut aliqua reptasit civitas. que presules ministrantes fidei christiane sine predicatore persistat. Curandum est ergo, ut funesta premitiis cessante pastore sanctius arbitrium. atque ita saltem furoris tanti materia subtrahatur. si nunquam hec possit acerbitas perpetrari consistens. ubi dempta persona defuerit, cognoscit ulla civitas, dum in quos deseviat non habebit ab huiusmodi temeritate desistat, et aliis imitandi contagia dirata non prebeat. Cogeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde pensatis. que sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem. que inultoque hac ultione est plectanda. sive instinctu domestico, sive furiis incitata hec committit exterius. Prebeat ergo vestra dilectio in hoc statu posite ministerium visitationis ecclesie, et aut conveniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum causaque poposcerit, divina misteria representet ingratis. nec eam deuitamus (?) ecclesiam domini, ca videamus perire frumenta. Hostilitatis quoque ut paupertatis necessitate episcopales sedes ut mutantur ut de eventu unum rediguntur. Sicut supra in titulo de mutationibus episcoporum beatum Gregorium fecisse legitur. Si longo privilegia ecclesiarum sic inviolata permanere censentur, ut quibusdam de causis intervenientibus apostolica auctoritate eis derogari non possit. Alioquin multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigerentur. cum innumere ecclesie in diocesibus aliarum frequenter condite inveniantur. Servientur ergo privilegia ecclesiarum cunctis inconcussa temporibus, ne videlicet preter eius auctoritatem, a quo data sunt, contra ea liceat aliquid. Si obicitur illud Simachi pape: Possessiones, quas unusquisque ecclesie suo reliquit arbitrio etc. que supra in titulo de alienatione rerum ecclesiasticarum leguntur adscripta, ex hoc datur intelligi, quod ea que devotione uniuscuiusque ecclesie ut necessitatis, sicut peregrinis, ut pietatis intuitu, sicut religiosis domibus conferuntur, non perpetuo, set pro aliquo tempore ab eis quibus conferuntur sunt possidenda. Quamquam illud Simachi ad necessitatis intuitum, non ad pietatis prospectum possit referri, videlicet ut ea que peregrinis ut captivis necessitas largiri suasit, non ea que religiosis domibus ob quietem religiose conversationis concessa sunt, perhibeant perpetuo possideri. Ut potius de utrisque intellegendum est, videlicet ut sicut necessitate patientes cessante necessitate beneficium renun-

tiare coguntur, que eis miserationis indulsit intuitus, sic religiose viventes, cum a religione cessaverint, privilegiis exuuntur, que religiosa conversatio meruit. Privilegia ergo, que religiosis domibus conceduntur, ut in eo accipienda sunt casu, in quo ita eis consulitur, quod nulli aliquid derogatur, videlicet ut ex novalibus, quorum decimationes nulli assignate fuerant, privilegiorum auctoritate decimam aliquibus persolvere non cogantur, ut si propter instantem temporis necessitatem eis consuli non poterit nisi aliis derogetur, ita privilegiorum auctoritas videtur esse servanda, ut eorum subveniatur inopie, non ut sua rerum divitiarum augmento et possessionum non modica extensione porrecta baptismales seu parrochiane ecclesie penitus destruantur.

QUIDAM SACERDOS

sortilegus esse et divinus convincitur apud episcopum, correptus ab episcopo non licet noluit cessare, excommunicatur. Tandem agens in extremis reconciliatur a quodam sacerdote episcopo inconsulto, indicatur penitentia sibi sub quantitate temporis canonibus prefixa. Primum queritur, qui sint sortilegi. Secundo, an sit peccatum esse sortilegum. Tertio, a quibus genus divinationis sumpsit exordium. Quarto, quot sint genera divinationis. Quinto, an sortilegi vel divini sint excommunicandi, si cessare noluerint. Sexto, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari a presbitero illo inconsulto. Septimo, si morientibus est iniungenda penitentia sub quantitate temporis.

Qui sint sortilegi, Ysidorus diffinit l. viii. ita dicens: quis sint sortilegi.

Sortilegi sunt, qui sub nomine ficte religionis per quasdam, quas sanctorum seu apostolorum vocant, sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

Quod autem sortes exquirere peccatum non sit, exemplis et auctoritatibus probatur. Cum enim Achor de anathemate furtum subripuisset, ob eius peccatum populus eversus apud Ai civitatem hostibus terga dedisset, precepit dominus Iosue, ut sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue preceptum accipiens misit sortes primum super tribus, deinde super familias, demum sup-

personas. et ita sors decidit super Achor. Saul
quoque cum pugnans contra Philisteos iurasset.
se interfecturum quicumque ante solis occasum
de populo commederet. sorte deprehendit Iona-
than filium suum mel commedisse. quod sceptro
acceperat. Quem cum morti tradere vellet. populo
supplicante revocavit sententiam. Ionas quoque cum
a facie domini fugeret. a nautis sorte deprehensus in ma-
re precipitatus. et a ceto est absorptus. De Zacharia legitur
quod sorte exiit ut incensum poneret. Mathias
vero similiter a beato Petro sorte in apostolatum et Iude
successorem eligitur. Quod ergo tantorum probatur ex-
emplis. patet malum non esse. Unde Augustinus
in libro psalmorum. *quid sit sors.*

Sors non est aliquid mali. sed res in humana du-
bietate divinam indicans voluntatem. His
ita respondetur. Antequam evangelium claresce-
ret. multa permittebantur. que tempore perfectioris discipli-
ne penitus sunt inmutata. Copula namque sacer-
dotalis. ut consanguineorum. nec legali. nec evan-
gelica. vel apostolica auctoritate prohibetur. ecclesiastica
tamen lege penitus interdicitur. Sic et sortibus. nichil ma-
li inesse monstratur. prohibetur tamen fidelibus. ne sub hac
specie divinationis. ad antiquos idolatrie cul-
tus redirent. Unde quibusdam constellationes.
et futurorum signa custodientibus apostolus ait. Dies
observatis. et menses. et tempora et annos. Unde timeo
ne forte sine causa laboraverim in vobis. Sic et a-
stronomia. seu astrologia apud catholicos.
in dissuetudinem habita. quia dum per eam curiosita-
te his nimis erant intenti. minus vacabant
his que pro salute animarum erant accommo-
data. Quod autem sortibus credi non oporteat
Ieronimus testatur. scribens super Ionam. *exceptione ut ina-*

Non statim debemus exem*plo nautarum non oportet sortibus credi.*
plo Ione. sortibus credere. vel illud de actibus aposto-
lorum huic testimonio copulare. ubi sorte Ma-
thias in apostolatum eligitur. Item Augustinus ad inquisiti-
ones Ianuarii. *ad seculari negotia. divina ora-*

Hii qui de pa*gina non sunt convertenda.*
ginis evangelicis sortes legunt. etsi optandum
est. ut id potius faciant. quam ad demonia con-
sulenda concurrant. tamen ista mihi displicet consu-
etudo. ad negotia secularia et ad vite huius vani-
tatem. divina oracula velle convertere. Item
Beda super actus apostolorum. *exemplo Mathie vel Ione non*

Non exemplo *sortibus indifferenter credendum*
Mathie. vel quod Ionas propheta sorte deprehensus sit
indifferenter sortibus est credendum. cum privi-
legia singulorum ut Ieronimus ait. communem legem facere
non possint. Sed quia tamen necessitate aliqua conpulsi
deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum
videant hoc ipsos apostolos. non nisi collecto fratrum
cetu. et precibus ad deum fusis egisse. De divi-
nis scribit Augustinus ita dicens. *non sunt observan-*

Intelligenda *que a divinis precipiuntur. que a viris ea contigant*
voluit dominus. Sed illa que a divinantibus non que ab eis premittuntur.
secundum deum dicuntur. si acciderint que dicuntur. non sic
accipienda ut fiant que precipiuntur ab eis. aut co-
lantur que coluntur ab eis. Idem. lib. i. de doctrina
christiana. *Institutiones hominum que sit superstitiose ut non.*

Illud quod est secundum institutiones hominum. partim super-
stitiosum est. partim non est superstitiosum. Super-
stitiosum est. quicquid institutum est ab hominibus ad
facienda idola. et colenda pertinens. vel ad colendam
sicut deum creaturam. partemve ullam creature. vel ad con-
sultationes et pacta quedam significationum cum
demonibus placita atque federata. qualia sunt mo-
limina magicarum artium. que quidem commemo-
rare potius quam docere solent poete. Ex quo
genere sunt. sed quasi licentiori vanitate. arus-
picum et augurum libri. Ad hoc etiam genus per-
tinent omnes ligature. atque remedia. que medicorum
quoque disciplina condempnat. sive in precantationibus
sive in quibusdam notis. quas caracteres vocant. si-
ve in quibuscumque rebus suspendendis. atque ligan-
dis. vel etiam saltandis. quodam modo. non ad temperatio-
nem corporum. sed ad quasdam significationes. aut
occultas. aut manifestas. que eminentiori nomine
phisicam vocant. ut quasi non superstitione in-
plicare. sed natura prodesse videantur. sicut sunt inaures
in summo singularum aurium. aut de struthionum
ossibus ansule in digitis. aut cum tibi dicitur sin-
gultienti. ut dextra manu policem teneas. His ad-
iunguntur milia. inanissimarum observationum.
si membrum aliquod salierit. si iunctim ambulantibus
amicis lapis. aut puer medius intervenerit. hinc est
sunt illa. limen calcare. cum ante domum suam
transit. redire ad lectum. si quis se dum calciat ster-
nutaverit. redire ad domum si procedens offenditur.
vel si vestis a soricibus rodatur. ab hoc genere superstitionis per-
niciose segregandi sunt. qui olim genethliaci.
propter naturalium considerationes dierum. nunc autem ma-
thematici vocantur. Nam et ipsi quamvis veram
stellarum positionem. cum quisque nascitur con se-
quantur. et aliquando pervestigant. tamen quod inde conantur. vel
actiones nostras. vel actionum eventus predicere. nimis
errant. hoc autem genus fornicationis anime. salubri-
ter divina auctoritas non tacuit. Neque ab ea sic de-
terruit animam. ut propterea talia. negaret esse sectan-
da. quia falsa dicuntur. sed quia professionibus eorum. etsi si dixerint
vobis inquit. et ita evenerit. ne credatis eis. Non enim quia
imago Samuelis mortui. Sauli vera prenuntiavit. propterea
talia sacrilegia. quibus illa imago presentata est. minus
exercenda sunt. Aut quia in actibus apostolorum. femina
ventriloqua. verum testimonium perhibuit apostolis domini
ideo Paulus apostolus. pepercit spiritui illi. ac non potius fe-
minam illius demonii. correctione. atque exclusione

mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi, uel nugatorie uel noxie superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum et demonum, quasi pacta infidelis et dolose amicitie constituta, penitus sunt repudiande et fugiende christiano. Idem in libro de ciuitate dei. Non est uita

Que sine saluatore salus. Item. Mors inquisitio uel curatio que a diuinis uel magis expetitur. Qui sine saluatore salutem uult habere, et sine uera sapientia estimat se prudentem fieri posse, non sanus sed eger, non prudens sed stultus, in egritudine assidua laborabit, et in cecitate noxia stultus et demens permanebit. Ac per hoc omnis inquisitio et omnis curatio que a diuinis et magicis artibus, uel ab ipsis demonibus in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est quam uita. Et qui ea sectantur, si se non correxerint, mors potius dicenda est quam uita. Et qui ea sectantur, si se non correxerint, ad eternam perditionem tendunt, psalmista dicente: Omnes dii gentium demonia sunt. Qui per deceptos homines alios decipere cotidie gestiunt, ut perditionis sue faciant eos esse participes. Itaque hec uanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis seculis ualuit. Per quandam scientiam futurorum et infernorum, et per interuentiones eorum inuenta sunt aruspicia, augurationes, et ipsa que dicuntur oracula, et nigromantia. Idem confessionum l. iiii. Christiana et uera pietas planetarios expellit et dampnat. Illos planetarios quos mathematicos uocant, plane consulere non desistebam, quod quasi nullum esset eis sacrificium, nulle preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen christiana et uera pietas consequenter expellit et dampnat. Item ieronimus. Cultura sunt idolatrie auguria obseruare et stellarum requirere cursus.

Sed et illud adde, quoniam qui fornicatur in corpus suum peccat. Non istud corpus solum quod templum dei effectum est, sed et illud quod est, quia omnis ecclesia corpus christi est, et in nomen ecclesiam uidetur delinquere qui corpus suum commaculauerit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur. Est et illud obprobrium egipti, quod si [illegible] glexeris et post iordanis transitum, et post baptismi secundam circumcisionem, ueteris consuetudinis instinctione suggerente, obseruare auguria, requirere stellarum cursus, euentus ex his futurorum rimari, ceterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idolatrie mater namque est egiptus, ex qua certum est huiusmodi obprobria pullulare. O ue si tantum situ iordane susceptis, et te laqueis rursus illigaueris, tecum sine dubio obprobria egipti trahis. Hec autem sacrilegia in tantum usque adeo sunt detestanda, ut si aliquid de area uel torculari demonibus fuerit immolatum, quod reliquum est, id credatur esse immundum, aut si ipsum quod oblatum fuerat a nobis ignorantibus sumi contigerit, id credamus nos deliquisse. Vnde aug. ad publicolam. Non reliqua

Siue de area. Sit munda que de area uel torculari aliquid ad aut torculari tollitur aliquid ad sacrificia demoniorum, sciente christiano id peccat qui permittit fieri. sacrificia tollit.

uel prohibendi potestas est. Quod si factum comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus unde sublata sunt. Item ambr. in i. epistola ad corinthios. Immunis est a reatu qui emit quod ignorat esse immolatum. Licet aliquid pollutum sit per accidentiam, id est oblationem idoli, cum tamen nescit, qui emit nullum patitur scrupulum, et apud deum immunis est.

A quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, uel quot sint genera, aug. exponit in libro de natura demonum, ita dicens. De multiplici genere diuinationis.

Igitur genus diuinationis a persis fertur esse allatum. Varro autem dicit diuinationum iiii esse genera: terram, aquam, aerem et ignem. Hinc geomantiam, ydromantiam, aeromantiam, piromantiam dictam autumant. Diuini dicti sunt quasi deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos estimant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant (uel uaticinant). Duo autem genera diuinationis sunt: ars et furor. Incantatores autem dicti sunt, qui artem uerbis peragunt. Arioli uocati sunt, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus demonum accipiunt responsa. Aruspices nuncupantur, quasi horarum inspectores; dies enim et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora debeat homo obseruare intendunt. Hii etiam exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura predicunt. Augures sunt qui uolatus auium et uoces intendunt, aliaque signa rerum, uel obseruationes inprouisas hominibus occurrentes ferunt. Idem sunt et auspices. Nam et auspicia sunt que iter facientes obseruant. Dicta sunt autem auspicia quasi auium aspicia, et auguria quasi auium garria. Item auguria qui aui gerunt. Duo autem sunt genera auspiciorum: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet uolatus, ad aures uox auium. Phitonisse a phitone apolline dicte sunt, quod his auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti sunt, eo quod in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalium considerationes dierum. Geneses enim hominum per xii celi signa describunt, siderumque cursu nascentium mores et euentus actus predicere conantur, id est quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat uite qui nascitur interpretantur. Hii sunt qui uulgo mathematici uocantur. Cuius superstitionis genus constellationes latini uocant, id est notationem siderum, quomodo se habeant cum quisque nascitur. Primum autem idem stellarum interpretes magi nuncupabantur, sicut de his legitur qui in euangelio natum christum annuntiauerunt. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia usque ad christum fuit concessa, ut christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo interpretetur. Horoscopi dicti sunt, quod horas natiuitatis hominum speculentur dissimili et diuerso fato. Sortilegi sunt qui sub nomine et cetera ut supra. Saluatores uocati sunt qui dum eis membrorum

C. xxvi. Q. iii. Non est aliud, et Q. viii. preterea.
D. lxxxiii. Error.
C. i. Q. i. Nonne sedo.
D. l. presbiteros.
C. ii. Q. iiii. C. ii.
C. xxxii. Q. iiii. Sic.
D. xxx. Si quis carnem.

Questio iiii

Secundum uarietatem generum secundum marcianum unde diuinatio sit exorta.

Quid diuini.

D. xxxvii. Omo.

Quid secundum formam.

Quid incantatores.

Quid arioli.

Quid aruspices.

Quid augures.

Quid phitonisse.

Quid astrologi.

Quid genethliaci.

Sed ergo inducitur ut quilibet teneatur prohibere si soluit ... ut c. xxiii. Q. iii. non inferendi. obstenderet. c. viii. precia.

C. ii. ipsum ydolatriam. non potest comedi. xxx. di. si quis carnem.

Quid oroscopi.

Quid sortilegi.

Quid salisatores.

quecumque partes salierint aliquid sibi ex inde prosperum seu triste significari predicant. Queritur autem de natura demonum, cuius nature sint, an futura presciri valeant, vel quot modis futura prenoscant. De his ita scribit Aug. in eod. l.

Quot modis demones futura prenoscant.

Sciendum est hanc esse naturam demonum, ut aerii corporis sensu terrenorum corporum sensum facile precedant, celeritate etiam propter aerii corporis superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet hominum vel ferarum, verum etiam volatus avium incorporaliter vincant. Quibus duabus rebus, quantum ad aerium corpus attinet, prediti, hoc est acumine sensus et celeritate motus, multo ante cognita prenuntiant vel nuntiant, que homines pro terreni sensus tarditate mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quam potest hominibus propter brevitatem vite provenire. Per has efficacias, quas aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura predicunt demones, verum etiam multa mira faciunt. Que quoniam homines dicere non possunt aut facere, eos dignos quibus serviant et quibus honores divinos deferant arbitrantur, instigante maxime vitio curiositatis propter amorem felicitatis false atque terrene et excellentie temporalis. Sunt ergo quoniam de divinatione demonum questio est, primum sciendum est illos ea plerumque prenuntiare que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatem et morbos immittere, et ipsum aerem vitiando morbidum reddere, et perversis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt quod sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent autem miris et invisibilibus modis per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando, et se cogitationibus eorum per quedam imaginaria visa admiscendo, sive vigilantium sive dormientium. Aliquando autem non que ipsi faciunt, sed que naturalibus signis futura prenoscunt, que signa in hominum sensus venire non possunt, ante predicunt. Neque enim quia previdet medicus quod previdere nescit huius artis ignarus, iam tamen divinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie seu bonas seu malas futuras previdet valitudines, sic demones in aeris affectione sibi notas, nobis ignotas futuras previdentes tempestates? Aliquando et hominum dispensationes non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. Atque hinc etiam multa futura prenuntiant, aliis videlicet mira, qui ista disposita non noverunt. Fallunt et studio mentiendi fallendi et invida hominum voluntate, quia hominum errore letantur. Sed ne apud cultores suos ponderis auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando ipsi fuerint decepti vel mentiti. Non numquam autem ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque invisores salutis eorum solent predicere defectum culture sue et idolorum ruinam, quam etiam presciti videant, quid in singulis regnis aut locis eventurum, et quid adversi sue factioni contingere possit. Quod etiam illi qui gentilium historias legunt non ignorant. Quid ergo mirum, si etiam imminentem templorum et simulacrorum eversionem, quam prophete dei summi tanto ante predixerunt, Serapis demon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, ut suam quasi divinationem recedens vel fugiens commendaret? Quod autem hominum dispositiones et cogitatione conceptas cogitationes per exteriora signa diabolus deprehendat, non firmissima ratione videtur approbatum. Unde idem Aug. ait in libro retractationum.

Quod ex corporeis motibus internas anime cogitationes diabolus deprehendat, res occultissima est.

Quodam loco dixi demones aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere: rem dixi occultissimam assertione audaciori quam debui. Nam pervenire ista ad notitiam demonum per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed utrum signa quedam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi et ea spirituali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus aut omnino non potest inveniri. Quod autem sortilegi et divini, si cessare noluerint, excommunicandi sint, ratione et auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culture idolorum demonum consultationibus futura perdiscere. Sicut enim avarus, quia cultum deo debitum nummo impendit, idolorum cultor ab apostolo nominatur, sic illi futura, que ex dei oraculo nonnumquam revelata inveniunt, vel demonum consultatione vel quibuslibet prestigiis invenire laborant, divinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim prescire solius dei est, qui in sui contemplatione etiam angelos illa prescire facit. Unde Isaias ait: Priora et novissima annuntiate mihi, et dicam quod dii estis. Cultores vero idolorum a fidelium communione separandi sunt. Unde in epistola apostolus ait ad Corinthios: Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idolis serviens, cum huiusmodi nec cibum sumere. Hinc etiam in decreto Gregorii iunioris dicitur:

Anathema sit qui ariolos vel incantatores observat.

Si quis ariolos, aruspices vel incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit. Item ex Ancirano concilio cap. xxiiii.

Quinquennio peniteant qui divinationes expetunt.

Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant, secundum gradus penitentie diffinitos. Item ex

Demonem non esse habendum divinum quomodo nec medicum.

concilio martini pape. *Elementa colere. lune et stellarum cursus et inaniam signorum fallaciam pro domo facienda et propter segetes ob seruare non licet.*

Non liceat christianis tenere christianis non licet. traditiones gentilium obseruare. uel colere elementa. aut lune. aut stellarum cursus. aut inanem signorum fallaciam. pro domo facienda. uel propter segetes. uel arbores plantandas. uel coniugia sotianda. Scriptum est enim. omnia que facitis. aut in uerbo. aut in opere. omnia in nomine ihesu facite. gratias agentes deo. Nec in collectionibus herbarum. que medicinales sunt. aliquas obseruationes aut incantationes liceat attendere. nisi tantum cum simbolo diuino. aut oratione dominica. ut tantum deus creator omnium et dominus honoretur. Siquis autem paganorum consuetudinem sequens. diuinos. et sortilegos in domum suam introduxerit. quasi ut malum foras mittant. aut maleficia inueniant. uel lustrationes paganorum faciant. v. annis penitentiam agat. Mulieribus quoque christianis non liceat suis in lanificiis uanitates obseruare. sed deum inuocent adiutorem qui eis sapientiam texendi donauerit. Item ex concilio laudicensi. *Sacris officiis deditii magi uel incantatores non fiant.*

Non oportet sacris officiis deditos. uel clericos. magos. aut incantatores existere. aut facere filacteria. que animarum suarum uincula comprobantur. hos autem qui talibus rebus utuntur. proici ab ecclesia iussimus. Item ex concilio toletano iiii. cap. xxxiii. *Honore priuetur episcopus uel presbiter qui magos uel aruspices consulit.*

Siquis episcopus aut presbiter. diaconus. uel quilibet de ordinibus clericorum aruspices. aut incantatores. aut ariolos. aut certe augures. uel sortilegos. uel qui profitentur artem magicam. aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse. fuerit deprehensus ab honore dignitatis sue. suspensus monasterii curam excipiet. ibique perpetue penitentie deditus scelus admissum sacrilegii soluat. Item ex concilio agathensi. cap. xxxviii. *De clericis aliquanti qui auguriis et diuinationibus student.*

Ab ecclesia separantur auguriis et incantationibus seruientes.

Aliquanti clerici. siue laici student auguriis. et sub nomine ficte religionis per eas. quas sanctorum patrum sortes uocant. diuinationis scientiam profitentur. aut quarumcumque scripturarum inspectione. futura promittunt. hoc quicumque clericus. aut laicus detectus fuerit. uel consulere. uel docere. ab ecclesia habeatur extraneus. Item leo iiii. episcopis britannie. *Sortes nichil aliud quam diuinationem et maleficium esse.*

Sortes quibus cuncta uos in uestris discernitis diffinitionibus quas patres dampnauerunt. nichil aliud quam diuinationes. et maleficia esse decernimus. Quamobrem uolumus illas omnino dampnari. et ultra inter christianos nolumus nominari. et ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus. Item gregorius adriano notario. *Incantatores sortilegos. uelut christi inimicos insequi oportet.*

Peruenit ad nos. quod quosdam incantatores. atque sortilegos fueris insecutus. et ideo nostram sollicitudinem. zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. Studii enim tui sit sollicite querere. et quoscumque huiusmodi christi inimicos. inueneris sub districta ultione corrigere. Item ex concilio aurelianensi. *Excommunicetur clericus. monachus. laicus. diuinationes. uel auguria. uel sortes secutus.*

Siquis clericus. monachus. uel secularis diuinationem. uel auguria crediderit obseruanda. uel sortes quas mentiuntur esse sanctorum. quibuscumque putauerint intimandas. cum his. qui eis crediderint. ab ecclesia communione pellantur. Item gregorius. *Contra idolorum cultores et sortilegos. custodia pastoralis inuigilet.*

Contra idolorum cultores. uel aruspices. atque sortilegos. fraternitatem tuam uehementius hortamur pastorali inuigilare custodia. Quod si emendare se a talibus nolle reppereris. si serui sunt. uerberibus uolumus castigari. Si uero liberi. inclusione digni. districta quoque sunt in penitentiam dirigendi. Item ex concilio cartaginensi. cap. xxxviiii. *Ab ecclesia separantur auguriis et incantationibus deseruientes.*

Auguriis. uel incantationibus seruientem. a conuentu ecclesie separandum. precipimus similiter et iudaicis superstitionibus. uel feriis inherentem. Item ex concilio ancirensi. *Sortilegam et magicam artem episcopi omnibus modis eliminare studeant.*

Episcopi. eorumque ministri. omnibus uiribus elaborare studeant. ut perniciosam. et a zabulo inuentam. sortilegam et magicam artem. ex parrochiis penitus eradicent. et si aliquem uirum. aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint. turpiter dehonestatum de parrochiis suis eiciant. Ait enim apostolus. Hereticum hominem deuita. post primam et secundam correctionem. sciens quia subuersus est. qui eiusmodi est. Subuersi sunt. et a diabolo tenentur captiui. qui relicto creatore suo diaboli suffragia querunt. et ideo a tali peste debet mundari sancta ecclesia. Illud etiam non est obmittendum. quod quedam scelerate mulieres. retro post sathanam conuerse. demonum illusionibus et fantasmatibus seducte. credunt se. et profitentur. cum diana nocturnis horis dea paganorum. uel cum herodiade et innumera multitudine mulierum. equitare super quasdam bestias. et multarum terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire. eiusque iussionibus obedire. uelut domine. et certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed utinam hee sole in perfidia sua perissent. et non multos secum. in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam et innumera multitudo hac falsa opinione decepta. hec uera esse credunt. et credendo. a recta fide deuiant. et errore paganorum inuoluuntur. cum aliquid diuinitatis. aut numinis. extra unum deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo dei omni instantia predicare debent. ut nouerint hec omnino falsa esse. et non a diuino. sed a maligno spiritu talia fantasmata. mentibus fidelium irrogari arbitrarentur. Siquidem ipse sathanas. qui transfigurat se in angelum lucis. cum mentem cuiusque mulierculi ceperit. et hanc per infidelitatem sibi subiugauerit. illico transformat se in diuersarum personarum species. atque similitudines. et mentem quam captiuam

tenet, in somnis deludens, modo leta, modo tristia, modo incognitas, modo cognitas personas ostendens, per devia queque deducit; et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim in somnis et nocturnis visionibus non extra se ipsum educitur, et multa videt dormiendo, que numquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus et hebes sit, qui hec omnia que in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit, et audivit, sicut ipse dicit: Statim, inquid, fui in spiritu. Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui talia credit et his similia, fidem perdit; et qui rectam fidem non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, et per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, et pagano deterior.

Nonnulli inveniuntur, qui interno livore permoti, in pernitiem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut lugubri veste accingunt, ut consueta luminariorum ecclesie Dei obsequia de ecclesiis subtrahunt, ut missam pro requie defunctorum promulgatam pro vivis celebrant; quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium condempnat dicens: **Abiciatur sacerdos, qui huiusmodi maleficiis operam dedit.**

Quicumque sacerdotum, ut ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris permotus aut altare sacris vestibus exuerit, vel suspenderit, aut quelibet alia lugubri veste accinxerit, seu etiam consueta luminariorum obsequia de templo dei subtraxerit, aut quelibet alia lugubri veste accinxerit, seu etiam consueta luminariorum obsequia de templo subtraxerit, ut extingui preceperit, nisi antea vere per emendationis coram metropolitano satisfactione purgaverit, loco sue dignitatis se noverit et honore privari. Illis procul dubio personis ab hac ultionum sententia separatis, que aut contaminationem sacrorum ordinum, ut subversionem sancte fidei metuentes, aut hostilitatem, ut obsidionem perferentes, seu etiam divinorum iudiciorum sententiam metuentes fecisse contigerit. In quorum facto plus humilitas, qua deus placatur, quam intemerationis dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitie dolore missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, ut is pro quo ipsum offertur sacrificium mortis incurrat periculum. Unde merito elegit unanimitatis conventus, ut si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur ordinis gradu, et tam ipse sacerdos, quam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo religetur.

Ex premissis auctoritatibus colligitur, quod arioli, aruspices, incantatores, et sortilegi, atque ceteri huiusmodi sectatores, ab ecclesia sunt eliminandi, et nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quod in antegressu ultimo capitulo ea que per incantatores fiunt, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de civitate dei idem videtur asserere, ita dicens: **Que magorum prestigiis fiunt, non vera, sed fantastica esse probantur.**

Nec mirum de magorum prestigiis, quorum intantum processere maleficiorum artes, ut etiam Moysi in illis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquam in sanguinem converterunt, et ingentia lumina ubris (?). Etiam quod maga Circe socios Ulixis mutavit in bestias. Legitur etiam de sacrificio, quod Archades deo suo Liceo immolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas converterentur. Sed hec omnia magicis prestigiis potius fingebant, quam rerum veritate complebant. Ut ergo ipsi errores ignorantibus manifestentur, de eorum perietate atque inventoribus, vel etiam traditionibus malorum, primum dicere cognitum arbitramur. Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hii sunt qui permissu dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in deo, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Unde Lucanus: Mens hausti nulla sanie polluta veneni Incantata perit. Demonibus autem accitis audent ventilare, ut quosque suos perimant malis artibus inimicos. Hii etiam sanguine utuntur et victimis, et sepe contingunt mortuorum corpora. Nigromantici sunt, quorum precantationibus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Nigro enim grece latine mortuus, mantia divinatio nuncupatur. Ad quos suscitandos cadaveri sanguis adicitur; nam amare sanguinem demones dicuntur. Ideo quotienscumque nigromantia fit, cruor aque miscetur, et colore sanguinis facilius provocantur. Idromantia ab aqua dicta. Est enim idromantia in aque inspectione umbras demonum evocare, et imagines eorum ludificantium videre, ibique ab eis aliqua audire, ut adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare. Et infra. Ad hec omnia supradicta pertinent ligature execrabilium remediorum, que ars non commendat medicorum, seu in precantationibus seu in caracteribus, vel in quibuscumque rebus suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt christiano, et omnino penitus execratione repudianda. Augurii autem auspicium hec autem Frigies primum invenerunt. Prestigium vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum est autem prestigium, quod prestringat aciem oculorum. Aruspicine artem primus Etruscis et Tuscis tradidisse dicitur. Quidam Tages hic exanimis aruspicinam dictavit, et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodam rustico subito ex glebis exiluisse, et aruspicinam dic

tasse. qua die mortuus est. Quos libros romani
excetus sua lingua in prosam mutauerunt. his que por-
tentis per demonum fallacias illuditur curiositas hu-
mana. que id appetit scire quod nulla
est ratione compertum inuestigare. Hec potestas omni-
mundis spiritibus datur. ut peruersos sibi aptent. hoc
est prauos homines seducant. illos uidelicet. qui spernunt
ueritatem. et credunt mendacio. et iuxta Pauli sententi-
am sanam doctrinam non ferent. sed ad sua desi-
deria coaceruabunt sibi magistros prurientes et
numquam ad scientiam ueritatem non ferent. et ad sua desi-
deria coaceruabunt sibi magistros prurientibus au-
ribus. et a ueritate quidem auditum auertent. ad fabu-
las autem conuertentur. homines errantes peccatis. ducentes
uariis desideriis. semper discentes. et numquam ad scientiam
ueritatis peruenientes. Quemadmodum Iannes et
Mambres restiterunt Moysi. ita et isti resistunt ueri-
tati. homines corrupti mente. reprobati circa fidem. sed ultra
non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omni-
bus hominibus. sicut et illorum fuit. Nec ideo quisquam credere
debet quosdam magicis artibus aliquid facere posse
sine permissu dei. quoniam que fiunt aut iusto
iudicio fiunt aut suo permissu ita fieri sinit. quod prodi-
ti magi leguntur similia fecisse Moysi. qui uirga sua pro-
iecta conuersa est in draconem. Preterea singule uirge sue que
conuerse sunt in dracones. sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum. Non ergo
fuerunt creatores draconum. nec magi. nec an-
geli mali. quibus ministris illa operabantur. Insunt
enim rebus corporeis per omnia elementa quedam occulte semi-
narie rationes. quibus cum data fuerit oportunita-
s temporalis atque causalis. prorumpunt in species debitas
suis modis et finibus. et sic non dicuntur angeli qui ista fa-
ciunt. animalium creatores. sicut nec agricole segetum
uel quorumlibet in terra gignentium creatores di-
cendi sunt. quamuis nouerint prebere quasdam uisi-
biles oportunitates et causas. ut illa nascantur. Quod autem
isti faciunt uisibiliter. hoc angeli inuisibiliter. Deus uero solus
unus est creator. qui causas ipsas et seminarias ratio-
nes rebus inseruit. Preterea quidam querendum pu-
tant. quomodo scriptura narret phitonissam Samuelem
prophetam suscitasse ad colloquium impiissimi regis
Saulis. si phitonica diuinatio erroris magice artis
deputanda sit. Quibus ita responderi potest. non in-
dignum non fuisse. si secundum uerba historie commo-
detur assensus. Quomodo enim poterat fieri. ut arte
magica attraheretur uir. et a natiuitate sanctus et uite
operibus iustus. At si non attractus est consensit. Quod u-
trumque de iusto credere. aduersum est. Nullum enim suf-
fragium habet iusticia. si (s. Samuel) adtractus. aut uoluntarius
amisit meritum spiritale. quod posuit in carne que siue-
rat. Quod ualde absurdum est. quia qui hinc iustus
recedit permanet iustus. Non hoc est prestigium sa-
thane. quo ut plurimos fallat. et bonos homines in po-
testate se confingit. Quod apostolus uerba certa ostendit
dicens. Ipse Sathanas transfigurat se in angelum lu-
cis. Ut enim meliorem faceret. in quo glorificaretur. in ha-
bitu uiri iusti et nomine se subornauit. ut hinc perficeret
specie quam predicabat de cultoribus mentiretur. qui
hinc exeuntes iustos fingit esse in sua potestate. Sed
hoc quosdam fallit. quod de morte Saulis et filii eius
non sit mentitus. quasi magnum sit diabolo. ante occa-
sum mortem corporis preuidere. cum signa quedam so-
leant apparere morituris. Quippe a quibus de p-
tectio a morte uidetur. quanto magis diabolus (al' diabolo) quem
angelica potestate sublimem prophetica oracula
fuisse testantur. De cuius magnitudine apostolus Satan
dignoratis altitudinem sathane. Quid autem mirum
si hunc mentiretur propter potuit mortem preuidere. cum hoc
sit unum fallit. et se iudei potestate uult adorari.
Nam tantam hebitudine demens effectus est Saul
ut ad phitonissam confugeret. deprauatus enim
causa peccati. ad hec se contulit que dampnaue-
rat. Sed si quis propter historiam ea que uerbis expressa
sunt. patet non pretermittenda. ne ratio histo-
rie maniscit. recte facit quidem. sed tamen minime istud
ad ueritationem spectet. ut uideat. sed ad uisum et ad
intellectum Saulis. Nec enim temporibus factus bonum
intellectum poterat habere. Historicus enim mentem
Saulis et habitum Samuelis describit. ea que dicta
et uisa sunt exprimens. pretermittens si uera an fal-
sa sint. Qui audiens in quo habitu esset excitatus. in-
tellexit inquit hunc Samuelem esse. quod intelligere terre-
tulit. et quia bene non intellexit scriptura alium pro
alio adorauit. quam deum et putans Samuelem
adorauit diabolum. ut fructum fallacie sue ha-
beret sathanas. Ad hoc enim nititur. ut adoretur quasi
deus. Si enim Samuel uiuere apparuisset. nonnu-
lliquam uir iustus permisisset se adorari. qui predicaue-
rat solum deum esse adorandum. Et quomodo homo dei qui
cum Habraam in refrigerio erat diceret. ad uirum
pestilentie et dignum ardore gehenne. cras mecum
eris. His duobus titulis subtilitatem fallacie sue prodit
impudens sathanas. qui et adorari permisit se sub
habitu et nomine Samuelis. contra legem. et ui-
rum peccatis pressum. cum magis (al' magna) distantia
peccatorum et iustorum sit. cum Samuele iustissimo
futurum se mentitus est. Uerum potest dici ue-
rum potest uideri. si de Samuelis nomine taceatur.
quia Saul cum diabolo futurus erat. ad eum enim
transmigrauit quem adorauit. Semper ergo diabo-
lus sub uelamine latens. prodit se dum ea fingit
que herebant personis. per quas fallere nititur. Sed autem .iii.
quibus opponit ac dicit. quomodo eueniunt illa que
illi diuini predicunt futura. aut quomodo possunt
egris prebere medelam. aut sanis inmittere egritu-
dinem. si aliquid ipse uirtutis ac potestatis non habent. hoc
a nobis accipiant responsum. quod ideo quisque non de-
bet eis credere. quia aliquando eueniunt que predicunt.

· que pendent medici

c. Supple possunt huiusmodi et alia signa apparere de futuris uel est i diabolus et te sic supple per cognoscere futura per signa aliqua et eo leget motionis

· d. si argumentis

c. Si qua scripturi est d. d. tu. a. d.

C. e. Q. i. intelligi ... D. di. xxxvi. Si quid dico. Nota responsum quod non debemus credere que predicunt demones licet quandoque eueniant.

aut sanare uidentian gudos. uel ledere sanos. quia hoc pmissu fit dei ut ipi qui hoc audiunt. ut uident pbent. 7 appareant quali fide sint. ut deuotione erga deum. Vn in deuteronomio legit. Moises ex uerbo dni pcepisse pplo dei ita dicens. Si surrexerit in medio tui ppha. aut qui sop nium dicat se uidisse. 7 pdixerit signu. atq; portentum. 7 uenerit q locutus est. 7 dixerit tibi. Eam 7 sequamur deos alienos. quos ignoras. 7 seruiamus eis. Non audies uerba pphe. aut sopniatoris. quia temptat uos dns ds ur. ut palam fiat. utrum diligatis an non. In toto corde uro. 7 in tota anima ura. dnm deum urm sequimini. 7 ipm timete. mandata eius custodite. 7 audite uocem illius. ipi seruietis. 7 ipi adherebitis. 7c. Vbi sane intelligi uoluit. 7 illa que diuinantib; non sed in deum dnr. sic accidere. nunc que dnr. non sic accipienda fiant. que papi uiuit ab eis. aut colant que colunt ab eis. Nec pter suam potestatem ds ostendit ee q contingunt ista. Et quasi quereret. cur ea pmittat. causam temptationis exposuit ad cognoscendum utrum eorum dilectionem. utrum eam habeant erga deum suum. Cognoscendum uero potius ab ipsis. quam ab illo. qui scit omnia antequam fiant.

Q. VI.

Quod aut ab epo excommunicatus. eo inconsulto. ab alio reconciliari non possit. eo inconsulto. ab aliis reconciliari non possit. nisi forte p el metropolitanum. ut p romanum pontificem. ratione. 7 auctoritate pbat. Pbri namq; potestatem excoicandi. ut reconciliandi ab epis accipiunt. non epi a pbris. atq; ideo excommunicatos a sacerdotib; epi reconciliare possunt. Excommunicatos u ab epis sacerdotes reconciliare non ualent. reconciliatio namq; penitentium epale officium est. non sacerdotale. Vnde in cart. co. ii. Fortunatus eps dixit. Penitentium reconciliatio. crismatis 7 puellarum consecratio.

Si iubet scitas ura. Flammenim (suggero) preterito co a pbris n fiat. alio statutum. ut crisma. ut reconciliatio penitentium. necnon 7 puellarum consecratio. a pbris non fiat. Siquis aut emerserit hoc faciens. quid de eo statuendum sit. Aurelius eps dixit. Audiuit dignatio ura suggestionem fris 7 coepi nri Fortunati. Quid ad hec dicitis. Ab uniuersis epis dictum e. Crismatis confectio. 7 puellarum consecratio a pbris non fiat. reconciliare quemquam in publica missa pbro non liceat. hoc omnib; placet. Puellarum tamen consecratio epo consulto p pbrm fieri ualet. Vnde in car. co. ii. Permissione epi. uirgines consecrare pbr n ualet.

Pbr inconsulto epo. uirgines non consecret. Crisma u numquam conficiat. Item ex co. agathensi. Nec diacon ministrare. nec penitentem in eccla benedicere licet.

Ministrare diaconus. aut consecrare altare. pbr non psumat. Benedictionem q; sup plebem in eccla fundere. aut penitentem in eccla benedicere. pbro penitus non licebit.

Et q ab epo excoicatus p sacerdotem reconciliari non potest. Sz notandum est. q reconciliatio alia est publica. alia est priuata. Publica reconciliatio est. qn penitentes ante eccle ingressum. publice repsentantur. 7 p impositionem manus epalis eccle publice reconciliantur. hec sacerdotib; uidetur ee pbibita. Vnde carthaginensis capitulum non simpliciter pbibentur reconciliare penitentes. s in publica missa. Priuata u reconciliatio est. qn de occultis peccatis penitentes. ut in extremis agentes. ad gram reconciliationis accedunt. hec reconciliatio pot fieri p sacerdotem. Vnde ex cartagin. ppatur. Iussione epi pbr de occultis peccantes penitentes.

Pbr de occultis peccatis. iussione epi. penitentes reconciliet. 7 sicut supra pmisimus. infirmantes absoluant. 7 coicent. Item ex co. car. ii. Si epc ab

Aurelius sensit. p pbrm reconciliet in periculo constitutus.

Eps dixit. Siquis quam fuerit in periculo constitutus. 7 se reconciliari diuinis altarib; pecierit. si eps absens fuerit. deb; utiq; pbr consulere epm. 7 sic periclitantem eius pcepto reconciliare. Quam rem debemus salubriori consilio roborare. Ab uniuersis epis dictum est. placet q scitas ura necessaria nos instruere dignata est. Item ex co. martini pp. Qui in mortis metu reconciliat. conualescens sine coione penitentie inpleat tpis.

Siquis de corpore exiens. nouissime ac necessarium coionis uiaticum expetit. non ei denegetur. Quod si in desperatione positus. post acceptam coionem. iterum sanus fuerit factus. 7 in oratione particeps sit. sacramentum u non accipiat. donec institutum penitentie impleat tempus. Qui u in extremis morti sunt. 7 desiderant accipe sacramentum. cum consideratione 7 pbatione epi debent accipe. Item ex co. auraisaco. Sine manus inpositione recedentes

Qui recedunt de corpore reconcilientur.

corpe. penitentia accepta. placuit sine reconciliatoria manus inpositione. eis communicare. Quod morienti sufficiat reconciliatione. scdm diffinitiones patrum. qui huiusmodi coionem uiaticum congrue nominauerunt. Quod si supuixerint. stent in ordine penitentium. ut ostensis necessariis penitentie fructib;. legitimam communionem cum reconciliatoria manus inpositione recipiant. Clericis q; desiderantib; penitentia non est neganda. Simul q; subito obmutescens. put statutum est baptizari. aut penitentiam (fructuose) accipe pot. si uoluntatis pterite testimonium. aliorum uerbis habet. aut psentis in suo nutu. Amentib; q; quecumq; pietatis sunt. reconciliandis conferenda sunt. Item ex co. car. iiii. Alio

rum testimonio. moriturus reconcilietur si obmutuit. uel

Is qui in infirmitate penitentiam petit. in frenesim uersus

si casu. dum ad eum inuitatus sacerdos uenit oppressus infirmitate obmutuerit. ut in frenesim conuersus fuerit. dent testimonium. qui eum audierunt. 7 accipiat penitentiam. 7 si continuo creditur moriturus. reconcilietur p manus inpositionem. 7 infundatur ori eius

charistia. Si super uixerit, admoneatur a supradictis testibus petitioni sue satisfactum, et subdatur statutis penitentie legibus, quamdiu sacerdos qui penitentiam dedit probauerit. Item penitentes qui in infirmitate eucharistie uiaticum acceperint, non se credant absolutos sine manus inpositione, si superuixerint. Item ex concilio eodem. Circa probatione episcopi morientes

De his uero qui recedunt ex corpore reconcilientur.

Antique legis regula obseruabitur et nunc, ita ut si forte quis recedit ex corpore, necessario uite sue non defraudetur uiatico. Quod si desperatus aliquis recepta communione supervixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui a corpore recedunt, in dando eis communionem circa probatio sit episcopi. Item Leo episcopus.

Non est deneganda reconciliatio his qui tempore necessitatis *et periculi urgentis eam suppliciter implorant.*

His qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia presidium penitentie et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordie Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur uenie conuersio moras, dicente Spiritu Dei per prophetam: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Quod si ita aliqua egritudine adgrauati fuerint, ut quod paulo ante poscebant, sub presentia significare non ualeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt. Simul tamen et penitentie et reconciliationis beneficium consequantur, seruata tamen regula statutorum patrum ecclesie nostre circa eorum personas, qui in Deum fide discedendo peccauerunt. Item ex concilio Cartaginensi.

Non reseruatur ei oblatio qui festinans ad penitentiam, sacerdote inuento, non potuit.

Si aliquis fuerit mortuus, qui iam fit confessus, et testimonium habet bonum, et non poterat uenire ad sacerdotem, sed preoccupauerit eum mors in domo, aut in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captiuis. Ecce quia episcopo precipiente penitentes de occultis peccatis, siue in periculo constituti, per presbiterum possunt reconciliari. Sed et si necessitate mortis peccator urgeatur, et episcopus ita remotus est, quod presbiter eum consulere non possit, negabit penitentiam morienti, et beneficium reconciliationis non prestabit penitenti? Quem conuersum Deus recipit ad ueniam, iuxta illud: In quacumque hora conuersus fuerit peccator etc., et item: Conuertimini ad me in toto corde uestro, et ego conuertar ad uos, ecclesia sibi reconciliare negliget? Quem ipse suscitauit Deus, ecclesia fons absoluere contempnet, dampnabit absentia episcopi, quem gratia diuine presentie illustrat, per lauacrum regenerationis mortuum si succurrit, et alia, si presbiteri defuerint. Cur ergo beneficio reconciliationis per presbiterum ei subuenire non poterit, si contigerit episcopum deesse? Si secundum Augustinum quia gens in extremis confitetur solo turpitudine criminis, sit dignus uenia ex desidiosa sacerdotis. Cur non similiter sit dignus reconciliatione ex desidio episcopi, quia sacerdoti non negat uiaticum

iam sumere(?) (?) Item morientibus penitentiam presbiteri negare non debent. Unde Celestinus papa. Reus erit animarum presbiter qui penitentiam morientibus abnegat.

Si presbiter penitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum, quia Dominus dicit: Quacumque die peccator fuerit conuersus, fuerit ad penitentiam, uita uiuet, et non morietur. Vera enim confessio in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis, sed et cordis inspector est, sicut latro unius momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora ultime confessionis. Item Celestinus papa. Penitentia morientibus non est deneganda.

Agnouimus morientibus penitentiam denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc anime sue cupiunt remedio subueniri. Horremus, fateor, tante impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub honere peccatorum hominem redimere, quo se uelle expediri desiderat et liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta possit esse, occidere? Cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitat ad penitentiam, sic promittit peccatori: In quacumque hora etc., et item: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore penitentiam sibi denegauerit, et desperauit de misericordia Domini, quem ad subueniendum morienti sufficere, uel in momento posse non credidit. Perdidisset latro in cruce premium, ad Christi dexteram pendens, si illum hore unius penitentia non iuuisset. Cum esset in pena, penituit, et per unius professionem sermonis habitaculum paradisi, Christo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in ultimis positorum mente potius est extimanda quam tempore, propheta hoc taliter asserente: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda penitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui omnia occulta nouerit reuelari. Cum autem penitentia non denegatur, nec reconciliatio deneganda est. In consulto ergo episcopo presbiter penitentem reconciliare non debet, nisi ultima necessitas cogat. Unde in Cartaginensi concilio III. legitur: In consulto episcopo penitentem presbiter non reconciliet, nisi ultima cogat necessitas.

Presbiter inconsulto episcopo non reconciliet penitentem, nisi absente episcopo ultima necessitas cogat. Cuiuscumque penitentis publicum et uulgatissimum crimen est, quod uniuersam commouerit urbem, ante absidam manus ei inponatur. De tempore uero satisfactionis Theodosius Capuanensis episcopus in penitentiali suo ita diffinit.

In periculo constitutis penitentie quantitas non est inponenda, sed innotescenda.

Ab infirmis in periculo mortis positis pura est inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis est inponenda quantitas penitentie, sed innotescenda, et cum amicorum orationibus et elemosinarum studiis pondus penitentie subleuandum, si forte migrauerint, ne obligati a communione reconciliationis fiant

Q. VII

aliem. a quo periculo si divinitus ereptus convaluerit penitentie modum a sacerdote impositum sibi diligenter observet. et ideo secundum auctoritatem ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus et consolationibus ecclesiasticis sacra unctione olei inuncti secundum statuta sanctorum canonum patrum communione viatici reficiantur. Unde Leo papa. Presidentium arbitrio prefigantur tempora penitudinis.

Tempora penitudinis habita penitudinis moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos. pariter etiam habentes etatis senilis intuitum, et periculorum quorumque aut egritudinum respicientes necessitates. in quibus siquis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc penitet de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri. Item Nicholaus papa. Et qualitas criminum et contritio penitentium in satisfactione ponenda a sacerdote considerentur.

De his vero qui pro criminibus penitentiam egerunt, et ad cingulum militie revertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non equalia sunt, et habes quosdam hominum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos confugisse, tibi hec committimus. decernendum nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpe. nec non et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem venientium presens positus inspicere valeas. Item ex concilio Laudicensi. De eodem.

His qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt et oratione et confessione ac penitentia malorum suorum perfectam conversionem ut confessionem demonstrant, pro qualitate peccati penitentie tempus attribuendum est, propter misericordiam et bonitatem dei. qui huiusmodi sunt revocandi et ad communionem applicandi sunt. Item ex concilio Cart. iii. Episcopi arbitrio pro qualitate peccati penitentie tempora distribuantur.

Penitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio penitentie tempora decernantur. Item ex concilio Laudicensi iiii. Sine personarum acceptione sacerdos penitentiam imploranti penitentia datur.

Sacerdos penitentiam imploranti absque personarum acceptione penitentiam sub leges iniungat. negligentiores vero penitentes tardius recipiantur. Omni autem tempore ieiunii manus penitentibus a sacerdotibus imponantur. Diebus remissionis penitentes genua flectant. mortuos in ecclesia afferant et sepeliant. Die autem dominico non ieiunent. Nam qui dominico die studiose ieiunat, non creditur esse catholicus. Penitentes vero qui leges penitentie attente exequuntur, si casu intervenerit ut in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum et orationibus et oblationibus commendetur. Unde in viii. sinodo legitur. Tempus penitentie qualitatem sequatur delicti.

Pro qualitate delicti penitentie tempus impendatur. Item. Tempus et modus penitendi delinquenti presidentis imponatur iudicio.

Hoc sit positum in iudicio eorum qui presunt, ut quanto tempore vel qualimodo penitere debeant qui delinquunt. quia etas et eruditionem multam haberi facit differentiam pene. Quo affectu penitentem suscipere, et inpenitentem abicere debeamus, Gregorius ex Cadensi sinodo evidenter ostendit dum dicit. In intimo caritatis affectu penitentem debemus suscipere.

Penitentem ita ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit cum dicit. quia convocavi amicos meos et vicinos dicens. Congratulamini mihi quia inveni ovem meam quam perdideram. Item. Penitentes legem dei diligant, et iniquitatem odio habeant.

Affectum nullum in se recipiant. beatus Augustinus. Penitens quem gerebat ille qui dicebat. Iniquitatem odio habui et abhominatus sum. Sic secundum ea que scripta sunt in septem psalmis atque in aliis quam plurimis. ut ea que apostolus dicit ad eos qui secundum deum tristati sunt. Quantam tamen operatum est inquit in vobis sollicitudinem. sed excusationem. sed indignationem. sed emulationem. sed vindictam in omnibus exhibuistis vos castos esse negotio. sed et ipsis in quibus deliquit agens multa contraria sicut et Zacheus fecit. Item. Erga inpenitentes tamquam ethnici habeantur ubique.

Eum qui peccata sua non punit, talem esse debemus. sicut dominus precepit dicens. Sit tibi sicut gentilis et publicanus. et sicut apostolus docuit dicens. Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inordinate. et non secundum traditionem quam tradidimus vobis. Item Iohannes Crisostomus. Melius est errare in nimia remittendi, quam in severitate ulciscendi.

Alligant autem onera gravia et inportabilia. et cetera. Tales sunt sacerdotes et nunc, qui omnem iustitiam mandant populo, et ipsi nec modicam servant. videlicet ut non faciendo sint, sed ut dicendo appareant iusti. Tales sunt qui grave pondus venientibus ad penitentiam imponunt. quia dicunt, et non faciunt. et sic dum pena penitentie fugitur, contempnitur peccati futura pena. Sic enim si fascem super humero adolescentis quem non potest baiulare posueris, necesse habet ut aut fascem reiciat, aut sub pondere confringatur. sic et homo pontus cui grave penitentie imponis, aut penitentiam reiciet, aut suscipiens dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccat. Deinde et si erramus modicam penam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem. Ubi enim pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus, ut quid sacerdos eius austerus vult apparere. Item Martinus papa. Kalendarum observationes non licet, iniquas cogitationes agere non licet.

Non licet iniquas observationes agere kalendarum. et otiis vacare. neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. omnis enim hec observatio paganorum est. Item Zacharias papa. Anathematizatur ritu paganorum kalendas observans.

Siquis kalendas ianuarii ritu paganorum colere, ut aliquid plus novi facere propter annum novum

aut mensas cum lampadibus ut epulis in domibus preparare. et per uicos ac plateas cantare. aut cantores ducere presumpserit. anathema sit. Item aug. In firmitatibus hominum incantationes nichil remedii prestant.

Admoneant fideles sacerdotes populos. ut nouerint magicas artes. incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nichil posse remedii conferre. non animalibus languentibus. claudicantibus uel etiam moribundis quicquam mederi. sed hec esse laqueos et insidias antiqui hostis quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hoc exercuerit. clericus degradetur. laicus anathematizetur. Item aug. Dies egiptiaci. et ianuarii calende non sunt obseruande.

Non obseruetis dies. qui dicuntur egiptiaci. aut calendas ianuarii in quibus cantilene quedam. et commessationes. et ad inuicem dona donantur. quasi in principio anni. boni fati augurio. aut aliquos menses. aut tempora et dies et annos. aut lune solisque cursum. Quia qui has et quascumque diuinationes. aut fata. aut auguria obseruat. aut attendit. aut consentit obseruantibus inutiliter et sine causa et magis ad sui dampnationem. quam ad salutem tendit. Siue per quosdam nodos litterarum. et lune per pitagoricam nigromantiam. egrotantium uitam uel mortem. uel prospera. uel aduersa futura inquirunt. siue qui attendunt sompnialia scripta. et falso in nomine danielis intitulata. et sortes. que dicuntur sanctorum apostolorum. et auguria auium. aut aliquam pro domo facienda. aut coniugia copulanda. aut in collectionibus herbarum carmina dicunt. aut pictaciola per quamuis infirmitate scripta super homines. aut animalia ponunt. preter orationem dominicam. et simbolum. aut magicis falsitatibus in grandinatis et tempestatibus credunt. qui aut talibus credunt aut ad eorum domum euntes. aut suis domibus introducunt. et interrogant. sciant se fidem xpianam. et baptismum preuaricasse. et paganum apostatam. id est retro abeuntem. et dei inimicum. iram dei in eternum grauiter incurrisse. nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo reconcilietur. Dicit enim apostolus. Siue manducatis. siue bibitis. siue aliquid aliud facietis. in nomine domini nostri ihesu xpi facite. in quo uiuimus. mouemur. et sumus. De temporum quoque obseruationibus. scribit aug. in enchiridion. Graue peccatum est. dies obseruare. et menses et annos.

Quis existimaret quam magnum peccatum sit. dies obseruare. et menses. et annos. et tempora. sicut obseruant. qui certis diebus. siue mensibus. siue annis. uolunt uel nolunt edificare aliquid. eo quod secundum uanas doctrinas hominum. fausta uel infausta existimat tempora. nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensaremus. qui talibus ait. Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. Intelligat lector ad tantum periculum anime pertinere superstitiosas temporum obseruationes. ut dicat apostolus. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Quod tamen cum tanta celebritate. atque auctoritate. per orbem terrarum. in ecclesiis legatur. plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus. qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt. Iam uero ne aliquid inchoetur. aut edificiorum. aut huiusmodi. quorumlibet operum diebus. quos egiptiacos uocant. sepe etiam nos monere non dubitant. Item ieronimus. Sine incantatione.

Demonium sustinenti. licet petras. uel herbas licet habere.

Demonium sustinenti licet petras. uel herbas habere sine incantatione.

Quidam uotum castitatis habens desponsauit sibi uxorem. Illa priori conditioni renuntians. transtulit se ad alium. et nupsit illi. Ille cui prius desponsata fuerat. repetit eam. Hic primo queritur. an coniugium possit esse inter uouentes. Secundo. an liceat sponse a sponso recedere. et alii nubere. Quod uouentes contrahere matrimonium non possint. multorum auctoritatibus probatur. In concilio namque cartaginensi. capitulo IIII. statutum inuenitur. de uiduis. que professam continentiam. preuaricate sunt. Item excommunicentur uidue. que religioso habitu abiecto. nuptias elegerint.

Sicut bonum est castitatis premium. ita et maiori obseruantia et preceptione. custodiendum est. ut si que uidue. quamlibet adhuc in minoribus annis posite. et in matura etate uiro relicto. se deuouerint deo. et ueste laicali abiecta sub testimonio episcopi et ecclesie. in religioso habitu apparuerint. postea uero ad seculares transierint nuptias. secundum apostolum dampnationem habebunt. quia fidem castitatis quam deo uouerunt irritam fecerunt. Tales ergo persone. a xpianorum conuinctione separentur. neque in conuiuio cum xpianis communicent. Nam si adulterii coniuges reae sunt si suis obnoxie uiris non fuerint. quanto magis uidue que dei religiositate mutauerunt crimine adulterii notabuntur. si deuotionem quam sponte non coacte deo obtulerunt. libidinosa uoluptate corrupunt. et ad seculares nuptias transitum fecerint. Que etsi ui uiolentia interueniente. ab aliquo oppresse fuerint. ac postea delectatione libidinis permanere in coniugio raptori. uel uiolento uiro consenserint. dampnatione sunt

peruis dicta teneant obnoxii. De talibus autem apostolus: Cum enim luxuriate fuerint, nubere in Christo volunt, habentes dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Item ex epistola Gregorii missa ad Bonifatium.

De viduis et virginibus que a religionis proposito discedunt.

Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus discedentibus nos consulere voluit dilectio tua, frater karissime, credo te nosse a sancto Paulo et a multis sanctis patribus, nisi convertantur, olim esse dampnatas. Quas nos apostolica auctoritate dampnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesie arcendas fore censemus, usque quo obediant episcopis suis, et ad bonum quod ceperunt invite aut voluntarie revertantur. De virginibus vero non velatis, si deviaverint, a sancte memorie predecessore nostro papa Innocentio taliter decretum habemus: Hee vero que necdum sacro velamine tecte, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velate non fuerint, si nupserint, aliquo tempore his agenda est penitentia, quia sponsio earum a Domino Deo tenebatur. Si enim inter homines solet bone fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? etc. Si virgines nondum velate talem penitentiam publicam puniuntur, et a cetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto magis vidue, que perfectioris etatis et maioris sapientie atque consilii existunt, virorum quorum consortio multotiens use sunt, et habitum religionis assumpserunt, et deinde apostotaverunt, atque ad priorem vomitum sunt reverse, a nobis et ab omnibus fidelibus, a liminibus ecclesie et a cetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminande et carceribus tradende. Qualiter iuxta apostolum Paulum tradentes huiusmodi homines in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim Dominus per Moysen loquitur dicens: Auferte malum de medio vestri. De quibus et propheta ait: Letabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris. De talibus namque et consimilibus atque eisdem consentientibus dicitur, quia non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus, rei sunt. Item ex decretis Gelasii pape ad Sicilienses episcopos, misso capitulo viiii.

Transire non possunt vidue et virgines post religionis propositum ad nuptias.

Neque viduas ad nuptias transferre patimur, que in religioso habitu in proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere prohibemus quas annis multis in monasteriis etatem peregisse contigerit. Item Ciprianus ad Pomponium de virginitate.

Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest.

Nec aliqua putet se posse excusatione hac defendi, quod inspici et probari possit an virgo sit, cum et manus obstetricum et oculus sepe fallatur. Et si incorrupta inventa fuerit virgo, ea parte qua mulier esse potest, potuit tamen ex alia parte corporis peccasse, que corrumpi potest et tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio et osculatio, et concumbentium duorum turpis et feda dormitio quantum dedecoris et criminis confitetur! Si superveniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat, nonne indignatur et fremit et per zelum doloris portat gladium in manu sua? Et quia Christus iudex et dominus noster virginem suam sibi dicatam et sanctitati sue destinatam cum altero iacere cernit, quam indignatur et irascitur, et quas penas in scelestis huiusmodi coniunctionibus comminatur! Cuius ut spiritalem gladium et venturum iudicii diem unusquisque possit evadere, omni consilio providere et laborare debemus. Idem. De eodem. Idem.

Quod si penitentiam huiusmodi illiciti concubitus fecerint, et a se invicem recesserint, inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter, et si virgines invente fuerint, accepta communione ad ecclesiam admittantur, hac tamen interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodum reverse fuerint, aut si cum eisdem in una domo et sub eodem tecto simul habitaverint, graviori censura eiciantur, nec in ecclesiam postmodum facile recipiantur. Si autem de eis aliqua corrupta fuerit, et deprehensa, agat penitentiam plenam, que hoc crimen admisit, que iam non mariti, sed Christi adultera est. Et ideo estimato iusto tempore, postea exhomologesi facta ad ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseverant nec ad invicem se separant, sciant se cum hac sua inpudica obstinatione numquam admitti in ecclesiam posse, ne exemplum ceteris ad ruinas delictis suis facere incipiant. Nec putent sibi vite aut salutis constare rationem, si episcopis et sacerdotibus obtemperare noluerint. Item ex vi. sinodo.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum sanctimoniali mechatus fuerit.

Siquis episcopus aut presbiter aut diaconus aut subdiaconus aut lector aut psalmista aut hostiarius cum muliere sanctificata Deo mechatus fuerit, deponatur, quia sponsam Christi corrupit. Si vero laicus, excommunicetur. Item ex concilio Toletano iiii. cap. viiii.

Vidue et puelle que post religionis habitum nubunt, a communione suspendantur.

Devotis viduis et puellis que habitum religionis in domibus propriis tam a parentibus quam per se mutaverint, si postea contra instituta patrum vel precepta canonum coniugia crediderint copulanda, tamdiu utrique a communione habeantur suspensi, quousque quod illicite perpetraverint emendent; quod si emendare neglexerint, a communione omnium christianorum et a convivio perpetuo sint sequestrati. Item ex decretis Innocentii pape cap. xx.

De his que votum virginitatis habentes nubunt necdum sacro velamine tecte.

Hee vero que necdum sacro velamine sunt tecte, tamen in proposito virginali semper se permanere promiserunt, licet velate non sint, si forte nupserint, his agendam aliquanto tempore penitentia sit libera, quia sponsio earum a Deo tenebatur. Nam si inter homines solent bone fidei contractus nulla ratione dissolvi,

Sexto loco exhomologesi. i. confessione facta sui. i. satisfactione. s. penitentia. pars enim hic ponitur pro toto secundum sinodochen. confessio enim pars est penitentie et maxima de pe. di. i. quem penitet. Jo.

quanto magis ista pollicitatio, quam cum de corde pergit, solui sine uindicta non debet. Nam si apostolus eas que a proposito uiduitatis discesserunt, dicit habere dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis que fidem frangere conate sunt. Item ex decreto eiusdem capitulo .xx.iiii. **Non sunt admittende ad penitentiam uirgines sacre si publice nupserint.**

Que Christo spiritualiter nubunt, et si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad penitentiam, nisi hii quibus se iunxerant de mundo recesserint. Si enim de hominibus hec ratio custoditur, ut quecumque uiuente uiro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agende penitentie licentia concedatur, nisi unus de his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, que ante immortali sponso se coniunxerat, et postea ad humanas nuptias transmigrauit. Item ex concilio Triburiensi capitulo .vi. **Ab ecclesia eliminande et ergastulis retrudende sunt monachorum ut monacharum impudice persone.**

In pudicas detestabiles que personas monachorum scilicet atque monacharum, que abiecto proposito sanctitatis inlicita ac sacrilega contagione se miscuerunt, et in arbitrium consecratione de spatio ueniendi fecerunt, de illicitis complexibus liberos filios procreauerunt, a monasteriorum cetu ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus, quatinus in suis ergastulis recluse tantum facinus continua lamentatione deflentes purgatorie possint penitudinis igne decoqui, ut eos uelut ad mortem solius misericordie intuitu per communionis gratiam possit subuenire. Item ex eodem. **Monachus et uirgo Domino consecrata si nupserit excommunicentur.**

Uirginem que se Deo consecrauerit, similiter et monachum decernimus non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus, ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri. Item ex eodem. **Dum uiuunt lamentis penitentie se affliciant qui sanctimonialibus scienter copulantur.**

Hii qui sanctimonialibus scienter in matrimonio Christi ad iniuriam se copulauerint, iuxta censuram Christianam celeriter separentur, et numquam eis concedatur coniugali uinculo religari. Sed in penitentie se lamentis dum uiuunt uehementer affliciant. Item ex eodem. **A sacra communione pellantur qui sacris uirginibus se sociant.**

Uirginibus sacris se quosdam temere sociare cognouimus, et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscere. Quos protinus equum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatamque penitentiam, omnino non recipi, sed tamen his uiaticum de seculo transeuntibus, si digne penituerint, non negetur. Item Gregorius. **In monasterio reuocetur ac recludatur que a fornicario recedere noluerit.**

Peruenit ad nos quod quidam uir nequissimus diaboli concitus instinctu de monasterio suaserat exire quandam Deo sacratam, atque a quodam uiro unde exierat sit re-

uocata, rursusque eam mulierem ille uir nequissimus iniqua suasione de monasterio eiciens apud se retinebat inpudice. Volumus autem, ut episcopa tua auctoritate in monasterio reuocetur atque recludatur. Item ex concilio Aurelianensi capitulo .iii. **Non est fas uiduis post susceptum uelamen a sancto proposito discedere.**

Uiduas que spontanea uoluntate ab altario conuersationis sacre uelamen susceperunt, decreuit sancta sinodus in eodem proposito permanere. Non enim fas esse decreuimus, postquam se Domino semel consecrauerint, sub uelo iterum uiris concedi spiritu sancto mentiri. Item ex eodem. **Qui sacro uelamine tectam in coniugium ducit anathema sit.**

Si quis sacro uelamine consecratam in coniugium duxerit, et post dicatum Deo propositum incesta fedaque sacrilega que miscuerint, ut in constitutis pape Gelasii capitulo .xx. legitur, protinus equum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatamque penitentiam non recipi omnino. Si penituerint, transeuntibus de seculo uiaticum non negetur. In Calcedonensi concilio capitulo .xvii. hoc perpetrantes excommunicentur. Confitentibus autem auctoritate episcopi misericordia indulgeatur. Item in epistola Siricii pape capitulo .vii. Uelate et Deo consecrate, si abiecto proposito sanctitatis clanculo sacrilega contagione se miscuerint, et illicitis complexibus publice, et de filio procreauerint, has nuptias detestabilesque personas a monasteriorum cetu et ecclesiarum conuentibus eliminandas esse iudicatum est, quatenus detruse ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant. Unde et nos uobis, et canonica auctoritate in hac sacra sinodo precipimus, ut omnino separentur, et in tantum colligentur, ut non ulterius sub uno cohabitent tecto. Item Gregorius Uitaliano episcopo Sipontino. **Ad habitum redire cogatur, recludaturque in monasterium que religiosam uestem abiecit.**

Si custos religiosi habitus, aut esse nosceris, filiam gloriose memorie Tulliani magistri militie illic proposite pretextis religiosis uestibus nec ad sanctam reuerti habitum, nec ad nos uenisset peruersam et tam obstinatam. Sed quia nimia desidia atque torpore deprimeris in tuo dedecore, res ad presens illicita impune commissa est. Nam sicut prefati sumus, si sollicitus extitisses, prius ad nos ultio mulieris prauissime, quam culpa debuerit peruenire. Uerum quia tantum hebes, tamque es negligens, ut nisi canonica inde fueris cohertionem excepturus in aliis districtione, et disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus, congruo tibi si Domino placuerit tempore demonstrabimus. Presentia quidem scripta suscipiens uigila, et exercitatus saltem exequere, quod pressus usque nunc ignauia distulisti. Instanter igitur tue sit predictam mulierem una cum Sergio defensore nostro comprehendere, et statim non solum et ad male contemptum habitum sine excusatione aliqua reuocare, sed et in monasterio ubi omnino districte ualeat custodiri detrudere, et ita omnem circa eam

sollicitudinem exhibere. ut quam sit nefarium quod commisit. ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re siquis quod non credimus clericorum uel laicorum. aliquo tibi ingenio temptauerit obsistendum. acerrime eum participatione communionis excommunicatione suspendere. nobisque eum nuntiare festina. ut quantum sit execrabile quod presumpserit. postquam consideratione districta non auerit. emendatione qualitate cognoscat. Nobis autem omnibus ita cautum studere uigilanterque ostendere. ut culpam tuam non geminare neglectu. sed aliquatenus possis ualeas sollicitudine minuere. Idem Sergio defensori. **Districte custodie tradatur que a religionis proposito ad secularem habitum rediit.**

Si homo esses. aut aliquam discretionem habuisses. ita regularis debuisti discipline custos existere. ut ea que illicite committuntur. ante uindicta corrigerentur. quam ad nos eorum nuntius peruenire. sed dum te facit nimia stultitia negligentem. non solum de illis offendimur. sed ad ulciscendam desidiam tuam. uehementer prouocamur. Omni ergo dilatione. omnique excusatione postposita. filiam gloriose memorie. Iuliani magistri militie. que pretextis quas sponte assumpsit religiosis uestibus. indumentis se laicis deturpauit. una cum fratre et coepiscopo nostro. Uitaliano. festina comprehendere. atque ad religiosum rursus habitum reuocare. ac in monasterio mittere. ubi districte omnino custodiri ualeat. nec eius custodiam aliquatenus releuari permittas. quousque denuo nostra scripta susceperis. Nam si quolibet modo tu in hac re negligens. ut lentus extiteris. ita te districtissime noueris uindicandum. ut quod existe nefas possis pena resecante cognoscere. Quasi certe dixerim. si intellectum hominis habuisses quod facere in personis huius debueras. sine cum ultione. ante facta cognoscere. Item Aug. de conflictu uitiorum. atque uirtutum. **Non tribuit licentiam nubendi illis qui continentiam fuare**

Nubendi licentiam quibusdam tribuit. **Decreuerit** illis uidelicet. qui uirginitatem. uel castitatem uidualem nequaquam professi sunt. quibusdam autem non tribuit. illis. uidelicet qui uirgines. uel continentes esse decreuerunt. Fornicatio autem nulli inpune conceditur. Idem in libro de bono coniugii. **Peiores sunt adulteris que continentie proposito**

Proposito a meliori lapsas. si nupserint feminas. a castitate sanctiori. que uouerunt deo. adulteris esse peiores manifestum est. Item ex concilio Calcedonensi. **Monachus et uirgo que se deo dedica uerit. nuptiis iungi non possunt.**

Si qua uirgo se dedicauerit deo. similiter monachus. non licet eis nuptiis iungi. Si uero inuenti fuerint hoc facientes. maneant excommunicati. statuimus uero posse eis fieri humanitatem. si ita probauerit episcopus loci. Item ex eodem. **Diaconissa que post ordinationem nubit. anathema sit.**

Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari. statuimus. et hoc cum diligenti probatione. Si uero ordinationem susceperit. et quanto cumque tempore obseruauerit ministerium. et postea se nuptiis tradiderit iniuriam faciens gratie dei. hec anathema sit cum eo. qui nuptiis illius conuenerit. Item ex sinodo Anciritana. **Inter bigamos reputantur. qui uirginitatem pollicitam preuaricantur.**

Quot quot uirginitatem pollicitam preuaricati sunt. professione contempta. inter bigamos. id est qui ad secundas nuptias transierunt. haberi debebunt. Item ex concilio Elibritano. **Uirginibus deo dicatis. nec in fine est danda communio. si libidini inseruiunt.**

Uirgines que se deo dedicauerunt. si pactum perdiderint uirginitatis atque eidem libidini seruierint. non intelligentes quid admiserint. placuit nec in fine esse eis dandam communionem. Quod si semel persuaserint. qui infirmitate lapse fuerint. et toto tempore uite sue penitentiam egerint. et a coitu se abstinuerint. placuit eas in fine communionem accipere debere. Item ex concilio Tolletano .ii. **Deuotam non peccare desierit. non est in ecclesia recipienda.**

Deuotam peccantem non recipiendam esse in ecclesia censemus. nisi peccare desierit. et si desinens penitentiam egerit. aptam annis decem recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur. ad orationem. ad nullius conuiuium christiane mulieris accedat. quod si admissa fuerit. et hec que eam acceperit. habeat in absentia corruptore. et par pena constringat. Que autem maritum acceperit. non admittatur ad penitentiam. nisi autem uiuente marito. caste uiuere ceperit. aut postquam ipse decesserit. Item ex concilio Martini pape. **Cogatur ad penitentiam redire filia episcopi. si deuota maritum duxerit.**

De filia episcopi uel diaconi. uel presbiteri. si deuota fuerit. et maritum duxerit. si eam pater uel mater in affectum acceperit. a communione habeantur alieni. Pater uero in concilio causas se nouerit prestaturum. mulier uero non admittatur ad communionem. nisi marito defuncto egerit penitentiam. Si autem uiuente eo secesserit. et penitentiam et communionem peterit in ultimo fine uite sue. deficiens eam accipiat. Item Gregorius Iohanni episcopo Caroliano. **De monacha que ad lapsum adulterii deducitur.**

Si qua monacharum ad lapsum adulterii deducitur. ut per antiquiorem licentiam. ut per inpunitatis prauam consuetudinem. ad lapsum adulterii deducta fuerit. aut in futuram fuerit preuicta in uirginem hanc. post competentis seueritatem uindicte. in aliud districtius monasterium in penitentiam uolumus redigi. ut illic orationibus. atque ieiuniis uacet. et sic penitendo proficiat. et metuendum ceteris districtionis discipline prestet exemplum. Is autem qui cum huiusmodi feminis. in aliqua fuerit iniquitate repertus. communione priuetur. si laicus est. si uero clericus est. a suo remotus officio. pro suis continuo lugendis. in monasterium detrudatur. Item Ianuario episcopo **post**

...quos legitimos hūs adeo clam existet ut testamentum non fecit. immo te sibi ... hereditatis. cum quolibet filiorum. Si aut ab intestato ... et parte hereditatis sibi uindicabunt ... aliud uo erit ecclesie ...

XXVII ... si aliquid ... ipso quod hunc ... intelligunt ... ad certum regularem ... intelligitur ... non intelligunt uouisse ... reuisa ... de me ... hunc ecclesie ... dico quod ... postea natus ...

Condignam penitentiam a communione recipiat, qui religiosa muliere excessit.

Eos autem qui cum mulieres que egresse sunt de monasteriis excesserint, uniuersos communione suspensos, si fraternitas tua de tali facinore digne penituisse peruiderit, ad sacram communionem uolumus reuocare. Item ex nouellis Iustiniani imperatoris de legibus imperatorum.

Si quis rapuerit, uel sollicitauerit, uel corruperit assisteriam, uel diaconissam, uel monacham, uel aliam mulierem religiosam uitam, uel habitum habentem, bona ipsius et eorum qui huiusmodi sceleri communione contaminantur, religioso loco conueniri dicentur, in quo talis mulier habitabat, per religiosos et episcopos et iconomos et presides prouinciarum et officiales eorum; ipsi autem capitali iudicio, ut periculosi, subiciantur. Mulier autem ubique inuestigetur, et cum suis rebus monasterio cautiori contradatur. Sin autem diaconissa fuerit legitimos habens filios, pars legitima sibi eius prestetur. Item ex decreto Eugenii pape. Caste obseruet religiosum habitum que religionis obtentu uelatur.

Mulieres obtentu religionis uelate aut in monasterio regulariter uiuant, aut in domibus suis et susceptum habitum caste obseruent. Item ex concilio Arelatensi. Monachus uxorem ducens numquam sacrum gradum ... dum mereatur consortium.

Monacho orarium in monasterio uel coniugali uti non licet, et si postea uxori fuerit sociatus, tante preuaricationis reus, numquam ecclesiastici ordinis sortiatur officium. Item Aug. de bono uiduitatis. Ante professam continentiam nubant.

Vidue que non se continent nubant. Vidue quibus uolunt, antequam se professe continentiam deo uouerint, quod nisi reddant, iure damnantur. Item Nicholaus Carolo archiepiscopo et eius suffraganeis. Non priuatur ui-

Vidua quidem ... per professionem continentie uotum desere-re. Que capiti sacrum uelamen imposuit, si inter ceteras uelatas feminas in ecclesia orauerit, et oblationes cum illis obtulerit, si professa est in eodem habitu se permanere, spondens numquam religionis uelamen deponere, a religionis obseruantia discedere non presumat. Item ex concilio Aurasico.

Professio uiduitatis coram episcopo facta per habitum susceptum ... olatep mittit.

Viduitatis seruandam professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita coram episcopo ueste uiduali ... talis professionis desertionem merito esse damnandam decernimus. Item ex concilio Toletano. Ordo et solemnitas faciende professionis et ordines per uet.

Omnes femine uenientes ad sacram religionem pallio capita contegant, et conscriptam roboratamque professionem faciant. Postquam scripturam non sinantur relabi ad preuaricationis audaciam. Que uero ex his omnibus fuerint reperte animum aut uestem in transgressione dedisse, excommunicationis sententiam feriat, et rursus mutato habitu in monasteriis donec diem ultimum claudat sub erumnis ardue peniten-

tie permaneant religate. Item ex concilio Aurelianensi. Filii perditionis sunt qui uiolant corpus feminarum deo sacratarum.

Sciendum est omnibus, quod deo consecratarum feminarum corpora per uotum proprie sponsionis et uerba sacerdotis deo consecrata templa esse scripturarum testimoniis comprobatur, et ideo uiolatores earum sacrilegi et iuxta apostolum filii perditionis esse noscuntur. Item de eodem.

Vidue si postquam continentiam professe fuerint nubere elegerint, ut nubant quos propria uoluntate uolunt habere maritos. Similis hec conditio et de uirginibus habeatur, ne extra uoluntatem parentum, ut filiam cogant accipere maritum. Item Gregorius Anthemio subdiacono in epistola xlii. In monasterio detrudantur monachi qui uxoribus sociantur.

Et quia aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosiluisse cognouimus, ut uxores publice sortiantur, precipimus, ut sub omni uigilantia requiras, et inuentos habita cohercitione in monasteriis quibus monachi fuerant remitti facias. Item Innocentius papa. Post professam continentiam quicumque uxorem duxerit ab ea separetur.

Ut lex continentie, et ideo placuit ... et munditia in ecclesiasticis personis et sacris ordinibus dilatetur, precipimus quatinus episcopi, presbiteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, monachi, atque conuersi professi, qui sanctum transgredientes propositum uxores sibi copulare presumpserint, separentur. Huiusmodi namque copulationem quam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam penitentiam agant. Id ipsum quoque de sanctimonialibus feminis, si, quod absit, nubere attemptauerint, obseruari decernimus. His omnibus auctoritatibus uouentes prohibentur contrahere matrimonia, et quod si contraxerint separari iubentur. Aug. contra talium separationes peccatum esse asserit dicens. Coniugii uinculum non esse dissoluendum.

Nuptiarum bonum semper quidem bonum, quod bonum semper in populo dei fuit. Sed aliquando fuit legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam uero humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare non canino more per usum promiscuum feminarum, sed honesto ordine coniugali, nunc est in homine probandus affectus; etiam ipsum tamen bonum laudabiliter animus christianus transcendit, et mauult celestia cogitationes capiunt. Verbum hoc qui potest capere capiat. Que uero se non potest continere, nubat. Que uero non cepit, deliberet. Que aggressa est, perseueret. Nulla aduersario detur occasio. Nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe uinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed uirginali et uiduali continentia excellentia muneris amplioris expetitur. Que expetita et electa et uoti debito oblata, iam non so-

lunt capescere nuptias. sed et si non nubant. nubere uelle damnabile est. ... Sed ideo damnantur. non quia nubunt in proposito. sed nubere uolunt. et ideo habentes inquit damnationem. quoniam primam fidem irritam fecerunt. et si non nubendo. tamen uolendo. non quia ipse nuptie. uel talium dampnande iudicent. sed dampnatur propositi fraus. damnatur fracta uoti fides. damnatur non susceptio a bono inferiore. sed ruina ex bono superiore. postremo dampnantur tales. non quia coniugalem fidem postea inierunt. sed quia continentie primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breuiter insinuaret apostolus. noluit eas dicere habere damnationem. que post amplioris sanctitatis propositum nubunt. non quia non damnabile est. sed ne in eis ipse nuptie damnari putarentur. Sed cum dixisset. nubere uolunt. continuo addit. damnationem habentes. et dixit quare. quia priorem fidem irritam fecerunt. Vt uoluntas que a proposito cecidit. appareat esse damnata. siue subsequantur nuptie. siue desint. Proinde qui dicunt talium nuptias. non esse nuptias. sed potius adulteria. non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant. Fallit eos similitudo ueritatis. Quia enim Christi coniugium dicuntur eligere. que Christiana sanctitate non nubunt. hinc argumentantur quidam dicentes. si uiuo suo uiro. que alteri nubit adultera est. sicut dominus in euangelio diffiniuit. Viuit autem Christus cui mors ultra non dominabitur. que eius coniugium elegerat. si homini nubat adultera est. Qui hoc dicunt. quidem acute mouentur. sed parum attendunt hanc argumentationem. quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam uiuente uiro. ex consensu eius continentiam femina Christo uoueat. secundum istorum rationem. nulli hoc facere debet. ne ipsum Christum quod sentire nefas est. adulterum faciat. cui uiuente marito nubit. Deinde cum prime nuptie melioris sint meriti. quam secunde. absit ut sanctarum uiduarum iste sit sensus. ut Christus eis dicatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant et antea quando uiris suis fideliter subdite. seruiebant non carnaliter sed spiritualiter uirum. cui ecclesia ipsa. cuius membra sunt coniunx est. que fidei. spei. et caritatis integritate. non solum in uirginibus sacris. sed etiam in coniugatis fidelibus tota uirgo est. Vniuerse quippe ecclesie. cuius omnia membra illa sunt. apostolus dicit. Aptaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille uirginem coniugem sine corruptione fetare. que et in ipsa potuit et carne. potuit matrem sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem. qua putant lapsarum a sancto proposito feminarum. si nupserint non esse coniugia. non paruum malum. ut a maritis separentur uxores. quasi adultere sint. non uxores.

Gl. cetera quidem aliquid ... exponi ... dic. beda.

res. et cum uolunt eas separatas reddere continentes. faciunt maritos earum adulteros ueros. cum suis uxoribus uiuentes adulteras dicunt. Quapropter non possum dicere. a proposito meliore lapsas si nupserint feminas adulteria esse non coniugia. Sed plane non dubitauerim dicere. lapsus et ruinas a castitate sanctiori. que uouetur deo adulteriis esse peiores. Si enim quod nullo modo dubium est. ad offensionem Christi pertinet. cum membrum fidem non seruat marito. quanto grauius offenditur. cum illi ipsi non seruatur fides. in eo quod exigit oblatum. qui non exegerat offerendum. Cum enim quisque non reddat quod non imperio compulsus. sed consilio commonitus uouit. tanto magis fraudati uoti auget iniquitatem. quanto minus habuit uouendi necessitatem.

Item Pelagius de uiduis que primam fidem irritam fecerunt.

De uiduis nulla benedictione uelandis. superius late sufficienterque prediximus. que si propria uoluntate professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcauerint. periculum earum interest. quali deum satisfactione debeant placare. quia iuxta apostolum primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim si se forsitan continere non poterunt secundum apostolum nubere. nullatenus uetabuntur. Sic habita secum deliberatione promissam deo pudicitie fidem debeant custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inicere. sed solum adhortationes premii sempiterni penasque proponere. diuini iudicii. ut nostra sit absoluta conscientia. et illarum pro se rationem reddat intentio. Cauendum quippe est. quod de earum moribus actibusque beatus Paulus testatur dicens. Quod plenius exponere preterimus. ne sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri uideatur. Item Theodorus. Si quis uotum uirginitatis habens. et cetera.

Qui autem uouentes premissis auctoritatibus iubentur ab inuicem discedere. quorum tamen coniugia auctoritatibus Augustini et Theodori soluenda non sint. in capitulo de ordinatione clericorum euidenter ostenditur. Illud autem Innocentii quo uirgines que publice nubentes illo uiuente cui se iunxerant. prohibentur admitti ad penitentiam. non ita intelligendum est. ut aliquo tempore excludantur a penitentia. que digne penitentiam agere uoluerint. sed prohibentur admitti ad penitentiam quamdiu ab incesti copula discedere nolunt. Post propositum namque sacre religionis. non poterant deo per penitentiam reconciliari. que ad habitum sue professionis redire neglexerint. Vnde illo cui se iunxerant eis defunctus erit. cum ab eius illicitis complexibus he penitus recesserint. ut iste sit sensus capituli. que Christo spiritualiter nubunt. si postea publice nupserint. non eas admittendas esse ad penitentiam censemus. nisi hi quibus se iunxerant. de mundo recesserint. eis subaudiendum est. Iubentibus enim uincuntur de mundo recedunt et defunguntur. cum ab eorum consciencia ipse se penitus alienauerint. Sic enim mundus est mortuus. quem suis illecebris non adstringit.

et ille prohibetur mortuus esse mundo, qui nichil mundi concupiscit. Hoc autem sic intelligendum esse ex subsequenti exemplo. Item Innocentius ostenditur dicens: Quecumque uiro uiuente alteri nupserit, adultera habetur, nec ei locus agende penitentie conceditur, nisi unus ex his fuerit defunctus. Hec de derelicta intelligendum est, que si uiuente uiro suo alteri nubit, adultera est, nec ad penitentiam admittitur, nisi prius reuertatur in pristinum, de quo supra dictum est, uel si eius copula cessatio ei moratur, ut supra dictum est. Qui uero Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi non dominabitur. Restat ut ille cuius sacro nubunt, eis moriatur, ut (sic) nullo quaratur: nisi sic intelligeretur, esset contrarium ei quod dicitur per prophetam: In quacumque hora peccator fuerit conuersus etc., et cunctis interpretibus diuine legis inueniretur esse aduersus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli: Que deuota que maritum accepit prohibetur ad penitentiam admitti, nisi uterque continentiam professus fuerit, uel ille cui se iunxerat de hoc mundo decesserit.

C. Sequitur secunda questio, qua queritur, an puelle alteri desponsate possint renuntiare priori conditioni et transferre sua uota ad alium. Sed hic primo uidendum est, an sit coniugium inter eos. Secundo an possint ab inuicem discedere. Hos autem coniuges esse et ex diffinitione coniugii et auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptie siue matrimonium uiri mulierisque coniunctio, indiuiduam uite consuetudinem retinens. Inter hos autem fuit coniunctio que indiuiduam consuetudinem uite exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens causa matrimonii, iuxta illud Isidori: Consensus facit matrimonium. Item Iohannes Crisostomus super Matheum: Matrimonium quidem non facit coitus, sed uoluntas, et ideo non soluit illud separatio corporis, sed uoluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam et aliam non accepit, adhuc est maritus. Nam et si adhuc corpore separatus est, tamen adhuc uoluntate coniunctus est. Cum ergo aliam accepit, tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mechatur, sed qui ducit adulteram. Item Nicholaus papa: Sufficiat solus secundum leges consensus eorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur. Qui solus si defuerit, cetera etiam ipso coitu celebrata frustrantur.

C. Cum ergo consensus intercessit inter istos, qui solus matrimonium facit, patet hos coniuges fuisse. Sed queritur, qui consensus facit matrimonium, an consensus cohabitationis, an carnalis copule, an uterque? Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore potest contrahere matrimonium. Si carnalis copule, inter Mariam et Ioseph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria se uirginem perseueraturam. Unde ait Maria ad angelum: Quomodo fiet, angele Dei, quia uirum non cognosco, id est me cognituram non proposui, neque

Matrimonium aliud initiatum tantum, aliud initiatum et consummatum. Initiatum tantum ut inter sponsum et sponsam; initiatum et consummatum ... fideles ... Item matrimonium ... aliud putatiuum ... [illegible]

etiam qui uirum non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset filium habere. Sed quia uirum quam se cogituram proposuit, Sed ergo contra suum propositum postea consensit in carnalem copulam, rea facta est uoti, uirginalis mentis, si sine corpore uiolati. Quod uero de ea sentire nefas est. Sed sicut Augustinus ait: Beata Maria proposuit conseruaturam se uotum uirginitatis in corde, sed ipsum uotum uirginitatis non expressit ore. Subiecit se diuine dispositioni, dum proposuerit se perseueraturam uirginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo uirginitatem suam diuine dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuine dispositioni in utroque obediendo. Postea uero filium genuit, quem corde conceperat, simul cum uiro labiis expressit, et uterque in uirginitate permansit. Consensus ergo cohabitandi et indiuiduam uite consuetudinem retinendi interueniens eos coniuges fecit. Indiuidua uero consuetudo est talem se in omnibus exhibere uiro, qualis ipsa sibi est, et e conuerso. Ad indiuiduam consuetudinem itaque pertinet, ab utroque legitimi consensu ieiunii et orationi, et aliquando non posse uacare nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter istos, patet hos coniuges fuisse. Item auctoritate probantur coniuges. Ait enim Ambrosius in libro de uirginibus:

Coniugalis pactio, non uirginitatis defloratio coniugium facit.

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen assciscatur. Non enim defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum coniungitur uiro, coniugium est, non cum uirili admixtione cognoscitur. Item Isidorus ethimologiarum l. viii. cap. vii.

A prima fide desponsationis coniuges appellantur.

Coniuges uerius appellantur a prima desponsationis fide, quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. Item Augustinus de bono coniugali. **De eodem.**

Coniux uocatur a prima desponsationis fide, quam concubitu non agnouerat, nec cognitura fuerat, nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat ulla carnalis commixtio. Propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi uocari meruerunt, non solum illa mater, uerum etiam ille pater, sicut et coniux matris eius, utrumque mente, non carne. Item in eodem.

Triplex bonum coniugii fuit in parentibus Christi.

Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi: proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine concupiscentia carnis, que accidit ex peccato, sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato. Item

Quantum ad sacramentum xpi et ecclesie in carnationis ipsum enim coniugium aliud sacramentum scilicet quod sunt est aliud scilicet finem. secundum initium. quod est in consensu animorum. in desponsatione est sacramentum illius. sacramentum desponsationis filii facte a patribus antiquis. et coniunctionis anime nature ad se in quod fit in prima resurrectione ecclesie carnis. quod vero desponsati una caro efficiuntur est signum illius sacri

leuitico precepit dominus moisi. Siquis sponsam alterius in agro oppresserit. morte moriatur. quia uxorem alterius uiolauerit. Item. In legibus principum. sponsa iubetur lugere mortem sponsi tamquam uiri sui. Item in canonibus inuenitur. Fratris sponsam frater post eius mortem ducere non potest.

Siquis sibi desponsauerit aliquam. et preueniente articulo mortis. eam cognoscere non potuerit. frater eius non potest eam ducere in uxorem.

Item gregorius mauritio imperatori. ob quem dampnatum comitem. qui nepotis sui mortui desponsatam duxit uxorem. Quod desponsatam duxit uxorem.

Qui desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium. anathemasit ipse et omnes consentientes sibi secundum legem dei mori decernitur. Si autem diuine legis est mos sponsas appellare coniuges. ut in euangelio. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. et illud in deuteronomio. Siquis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro. uel in quolibet loco. oppresserit. et adduxerit in domum suam moriatur. quia uxorem proximi sui uiolauit. non que iam uxor erat. sed que a parentibus uxor debebat fieri. et infra. Sicut nulli xpiano licet de sua consanguinitate. uel quam cognatus habuit in matrimonium. assumere. ita et de consanguinitate uxoris sue. Item. Uxore mortua. licet uiro aliam accipere. sed non repudiatam.

Adhibere aliud quartum coniugium. legitimum desponsatam. Cum mortua fuerit uxor cuiuslibet. licet illi accipere aliam. sed non repudiatam. nec desponsatam uiro. sed subarratam. Similiter debet mulier. Unde et paulus ait. Mulier que est sub uiro iugata. sub lege est uiri. quamdiu uiuit uir eius. Uiro igitur uiuente. uocabitur adultera. si iuncta fuerit alteri uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius. liberata est a lege uiri. ita ut non sit adultera. si iuncta fuerit alteri uiro. Item gregorius. Post mortem alicuius. nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat.

Siquis uxorem desponsauerit. uel eam subarrata uerit. quamquam postmodum preueniente die mortis eius. nequiuerit eam ducere in uxorem tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. et si inuentum fuerit factum separetur omnino. Item iulius papa. De eodem.

Siquis desponsauit uxorem. uel subarrauit. et siue preueniente die mortis. siue et ueniente quibusdam aliis causis. minime eam cognouerit. neque eius superstes frater. neque ullus de consanguinitate eius. eandem sibi tollet in uxorem ullo umquam tempore. His omnibus auctoritatibus probantur isti esse coniuges. sed augustinus econtra testatur dicens. Non est inter eos matrimonium quos non copulat commixtio sexuum.

Non est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium. cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item.

Quod minus uirginis impletum est. hoc uerbum significat propheta cum dicit. Ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. et illud corporalis ecclesie coniunctionis ecclesie ad deum. que erit in secunda resurrectione. qui corpus humilitatis nostre configurabit. et cetera. sine sacramento. hoc mulier illam non pertinet ad matrimonium pertinet et sacramentum.

leo papa. Illa mulier non pertinet ad matrimonium cum qua.

Cum societas nuptiarum quod non celebratur nuptiale misterium ita a principio sit instituta. ita ut preter commixtionem sexuum non habeant in se nuptie xpi et ecclesie sacramentum. non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium. cum qua docetur non fuisse nuptiale matrimonium. Item apostolus precepit. ut uxor redderet debitum uiro. et uir uacet orationi. Unde datur intelligi. quod sine consensu alterius alteri non licet uacare

ora [illegible] m. Item proposituma continentie. uel sumere non potest. sine consensu coniugis. Unde gregorius scribit theoctiste patricie. Causa religionis coniugia solui non debent.

Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere solui. uerum sciendum est. quia et si hec lex humana concessit. lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dicit. Quos deus coniunxit. homo non separet. que etiam ait. Non licet dimittere uxorem excepta causa fornicationis. Quis igitur huius legis latori contradicat. Scimus quia scriptum est. erunt duo in carne una. Si ergo uir et uxor una caro sunt et religionis causa. dimittit uir uxorem. uel mulier uirum. in hoc mundo remanentem. uel et forte ad illicita uota transmigrantem. que est ista conuersio. in qua una eademque caro ex parte transit ad continentiam. et ex parte manet in pollutione. Si uero utrique conueniant continentem uitam ducere. hoc quis audeat accusare. cum certum est quia omnipotens deus. qui minora concessit maiora non prohibuit. duobus et modis sanctorum autem causis abstinere solent aliquando. ut merita apud deum omnipotentem sua augeant. aliquando uero ut ante culpas detergant. pro uidere et bonis coniuges aut meritum augere desiderant. aut antiacte uite culpas delere. aut abstringant se. aut meliorem uitam appetere licet. Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus et prius continentem uitam duxisse. et postmodum ad sancte ecclesie regimina migrasse. Si uero continentiam quam uir appetit. mulier non sequitur. aut quam mulier appetit. uir recusat. diuidi coniugium non potest. Quia scriptum est. Mulier non habet potestatem sui corporis. sed uir. Similiter et uir potestatem sui corporis non habet. sed mulier. Item leoni episcopo cartaginensi. Absque mariti consensu. monasterio mulier deputata. ad eius consortium non prohibeatur redire.

Multorum relatione comperimus. hanc apud uos olim consuetudinem fuisse. ut subdiacones sui uitae miscerentur coniugibus. quod ne denuo quisquam presumeret. a seruo dei sedis nostre diacone. ex auctoritate nostri predecessoris. ita omnibus prohibitum est. ut eodem tempore hi qui iam fuerant uxoribus copulati. unum e duobus eligerent. id est. aut certe ministrare nullatione presumerent. aut a suis uxoribus abstinerent. et quamtum uero tunc speciosius claudia conuis. prohacte administrationis. se suspendit

officio, usque in obitus sui tempora. Notarii quidem gessit officium, et a ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere cessavit. Post cuius obitum, quia relicta eius marito honorata maritali est consortia, atque a fraternitate in monasterio cognovimus esse destinatam, ideoque si, ut fertur, eius maritus se ab administratione suspendit, antedicte mulieri non debuit officere, quod ad secunda coniugii vota migravit. Presertim si non tali mente subdiacono iuncta est, ut a carnalibus voluptatibus abstineret. Si igitur ita se veritatem, quemadmodum edocti sumus, habere cognosceris, predictam tenuiter de monasterio, postquam convenit, relaxare, ut ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare. Item Adriano Panormitano notario. **Ad uxorem redire cogitur, qui sine eius consensu**

Agathosa latrix presentium, que **religiosam vestem** ... sta est virum suum contra voluntatem suam **suscepit** in monasterio urbice abbatis esse conversum. Quia propter experientie tue precipimus, ut diligenti inquisitione discernat, ne forte eius voluntate sit conversus, ut ipsa se mutare promisit. Et si hoc reperit, et illum in monasterio permanere provideat, et hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nichil horum est, nec quodam fornicationis crimen, propter quod licet dimittere uxorem, predictam mulierem commisisse cognoveris, ne illius conversio relicte uxori in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut maritum suum, qui iam tonsoratus est, reddere debeas, illi omni excusatione cessante. Quia etsi mundana lex precipit conversionis gratia utroque libet invito posse solvi coniugium, divina tamen lex fieri non permisit. Nam nisi fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla ratione concessit, quia postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum corpus efficiatur, non potest ex parte converti, et ex parte remanere in seculo. Item ex octava sinodo. **Sine uxoris consensu religionis propositum suscipere non valet.**

Siquis coniugatus vult converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illa vivente illo per incontinentiam alteri nupserit, procul dubio adultera erit, nec recipietur ab omnibus eiusdem viri conversio, cuius sequitur coniugalis federis prostitutio. Talis igitur coniuges si in Christo secuntur, Christum in verticulo seculo, si hanc ex pari voluntate castitati consensum. Item ex sinodo Eugenii pape. **Sine conscientia episcopi viro et uxori causa religionis dimittere non licet.**

Si vir et uxor dimittere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re, matrimonium non solvitur. Item Aug. de adulterinis coniugiis. **Sine uxoris sue voluntate**

viro continere non licet.

Si tu abstines sine uxoris tue voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et peccatum illius tue imputabitur abstinentie. Item Gregorius Urbico abbati. **Vir non est subiciendus in monasterium, si ab uxore coniugatur.**

Quia Agatho lator presentium in monasterium tuum dilectionis tue converti desiderat, hortamur, ut eum omni cum dulcedine devotioneque suscipias. Quem tamen ita suscipiendum nequaquam cognosce, si uxor illius similiter converti voluerit. Nam divinum unum et utrumque corpus coniugii sit factum copulatione, incongruum est partem converti, et partem in seculo remanere. Item Nicholaus papa. **Continentie vota non licet uxori suscipere, nisi eandem vitam vir elegerit.**

Scripsit nobis Teberga regina, se velle dignitate regia exui, seu copula maritali, et solitaria privata esse contenta desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius eligeret. Nam licet sit scriptum: Quos Deus coniunxit, homo non separet; Deus tamen et non homo separat, quando divini amoris intuitu, ex consensu utriusque coniugis, matrimonia dissolvuntur. Aliter autem fieri mutuam separationem vitam prohibemus. Ecce quod coniugati sine consensu alterius continentiam profiteri non possunt. Sponsi vero inconsultis, quas sibi desponsaverunt, exemplis et auctoritate probantur continentiam posse servare. Ut enim refert beatus Ieronimus, Machatius papa vel, inter Christi heremitas, celebrato nuptiarum convivio cum vespere thalamum esset ingressurus, exurbe egrediens transmarina petiit, et heremi solitudinem sibi elegit. Item Bonifacius Alexius Epiphanii filius clarissimus similiter et ex nuptiis divina gratia vocatus sponsam deseruit, et in dies Christo hoberdire cepit. Horum exemplo patet, quod sponsi sponsarum non exquisito consensu suo continentiam valent profiteri. Probatur idem auctoritate Eusebii pape dicentis: **Desponsata puella non prohibetur monasterium**

Desponsatam puellam non licet parentibus alteri viro tradere, tamen **licet illi monasterium eligere.** Item Gregorius in registro. **Desponsata monasterium impune potest eligere.**

Decreta legalia desponsatam, si converti voluerit, nullo modo censuerunt dampno mulctari. Cum igitur coniugatorum continentia nisi ex amborum consensu Deo offerri non valeat, cum vir sui corporis potestatem non habeat, similiter. Sponse autem monasterium possunt eligere, sponsi non exquisito consensu sponsarum, propositum melioris vite assumere valent. Patet quod inter sponsum et sponsam coniugium non est. Item cum Aug. Illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item sed in Leone. Illa autem pertinet ad matrimonium, in qua docet non fu

esse nuptiale ministerium. apparet quod inter sponsum et sponsam coniugium non est. Item Nicholaus papa. Precepit de hiis qui ab adversariis excecantur aut membris detruncantur, ob hanc infirmitatem coniugia talium non solvantur. De hiis autem qui causa frigiditatis uxoribus debitum reddere non possunt, statuit Gregorius papa ut uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iure iurando dicant, quod numquam per carnis commixtionem coniuncti una caro effecti fuissent. Tunc mulier secundas nuptias poterit contrahere. Vir autem qui frigide nature est maneat sine spe coniugii. Unde idem Venerio scribit Carolitano episcopo ita dicens. Si mulier probaverit quod a viro

Quod autem inter se numquam cognita fuerit separentur.

rogasti me de hiis qui in matrimonio coniuncti sunt et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium possit accipere. De quibus scriptum est, vir et mulier si se coniunxerint, et postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum illa, si potest probare per verum iudicium, que verum sit accipiat alium. Ecce impossibilitas coeundi si post carnalem copulam inventa fuerit in aliquo non solvit coniugium. Si vero ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. Unde apparet illos non fuisse coniuges. Alioquin non liceret eis ab invicem discedere excepta causa fornicationis, et sic discedentes oporteret manere innuptos, aut sibi invicem reconciliari. Item si sponsa coniux esset, mortuo sponso remaneret vidua. Si autem vidua esset, vir eius ad sacros ordines conscendere non posset. Maritus enim vidue, eque sicut bigamus sacerdos fieri prohibetur. Ex huiusmodi autem copula nullus prohibetur a sacris ordinibus, ut enim Argelasius papa. Sicut est quantum ad hunc articulum attinet, quod ei obviet de canonicis institutis. Apparet ergo hos non fuisse coniuges. Item si coniuges essent, discessio ab invicem esset divortium, set horum separationem negat Ambrosius esse divortium dicens de beata Maria, quam Ioseph sibi desponsaverat, et in suam duxerat. Ioseph numquam cognovit eam. Si enim fuit iustus, eam cognovisset, numquam a se discedere passus esset. Nec Dominus qui uxorem precepit a viro non discedere nisi causa fornicationis, commendans eam discipulo, auctor divortii fuisset. Ecce commendatio Marie Iohanni, et detractio Ioseph negatur fuisse divortium, quia Ioseph non cognovit eam. Unde apparet eos non fuisse coniuges. Sicut beata Maria quam Ioseph sibi desponsaverat, et in suam duxerat, coniux negatur fuisse, multo minus ista, que simpliciter sponsa erat, coniux est appellanda. Item ex concilio Aurelianensi. Sororem uxoris polluens neutram valet

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una habere.

ex hiis ante fuerat uxor, nec ultimam ex hiis habeat, nec ipsi adulteri umquam coniugio copulentur. Set nec prime uxori sue licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris sue licet ei vel adultere alii copulari in coniugium. De sponsatis econtra legitur in concilio Triburiensi. De eo qui dormivit cum sponsa fratris

Quidam desponsavit uxorem, et dotavit, et cum sua

ea coire non potuit, quam clam alius frater eius corrupit, et gravidam eam reddidit. Decretum est, ut quamvis nupta esse non potuit legitimo viro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit, sed mechus et mecha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita vero eis coniugia non negantur. Item ex eodem.

Qui sponsam filii sui oppressit, simul cum ea sine spe

Si quis sponsam filii sui oppresserit, et coniugii maneat.

postea filius eius duxerit, pater postmodum non habeat uxorem, nec mulier virum. Filius qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat. Sed illa quam vir sororis sue cognoverit, perpetuo copulari prohibetur. Si vero quis sponsam fratris sui corrupit, peracta penitentia matrimonium contrahere permittitur. Apparet hanc non fuisse coniugem fratris eius. Item mulier causa fornicationis a viro suo dimissa, aut ei reconciliabitur, aut illo vivente innupta manebit. De sponsatis invenitur contra in in libro capitulari, in quo ita legitur. Si sponsus raptam accipere noluerit, liceat sibi nubere alii.

Raptor publica penitentia mulctetur. Raptam vero si sponsus recipere noluerit, et ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Item ex concilio Toletano. De eodem.

Statutum est a sacro concilio, ut si quis sponsam alterius rapuerit, publica penitentia mulctetur, et sine spe coniugii maneat, et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si post hec coniungere se presumpserit, utrique usque ad satisfactionem anathematizentur. Apparet ergo hanc non fuisse coniugem, cum vivente sponso alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium et reliquos patres sponsi coniuges appellantur, ex his omnibus argumentis coniuges non esse probantur? Sed sciendum est, quod coniugium desponsatione initiatur, commixtione perficitur. Unde inter sponsum et sponsam est coniugium, sed initiatum, inter copulatos est coniugium ratum. Unde Ambrosius. In desponsatione coniugium initiatur.

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen asciscitur, non cum puella viri admixtione cognoscitur. Ecce quod in desponsatione coniugium initiatur, non perficitur. Item Ambrosius in libro de patriarchis.

Coniunctorum commixtio matrimonium perficit.

In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum commixtio corporalis. Item Ieronimus super addi

... *am. matrimonium sponsali commixtione perficiatur.*

Quapropter in filiabus uestris fornicabuntur et sponse uestre adultere erunt. Filiabus inquit in filiabus dicit futuram fornicationem, et in coniugibus adulteria, que sponsali commixtione initiantur, et corporum perficiuntur. Item Ambrosius ad Paternum. *Cum desponsata fuerit, et in usum deducta.*

Si quis desponsata sibi et tradita *coniux appellatur.* uitatur: rite coniugium uocatur. Quare autem post nuptialia pacta non statim tradatur, Augustinus l. iiii. confessionum ostendit dicens. *Quare sponsa* institutum est, ut iam *se per pactum non statim tradant.* pacte sponse non statim tradant, ne uilem habeat maritus datam, quam suspirauerit sponsus dilatam. Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Augustini. non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. ad matrimonium perfectum subintelligendum est, tale uidelicet, quod habet in se Christi et ecclesie sacramentum. Item et illud Leonis pape intelligendum est. Sed obicitur illud Augustini. Inter Mariam et Ioseph fuit perfectum coniugium. Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex his que comitantur officium coniugium, ex fide uidelicet et prole et sacramento. que omnia inter Christi parentes fuisse auctoritate Augustinus probat. Cuncta ergo que de non separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsali coniunctione est initiatum, et officio corporalis commixtionis est consummatum. Illa uero quibus separabile coniugium ostenditur, sumuntur de initiato intelliguntur, quod nondum officio suo perfectum est. Potest et aliter distingui. Sponse appellantur coniuges consuetudine scripture, spe futurorum, non effectu presentium. Unde Ambrosius cum dixisset, cum initiatur coniugium, non ad didit tunc res uel effectus, sed nomen coniugii asciscitur, ostendens tale coniugium non habere rem uel effectum. Item Augustinus, cum de parentibus domini loqueretur. Coniuges fuerunt mente, non carne, sicut et parentes. Ex quo datur intelligi, quod sicut Ioseph pater domini dictus est, non effectu generantis, sed officio et cura prouidendi, sic et coniux Marie uir eius appellatur, non coniugii effectu, sed subministratione necessariorum et indiuidue mentis affectu. Hinc Augustinus ait. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniugem nominauit, quia futura erat uxor. Hinc et Beda super Leuiticum. Si quis sponsam alterius uiolauerit et cetera. Sponsam uxorem dixit, non que iam esset, sed que futura erat uxor. Hinc et Ieronimus super Matheum in euangelio. Cum esset desponsata. *Consuetudine scripture sponse coniuges.*

Genuit Ioseph uirum *et sponse uiri appellantur.* Marie. Cum uirum audieris, tibi non subeat suspitio nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quod sponsi uiri et sponse uocentur uxores. Et infra. Non ab alio inuenta est, nisi a Ioseph, qui pene licentia maritali future uxoris omnia nouerat. Et infra. Ioseph fili Dauid et cetera. Iam ut supra diximus, sponsas uxores appellari, quod plenius liber aduersus Eluidium docet. Item super Genesim.

Egressus itaque Loth locutus est ad *de eodem.* generos suos, qui accepturi erant filias suas. In sequentibus filie Loth uirgines dicuntur fuisse, et ipse ad Sodomitas dixit. Ecce due filie mee, que non cognouerunt uirum et cetera. Nunc autem dominum habuisse generos, sed quidam arbitrantur eas, que uirum habuerunt, in Sodomis perisse, que uirgines erant cum patre exisse. Sed et Hebraica ueritas habet. Egressus Loth locutus est ad sponsos suos, qui magis esse uidetur ex hoc quod sequitur, qui accepturi erant filias suas. Unde datur intelligi, quod scriptura sponsos generos suos uocauit. Item Iohannes Os aureum in eodem euangelio. *Maria coniux dicitur more scripture, cum simpliciter sponsi* Nusquam conuenirent, non dixit prius *sa esset.* quam in sponsam adduceret domum. Hunc enim morem seruabat antiquitas, ut sponse in sponsorum domibus habeant. Ut autem generi Loth apud socerum leguntur habitare cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugii, sic Maria habitabat cum sponso. Neque enim expellere eam de domo uoluit, sed dimittere. Et infra. Noli timere ac. m. c. t. Quo sermone sponsam simpliciter indicauit, sicut etiam eos qui adhuc sponsi sunt, generos appellare scriptura consueuit. Quid est autem accipere, domi perfecto retinere. Iam enim illam mente dimiserat. Et infra. Sicut enim illam postea commendauit Christus ipsi discipulo, sic et nunc angelus copulat sponso. Non in fedus solempne coniugii, sed tantum consortium domus habitaculi. Idem in eadem homelia. *Dominus non commendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset.*

Si enim eam cognouisset, et loco habuisset uxoris, quomodo illam dominus quasi absque solatio et nichil penitus habentem discipulo commendaret, iubens illi, ut eam reciperet in sua. Item Origenes in eodem. *Maria uxor Ioseph appellatur.*

Inuenta est habens in *quia sic ab eo putabatur futura.* utero a beato Ioseph, qui licet eam non contingeret, future tamen ut putabat uxoris omnia nouerat. Et infra. Si tibi uxor nominatur, et in desponsatione esse dicatur, non tamen tibi uxor est. Sed ei unigeniti mater eterna. Et infra. Coniugem dico propter diabolo uirginitatem eius occultem, ut legis institutia non destruam. In sequentibus demonstrabo, quod nec ista tua coniux, secundum consuetudinem coniugii habetur, nec iste, qui generatur, tuus filius esse credatur. Item Gregorius in expositione euangelii. Cum esset sero die illa et cetera. *Ad nuptias Ioseph non peruenit Marie.*

Illo mirabile dictum, quod ... uirgo desponsata fuit Ioseph, ut diabolo occultaretur uirginitas. quod numquam audiuisti ... semel ...

Sic quippe discipulum post resurrectionem suam dubitare p(er)misit, t(ame)n nec in dubitatione deseruit. Sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsum uoluit, qui t(ame)n ad eius nuptias non p(er)uenit. Sicut ita factus est discipulus dubitans et palpans testis uere resurrectionis, sicut sponsus fuerat matris custos integerrime uirginitatis. Ex his omnibus apparet, sponsas coniuges appellari spe futurorum, non re p(re)sentium. Quomodo coniuges a prima fide desponsationis appellantur, sicut ea que sponsa asseritur coniux esse ne(gatur). S(ed) a p(ri)ma fide desponsationis coniuges dicuntur appellari, non q(uia) in ipsa desponsatione fiat coniux, s(ed) quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Sicut p(er) fidem d(icu)nt(ur) remitti peccata, non q(uia) ante baptisma p(er) fidem remittantur, s(ed) q(uia) fides est causa, q(uod) in baptismate a peccatis mundamur. Illud aut(em) Iohannis Crisostomi, matrimonium non facit coitus s(ed) uoluntas, et illud Ambrosii: Non defloratio uirginitatis s(ed) pactio coniugalis matrimonium facit, ita intelligendum est. Coitus sine uoluntate contrahendi matrimonium, et defloratio uirginitatis sine pactione coniugali matrimonium non facit, s(ed) p(re)cedens uoluntas contrahendi et coniugalis pactio facit ut mulier in defloratione sue uirginitatis, uel in coitu dicatur nubere, uel nuptias celebrare. Item Siricius papa discessionem sponse a sponso uocat coniugalem separationem, s(ed) talis discessio d(icitu)r uiolatio coniugii non iam existentis, s(ed) futuri, uel ex ipsa dispositione sperabatur. Sic et diabolus d(icitu)r cecidisse a beatitudine, non solum quam tunc habebat, s(ed) et ad quam habendam creatus erat. Sic qui merito uite sue et scientie in sacerdotem aut episcopum eligitur, si uiter in electione suam cassari meruerit, d(icitu)r amittere sacerdotalem aut episcopalem unctionem, non quam iam acceperat, s(ed) ad quam accipiendam electus erat. Longe ergo illa auctoritate sponsa coniux potest p(ro)bari. Sed concedatur quod sponsa non sit, t(ame)n queritur utrum liceat ei renuntiare priori conditioni. Hoc aut(em) p(ro)hibetur auctoritate Anchiritani concilii in quo sic statutum legitur. **Puelle desponsate prioribus reddende sunt, si et si rapte fuerint.**

Desponsatas puellas, et post ab aliis raptas placuit erui, et reddi eis quibus ante fuerant desponsate, etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit.

Item Iohannes Octauus Rostano episcopo. **Coniunctione puer sponsa, a raptore deserta, et ad sponsum redire uoluerit.**

Accto presentium lator a raptore deserta et ad sponsum suum redire uolens... dum in tuo seruitio fideliter excubaret, quendam uirum feminam suam desponsatam, ut queritur, rapuisse, et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suos suffraganeos episcopos specialiter conuocet, et si cum eorum sententia sponsam huic raptor non reddiderit, t(ame)n eidem quam rapta si ad pristinum sponsum remeare noluerit, omni communione priuetur. Sed aliud est priori conditioni renuntiare, et de nuptiis cum alio agere, aliud est rapi, hoc est inlicite constuprari. Unde Isidorus Ethimologiarum l(ibro) V. cap(itulo) XXVI. ait: **Quid sit raptus.**

Raptus est inlicitus coitus, a corrumpendo dictus. Unde qui raptu potitur, stupro p(er)fruitur. Hec aut(em) non ab alio rapta, s(ed) alii desponsata monstratur, raptam u(ero) talem dua p(ro)bibus gelasius ostendens. **Ubi raptus admittitur, ubi puella adducta est, de cuius ante nuptiis nichil actum probatur.**

Lex illa p(re)teritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella de cuius ante nuptiis nichil actum fuerit uideatur abducta. Quod aut(em) in fine capituli subiungitur, etsi eis a raptoribus uis illata fuerit, ideo additum est, quia raptas alie se rapiendas exponunt, alie uiolenter abducuntur. Quolibet g(ene)re modo rapiantur, prioribus reddende sunt. Hec aut(em), ut supra dictum est, non inter raptas s(ed) inter alias sponsas connumerantur, et ideo non est auferenda et priori reddenda. Secuntur alie auctoritates quibus ista p(ro)hibetur nubere s(e)c(un)do et redire iubetur ad priora uota. Ait enim Siricius papa Imaro episcopo Terraconensi. **Puellam alteri desponsatam, alter accipere non ualet.**

De coniugali copulatione uelata, requisisti, si puellam alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale ergo connubium anathematizamus, et modis omnibus ne fiat p(ro)hibemus. Quia illa benedictio quam nupture sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione uioletur. Sed auctoritate hac Siricii illa p(ro)hibetur, ad sc(ilicet) auctoritatem sire que iam p(ro)pria domo est ducta, et cum sponso suo est uelata et benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupture sacerdos imponit, apud infideles cuiusdam sacrilegii. Uerum hanc nondum sponsus in suam duxerat, necdum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate huius copula p(ro)hibetur. Item illud Eusebii pape. Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere. Similiter et de huiusmodi desponsata intelligitur, que uidelicet cum sponso est uelata et benedicta. Item obicitur illud Gregorii, que propter frigiditatem a uiro suo separata est, et alii nupta fuerit, si uir eius aliam cognouerit, illa est detrahenda s(e)c(un)do et reddenda p(ri)mo. Sic eodem modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem sacerdotalem acceperat.

XXVIII

Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conversus est. Uxor vero odio christiane fidei ab eo discessit. Ille quamdam fidelem in uxorem accepit. Qua mortua clericus effectus, tandem vite et scientie merito in episcopum eligitur. Hic primum queritur, an inter fideles an coniugium sit inter infideles, sit coniugium. Secundo, an liceat huic aliam ducere priore vivente. Tertio, an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit unam, et post baptismum habuit alteram.

Quod vero inter infideles coniugium non sit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus. Idem.

Omne quod non est ex fide peccatum est. Coniunctio autem infidelium non est ex fide, ergo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. Item Augustinus. Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua. Ubi autem vera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est. Item Ambrosius. Iussit Hesdra dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra Dei decretum est factum, sed magis cognoscitur esse emendandum. Item Augustinus. De eodem.

Non est ratum coniugium quod sine Deo est. His omnibus auctoritatibus probatur coniugium non esse inter infideles. Contra innuentur alie auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles, quarum prima est illud evangelii, quo Christus ait: Erunt quinque in una domo, et duo in tres, et tres in duo dividuntur, et ceteris personis illas enumerans, uxorem inutiliter esse dividendam dixit, et ecce vos, sequitur: Quicumque non odit patrem, aut matrem, aut sororem, aut uxorem propter me, non est me dignus. Uxorem infidelem, non fidelem dicit odio habendam. Item: Omnis qui reliquerit domum aut patrem aut matrem aut sororem aut uxorem propter me, centuplum accipiet et cetera. Uxorem in hoc loco infidelem significat, que propter Christum dimittitur, dum potius ipsam quam fidem Christi deserit. Item apostolus. Si quis frater uxorem habet infidelem, et hec consentit habitare cum illo, non dimittat eam. Et si qua mulier habet maritum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum suum.

Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Item ad Titum. Hortare adolescentulas, ut diligant viros suos. Hoc tam de fidelibus quam infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque viris fideles mulieres propensius propter Deum debent subsequi, ut sic viros suos Christo lucrari valeant, sicut in passione beati Clementis de Theodora et Sisinnio legitur mirabiliter contigisse. Item Innocentius papa Rustico et Eusebio episcopis Macedonibus. Bigami probantur, qui ante baptismum habuerint unam, et post baptismum alteram.

Numquid non erunt admittendi hereditatis consortium, quia ex ea suscepti sunt, que ante baptismum fuit uxor? Erunt ergo appellandi naturales, quia non est matrimonium legitimum, ut vobis videtur, nisi illud quod post baptismum assumitur. Sepe unus cum interrogaret et audieris, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum uxores sortiuntur, hoc a Iudeis interrogatum, et a Iudeis esse responsum meminerit. Quero vero et sollicite quero, si una eademque sit uxor eius, qui ante cathecuminus, et postea fidelis sit, filiosque ex ea, cum esset cathecuminus, suscepit, et postea alios filios, cum fidelis, utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre cum ceteris hereditatis herciscunde consortium, cum quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis dicitur abstulisse. Quod cum ita iudicare, atque sentire absurdum est, qua ratione hoc malum defendi videtur magis opinione iactari, quam aliqua roborari auctoritate, cum non possit inter peccata deputari, quod lex precepit, et Deus coniunxit. Item ex decreto Calixti pape. Infidelis potestate sit post baptismum uxorem recipere quam ante dimiserat.

Si quis gentilis uxorem gentilem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit eam habere vel non habere. Idem. Fidelis infideli discedenti se qui non cogitur.

Similiter modo, si unus ex coniugatis baptizatus fuerit, et alter gentilis, et sequi non vult, sicut dicit apostolus: Infidelis si discedit, discedat. Item Augustinus de fide et operibus. Sine culpa relinquitur uxor, que cum fideli habitare noluerit.

Uxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquitur, si cum viro christiano permanere noluerit, non attendit eam rectissime eum dimitti, si viro suo dicat: non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio divitias congreges, aut nisi solita lenocinia quibus domum nostram sustentabas, etiam christianus exerceas, aut si quod aliud vel facinorosum aut flagitiosum in viro

Ro. causas diuinarum ...

quo delectatam libidinem explebat. ut sa-
lem uictum habebat. ut fornicatior incedebat.
tunc enim ille cum uxor hec dixit. sine tacite
egit penitentiam ab operibus mortuis. quando
ad baptismum accessit. habetque in fundamen-
to fidem. que per dilectionem operatur. procul dubio
plus tenebitur amore diuine gratie. quam carnis
uxoria. et membrum quod eum scandalizabat. for-
titer amputabit. Item de sermone domini in mon-
te. l. i. licite dimittitur uxor. que uirum cogere que-
dolatria. quam secuntur infideles. ut ad malum scandi-
et quelibet noxia superstitio. fornicatio est. Dominus autem
permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed
quia permisit et non iussit. dedit apostolo locum mo-
nendi. ut qui noluit non dimittat uxorem infidelem.
quo sic fortassis possit fidelis fieri. Si tamen infi-
delitas est fornicatio. et idolatria infidelitas et
auaritia. non est dubitandum et auaritiam for-
nicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam
concupiscentiam potest recte a fornicationis genere
separare. si auaritia fornicatio est. Ex quo intelli-
gitur. quod propter illicitas concupiscentias. non
tantum que in stupris aliena fiunt. aut ferimus
committuntur. sed omnes prorsus quelibet que animam
corpore male utentem a lege deuiare faciunt.
et perniciose turpiterque corrumpi. sine crimine
possit. et uxorem suam uir dimittere. et uxor uirum.
quia exceptam facit dominus causam fornicationis.
quam fornicationem. sicut supra consideratum est
generalem et uniuersalem. intelligere cogimur. Cum
autem excepta causa fornicationis. causa non dicitur
uxorum aut femine. non enim fornicantem
tantum uxorem dimittere concedit. Sed
quisquis eam quoque uxorem dimittit. a qua ipse cogi-
tur fornicari. causa utique fornicationis dimit-
tit. ueluti si aliquem cogat uxor sacrificare idolis.
qui talem dimittit. causa fornicationis dimit-
tit. non tantum illius. sed et sue. illius quia fornicatur.
sue. ne fornicetur. Item de adulterinis con-
iugiis. l. ii. Quod simulacrum facit. nec resipiscat. dimittatur.
Non solum mechatio est illius. que carnem suam Augustinus.
coinquinat. sed et qui simulacrum facit. mechatur. Quod si in
his factis perseuerat. et penitentiam non agit. recede
de ab illa. et noli uiuere cum illa. Sin autem. et tu
particeps peccati illius eris. Item Ambrosius ad
Corinthios. amore cuius libet. a fide recedendum non est.
Si infidelis discedit. inquit apostolus. discedat. non est
seruituti subiectus frater. aut soror in huiusmodi.
Item. Si infidelis noluerit esse cum coniuge sua
infideli. hic cognoscat fidelis suam libertatem.
ne ita subiectum se putet. seruituti. ut ipsam di-
mittat fidem. ne coniugem amittat infidelem.
hec et de filiabus et parentibus. hoc et de fratribus et sororibus.
intelliguntur. propter Christum esse dimittendos. cum

ponitur ista condicio. ut Christum dimittas. Sicut
secum habere desiderat. hec ergo de domo. et de agris. et de
ceteris rebus. que iure pecuniario possidentur. intel-
ligendum est. Item Augustinus ad Pollentium. Quod infi-
deles sint coniuges. et quod fideli licet dimittere infidelem.
Illam annunciamus quam Apostolus. Ceteris autem ego dico
non Dominus. ad in paria s. ubi non ambo Christiani fu-
erant coniugia locuturus. quod minime est. Dominum non
negat dixisse. quia enim coniux fidelis. relinquere
coniugem licite potest infidelem. Ideo hoc fieri non
Dominus. sed Apostolus prohibet. quod enim Dominus prohibet. fieri omnino
non licet. Monet ergo Apostolus quod possit esse multorum occa-
sio lucrandorum. ut fideles coniuges in relinquen-
dis infidelibus permissa licentia non utantur. Tibi autem
uidetur infideles quoque dimitti a fidelibus non licere.
quia hoc uetat apostolus. cum ego dicam licere. quia
hoc non uetat Dominus. non tamen dico expedire. quia hoc
ne fiat monet apostolus. qui reddidit rationem. cur
fieri non expediat. quamuis liceat. Quomodo
enim scis inquit mulier. si uirum saluum facies. aut
unde scis uir. si uxorem saluam facies. Cum supra
dixisset. sanctificatus est uir infidelis per mulierem fi-
delem. et mulier infidelis sanctificata est in fratre. hoc est
in Christiano. alioquin filii uestri immundi essent.
Nunc autem sancti sunt. Sic ad lucrandos coniuges.
et filios Christo exemplis. et que iam peruenerant ui-
detur hortatus. Cur ergo non expediat et infideles
coniuges dimitti a fidelibus. tam euidenter expres-
sa est. Nunc enim propter uinculum cum talibus con-
iugale est pactum seruandum. sed ut querat in
Christo recedi ab infidelibus coniugibus apostolus fuerat.
Multa autem sunt facienda. non iubente lege. sed libera
caritate. et ea sunt in nostris officiis gratiora. que cum
liceret nobis non impendere. tamen causa dilectionis impen-
dimus. Vnde ipse Dominus prior. cum se tributum
non debere demonstrasset. soluit tamen ne scandalizaret
eos. quibus ad eternam salutem gerens morem con-
sulebat. Iam uero apostolus. quemadmodum ista
commendet eius uerba testantur. ubi dicit. Cum
sim liber ex omnibus. omnium me seruum feci. ut
plures lucrifacerem. Cum paulo superius dixisset.
Numquid non habemus licentiam manducan-
di. et bibendi. Numquid non habemus licentiam
sororem mulierem circumducendi. sicut ceteri
apostoli et fratres Domini. et Cephas. An ego solus et Barnabas.
non habemus potestatem hoc operandi. Quis mi-
litat suis stipendiis umquam. Quis plantat
uineam. et de fructibus eius non edit. Quis pascit
gregem. et de lacte eius non comedit. Et paulo post.
Si alii uestram potestatis uestre iure participant.
nonne magis et nos. Sed non sumus usi hac potesta-
te. sed omnia toleramus. sed omnia toleramus. ne quid impedi-
mentum demus euangelio Christi. Item. Ab infideli-
bus coniugibus licet alicui recedere. sed non expedit.

XXVII

Sic enim neque recedere ab uxoribus infidelibus ut mariti fideles sunt, ut femine non prohibentur a domino, ut neque iubeantur. Si enim iam si dimitti tales coniuges iuberent, nullus locus esset consilio monentis apostoli ne hoc fieret. Nullo enim modo quod dominus iubet servus bonus prohiberet. Item cum cepisset gentibus evangelium predicari, iunctos gentiles gentilibus coniugibus, ex quibus si non ambo crederent, sed unus aut una, et infidelis cum fideli consentiret cohabitare, non prohibentur a domino, debuit fidelis infidelem dimittere, nec iubentur. Si enim non prohiberi, quia iustitia permisit a fornicante discedere, et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec vera ei pudicitia cum coniuge dici potest, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Quamvis fuerat fidelis habeat pudicitiam, et cum infideli coniuge que non habet veram. Iubente autem deberent fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Quod autem non fideles ab infideli fidelem discedere non prohibet, nec iubet dominus, ideo ut non discedat apostolus dicit: non sibi habens utique spiritum sanctum, in quo posset dare utile et fidele consilium. Unde cum dixisset de muliere: Quod si fuerit mortuus vir eius, beatior erit si sic permanserit secundum consilium meum, ne quis hoc consilium tamquam humanum, non divinum contemptendum putaret, adiecit: Puto autem quod et ego spiritum dei habeam. Proinde intelligendum est et ipsa que a domino non iubentur, sed a sancto famulo eius utiliter suadentur, eodem domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus dixerit quod suadet spiritus sanctus non dominum suadere, cum et ipse dominus sit, et inseparabiliter operatur trinitas. Dicit enim apostolus: De virginibus preceptum domini non habeo, consilium autem do. Noluit consilium a veritate estimentur in hoc a domino, cum consilio suo sequatur et dicat: tamquam misericordiam consecutus a domino ut fidelis essem. Secundum misericordiam domini dat consilium fidele in eodem spiritu de quo ait: Puto autem quod et spiritum dei habeam. Verumtamen aliud est domini iubentis imperium, aliud fidelis secundum misericordiam caritatis que illi a domino est inspirata atque donata fidele consilium. Aliud etiam ubi facere non licet. Hoc autem licet ita sanctum, si in ipsum vitatum partim quidem expediat, partim vero non expediat. Expedit tunc quando non solum propter iustitiam que coram deo est permittitur, sed et hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur, velut cum dat consilium non nubendi apostolus virginibus, unde preceptum domini se non habere testatur, licet aliud facere, id est nubere, et minus congruenter bonum tenere in nuptiis ipsum quoque licitum est. Expedit quidem, quia invicta et iniuncta et illicita, natura carnis infirmitate sic excepit honestate nubendi, ut neminem impediat ad salutem, quamvis magis expediret magisque honestum esset si virgo consilium, quo preceptum non complevit, eam arriperet. Tunc autem expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis alius affert impedimentum salutis, sicut est unde iam diu loquimur discessio coniugis fidelis ab infideli, quam non prohibet dominus precepto legis sue, quia coram illo iniustitia non est, sed prohibet apostolus consilio caritatis, quoniam infidelibus aufert impedimentum salutis, sicut est unde iam diu loquimur discessio coniugis infidelis ab infideli, quam non prohibet dominus precepto legis, sed prohibet apostolus consilio caritatis, quia infidelibus aufert impedimentum salutis, non solum illa qua perniciosissime scandalizantur offensi, verum etiam quia cum in alia coniugia ceciderint, viventibus eis a quibus dimittuntur, adulterinis nexibus coniugati difficile resolvuntur. Sic ubique quod non licet expedit, non potest dici: si dimiserit infidelem bene facit, si non dimittit melius facit, sicut dictum est: qui dat nuptum bene facit, et qui non dat nuptum melius facit, quoniam illud non solum, sed utrumque pariter licet. Unde ad nichilum horum precepto domini quisque compellitur, sed utrumque aliud expedit, aliud minus, aliud amplius. Unde ad id quod amplius expedit consilio apostoli quicumque potest capere provocatur. Hanc ubi de dimittendo aut non dimittendo infidelis cum infideli coniugio, quod utrumque quidem pariter licitum propter iustitiam que coram domino est, ideo nichil horum prohibet dominus, sed non utrumque expedit propter infirmitatem hominum, et ideo quod non expedit apostolus prohibet, dante domino sibi ubi prohibendi locum, quia neque id quod monet apostolus prohibet dominus, neque id quod prohibet apostolus monet dominus. Quod nisi ita esset, neque contra prohibitionem domini apostolus, neque id quod prohibet dominus aliquid monet, neque contra iussionem eius aliquid prohiberet. Proinde in his duabus causis, una de nubendo ut non nubendo, altera de infideli coniuge dimittenda aut non dimittenda, aliquid simile invenitur in verbis apostoli, et aliquid dissimile. Simile est quidem illud quod ibi et dicit: preceptum domini non habeo, consilium autem do, et hic dicit: ego dico, non dominus. Quale est enim preceptum domini non habeo, tale est non dicit dominus, et quale est consilium do, tale est ego dico. Illud autem dissimile est, quia de nubendo ut non nubendo dici potest: hoc bene facit, potest illud autem melius, quoniam utrumque expedit, et unum minus, et aliud magis. At vero de coniuge infideli dimittenda ut non dimittenda, quoniam unum eorum non expedit, et unum minus et aliud magis. At vero de coniuge infideli dimittenda ut non dimittenda, quoniam unum eorum non expedit, aliud expedit, dici non oportet: Qui dimittit bene facit, et qui non dimittit melius facit. Sed dici oportet: non dimittat, quia hoc non expedit. Sicut possumus dicere melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamvis liceat et dimittere, quemadmodum recte dicimus melius esse quod licet et expedit, quam id quod licet et non expedit. His de causis factum est ut exponentis domini sermonem

que(m) plixa(m) in monte habuit. Ubi uentum est ad questionem de coniugibus dimittendis. ut non dimittendis. adhibuit consilium ab apostolo. non preceptum domini. ubi ait. ceteris autem ego dico non dominus. monens eos qui habent coniuges infideles. ut consentientes habitare secum non dimitterent. quod id utique monendum non iubendum fuit. quia non tantum ponderis prohibent. hoc sfacere licita. quamuis non expediant. quanto pocius prohibenda sunt non licita. Si autem alicubi apostolus. et illa que iubenda sunt. monere dignatur. hoc facit parcendo infirmitati. non preiudicando iussioni. Unde sic dicit. non ut confundam uos hec scribo. sed ut karissimos filios moneo. Quod hic questionis. ubi ait. dico ego et non dominus. Item ubi ait. Ecce ego paulus dico. quia si circumcidamini. christus nichil uobis proderit. Numquid et hic dixit. Ecce ego dico non dominus. Non sunt itaque similia. ista quia et illa que iubet dominus. non est indignum ut contrarium. sicut idem monet apostolus. monemus enim quos caro habent. ut faciant domini precepta ut iussa. Cum uero dicat ego non dominus dico. satis ostendit dominum non prohibere. quod ipse prohibebat. prohibuisset autem dominus. fieret illicitum. quod se dixit ea que supra diximus multum uersauimus. licitum erat per iustitiam. si illicitum negat faciendum. propter libam ... liberam nimium uoluntatem. tibi uero cui placet ita non licere. quod non uetat dominus et apostolus. quemadmodum non licet. quod uetat dominus. cum exponere uoluisset. quod sibi uellet. quod ait ego dico non dominus. cum alloqueretur fideles. quibus essent coniuges infideles dixisti. quia dominus iussit. ne coniugia sibimet diuerse religionis copularent. et ipsum adhibuisti testimonium domini dicentis. non accipies uxorem filio tuo. de filiabus alienigenarum ne traducat eum post deos suos. ut peccat anima eius. addidisti et uerba apostoli ubi ait. Mulier alligata est uiro. quamdiu uiuit eius. quod si mortuus fuerit. uir eius liberata est. cui uult nubat tantum in domino. quod ita exposuisti. ut ad unum generis. id est christiano. de eius secta nubat. et addidisti. hoc est quod domini preceptum. tam in ueteri testamento. quam in nouo. et hoc iubet dominus. hoc docet apostolus. ut non nisi eiusdem religionis fidei manentem copulata coniugia. quia contra domini iussum. contra doctrinam sanctam. contra preceptum ueteris testamenti et noui. iubet apostolus. ut diuersa fidei. maneant copulata coniugia. quia paulus inquit predicator gentium et apostolus iam in coniugio positos non solum monet. sed iubet. ut si alter ex coniugibus credidisset alterum non credentem secum. cum habitare consentientem non dimitteret. His uerbis tuis aliud hoc esse. Aliud illud euidenter satisque ostendis. Illud enim de his coniugiis agitur. que non sunt primitus copulata. ne nubat femina. nisi sue religionis uiro. ut ne uir talem ducat uxorem. preceptum

dias iubet dominus. docet apostolus. utrumque preceptum testamenti. aut hoc esse diuersum. quis ambiguat. Ibi igitur non de coniungendis. hic de coniunctis. ambo quippe unius eiusdemque infidelitatis fuerunt. quando coniuncti sunt. si euangelium cum uenisset. alter sine altera. ut altera sine altero credidit. Si igitur aliud hoc est. quod sine scrupulo huius dubitationis. apparet cum fidelem. cum infideli coniuge permanere. non dominus sicut apostolus iubet. nisi forte locusto uacat illud. quod tam fidelis apostolus ait. an uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur christus. Et utique dominus est christus. Intelligitis me quid dicam. An hoc explanando aliquanto diligentius immorabor. At tandem ut rem ipsam explanandam tantum quam in conspectu declarandam. planiori sermone ponam. Ecce coniuges duo unius infidelitatis ita fuerunt. quando coniuncti sunt. nulla de his questio est. que pertineat ad illam domini iussionem et doctrinam apostolicam et preceptum testamenti ueteris et noui. quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges. et ambo adhuc sunt infideles. adhuc tales sunt. quales fuerunt. antequam coniungerentur. qualesque coniuncti sunt. Uenitque euangelii predicatio. Credidit eorum aut unus. aut una. sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat. Iubet fideli dominus ut infidelem dimittat. an non iubet. Si dixeris iubet. reclamat apostolus. Ego dico non dominus. Si dixeris non iubet. et causam requiro. sequitur illa mihi responsurus es. que tuis litteris indidisti. quia dominus uidelicet prohibet fideles infidelibus iungi. licet enim nullo modo est ista causa. si iam de iunctis loquimur non de coniungendis. Si igitur tu causam non inuenisti cur non dominus uetat. quod prohibet apostolus. erui si iam ut estimo non esse ipsam. quam esse putaueras. Contra inuenit in concilio tolletano iiii. nisi ad fidem iudeus accesserit.

Iudei qui separetur ab uxore .... fideli.

Iudei qui christianas mulieres in coniugio habent. admoneantur ab episcopo ciuitatis illius. ut si cum eis permanere cupiunt. christiani efficiantur. Quod si ammoniti fuerint et noluerint. separentur. quia non potest infidelis in ea permanere coniunctionem. que iam in christianam translata est fidem. Filii autem qui ex talibus nati sunt. fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus uiris. christianam sequantur religionem. non iudaicam supersticionem. Uerum hoc ideo statutum est. ne dum fidelis salutem querat infidelis. potius ipse cum eo in infidelitatis perditionem inueniat. Unde in eodem concilio tam de filiis iudeorum. quam de ceteris ad fidem uenientibus. statutum est. ut infidelium consortium euitent. A parentum consortio separentur fideles ne in eorum inuoluantur erroribus.

Iudeorum filios uel filias. ne parentum ultra inuol

uarr

[Glossa:] ar. quod eccl(esi)a iudicat de his qui foris sunt. quod uerum est quantum ad corporales penas. Cum enim peccant. uel fori. fiunt. possunt uerberari. uel alio modo corporaliter mulctari. de precepto episcopi uel principis. ar. xvii. q. iiii. Constituit. Set quantum ad spiritualem penam eccl(esi)a non iudicat de illis. quia non potest eos excommunicare. quia qui in eccl(esi)a non est. ab eccl(esi)a separari non potest. ut xi. q. iii. Omnis xpianus.

[Glossa:] non uidetur dicere uerum nam ubi deest fides uel caritas nullatenus est uirtus ... habentur ... sine uera uirtute ... de aleatoribus quibus abest uera uirtus ...

uantur erroribus. ab eorum consortio separari decernimus. deputatos aut monasteriis. aut xpianis mulieribus. aut uiris deum timentibus. ut sub eorum conuersatione cultum fidei discat. atque in meli(us) instituti tam in moribus quam in fide proficiant. Item.

Iudeis ad fidem uenientibus cum infidelibus nulla sit communio.

Sepe malorum consortia et bonos corrumpunt. quanto magis eos qui ad uitia proni sunt. nulla igitur communio sit ultra hebreis ad fidem xpianam translatis. cum his qui adhuc in ueteri ritu consistunt. ne forte eorum participatione subuertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non uitauerint. et hi xpianis donentur. et illi publicis cedibus deputentur. Item ex vi. sinodo.

Cum iudeis nec manducandum. nec habitandum. nec medicamen ab eis accipiendum.

Nullus eorum. qui in sacro sunt ordine. aut laicus. azima eorum manducent. aut cum eis habitent. aut aliquem eorum in infirmitatibus suis uocet. aut medicinam ab eis percipiat. aut cum eis in balneo lauet. Si uero quisquam hoc fecerit. si clericus est deponatur. laicus uero excommunicetur. Item ex con. car.

Etiam siue laica iudeorum conuiuia uitent. nec ad sua consortia eos recipiant.

Omnes deinceps clerici. siue laici. iudeorum conuiuia uitent. nec eos ad conuiuia quisquam accipiat. quia cum apud xpianos communibus cibis non utantur. indignum atque sacrilegum est. eorum cibos xpianos sumi. cum ea que apostolo permittente nos sumimus. ab illis iudicentur immunda. ac sic inferiores incipiant esse xpiani. quam iudei. si nos que apponuntur ab illis utamur. illi uero a nobis oblata contempnant. Ex his itaque euidenter colligitur. coniugium esse inter infideles. Illud uero apostoli. quicquid non est ex fide peccatum est. non ita intelligendum est. ut quicquid ab infidelibus fit. credatur esse peccatum. sed omne quod contra conscientiam fit edificat ad gehennam. Unde eam bonus. Peccatum est quod aliter fit. quam quod probatum est. Item aug. super eundem locum. Omne quod aliter fit. quam probat peccatum est. non tamen omne quod fit cum fide bonum est. Ignorantia enim que est ex culpa non excusat. hic enim apostolus sanctus. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. id est qui non facit dampnabilem semetipsum. aliter faciendo quam probet esse faciendum. Uel omne quod non est ex fide dicitur esse peccatum. quia quicquid ea fide non fit. ut ad eternam ualeat salutem. inutile reputatur apud deum. Unde aug. ait. Omnis uita infidelium peccatum est. nec ualet esse bonum. quod fit absque deo. Ubi enim deest agnitio eterne et incommutabilis ueritatis. falsa uirtus etiam est in optimis moribus. Item ambrosius. Non est uera pudicitia. hominis infidelis. cum coniuge sua. negatur pudicitia esse uera. quantum ad effectum et ad premium. uidelicet eterne salutis. Sicut enim apud hereticos sacramenta negantur esse uera. non quantum ad formam. sed quantum ad uirtutem. sic et uirtutes negantur esse uere. quantum apud infideles. non quia uere in eis sint. iuxta illud ieronimi. Uirtutibus romani promeruerunt imperium. sed quia effectu carent eterne salutis. Item illud ambrosii. Non est inputandum matrimonium. quod extra dei decretum factum est. sed cum cognoscitur est emendandum. non ostendit coniugium non esse inter infideles. Nullo enim diuino precepto prohibentur gentiles coniungi gentilibus. Nec igitur eorum coniugium extra id est contra dei decretum fit. Illa autem auctoritate iubentur separari ab inuicem. qui contra dei uel ecclesie decretum copulati sunt. ut post fideles cum infidelibus. consanguinei cum consanguineis. ut cum affinibus. hi omnes si sibi inuicem copulati fuerint. separandi sunt. Hinc etiam ambr. in l. de patriarchis.

Fidelis infidelibus non sit coniugio copulandus.

Caue xpiane gentili. aut iudeo. filiam tuam tradere. Caue inquit gentilem. aut iudeam. aut alienigenam. hoc est hereticam et omnem alienam a fide tua. uxorem accipere. Si xpiana sit. non est satis nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. simul ad orationem. nocte uobis surgendum est. et communis precibus deus obsecrandus est. Item ex con. agathensi.

Cur hereticis catholici non misceant conubia.

Non oportet cum hominibus hereticis miscere conubia. et filios uel filias dare. sed potius accipere. si tamen se profiteantur xpianos esse futuros et catholicos. Item ex con. urbanensi.

Xpiana communione careat. qui iudaice prauitatis uinculo coniugali se sociat.

Siquis iudaice prauitati. coniugali societate iungitur. siue xpiana iudeo. siue iudea xpiano. mulier carnali consortio misceatur. quicumque eorum tantum nefas admisisse cognoscitur. a xpiano cetu atque conuiuio. et a communione ecclesie. protinus segregetur. Item illud augustini. Non est ratum coniugium quod sine deo est. Non negat coniugium esse inter infideles. Coniugiorum enim. aliud est legitimum et non ratum. aliud ratum et non legitimum. aliud legitimum et ratum. Legitimum coniugium est quod legali institutione. uel prouincie moribus contrahitur. hoc inter infideles ratum non est. quia non est firmum et inuiolabile coniugium eorum. dato enim libello repudii. licet eis discedere ab inuicem. et aliis copulari. lege fori. non lege poli. quam non sequuntur. Inter fideles uero ratum coniugium est. quia coniugia semel inita inter eos ulterius solui non possunt. Horum quedam sunt legitima. ueluti cum uxor a parentibus traditur. a sponso dotatur. et a sacerdote benedicitur. hec talia coniugia legitima et rata appellantur. Illorum uero coniugia qui contemptis illis sollempnitatibus. solo affectu. aliquam sibi in coniugem copulant. huiusmodi coniugium non legitimum. sed ratum tantum esse creditur.

Quod u(er)o ...

CQ II

[Glossae marginales et inferiores:] ... preceptum uel prohibitionis. nam si plus comedam quam debeam ... mortaliter. xxv. di. ... de liberis ...

alud legitimum et non ratum.
matrimonium — alud legitimum et ratum.
alud ratum et non legitimum.

fidem ee ... si corruptam ser. de eo qui tu est de uirgine forte ... q. d. ... mim. solueretur ... cum alter ipsoz transit ad relig. monasterii. si nõ est ita ... quis uxtu mo. secus cū trãsitur ad monasterium ... cohitare uolente sequēs aūt captim intelligit de nolen te cohabitare.

uxore uiuente. alteram ducere non possit. multorum testatur scriptura dicens. Alioquin si di scedit is ab inuicem. 7 uolentes cohabitare dimit titis. 7 alii uos copulaueritis. adulteri eritis. 7 fi lii uri. qui postea nascent̃ inmundi erunt. i. spu rii. Item ex cõ. meldensi. cap. i. N̄ pot̃ aliq̃s p̃ba ptismū hr̃e ducẽ alterā uiuente ea. q̄ an̄ baptismū fue

Si quis habuerit uxorem uirginem ante baptismum. uiuente illa. post baptismum. alteram habe non potest. Crimina enim in baptismate soluunt̃. nõ con iugia. Gregorius ec õtra testatur dicens. licet fideli uxore aliā ducere. quam xp̃iane fidei o dio infidelis dimittit.

Si infidelis discedit odio xp̃iane fidei discedat. Non enim frater aut soror est subiectus seruituti huiusmodi. non est peccatum dimisso ppt̃ dm̃. si alii se copulauerit. Con tu melia quippe creatoris. soluit ius matrimonii circa eum qui relinquit̃. Infidelis aūt discedens in deum peccat. 7 in matrimonium. nec est ei fi des s̄uanda con iugii. qui apptere a discessit. ne audiret deum eē xp̃m xp̃ianorum con iugio rū. Hic distinguendum est. aliud eē dimit tere uolentem cohabitare atq̃ aliud discedentē nõ seq̃ uolentem cū cohabitare. licet q̄ de est di mittere. s; non ea uiuente. aliā supducere. discedẽtē u sequi nõ oportet. 7 ea uiuente aliam superducere licet. Verum hoc non de his intelligendum est. qui in fidelitate sibi copulati sunt. Ceterum si ad fidem uterq; cõuersus est. ut si uterq; fidelis ma trimonio con iunctus est. 7 pcedente tp̄e. alter eo rum a fide discesserit. 7 odio fidei con iugem dere liquerit. derelictus discedente non comitabit̃. non tū illa uiuente alteram ducere poterit. q a ratum cõiugiū fuerat int̃ eos. q̃ nullo m̃ solui po test. Verum ū bigamus sit reputandus. qui ante baptismū unam hūit. 7 post baptismū alteram. auc toritate Ieronimi patet. Ait enim sup ep̄lam pau li ad timotheum. non ē bigamus q ante baptismū unā

Oportet ep̄m eē unius uxoris uirū. 7 p̄ baptismū hūit alterā. Verum hoc post baptismū. Ceterum si ante baptismū habuit unam. 7 post baptismum hūit alteram. nō est putandus bigamus. cū prorsus innouato p̄ baptismū omnia uetera sunt dimissa. Aug. u. 7 innocentius testant̃ contra. Ait enim sup ep̄lam pauli ad titū. Non deb3 fieri ep̄s. q ante baptismū

Acutius habuit unā. 7 p̄ baptismū habuit alteram. Ai intelligunt. qui nec eum ordinandum censue runt. qui ante baptismum habuit unam. 7 post baptismū alteram. In baptismate enim crimina. abolentur. non fed atio con iugii dissoluitur. Sic illa que catecumina uitiata est. inter dei uirgine con secrari non potest. sic 7 qui ante baptismū ha buit una. hab uit unam. 7 post baptismū alteram. nō nisi bigamus reputandus est. Amisit enim quiddam. non ad uite meritum. s; ad signacu

lū sacramentum. Item innocentius. rufo. 7 euse bio ep̄is macedonie. multis argumentis p̄bat talem bigamum reputari. Qui uero iste cuius causa 7 in p̄senti agit̃. ante baptismū habuit unā. 7 post baptismum alteram. bigamus iudicat̃. 7 licet uite me rito 7 industrie scīe ue polleat. in ep̄m ordinari nō pot̃.

CAUSA XXIX.

nobili nuntiatum est mulieri. q a filio cuiusdam nobilis petebat̃ in cõiugem. p̄buit illa assensum. Alius uero quidam ignobilis. atq; seruilis con ditio nis. nomine illius se ip̄m obtulit. atq; eam in con iugem accepit. Ille qui prius sibi placuerat. tan dem uenit. eam q; sibi con iugem petit. Illa se delu sam cõqueritur. 7 ad prioris copulam aspirat. Hic p̄ mum querit̃. an sit con iugiū inter eos. Secundo si prius putabat hunc eē liberum. 7 postea deprehendit illum eē seruū. an liceat ei statim ab illo discedere.

Quod aūt con iugiū sit inter eos p̄batur hoc m̄. Con iugium. siue matrimonium. est uiri. 7 mulieris cõ iunctio. indiuidua m uite cõsuetudinem retinens. Item consensus utriusq; matrimonium facit. q a g. isti con iuncti sunt. ut indiuiduam uite cõsue tudinem cõseruarent. quia uterq; cõsentit in alterum. con iuges sunt appellandi. His ita respondetur. Con sensus est duorum. ut plurium sensus in idem. Qui aūt errat non sentit. nec g. consentit. i. simul cum aliis nō sentit. hec aūt errauit. non g. con sensit. Non itaq; con iux est appellanda. q a nō fuit ibi consensus utriusq;. sine quo nullum matri monium eē potest. Sicut enim qui ordinat̃ ab eo. quem putat eē ep̄m. 7 adhuc est laicus. 7 ead huc laicus errat. nec uocat̃ ordinatus. immo ab ep̄o est ordinandus. Adhuc si et ista errans. nulli est copulata con iugio. immo adhuc ē copulanda. Adhuc non omnis error cõsensum euacuat. Qui enim accipit in uxorem. quā putat eē uirginē. uel qui ac cipit meretricē. quā putat eē castam. uterq; errat. quia ille corruptā existimat uirginem. 7 iste mere tricem putat eē castam. Numquid g. dicendi sunt nõ consensisse in eas. Aut dabitur facultas utriq; dimit tendi uxores. q; 7 ducendi alias. Verum est. quia non omnis error consensum excludit. Set error ali us est p̄sone. alius conditionis fortune. alius condi

Gloss (margins, partly legible):

Sicut nō uir u nius uxoris. sicut eccle. d. xxvi. d. ...

nichil est et tam con sensu ... error ... de ecc. ep. aliqui. ... d. o. ...

Assertor. — Impugnator. — Assertor. — Impugnator.

CAUSA XXVIII.

s. di. xxvi. ... — s. di. ... xxxiiii. ...

tionis, alius qualitatis. Error personae est, quando hic putatur esse Virgilius, et ipse est Plato. Error fortunae, quando hic putatur esse dives, qui est pauper, vel econverso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui est servus. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui est malus. Error fortunae et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error vero personae et conditionis coniugii consensum non admittit. Si quis paciscitur se venditurum agrum Marcello, et postea veniret Paulus, dicens se esse Marcellum, et emeret agrum ab illo, numquid cum Paulo convenit iste de precio, aut dicendus est agrum suum vendidisse? Item si quis promitteret se venditurum aurum mihi, et pro auro daret mihi auricalcum, et ita me deciperet, numquid diceret consensisse in auricalcum? Nunquam voluit emere auricalcum. Nec ergo aliquando in illud consensi, quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo hic error materiae excludit consensum, sic et in coniugio error personae. Non enim consentit in hunc, sed in eum, quem hunc putabat esse.

Sed obicitur: Iacob non consenserat in Liam, sed in Rachel, septemque annis pro Rachel servierat. Cum ergo eo ignorante Lia esset supposita, non fuit coniugium inter eos, si error personae consensum excludit, quia, ut dictum est, non in eam consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur: Consensus alius precedens, alius subsequens. Precedit consensus, quando ante carnalem copulam in individuam vitae consuetudinem uterque consentit. Subsequitur, quando post concubinalem sive fornicarium coitum consentiunt in idem. Iacob ergo et Lia coniuges non fecit precedens consensus, sed subsequens. Nec tamen ex primo concubitu fornicarii iudicantur, cum et ille maritali affectu eam cognoverit, et illa uxorio affectu sibi debitum persolverit, putans lege primogeniturae et paternis imperiis se sibi viro copulatam. Quod autem error personae nonnullos excuset, auctoritate illa probatur, que sororem uxoris utroque inscio sororem videlicet et marito, in lectulum mei (sic) isse, et a viro suae uxoris cognitam perhibetur: Quae cum sine spe coniugii perpetuo manere constatur, ille tamen, qui cognovit eam, per ignorantiam excusatur. Aliter enim hoc probatur. Diabolus se nonnunquam in angelum lucis transformat, nec est periculosus error, si tunc credit esse bonus, cum bonum se simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici quereretur, an sue beatitudinis vellet esse particeps, et ille responderet se in eius consortium velle transire, numquid dicendus esset consensisse in consortium diabolicae dampnationis, an non potius in participationem eternae claritatis? Item si quis hereticorum nomine Augustini, vel Ieronimi, alicui catholicorum se ipsum deferret, atque eum ad sue fidei imitationem invocaret, si ille preberet assensum, in cuius fidei sententiam diceretur consensisse? non in hereticorum sectam, sed in integritatem fidei catholicae, quam ille hereticus se mentiebatur habere. Quia ergo haec persona decepta errore non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, consentit, patet quod eius coniux non fuit. Error fortunae et qualitatis non excludit consensum. Veluti si quis consentiret in placitam alicuius ecclesiae, quam putaret esse ditiorem, et illa esset minus copiosa, quamvis hic deciperetur errore fortunae, non tamen posset renuntiare prelaturae acceptae. Similiter quae nubit pauperi, putans illum esse divitem, non potest renuntiare pro conditione, quam inferaverit. Error qualitatis similiter non excludit consensum. Utpote si quis emerit agrum, vel vineam, quam putaret esse uberrimam, quamvis iste erraret qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non tamen venditionem potest rescindere. Similiter qui ducit uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere, et aliam ducere.

Quest. II

Secunda questio de conditione proposita est: an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea illum invenerit servum? Quod vero mulieri non liceat a servo discedere, multis rationibus videtur posse probari. In Christo enim non est masculus, nec femina, nec Iudeus, nec Grecus, nec servus, nec liber. Ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. Indifferenter enim ab apostolo dicitur omnibus, qui volunt nubere: nubant in Domino. Et item: Mulier cui vult nubat, tantum in Domino. Non precipit, ut ingenuo nubat ingenua, an ancilla servo, sed quelibet earum, dummodo cui vult, nubat in Domino. Item Iulius papa. [c. IIII.] Licet servis contrahere matrimonia.

Omnibus nobis unus est pater in celis, et unusquisque dives et pauper, et servus et liber, equaliter pro se, et pro animabus eorum rationem reddituri sunt. Quapropter omnes cuiusque conditionis sint, unam legem, quantum ad Dominum, habere non dubitamus. Si autem omnes unam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec servus semel coniugio copulatus ulterius dimitti poterit. Item Zacharias papa. Ancillam

Si quis liber sciens in matrimonio mox susceptam uxorem ancillam in matrimonium accepit, non habet mittere, non licet. licentiam dimittendi eam, si consensu amborum coniuncti sunt, excepta fornicationis causa, sed una lex deinceps erit pro omnia viro et feminae. Item Iulius papa. Inter pacatum et nuptam legitimum constat esse

Si quis ancillam suam libertati donaverit, coniugium, et in matrimonium sociaverit, dubitatur apud quosdam, utrum huiusmodi legitime nuptiae esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes talia conubia legitima esse censemus. Si enim ex affectu nuptiae fuerint omnes, nichil impium et legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quam predictas nuptias inhibendas existimaverint. His ita respondetur: Non negatur ingenuam posse nubere suo

ferorum qui sine scitu eius conditionis. libere potest dimitti. cum servitus eius fuerit deprehensa. Illud autem apostoli et Iulii pape. intelligendum est de his. quorum conditio utrique nota est. Huius autem conditio mulieri incognita erat. Nonnullis tamen premissis auctoritatibus. cogitur manere cum eo. si libertini esse ostenditur. ut manere. ut discedere. Unde in concilio apud Vermeriam. cui interfuit rex Pipinus. statutum est. cap. iii. De eo qui ancillam duxit uxorem quam putat liberam esse.

Si quis ingenuus ancillam alterius uxorem accepit. et existimat quod ingenua sit. si ipsa femina fuerit postea in servitute detecta. si eam a servitute redimere potest. faciat. Si vero non potest. si voluerit. aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierit. et collaudaverit. pro legitima habeat. Similiter et mulier ingenua de servo alterius facere debet. Item ex eodem. cap. viii. Non licet mulieri dimittere quem sciens servum accepit.

Si femina ingenua accepit servum sciens. permaneat cum eo quia servus esset. habeat eum. quia omnes unum patrem habemus in celis. una lex erit viro et femine. Item Gregorius. Servituti occasione dimitti non valet qui post conversiam statum se liberum (?) copulsa.

Cuiusdam rei causa cum matre sua huc venisse presentium latricem fraternitas tua cautius novit. quam maritus suus. scilicet clericus vester. ob hoc quod de servili fuerat conditione pulsata. a suo noscitur eam removisse consortio. Nos quoque hic positos asseruit promisisse. ut se separaret. Verum quia eam Deo adiuvante voluisset suo eam nos coniugio reformare. certius fraternitas tua cognoscat. quia revelante Deo libertatis auctore approbata sit. et nulla in ea macula servitutis inventa est. His ergo cognitis sine mora aliqua suo volumus eam marito restitui. nec ulterius iam vires argumenta occasionis exquirat. quibus eam possit abicere. Nam si a vobis quod non credimus minime fuerit adimpletum. eamque recipere forte distulerit. noveritis cognoscatis eum districta vindicta corrigere.

Gratianus. Sacerdotum filium servum dat intelligi. quod si nesciret illum servum esse. non cogitur cum eo manere. Quia hec quoque in persone conditionis dolum passa est. non cogitur adherere ei. cuius fraude decepta est. Si vero liberam acceperit. et ille ut causam prestet dissidii. se alicui servum fecerit. nec uxorem dimittere. nec illam ob vinculum coniugii in servitutem redigi poterit. Unde in Triburiensi concilio legitur. Occasione conditionis dolose mutate uxor non discedat ab ea.

Relatum est ad sanctam synodum. quod quidam preter libertatis accep. ingenuus ingenuam accepit. et post filiorum procreationem occasione divortii cuiusdam servum se fecerit. utrum necessario mulierem tenere debeat. et si tenuerit. utrum quoque illa secundum sectarem legem servituti subici debeat. quesitum est. et iudicatum est. uxorem minime debere dimitti. non tamen ob Christi legem. mulierem in servitutem redigi. dum ille non consensu coniugis se servum fecerit. quem liberum ipsa maritum acceperat.

Queritur si servus suus an ancillam alterius acceperit. an sit coniugium inter eos. De his ita statutum est in concilio Cabilonensi. Legitima servorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant.

Dictum est nobis. quod quidam legitima servorum matrimonia quadam potestativa presumptione dirimant. non attendentes illud evangelicum. Quos Deus coniunxit homo non separet. Unde nobis visum est. ut coniugia servorum non dirimantur. etsi diversos dominos habeant. sed in uno coniugio permanentes dominis serviant suis. Et hoc in illis observandum est. ubi legalis coniunctio fuit. et per voluntatem dominorum.

Quidam uxoratus ... prolem frequenter ita in pectitus suum filium de baptismate suscepit. dum crederet se alienum suscipere. Uxor vero. dum callide vellet suscipere proprium. suscepit alienum. quem adoptavit ut sibi in filium. Et ex uxore sua filia nascitur. quam filio suo adoptivo. spirituali filio uxoris. dum uterque esset in cunabulis. tradidit. Post triennium uxor moritur. et pater eius relicta viri compatris uxoris sue clam desponsavit. Aliquantulum temporis effluxit. et alius publice duxit eam in uxorem. Queritur an uxori sue debitum reddere valeat. qui proprium filium de sacro baptismate suscepit. Secundo an sponsalia contrahantur inter infantes. Tertio an spirituales et adoptivi filii naturalibus copulari valeant. Quarto an uxorem compatris uxoris sue alicui ducere liceat. Quinto an clandestina coniugia desponsatio manifeste preiudicet.

Quod autem proprium filium in spiritualem transferens sue uxori debitum reddere non valeat. ratione et auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate permittitur. ut quis commatri sue carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi commatrem effecit. Non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit. Hinc Deusdedit sancte Romane ecclesie episcopus scribit Gordiano Hispalensi ecclesie episcopo et ceteris. Separentur viri ab uxoribus que aliquo casu filios eorum coram episcopo tenuerint.

[Gloss, top:] ...suscepto filio uidetur sacro fonte inter me et ipsam non contrahi compaternitas quia nil ad constituendam eam debuit qui fons fuit... possint eam contrahere quam reuiuiscere cum nil fuit... ex lege mosaica quod obtentum inter eos compaternitas per circumcisionem hic...

XXX

...contrahitur. nunc per baptismum ... suscepit aut suscipiente in his que ... baptismi ... compaternitas ... et licet adhuc sit in fide uel fuerint ... ante baptismum ... causa destinata quedam fidelis reputatur ... cui filia de sacro fonte suscepto ... compaternitas. unde non possum ... ad uxorem ... conuersa ... his compaternitas inter me et patrem suscepto de sacro fonte licet ... baptizatus.

Peruenit ad nos diaconi uestri scitatis uestre epistolam deferentis, quod quidam uiri et mulieres preterito sabbato pascali die pro magno populorum incursu, nescientes proprios filios suos suscepissent ex lauacro sancto. Cupis ergo scire pro tali ratione accidenti utrum debeant uiri ac mulieres ad pristinum usum redire an non. Nos uero hac re iam [i. dubii] inquisitum priorum dicta inuenimus in archiuis apostolice sedis. iam talia contigisse et in ecclesiis isaurie et ephesiorum simulque ierosolimorum. aliarumque ecclesiarum episcopatuum. cunctatum ab hac apostolica sede uolentibus scire utrum uiri ac mulieres redirent [i. redire possent] ad pristinum thorum. beate memorie sancti patres innocentius. et celestinus cum episcoporum plurimorum et sacerdotum consensu in apostolorum principis presentia perfidentes talia prescripserunt et confirmauerunt. ut nullo modo se in coniugio [i. et carnali commercio] recipere mulieres quicumque aliqua ratione ac uiri suos susceperint natos. sed separent se. ne suadente diabolo tale uitium inolescat. Scitis quia quomodo sunt vii. dona spiritus sancti. ita sunt vii. dona baptismi. A primo ergo pabulo sacrati salis et ingressu ecclesie usque ad confirmationem per crisma. hoc est a primo usque ad septimum. nullus christianus suam commatrem in coniugium sumere debet et qui presumpserit tam diu anathematis uinculo religetur. donec penitentiam digne egerit. Item ex concilio aput uermeriam. cap. iiii.

Ab uxore separetur qui filiastrum uel filiastram suam coram episcopo

Siquis filiastrum uel filiastram suam tenuerit ante episcopum tenuerit ad confirmationem. separetur ab uxore sua. et aliam numquam accipiat. similiter et mulier. Econtra uero scribit nicholaus salonitano episcopo dicens. Non separetur a uiro. que filiastrum suum de sacro fonte leuauit.

Nosse desideras utrum mulier que unum filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit. postmodum possit cum eo demum uiro copulari. Quo si non coniungi posse decreuimus. quia sed iam dum canones sacros. nisi ambo consensu intus religionis obtentu debent coniux dimittere coniugem proprium. Manet autem ad ingens uxoris excidium [i. N. licet] quamuis odio uiri uel infirmitate uiri non considerans quasi causa pietatis operatur in pietatem. maxime cum apostolus preapiat. Nolite inquiens fraudare inuicem. nisi ex consensu ad tempus. ut uacetis orationi. Et iterum reuertimini in idipsum. ne temptet uos sathanas propter incontinentiam uestram. Ergo si non ex consensu utriusque coniugis factum esse probatur. non fraudent inuicem. sed reuertantur in idipsum. presertim cum dicat apostolus. Vxor sui corporis potestatem non habet. sed uir. et uir sui corporis potestatem non habet. sed mulier. Item ex concilio cabilonensi. cap. iiii. Non separetur a uiro. si penitentiam agat. que filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit.

Dictum est nobis quasdam feminas desidiose. quasdam uero fraudulenter. ut a uiris suis separentur. proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus. ut siqua mulier filium suum desidia. aut fraude aliqua coram episcopo tenuit ad confirmandum. propter fallaciam suam. aut propter fraudem quam [c. ex coniuge] diuinum penitentiam agat. a uiro tamen suo non separetur. Item ex concilio magontiensi. Separentur et graui pena plectantur. qui filiolam suam uel spiritualem matrem [i. spiritualem]

De eo qui in matrimonio gaudet. si aliquis filiolam duxerit in uxorem.

Suam duxerit in uxorem. et de eo qui commatre cubuit. cum commatre spirituali. et de eo qui filium suum baptizauit. et cuius uxor eum de fonte suscepit. hac causa. ut dissidium fieret coniugii. si postea permanere in tali copulatione possunt. De talibus sic respondendum est. Si filiolam aut commatrem suam in coniugio aliquis duxerit separandos esse iudicamus. et graui penitentia plectendos esse. Si autem coniuges legitimi uel ambo industria fecerint. ut filium suum de fonte susciperent. si innupti permanere uoluerint [uouentes parte uotis] bonum est. Si autem grauis penitentia [i. si nolunt parte uoti] insidiatoribus iniungatur. et simul maneant. Si preuaricatores coniugii supruixerint. acerrima penitentia mulctentur. et sine coniugii spe maneant. Item nicholaus papa rodulfo bituricensi episcopo. Non separentur ab uxoribus qui filiastros suos coram episcopo tenent.

De his qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent. i. qui filios uxoris sue de uiro priori. dum crismantur ab episcopis presentes sustinent. si in sancta sinodo asseritur fiat. licet sit peccatum. non tamen usque ad separationem coniugii puniendi sint. Lugeant tamen et digna penitentia hoc diluentes. domino dicant. delicta ignorantie mee ne memineris. Item iohannes papa anselmo lenosine ecclesie episcopo. Non separentur qui cum necessitatis filium baptizat.

Ad limina beati petri apostolorum principis hic presens homo nomine stephanus orationis causa ueniens tuo presulatui suggerendo innotuit. quod filium suum in extremo uite positum. ne diuini baptismatis unda lotus. absentia scilicet sacerdotum nimia cogente necessitate baptizauit. eumque propriis manibus retinendo suscepit. atque pro huiusmodi negotio notitie tue patefacto. reuerentia tua. quasi rectitudinis zelo flagrans preter eum hominem. a sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet dicente scriptura. Vnictam esse uirum uxorem a domino. et quos deus coniunxit homo non separet. Vnde dominus in euangelio. non dimittere posse uxorem suam. nisi causa fornicationis aptissime iubet. et nos tante auctoritatis pagina freti uisione dicimus dimittendum esse et inculpabile iudicandum. quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonum auctoritatem si necesse fuerit facere libere conceditur.

[Marginal glosses, right:] ... quod nullus dolus suus et fraudibus patrocinari ... Continuo ... Cum Dnupti. Siquis ... C. j. xxiii. q. ii. Siquis ... Arg. quod dolus nemini debet patrocinari ... de dolo nec ex dolo. ... Arg. quod sublato impedimento ... Interiore, i. semper dolens se fecisse hoc ... de clericis ... hic xxvii. q. i. ubi ... Item esse ... absque necessitate ... Nota in casu necessitatis patrem ... baptizare filium suum ...

[Gloss, bottom:] [illegible]

Unde suspicatus genitor filium suum corpe morientem. aspiciensque animam pp̄etua morte peruntem dimitteret. sacrum da baptismatis lauit. ut eum de potestate auctoris mortis 7 tenebrarum eripet. 7 in regno xp̄i iam regnaturū sine dubitatione transmitteret. benefecisse laudatur. 7 idcirco sue uxori sibi iam olim legitime sociate inpune quamdiu uixerint. iudicam manere coniunctum. nec ob hoc contra p̄fatas auctoritates diuinas. aliquatenus separari debe.

Filia dr̄ spūalis. non solum eius qui accipit. s; 7 eius qui trine mersionis uocabulo eam sacro baptismate tingit. dicitur 7 spūalis filia sacerdotis. que ei peccata sua confitetur. harum omnium flagitiosa commixtio est. 7 eadem pena plectenda ē. Unde sima chus p̄pā. Par penitentia est indicta q̄ spūalem filiā. 7 penitentialem suā uiolare mō

Omnes quos ad penitentiā suscepimus. ita nostri spūales sunt filii. ut ipsi 7 quos. ut nobis suscipientibus. ut sub trine mersionis uocabulo mergentibus unda sacri baptismatis regenerauit. Sicut papa docens. ammonet unumquemq; sacerdotem. ut nullus causa fornicationis. ad suā penitentialem accedat. Quia scriptum est. Oms quos in penitentia accipimus. ita nostri filii sunt. ut in baptismate suscepti. Quapropter si quis hoc scelus perpetrauerit. non solum dignitatis honore amittat. uerum etiam usq; ad exitum iugi penitentie se subdat. Item celestinus. de eo dem

Siquis sacerdos cum filia spūali fornicatus fuerit. sciat se graue adulterium commisisse. Ideo cū femina si laica est. omnia derelinquat. 7 res suas pauperibus tradat. 7 conuersa in monasterio deo usq; ad mortem seruiat. Sacerdos autem qui malum exemplum dedit omnibus ab omni officio deponatur. 7 peregrinando. xii. annis peniteat. postea uero ad monasterium uadat. ibiq; cunctis diebus uite sue famulat deo. Item. de eodem.

Non debet eps̄. aut pbr̄. commisceri cum mulieribus que ei sua fuerint confesse peccata. Si forte q̄ absit hoc contigerit. sic peniteat. quomodo de filia spūali. eps̄. xv. annis. pbr̄ xii. 7 deponatur. tamen si in conscientia ppl̄i aduenerit. His ita q̄ auctoritatibus apparet. q̄ siue p̄rum. siue tantum modo uirum filium. mulier de sacro fonte susceperit. non io a uiro suo est separanda. Quod 7 de uiro similiter oportet intelligi.

Sponsalia. ante septennium contrahi non poss. Solo enim consensu contrahunt. q̄ interuenire non potest. nisi ab utraq; parte idem intelligat. q̄ inter eos agitur. probatur non posse contrahi inter pueros quorum etatis infirmitas consensum non admittit. teste hoc nicholaus pp̄. dicens. Ante temp̄ cons̄ni endi. coniugium contrahi non potest.

Ubi non est consensus utriusq;. non est coniugium. ergo q̄ pueris dant puellas in cunabulis. 7 e conuerso nichil faciunt. nisi uterq; puerorum postquam uenerint ad tps discretionis. consentiant. etiam si pater 7 mater. hoc fecerint. 7 uoluerint. Quod autem spirituales. ut adoptiui filii. naturalibus copulari non possint. nicholaus pp̄. respondens ad consulta bulgarorum. e contestatur ita dicens. Quod de sacro fonte suscepit.

Ita diligere debet. filius est ei. a quo susceptus. homo eum. qui se suscepit de sacro fonte. sicut patrem. Item est inter fr̄s. 7 filios spūales. gratuita 7 sancta com̄io. que dicenda non est consanguinitas. s; spūalis p̄ximitas habenda. Unde inter eos arbitror non posse fieri quodlibet legale coniugiū. quando quidem nec inter eos. qui natura 7 eos q̄ adoptione. filii s; uenerande romane leges matrimonia contrahi permittunt. Item si inter eos non contrahitur matrimonium. quos adoptio iungit. quanto potius a carnali inter se oportet contubnio cessare. quos p celeste sacramentū. regnatio sci spūs iungit. Longe enim inquio congruentius filius patris mei. uel frater meus appellatur. is quem diuina grā. potius quam humana uoluntas. ut filius ei esset elegit. prudentius q; ab alterna corporis commixtione secernitur. Item çacharias eps̄ seruus seruorum dei. reuerentissimo. 7 scīssimo theodoro epō. eccle ticinensis. Filiam spūalem. carnali filio nubere non potest.

Pictatium quod nobis tua uenerandâ fr̄nitas obtulit. p q; nos scisitari uoluisti. silicet a filio. cuius pater alterius filiam. ex sacro baptismate suscepit. susceptā. i. spirituelem eius patris filiam. q; dicta crudele est in matrimonio suscipe. q; a putte enormiter asseruisti contigisse. S; 7 bn̄ tua scā fraternitas comprimit h̄. q; omīs moises p̄cepit dicens. Turpitudinem patris tui. uel matris tue. uel sororis. non reuelabis. Turpitudo ē enim tua. Sicut ergo a consanguinitate iubemur abstinere. multo magis a spūali patris nr̄i filia. omni excusatione. aut argumento seposito. sub nimia districtione. nos cauere conuenit. ne iram diuine examinationis incidat. Siquis talis facinore mixtus. minime restrinxerit frena luxurie. Unde omīs cauendi sunt a tali scelere commixtione. ne impperium incipeant. Si hunc quia auctor huius p̄uitiosi temeritatis. anime sue salutē despiciens. impio se iunxit matrimonio. p omnia fraternitas tua. studeat separe. 7 penitentie digne submittere. quatenus ab eterna eritam dampnatione. animam ei lucrens. Item çacharias. 7 d̄s dedit. Filio suo quā de sacro fonte suscepit. nullus tradere audeat.

Non oportet filiam. quam de sacro fonte suscepit aliquis filio suo in matrimonio tradere. qa diuinasententia. germaniee inueniunt. Siquis talis facinore comptus. minime restrinxerit fre

lucretia uxor iohis. aliquam autem filio mortuo maximilla facta est. tandem moritur lucretia postquam uiro suo iohi nupsit. uult itaque iohs maximillam sibi matrimonio copulare. uidebatur hoc non licere. putabatur namque commaternitas. ut maximillam sibi matrimonio copulare

naluxurie. ab eccla catholica abhominabitur.
S. si conuersus fuerit. post separationem. vii. annis penitentiam agat. consiliis simul cum auctore sit ista conditio. i. simul cum operatoribus et consentientibus peniteant. F ilii siue ante compaternitatem. siue post nati fuerint. licite coniungi possunt. Unde urbanus scribit uitali brixiensi pbro. *Filii uel filie ante uel post compaternitatem geniti legitime*
S uper quibus consuluit nos tua dilectio. hoc uidetur nobis ex sententia respondendum. ut baptismus sit. si instante necessitate femina puerum in nomine sce trinitatis baptiza uerit. et quia spiritualium parentum filii uel filie. ante uel post conmaternitatem. geniti possint legitime coniungi. preter illam personam qua compatres sunt effecti. P ascalis ii. scdus. post compaternitatem genitos copulari prohibet scribens regino epo. *Qui ex compatre uel commatre post suscepto filio de fonte nati fuerint. coniungi non possunt.*
P ost susceptum uero de fonte filium. uel filiam spiritualem. qui ex compatre uel ex commatre nati fuerint. in matrimonio coniungi non possunt. quia leges seculi non emancipatos adoptiuis prohibent copulari. Unde ex libro. dig. t. de ritu nuptiarum ppendit. in quo ita legitur. per adoptionem quesita fraternitas. eo usque impedit nuptias donec manet adoptio. Ideoque eam quam pater meus adoptauit et emancipauit. potero uxorem ducere. eamque et si non emancipato illam in potestate retinuerit poterimus iungi in matrimonio. Itaque uolenti generum adoptare. suadetur. ut filiam emancipet. Simuliter suadetur ei qui nurum uelit adoptare. quod emancipet filium. S i quis uero aliquo fortuito casu filiam siue commatris. uxorem accepit. non cogitur eam dimittere. Unde in tribunensi. co. legitur. *Non cogitur quis dimittere filiam sue commatris. quam duxit in coniugium.*
I llud uero nec canonica institutione diffinimus. nec interdictione aliqua refutamus. sed propter eos. qui diuersi de eo sentiunt. hoc loco aliquid commemoramus. Si quis sue spiritalis filiam commatris. fortuitu ita contingente. tenui casu in coniugium duxerit. cum filio matrimonii sui ad habeat. atque honesto legitimoque coniugio operam det. R elicta namque compatris uxoris sue. nullus coniugem ducere potest. Unde nicholaus pp. scribit epo. constantinus epo salomoni. *duas commatres aliquem habere non licet*
S acratas a nobis sanctas uiri. si aliquis homo duas commatres habere ualeat. unam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse. erunt duo in carne una. Itaque cum constet. quia uir et mulier una caro per conubium efficiuntur. restat nimirum. uirum compatrem consistui. illi mulieri. cuius matrimonio assumpta uxor commater esse uidebatur. et id circo liquet uiri nulli femine non posse iungi in copula. que commater eius erat. cum qua uerteretur una caro esse

Cognatio q. spiritualis descendit de patre ad filium. sed non contra q. non!

tur. I tem ex. co. calcedonensi. *Octo annis peniteat*
S i pater et filius. aut duo *qui duabus commiscetur commatribus*
fratres. cum una muliere. aut si cum matre et filia aut cum duabus sororibus. aut cum duabus commatribus. aliquis concubuerit. secundum antiquam et humaniorem diffinitionem. octo annis peniteat.
I tem innocentius ex supio tollo epo. *Nullus duabus commatribus commisceatur.*
S i quis unus ex coniugio filium aut filiam alterius. de sacro fonte susceperit. aut ad crisma tenuerit. ut xpianitatis misterium dedit. ambo uir et uxor. compatres existunt parentibus infantis. quia uir et mulier. caro una effecti sunt. E contra uero inuenitur in. co. tribunensi. cap. xl. viii. *uxorem compatris ducere potest. cui*
Q uis spiritualem habet. co. *ipsa commater non fuerat.*
patrem. cuius filium de lauacro sacri fontis accepit. et ei uxor commater non est. liceat ei defuncto compatre suo eius uiduam ducere in uxorem si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. quid enim. Illi namquid non possunt coniungi quos nulla propinquitas carnalis. nulla generatio secernit spiritualis. I tem ex. epla pascalis scdi. ad reginum epm.
P ost uxoris obitum. cum commatre uxoris uiri. super stites coniugio copulari. nulla uidetur ratio. uel auctoritas prohibere. Neque enim in cognationem carnis. cognatio spiritus compatris. Neque enim in unionem carnis. ad unionem spiritus transit. N otandum uero est. quod aliud est commatrem alicuius cognoscere. atque aliud derelicta ab aliquo commatrem alicuius commatrem fieri. auctoritas illa anchotanipape. et calcedonensis sinodi. illum prohibet commatris sue uxoris matrimonio copulari. qui uxoris sue debitum reddidit. postquam illius commater extiterit. Illa uero auctoritas pascasii pape. illos permittit matrimonio copulari. cum uxor postquam a uiro suo derelicta est. illius commater efficitur. nec post compaternitatem. a uiro suo cognoscitur. Q ueritur autem. an uxor cum marito in baptismate. simul debeat suscipere puerum. D e hiis ita scribit urbanus scdo. pbro brixiensi. *uxor non sint cum uiro. filium alicuius in baptismate non suscipiant.*
Q uod autem uxor cum marito in baptismate non debeat suscipere puerum. nulla auctoritate reperitur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conseruetur. diiudicamus decernimus. ut utrique insimul ad hoc minime aspirare presumant. Q uia uero piaculare flagitium committit. qui duabus commatribus. uel duabus sororibus nupsit. magna iuxta modum culpe. penitentia est dei ab ei iungi. Illud uero tribunensis co. aliud legitur. Q ui spiritualem habet compatrem et ante hanc prohibitionem dictum intelligitur. ut uxor commatrem accipiat. non

ex eo de ensilio. cum uiro. secundum ex alio. Quod autem clandestina coniugia fieri non debeant, Euaristus papa testatur dicens, scribens episcopis Africe.

Aliter non **Clandestina coniugia fieri non debent.** fit legitimum coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere uidentur, et a quibus custoditur, uxor petatur, et a parentibus propinquioribus sponsetur, et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimphis, ut consuetudo docet, custodita, et consociata a proximis congruo tempore petita legibus dotetur, ac solempniter accipiatur, et biduo uel triduo orationibus uacent, et castitatem custodiant. Ita enim peracta legitima scietote esse conubia. Aliter uero presumpta non conubia, set adulteria uel contubernia uel stupra aut fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi uoluntas propria suffragata fuerit, et uota succurrerint legitima. Item ex decreto Hormisde pape cap. vi. **Nuptias occulte celebrari non licet.**

Nullus fidelis cuiuscumque conditionis sit occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote publice nubat in Domino. Item Nicholaus ad consulta Bulgarorum. **Nuptie publice celebrari debent.**

Nostrates tam mares quam femine non ligaturam auream uel argenteam aut ex quolibet metallo, quando nuptialia federa contrahunt, in capitibus deferunt; sed post sponsalia federa, que futurarum sunt nuptiarum promissio, federa quoque consensu eorum qui hoc contrahunt et eorum in quorum sunt potestate celebrantur. Et postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignitam desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, ne uidelicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere presumant, ambo ad nuptialia federa perducuntur. Et primum in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum statuuntur, sicque demum benedictionem et uelamen celeste suscipiunt. Item hec sunt preter alia, que ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum sollempnia. Peccatum autem esse si hec cuncta in nuptiali federe non interueniant non dicimus. Item Leo papa. **In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda**

Qualis debeat esse uxor que habenda est secundum legem: uirgo, casta, et desponsata in uirginitate, et dotata legitime, et a parentibus tradita, secundum legem sponso et paranimphis accipienda, et ita secundum legem et euangelium publicis nuptiis in coniugium licite sumenda, et omnibus diebus uite sue, nisi ex consensu et causa uacandi Deo, numquam propter hominem separanda, et in

fornicata fuerit dimittenda, sed illa uiuente altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non possidebunt, et penitentia illius per scripturam recipienda. Item ex concilio Carthaginensi iiii. **Quod sponsus et sponsa**

Sponsus et sponsa cum **ad benedictionem accedat.** benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus uel a paranimphis offerantur in ecclesia sacerdoti. Qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in uirginitate permaneant. Item ex concilio Carthaginensi sexto. **Sine publicis nuptiis nullus ducat uxorem.**

Nullum sine dote fiat coniugium; iuxta possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere uel uxorem ducere presumat. His omnibus auctoritatibus occulte nuptie prohibentur, atque ideo cum contra auctoritatem fiunt, pro infectis haberi debent. Si queritur quid sibi uelint sollempnitates ille uelaminis et anuli que in coniugiis obseruantur, De his ita scribit Ysidorus in secundo libro de officiis cap. xix. **Quare femine uelantur dum maritantur.**

Femine dum maritantur ideo uelantur, ut nouerint se per hoc uiris suis esse subditas et humiles. Item. **de eodem.**

Quod nubentes post benedictionem uitta uno inuicem uinculo copulantur, uidelicet ideo fit, ne compagem coniugalis unitatis disrumpant. At uero quod eadem uitta candido purpureoque colore permiscetur, candor quippe est munditia uite, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentia et lex continendi ab utrisque ad tempus admoneatur, et post hoc reddendum debitum non negetur. Item quod in primis anulus a sponso sponse datur, fit hoc nimirum uel propter mutue dilectionis signum, uel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Unde et in quarto digito anulus idem inseritur, ideo quod in eo uena quedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perueniat. Item Ambrosius in libro de patriarchis. **Nuptie dicuntur ab obnubendo, eo quod caput suum obnuere solent.**

Nec illud otiosum, quod cum uenisset Rebecca, uidit Isaac deambulantem, et cum interrogasset quis esset, cognito quod ipse esset, cui duceretur uxor, descendit et caput suum cepit obnubere, docens uerecundiam nuptias preire debere. Inde enim et nuptie dicte, quod pudoris gratia se puelle obnuberent.

Sed obicitur: premissis multa sunt que prohibentur, que si fiant, ex post facto conualescunt. Prohibentur uouentes matrimonia contrahere, que tamen si contraxerint inuiolata manere oportet. Sic et clandestina coniugia contra leges quidem fiunt, tamen contracta dissolui non possunt, quia ex legitimo uoto subsequente corroborantur. Unde et Euaristus, cum dixisset aliter presumpta non sunt coniugia sed adulteria, addidit: nisi uoluntas propria suffragata fuerit, et uota succurrerint legitima. Hinc etiam Innocentius. Si quis diuinis tactus scripturis, in

rauerit mulieri legitimandae seu uxorem habiturum, ut si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illa legitima uxor, quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit. His ita respondetur. Coniugia que clam contrahuntur non negantur esse coniugia, nec iubentur dissolui, si ex utriusque confessione probari poterunt. Verum prohibentur, quia mutata uoluntate alterius eorum, alterius confessioni fides iudicii fieri non potest. Unde cum publice alterius uota in alteram partem se transtulerint, pro tali coniugio, quod iudicii incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim, ut Sixtus papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis, nemo pontificum iudicare presumat. Et quamuis uera sint, tamen credenda non sunt, nisi que certis indiciis comprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor papa scribit Theophilo episcopo.

In certa re nullatenus iudicemus, quousque adueniat Dominus, qui latentia producet in lucem, et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Quamuis enim uera sint, tamen non credenda sunt, nisi que manifestis indiciis comprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur. Item Euaristus papa omnibus episcopis.

Ante iustam probationem nullus est iudicandus aut damnandus.

Nullum ante ueram iustam probationem iudicare debemus aut damnare, teste apostolo qui ait: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Mala itaque audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitando quicquam aliquis agat. Item Eleutherius papa.

Non sunt aliqua iudicanda, priusquam certis demonstrentur indiciis.

Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere. Interrogandi et respondendi obtinendique probata patientia adeo, ut ibi actio ambarum partium illuminata sit plenius, nec litigantibus iudex sua uelit prius sententia obuiare, nisi cum iam partes omnibus nichil habent quod proponant in inquisitione, et tam diu actio uentiletur, quoadusque ad rei ueritatem perueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid forte pretermissum remaneat, quod ad negotium conueniat. Ex premissis manifestissime colligitur, quod pro incertis a certis recedendum non est, nec in re dubia certa danda est sententia. Cum autem fides dubie rei, nisi testium approbatione uel legitima confessione, iudicii fieri non ualeat, et testes auctoritate Calixti pape de aliis causis uel negotiis testimonium dicere non ualeant, nisi de his que sub eorum presentia facta noscuntur, apparet clandestina coniugia ideo prohibita esse, quia cum alter eorum coniugalem effectum se ad alterum habuisse negare uoluerit, legitimis probationibus conuinci non potest. Quibus deficientibus iudicis sententia rite absolutus, statum adulterii utrique manet, dum uterque eorum uiuente alii se copulauerit.

UXOREM

cuiusdam alius constuprauit, eo mortuo adulter adulteram sibi in uxorem accepit. Filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum promisit, iurauit. Illa assensum non prebuit. Deinde pater alii eam tradidit; a primo reposcitur. Queritur: an possit duci in coniugium que prius est polluta per adulterium? Secundo: an filia inuita sit tradenda alicui? Tertio: an post patris sponsionem illa possit nubere alii?

Et quod adulterio polluta prohibeatur duci in coniugium, auctoritate Leonis pape, qua dicitur:

Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonio.

Nullus ducat in matrimonio quam prius polluit adulterio. Sed Augustinus contra testatur, scribens ad Valerium de nuptiis et concupiscentiis:

Licet alicui ducere in matrimonio, nisi quam prius polluit adulterio.

Denique mortuo eo cum quo fuit uerum connubium, fieri potest connubium cum qua precessit adulterium. Idem in libro de bono coniugali.

Posse sane fieri licitas nuptias ex personis illicite coniunctis, honesto placito subsequente manifestum est. Hec ultima auctoritas de eo ambiguo loquitur, prohibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quamdiu uiuit uir eius. Aliquis ducat in coniugium, committit adulterium cuius adulteri aliqua habet ueniam, dum ei copula creditur esse licita. Illud Leonis pape de ea intelligendum est que a uiro suo non erat repudiata, cui uiuebat uir, reddens ei coniugale debitum. Unde in concilio apud Altheim habito, presente Conrado rege, constitutum est, cap. vi.

Nullus ducat in coniugium quam prius polluit per adulterium.

Illud quoque communi decreto sacrorum canonum instituta diffinimus et prejudicamus, ut si quis cum uxore alterius, uiuente eo, fornicatus fuerit, moriente marito sinodali

iudicio, a dicitur se claudatur. illicitus. nec ulterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim nec christiane religioni conuenit, ut ullus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium. His subsequitur. nisi prius peracta penitentia, et nichil in mortem uiri machinatus fuerit, ut si uiuente uiro fidem adultere non dedit, se futurum eius coniugem, si uiro ei non superuiueret. Unde in tiburiensi concilio legitur. post mortem uiri non potest adulteram in coniugium ducere, qui ea uiuente iuramentum

Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, presbyterum quendam alterius uxorem stupro uiolasse, et insuper meche uiuente uiro suo iuramentum dedisse, ut si post legitimi uiri mortem superuixisset duceret eam uxorem. quod et factum est. Tale ergo conubium prohibemus, et anathematizamus. Item in eodem. post peractam penitentiam, uiduam in coniugem ducere potest, qui eam uiuente uiro eius adulterio polluit.

Siquis uiuente uiro suo coniugem illius adulterasse accusatur, et eo in proximo defuncto eandem sumpsisse dignoscitur. omnimodis penitentie publice subiciatur. de quo et post penitentiam prestantis si expedierit, seruabitur regula. nisi forte idem uir et mulier uirum qui mortuus fuerat occidisse notentur, aut propinquitas, uel alia quelibet criminalis occasio inpediat. Quod si probatum fuerit sine ulla spe coniugii, cum penitentia perpetuo maneant.

Item ex concilio eliberitano. post penitentiam reconcilietur ad communionem uidua, que mechum suum uirum accepit.

Si qua uidua fuerit mechata, et eundem postea habuit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima penitentia, placuit eam ad communionem reconciliari. Et obicitur. Dauid cum bersabee adulterium commisit, et mortem urie machinatus est, et tamen eandem bersabee postea duxit in uxorem. Sed inueterite statuto propter infirmitatem, que in euangelii perfectione eliminata sunt. Sicut permittebatur quibuslibet dare libellum repudii, ne per odium funderetur sanguis innoxius, quod postea in euangelio dominus prohibuit dicens. Uxorem a uiro non esse dimittendam. nisi causa fornicationis. Quedam permittebantur causa infirmitatis, et sacramenta futurorum. sicut permisit dominus filiis israel offerre animalia in sacrificium, que in egipto consueuerant immolare demonibus, malens ea offerri sibi, quam idolis. ut essent illius sacramenta futurorum. Sic et bersabee permissa est ducere in uxorem. non magis causa sue infirmitatis quam significatione futurorum. Est et alia ratio quod uxor defuncti huic nubere possit. Generaliter enim prohibentur uiri et mulieres frequenter contrahere matrimonium. Unde conubio secundarum nuptiarum presbyteri interesse non debent. sicut in neocesariensi concilio legitur. fides et conuersatio, penitentiam adbreuiet eorum, qui frequenter ducunt uxores.

De his qui frequenter uxores ducunt, et de his que sepius nubunt. tempus quidem his manifestum est constitutum. sed conuersatio et fides eorum tempus adbreuiet. Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere. maxime cum precipiatur secundis nuptiis penitentiam tribuere. Quis enim erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis. Item iohannes crisostomus. Secundum ueritatis rationem, fornicatio communicatione. et apti per, qui secundam ducit uxorem. Peruenit secundas adire nuptias, propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum preceptum apostoli licitum est, secundum autem rationem ueritatis, uere fornicatio est. Sed cum permittente deo publice et licenter committunt, fit honesta fornicatio. propterea benedixit. quia moises hoc permisit. aliud est enim precipere. aliud permittere. Quod enim permittimus nolentes precipimus. quia malas hominum uoluntates ad plenum prohibere non possumus. Item ieronimus de uirginibus. ut uitet periculum fornicationis secunda matrimonia conceduntur.

Quomodo uirginibus fornicationis periculo concedit nuptias, et excusabile facit, quod per se non appetitur. ita eodem fornicationis periculo concedit uiduis secunda matrimonia. Melius est enim licet alterum et tertium uirum nosse, quam plurimos. id est tollerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. Siquidem et illa in euangelio samaritana sextum maritum habere se dicens. arguitur a domino quod non sit uir eius. Ubi enim numerus maritorum est. ibi uir proprie qui unus est esse desistit. Una costa a principio in unam uxorem. uersa est. erunt inquit duo in carne una. non tres. neque quatuor. alioquin non duo. sed plures. Primus lamech sanguinarius. atque homicida. unam carnem in duas diuisit uxores. fratricidium. et bigamiam eadem cataclismi pena deleuit. de altero septies uindicatum est. de altero septuagies septies uindicatum est. Quantum distant in numero. tantum in crimine. Quam scelesta sit bigamia. hinc et ostenditur, quod bigami ad clerum eligi non possunt. Et apostolus ad timotheum. Uidua inquit eligatur non minus lx. annorum. que fuerit unius uiri uxor. Hoc commune preceptum est de his uiduis que ecclesie pascuntur elimosiniis. Et ideo certa etas prescribitur. ut illa tantum accipiant pauperum cibos. que iam laborare non possunt. Simulque considera. quod que duos habuit uiros. et si anus est. et decrepita. et egens. ecclesie stipes non meretur accipere. Si autem panis illi tollitur elimosine. quanto magis qui de celo descendit. quem qui indigne commederit. reus erit uiolati corporis, et sanguinis domini. Quamquam hec testimonia. que supra posui. in quibus uiduis conceditur. ut si uelint denuo nubant. quidam interpretantur super his uiduis. que ante quam fuissent mariti, fideles sunt. Uerum hoc cum ad exortationem uiduas continentie. non in condem

nationem secundarum. et deinceps nuptiarum dixis
se. quas multorum auctoritatibus constat licitas esse. ut ex
verbis eius dem datur intelligi. ait enim ad pagma
chium. **nec secunde. nec tertie. nec deinceps nuptie sunt condempnande.**

Aperiant queso aures obtrectatores mei. et videant quomodo me dampnare volunt. me. secundas. et tertias nuptias non dampnando non
consensisse. qui secundas. et tertias nuptias non dampna
vi. primum potui dampnare matrimonium. Ideo
solon dampno bigamos. immo nec trigamos. et si dici
potest octogamos. Idem ego nunc vibam doceo pela
mo. non dampnari necet a bigamia. immo nec tri
gamiam. et ita licere quinto. et sexto. et ultra. duos
maritos nubere. Item aug. l. ii. contra adversarium
legum et prophetarum. **Secunda coniugia. sicut et prima. legitima**

Quis masculum. et feminam. **cita esse probantur.**

Pro pagina dignis. causa nuptiali castitate. coniun
xit. et secundas nuptias. que in uno quoque testamento permit
tuntur licitas esse monstravit. Idem super primam epistolam
ad corinthios. Quod si dormierit vir eius. dicit primi
vel secundi. vel tertius. nec nobis diffiniendum est. quod non
diffinit apostolus. Unde nec ullas debeo dampnare nup
tias. nec eis verecundiam afferre numerositatis.
Unus autem septenarium non dampnat. nec dicit in resur
rectione non posse esse. sed tantum. neque nubent. ne
que nubentur. Unde nec contra huma
ne verecundie sensum audeo dicere. ut quotiens
voluerint nubant. nec ex corde meo. quotaslibet
nuptias condempnare. Quod vero vivente hoc di
vidue. Beatior erit si sic permanserit.

Quod autem aliqua non sit cogenda nubere alicui. Ambrosius testatur su
per epistolam primam ad corinthios. Nubat vidua cui vult.
tantum in domino. id est quem sibi aptum putaverit. illi nubat. quia
quam invite nuptie malos solent proventus habere.
tantum autem in domino. id est ut sine suspitione turpitudi
nis nubat. et viro sue religionis nubat. Item ur
banus papa. **Iuramento patris non cogitur puella nubere. cui nunquam assensum adhibuit.**

Sciverum esse constiterit. quod nobis legati iordanis princi
pis retulerunt. scilicet quod ipse coactus filiam et dolens filiam
suam infantulam nolentem flentem. et pro viribus
renitentem. non assentientibus. sed valde dolenti
bus matre et parentela. rainaldo randelli filio de
sponsaverit. quam canonum et legum auctoritas ta
lia sponsalia. ut infra ostenditur non approbat.
ne ignorantibus leges et canones. nimis durum
quoddam videatur. Ita temparamus sententiam. ut si prin
ceps cum filie matris. et parentele assensu. id quod cep
tum est perficere voluerit. concedamus. Sin autem le
gatus noster. utrasque partes audiat. et si nichil fuerit
ex parte simpliciter supradicti rainaldi amplius quam
petiat. ab ipso iordane sacramentum quod ita hec consti
terit. ut dicta sunt accipiat. et nos canonum et legum
scita sequentes. deinceps non prohibemus quin alii viro.
si voluerit. predicta filia eius tantum in domino nubat. Item

sacratio regi adrogantium. **quorum unum fuit ut unum esset corpus. unus debet esse et animus. atque ideo nulla invita copulanda.**

De nepte tue coniugio quam cuidam ante nullius est alicuius
tibi datarum. necessitatis instante necessitate arti
culo sub fidei pollicitatione firmasti. hec equita
te dictante decernimus. ut si illa virum illum
omnino ut dicitur renuit. et in eadem voluntatis
auctoritate persistit. ut virum illi prorsus se negaret
nupturam. nequaquam eam invitam et renitentem
eidem viro cogas coniugio sociari. Quorum enim
unum corpus est. unus debet esse et animus. ne for
te cum virgo fuerit. alicui invita copulata. con
tra domini apostolique preceptum. aut reatum dissidii. aut
crimen fornicationis incurrat. cuius videlicet pec
cati malum in eum redundare constat. qui eam
coniunxit invitam. Quod pari tenore de viro est se
tiendum. Item nicholaus rainaldo portuensi.
nobisi calensi episcopis. **non licet deserere virum. quam permis sis dotibus et publica attestatione duxit uxorem.**

Lotharius rex in commonitorio proferetur se gualdra
dam a patre accepisse. et sororem postmodum uicberti
ad misisse. ubi primum diligenti inquisitione
inquirite. et sicut eundem regem gloriosum predictam
gualdradam promissis dotibus coram testibus
secundum legem et ritum. quo nuptie celebrari solent.
per omnia inveneritis accepisse. et publica manifesta
tione eadem gualdrada in matrimonium ipsi
admissa est. restat ut perscrutemini. cur illa re
pudiata sit. et filia bosonis admissa. Sed quia ide
gloriosus rex tebergam metu admisisse se dicit.
metu unius hominis. tantus rex non debuit co
tra divinum preceptum. tanti mali precipitium mer
gi. In hoc certe se magis reprehensibilem ostendit.
in quo amorem mundi dei amori mundi prepo
suit. cum nec etiam occisores corporis sint timen
di. contra iustitiam hominem impellentes Ita
nichil vobis aliud precipimus. manifestatione sua rege
eodem convicto nisi ut secundum canonicam aucto
ritatem nostra vice freti. causam illi diffiniatis. Sin
minime probatum fuerit. gualdradam uxorem
fuisse legitimam. neque nuptiis more celebratis. per
benedictionem scilicet sacerdotis fuisse eam lothario ex
titisse coniunctam. suggerite illi. ut non mole
ste ferat legitimam sibi. si prima innocens apparu
erit recon ciliari uxorem. Preterea vos scire volo.
quia prefata teberga apostolicam sedem bis et ter ap
pellavit. et se a prefato rege glorioso conquesta
est iniuste fuisse deiectam. et vi coactam. falsum
contra se composuisse piaculum. Iam eo tempore
ad apostolicam sedem libellum appellationis sue
misit. in quo non quidem adhuc confessam se
ut contra se falsum diceret crimen. cogi se in
notuit. insuper subiungens. quod si amplius co
pulsa fuero. scitote non veritate. sed timore mo-

tis et uadendi studio. quia aliter non possum quod uoluerim dicam. Unde papam nobis ut cum eadem Teberga ad condictam sinodum sicut statuimus aduenerit. Causam eius diligenti examinatione tractetis. Et si ei obiciatur quod illa se aliquod crimen admisisse confessa fuisset, et contra illa uiolentia se pertulisse proclamauerit, ut si inimicos suos illos sibi fuisse testata fuerit: tunc illud renouetis iudicium secundum equitatis normam, ut in iustitie mole non opprimatur. Ex his auctoritatibus euidenter ostenditur, quod non ubi a uoluntate nulla est copulanda alicui. Quod autem post parentum sponsionem alii nubere non ualeant, auctoritate Eliberitani concilii monstratur, qua dicitur. De parentibus qui fidem frangunt sponsaliorum.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore communione abstineant. Si uero idem sponsus uel sponsa in tam graui crimine non fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si uero in eodem fuerint uitio, et polluerint se, consentiendo superior sententia seruetur. Ex contra quo non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere, uerum hoc de illis intelligendum est, que eorum consensu contracta sunt.

Quidam cum haberet uxorem, quandam meretricem sibi coniugio copulauit, que erat sterilis, nepti cuiusdam ingenui, filia originarii. Quam cum pater alii uellet tradere, auus huic eam copulauit, causa solius incontinentie. Deinde hic penitentia ductus ex ancilla sua filios sibi querere cepit. Postea de adulterio conuictus et punitus, quendam rogauit, ut uxorem suam opprimeret, ut sic eam dimittere posset. Quo facto quandam infidelem sibi copulauit, ea conditione, ut ad christianam religionem transiret. Hic primum queritur, an meretrix licite ducatur in uxorem. Secundo, an ea que causa incontinentie ducitur sit coniux appellanda. Tertio, cuius arbitrium aliqua sequatur, an liberi an originarii patris. Quarto, si uiuente uxore liceat alicui ex ancilla filios querere.

Quinto, si ea que uim passa est pudicitiam amittere comprobetur. Sexto, si adulter adulteram possit ducere. Septimo, si uiuente dimissa aliam possit accipere. Octauo, si infidelem sub premissa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere. Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat multis auctoritatibus et rationibus probatur. Illa enim que adulterii rea comprobatur, nisi post peractam penitentiam in coniugii consortium retineri non debet. Unde Iohannes Crisostomus ait super Matheum cap. viiii. Patronus turpitudinis est, qui uxorem suam adulteram dimittere

Sicut crudelis est et iniquus qui castam noluerit dimittit, sic fatuus est et iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est qui crimen uxoris celat. Item Ieronimus. Causa fornicationis uir dimittat uxorem, non tamen alteram ducat.

Dixit Dominus in euangelio, quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur, et qui dimissam duxerit mechatur. Sola fornicatio est que uxoris uincit affectum. Immo cum illa unam carnem in aliam diuiserit et se fornicatione a marito separauerit, non debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui tenet adulteram stultus et impius est. Ubicumque est igitur fornicatio, et fornicationis suspitio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumpniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptialem ueteri copule crimen impingeret, sic priorem iubetur dimittere uxorem, ut prima uiuente secundam non habeat. Idem in epistola Pauli ad Corinthios. Sola uiri fornicatio in coniugio quis positus. uxorem maculat.

Quecumque peccata fecerit, non propriam infuscat coniugem. Si fornicatio uxorem contaminat, ut iam non sit uiro suo licita, si adultera. Item Iohannes Crisostomus. Qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit, duobus annis peniteat, si ei debitum reddiderit.

Si quis uxorem suam inuenerit adulteram, et postea deinceps eam placuerit habere in matrimonium, ad debitum reddendum duobus annis peniteat. Ideo quia cum adultera miscuit se, que adhuc crimine suo non est purgata, aut abstineat se a matrimonio eius, donec expleat satisfactionem criminis penitentie sue. Ideo quia post satisfactionem penitentie non meretur uocari adultera. Simul si uxor uirum suum inuenerit adulterum, non ad impar iudicantur. Subauditur: nisi mulier ab adulterio recedere uoluerit, quo casu uir uxorem suam recipere potest. Nullum periculum incurraturus. Unde Pelagius papa Melleo subdiacono. Pro penitentia adulterii uxorem suam

De benedicto uir potest reci[...] pe[...]re.

Quod que uxorem alienam facinoroso indicasti

spū sb̄stulisse. r in suum h' acterius p̄sumere de tinere con sortium. r si hoc te rumuerit as sibi ẜ(?) in beniuis experientie tue. ut eum cum ipa q̄ adul tera dist̄ctione non differas mactare. r calũ atos ab inuicem separare. r illũ quem ad luctuum defen sorem in apulie p̄uincie patrimonium sine di lacione migrare. illam u° siquidem mari tus suus. sine dolo aliquo recipe forte uoluerit. tua ordinatione sub cautela recipiat. nullum cū dumtaxat de cetero simul commutem ti p̄i uatum illatur us. Si u° omnino eam recipe nolue rit. in aliũ quem dā locum in q° ei non liceat male uiuere. p̄uida eā dispensatione cō stitue. Item ex penitentiali theodori. **Q̄ adul tere reddit debitũ. trib; annis peniteat.**

Si quis uxorem suam scit adulteram. r non uult dimittere eam. s; in matrimonio h̄re. tres an nos peniteat. r quam diu illa penitet. abstine at se ab illa. Item aug. ad pollentiũ. **Adulterio purgato p penitentiã pot̄ fieri recõciliatio cõiugii.**

Quod aut̄ tibi durum uidet̄. ut post adulteriũ recon cilietur cõiux. si fides adsit. non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulte ros. quos credim' ut baptismate ablutos. ut peni ten tia eẽ sanatos. hec crimina in ueteri lege dei nullis sacrificiis mũdabant̄. que in lege no ui testamenti. sine mutatione mundant̄. & io tunc omnino p̄hibitũ ẽ. ab alio cõtaminatã ac cipe uxorem. quamuis dauid saul filiam. quam pater mulieris ab eo separatã dederat alteri. tã quã noui testamti p̄figurator. sine cunc tatione recepit. Nunc aut̄ postea quam xp̄s ait adultere. nec ego te con dempnabo. uade deinceps noli peccare. Quis non intelligat maritum debe ignoscere. q° uidet ignouisse deum amborum. Nec iam se debe adulteram dicere. cuius penite tis crimen deletum est. Ide de adulterinis con iugiis. **de eo dem.**

Non erit turpis. neq; difficilis. r post patrata atq; purgata adulteria. recon ciliatio con iugii. ubi p claues regni celoz. non dubitat fieri re missio peccatoz. non ut post uiri diuortium adultera reuocetur. s; ut post xp̄i con sortium adultera nõ uocet. Item ambr. **Cum fornicationis crimen. uirũ excludit. castitatis uirt' assciscat.**

Cum reum uirũ excludit̄ castitatis uirt' associat. tia impbitati. statim ascisat̄ uirtus. Egressus enim malitie. uirtutis opat̄ ingressum. eodemq; studio. quo crimen excludit̄. innocen tia copula tur. Ite gg. **Non habet fallax ap deum. qui**

Aput mise penitendo. ad ueritatem reuertitur. A ricordem. iudicem. namq; nec ille fallax habe bitur. qui ad ueritatem reuertit̄. r postquã tur. Quia omnipotens deus diligenter peni ten tiam iam suscipit. ipe suo iudicio. hoc q;

etiam abscondit. Quod si in adulterio p̄seuerare elegerit uxor. patronus turpitudinis. r le nocinii. reus maritus habebit. nisi eam adulte riũ tam facere uoluerit. Unde in viii. l. co dicis. t. de adulteriis r stupro. Imperatores seue rus r antoni. Crimen lenocinii con trahunt. q deprehensam in adulterio uxorem. in matrimo nio detinuerunt. ñ qui suspectam adulteram habuerunt. Hoc etiam mulierib; non obtinet. non enim eis p̄mittit̄. maritos suos adulterii reos facere. viii lib. cod. t. eodẽ. Idem impr. Publico iudicio. non h̄re mulieres adulterii accusatio nẽ. quãuis de matrimonio uiolat̄ queri uelint. lex iu lia declarat. que cum masculis iure mariti. ac cusandi facultatẽ detulisset. non idem feminis priuilegiũ detulit. Sicut ex h̄is auctori tatib; colligit̄ adulteram retinere. nulli p̄mit titur. multo minus in cõiugium duci licebit. qui pudicitie nulla spes habet̄. Deb; enim inter cõ iuges fides seruari. r sacramentum. que cũ desu erint. nõ cõiuges. s; adulteri reputant̄. Unde aug. scribit cõ iulianũ. l. i. **Veritas nuptiarũ cõ**

Non in sola ut sistit in cõmixtione maris r femine. Non in sola ueritas cõmixtione maris r femine. nuptiarũ ueritas est. quamuis sine ulla cõmixtione nupte filios p̄creare non poss̄. S; alia sunt ad nuptias p̄ tepertinen tia. quib; ab adulteriis nuptie decer nunt̄. sicut est thori cõiugalis fides. r cura or dinate filios p̄creandi. r que maxima diffã est. bonus usus malí bonus usus con cupiscentie carnis. quo bono adulteri male utunt̄. Hec bona quib; commendant̄. r ab illicito usu discernunt̄. Con tra li. ambr. nuptias inpbare uidet̄ dicens. **Prime ac**

Nuptie terrã. secũde nuptie. ab auctoritate. i p̄ ba riu Nuptie terrã repleũt. uirginitas p̄adisum. S; hoc intuendũ est. Quod ẽ dumtaxat. iuxta hebraicam ueritatem. q scriptura in primo. r tertio. r iiii. r v. die. r vi. ex pletis opib; singulorum dierũ. dixit. r uidit q̄ bonum est. In scdo die hoc omnino subtraxit. nob intelligen tiam dereliquens. non eẽ bõ num duplicẽ numerum. qui ab unione diui dat. r p̄figuret fedã nuptiarum. Unde r in ar cha noe. omia aĩalia. que cũq; bina ingrediunt̄. inmunda s; inpar numerus est mundus. Qua uis in duplici numero intelligat̄. r aliud sacra mentum. q; nec in bestiis quidem. r inmundis aui b; bigamia cõpbata sit. Bina enim r bina. in grediunt̄. inmunda. r septena. que munda s. ut noe haberet post diluuiũ. q; ex inpari nu mero. possit deo stati offerre. Uerum hoc ad exortationem. non ad necessitatem. obser uande uirginitatis refertur. Unde idem ambr. ait. **Uirginitas ex cõsilio. suadet̄. ñ ex ṗcepto** Integritas corporis expetenda a nob est. **precipitur.**

quã ego p̃ ꝯsilio suadeo. non pro imperio p̃cipio. Sola enim uirginitas. que suaderi non potest. imperari non potest. res magis est uoti quam p̃cepti. ¶ Cum g̃ in meretricem ut diximus. nulla sit spes fidei. nulla sit certitudo iustitie. pudicitie. patet q̃ non est in cõiugium ducenda. Sed obicit̃. Raab iericontina. quamuis esset meretrix. in p̃ncipi de tribu iuda coniugio ẽ copulata. de qua xp̃s ẽ postea nasci dignatus est. Osee q̃q; xii. p̃phetarum. p̃rimus ex p̃cepto d̃ni. choro ordei meretricem emit. quam sibi coniugio sociauit.

Sed aliud est meretricem ducere. ut adulterã retinere. quam tua cõsuetudine. castitate. 7 pudicitia. expertes. atq; aliud est aliquam earũ h̃re. quam nullo pacto. ab eiu carnis sue reuocare ualeas. hoc enim penit̃ p̃hibet̃. illud laudabilit̃ factũ legit̃. ¶ Unde ier̃. sup osee. t. i. Non est peccatũ

Non est culpandus osee. p meretrĩce ducere in uxorẽ. p̃hia. si meretricem quam duxit. ad pudicitiam cõuertit. s; potius laudandus. q̃ ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonꝰ p̃manet pollui. si societur malo. s; qui malus est in bonũ conuertit̃. si bonis exempla sectetur. Ex quo intelligim̃ non p̃phãm p̃didisse pudicitiam. fornicarie copulatũ. s; fornicariam assũpsisse pudicitiam. quam ante habebat. ¶ Quod aut̃ non sit uxor. que sola causa incõtinentie ducat̃. hinc uidet̃ posse p̃bari. quia cõiugiũ p̃pagationis. non explende libidinis. causa. ad constitutum est. h̃ nãq; fuit b̃ñdictio cõiugii. Crescite 7 multiplicamini.

Unde ambr̃. sup luca. Partus feminarũ est sola

Pudor est feminis nuptia causa ei nubendi. rum p̃ma non h̃re. quib; hec sola causa nubendi est. id ẽ. dum cõiugii p̃miũ. 7 gr̃a nuptiarum partus sit feminarum. non mediocris causa est. ut uirginitas marie. falleret p̃ncipem mundi. ¶ Qui g̃ non causa p̃creande sobolis. s; explende sibi inuicem libidinis copulant̃. non tã cõiuges quam fornicarii uident̃. Hinc 7 ier̃. Ñ cõiuges s; adulteri uocant̃. q̃ n̄ s; p̃ceptum ꝯiungunt̃.

Sicut non omnis congregatio h̃reticorum xp̃i. ecclesia potest. nec caput eorum xp̃s ẽ. sic non omne matrimoniũ q̃ uxor non iuxta suos s; xp̃i p̃cepta coniungitur. sue coniugium appellari potest. s; magis adulterium. ¶ His ita respondet̃. P̃ma institutio coniugii in paradiso facta est. ubi est immaculatus thorus. 7 honorabiles nuptie. ex quib; sine ardore conciperent. 7 parerent sine dolore. Sed p̃pter illicitum motum ut mitan dum ex tia paradisum. facta est. ut infirmitas p naturam turpitudinis. honestate exciperet coniugii. Unde apl̃s scribens ad corinth̃ios ait. P̃pt̃ fornicationem unusquisq; habeat suam uxorem. 7 unaqueq; uirum suum habeat. Ex hac ita q; causa fit. ut coniugati se sibi inuicem debeant.

negant nec se sibi possint. Unde apl̃s. Nolite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu. 7 ad tp̃s. ut excedatis uacetis orationi. Et iterum. Reuertimini in idipsum. ne forte temptet uos sathanas. hoc aut̃ dico p̃pt̃ incõtinentiã urãm. Quod aut̃ p̃pter incõtinentiã urãm. in naturalem usum redire monet̃. patet q̃ non p̃pt̃ filiorum p̃creationem. uũ misceri iubet̃. non tñ ideo nuptie male iudicant̃. Quod enim p̃ter intentionem fit gñandi. non est nuptiarum malum. s; est ueniale. p̃pt̃ nuptiarum bonum. q̃d est tripertitũ. fides. uidelicet. p̃les. 7 sacramentum. ¶ Unde aug̃. de bono coniugali. Inmoderatus usus cõiugatorum nõ ẽ nuptiarum malũ. s; est ueniale p̃pter nuptiarum bonum.

Quicquid inter se coniugati inmodestum. inuerecundum. sordidũq; gerunt. uitiũ est hoĩm. ñ culpa nuptiarum. iam in ipa q̃ inmodata exactione debiti carnalis. quã eis non s̃cdm imperium p̃cepit. s; p ueniam concedit. apl̃s. ut 7 p̃ter causam p̃creandi s; misceant̃. 7 si eos praui mores. ad talem concubitũ inpellunt. nuptie tñ ab adulterio. seu fornicatione defendunt. neq; illud p̃p t̃ nuptias admittit. s; p̃pt̃ nuptias ignoscitur. Debent g̃ sibi coniugati. non solum ip̃ius sexus sui cõmiscendi fidem liberorum p̃creandorum causa. que p̃ma est humani generis in ista mortalitate societas. uerum 7 infirmitatis inuicem excipiende. ad illicitos concubitus. euitandos. mutuam quodam mõ seruitutem. ut si alteri eorum continentia placeat. nisi ex alterius consensu non possit. ¶ Non aut̃ datur p̃sentia sc̃i sp̃s. tp̃e quo coniugales actus gerunt̃. ¶ Unde ier̃. sup matheum. Ñ dat̃ sc̃i sp̃s p̃sentia. tp̃e. quo cõiugales act̃ ge

Connubia legitima carent quidem peccato. non tñ tunc tp̃e. illo. quo coniugales actus gerunt̃. p̃sentia sc̃i sp̃s dabit̃. 7 si p̃pha ẽ uideatur. qui officio gñationis obsequit̃. S; et alia plura sunt. in quib; sufficit solatium humana. 7 neq; res indiget. neq; decet adesse p̃sentia sc̃i sp̃s. ¶ Sicut g̃ talis concubitus. non est fornicarius. s; p̃pt̃ bonũ coniugii licitus. sic 7 coniunctio illa de qua dr̃. non est fornicaria s; p̃pt̃ bonũ coniugii licita. Item sicut aug̃. ait in libro de bono cõiugali. Concubine adp̃s adhibite. nec etiam si causa filiorum concumbant. iustum faciunt cõcubinatum suum. ¶ Sic eõ tacito dat̃ intelligi. de his qui coniugali affectu sibi copulant̃. 7 sine causa p̃creandorum filiorum. s; explende libidinis conueniunt. Non eos fornicarii. s; cõiuges appellant̃. p̃ bat hoc idem auctoritate aug̃. in l̃. de bono cõiugali. Cõiu ges sunt. qui cã solius incõtinentie s; inuicẽ copulãt.

Solet queri. cum masculus. 7 femina. nec ille maritus. nec illa uxor alterius. sibi met non filiorum p̃creandorum. s; incontinentia solius cõcubitũ cã

copulantur, eadem fide media, ut nec illa cum altero, nec ille cum altera id faciat, utrum nuptie sint vocande? Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sunt, non tamen evitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur. Ceterum si vel utrumque vel unum horum desit, non invenio quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel suis facultatibus inveniat, quam comparem ducat, animo ipso adulter est, nec cum illa quam cupit invenire, set cum ista, cum qua sic cubat, ut non habeat cum ea maritale consortium. Idem de nuptiis et concupiscentiis.

Fornicarii sunt non coniuges, qui sterilitatis venena procurant.

Aliquando eousque pervenit hec libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, et si nichil valuerit, conceptos fetus aliquo modo intra viscera extinguat ac fundat, suam volendo constituere iustitiam, prolem prius interire quam vivere, aut si in utero iam vivebat, occidi antequam nasci. Prorsus si ambo tales sunt, coniuges non sunt; et si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius convenerunt. Si autem ambo non sunt tales, audeo dicere, aut quodam modo illa est mariti meretrix, aut ille adulter uxoris. De his qui aborsum procurant, queritur, quando iudicentur homicide vel non. Augustinus in libro questionum Exodi ait:

Non est homicida, qui aborsum procurat, antequam anima corpori sit infusa.

Quod vero non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominem deputavit, quod tale in utero geritur. Hic de anima questio solet agitari, utrum quicquid formatum non est, ne animatum quidem possit intelligi, et ideo non sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habebat. Item si aliud informe puerperium iam quidem fuerat, sed adhuc quodammodo informiter animatum, quoniam magna de anima questio est, non est precipitanda sententia, indiscussa temeritate. Ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viva in eo corpore, quod sensu caret. Idem in libro questionum veteris et novi testamenti.

Moyses tradidit: Si quis percusserit mulierem in utero habentem, et abortivum fecerit, si formatum fuerit, det animam pro anima. Si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, ut probaret non esse animam ante formationem. Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam si cum semine et anima existit de anima, et multe anime cotidie pereunt, cum semen ex fluxu quodam non profectu nativitatis. Sed si prius respiciamus, videbimus quid sequi debeamus. Contemplemur facturam Ade. In Adam enim exemplum datum est, ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accepit animam. Nam poterat animam limo terre admiscere Deus, et sic corpus formare. Sed ratione instruebatur, quia primum oportebat domum compaginari, et sic habitatorem induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur habitare. Cum ergo liniamenta compacta non fuerint, ubi erit anima? Item Ieronimus ad Algasiam.

Sicut semina paulatim formantur in utero, et tamdiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant, ita sensus ratione conceptus, nisi in opera prorumpit, adhuc in ventre retinetur, et cito perit ab hoste.

Cum quis aliquam sibi ad tempus adhibet, cum ea adulterium committere dicitur, nec ab ea discedens, nec filiam suam illi tradens peccat. Unde Leo.

Profectus est honestatis fornicariam abicere, et uxorem legitimam accipere.

Ancillam a thoro abicere, et uxorem certe ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugii, sed profectus est honestatis. Culpanda sit. Sane talium negligentia, si non penitus despicienda, ut crebris cohortationibus incitati, que necessarie pervenerunt, fideliter exequantur. Sermonem enim respondendus est, dum in hoc corpore constituti, quamvis non eam quam, quia sufficientia etatis perfecte differt, cum filio maturiore perficiatur. Idem.

Legitimo copulatur, que concubinam habenti traditur matrimonio.

Non omnis mulier viro suo coniuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem federa inter ingenuos sunt legitima et inter equales, multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani iuris existeret. Ita quod aliud est uxor, et aliud concubina, sicut aliud ancilla, et aliud libera. Propter quod et Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium posuit ex Genesi, ubi dicitur Abrahe: Eice ancillam et filium eius; non enim erit heres filius ancille cum filio meo Ysaac. Cuiuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata, et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris iuncte carent culpa, si mulieres, que a viris habentibus in matrimonio non fuerint, quia aliud est uxor, aliud est concubina. Cum vero paterno arbitrio femine iuncte viris datur intelligi, quod patris consensus desideretur in nuptiis, nec sine eo legitime

me habeant nuptie. Iuxta illud Evaristi pape: Aliter non fit legitimum coniugium, nisi a parentibus tradatur. Item Ambrosius in libro de patriarchis.

[H]onorant parentes Rebecce muneribus, consulitur puella non de sponsalibus. Illa enim iudicium expectat parentum. Non enim est virginalis pudoris eligere maritum, sed iam desponsata viro de die profectionis consulitur. Nec inmerito dilectionem non adtulit. Iure enim per patrem debuit ad maritum. Unde illud Euripideon, quod mirantur plerique, unde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, que tamen maritum nolebat relinquere, et alias nuptias petebat: Sponsalium meorum pater meus curam subibit. Hoc enim non est meum. Quod quare ipsi philosophi miratis? Servate virgines, et non solum virgines, sed etiam si qua mulier amisso cito marito, et adolescentula, laqueum infirmitatis sue timens incidere, si vult nubere, nubat tamen in Domino, ut electionem mariti parentibus deferat, ne appetentie existimetur auctor, sed ipsa de nuptiis suis electionem suis iudicet. Expetita magis debet videri a viro, quam ipsa virum expetisse. Verecundiam primitat antequam nubat, quo prima coniugii plus commendet verecundia. Item in libro Numerorum.

[M]ulier si quippiam voverit, et se constrinxerit iuramento, que est in domo patris sui, et in etate adhuc puellari, si cognoverit pater votum, quod pollicita est, et iuramentum quo obligavit animam suam, et tacuerit, voti rea erit, et quicquid pollicita est et iuravit, opere complebit. Si autem statim ut audierit pater contradixerit, et vota et iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Aug. in tractatu de voto virginitatis. Mulieres tamen virgines in scriptura solent appellari, et videtur et apostolus de patre loqui, cum dicat: servet virginem suam, et det nuptum virginem suam. [C]ontra in concilio Toletano IIII.

Vidue et virgines propria voluntate sibi maritos eligant.

[H]oc sanctum confirmat concilium, ut vidue quibus placuerit teneant castitatem. Quod si priusquam confiteantur continentiam nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate volunt habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si qui vero propositum castitatis vidue vel virginis impedierint, a sancta communione et a liminibus ecclesie habeantur extranei.

His auctoritatibus premissis evidenter asseritur, quod quamvis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentie causa conveniant, tamen coniuges appellantur. [D]e tertia vero questione, Pelagius diffinit, scribens Potentio defensori.

Arbitrium liberi avi, non originarii patris puellam innuptam sequi oportet.

[P]atrem puelle ecceteuit famulum, avum vero liberis ortum constat esse natalibus. Ideo avi magis electionem de coniunctione neptis, quam patris eius, cuius nullo modo liberum esse potest arbitrium, decernimus attendi. [Q]uia vero electione avi hanc istam nupsisse probatur, constat hanc legitime esse copulatam. Quod autem ex ancilla propter uxoris sterilitatem filios querere alicui liceat, exemplo probatur Habrae, qui propter sterilitatem sue uxoris Sarai ingressus est ad Agar Egyptiam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, cum ex Rachele filios habere non posset, ex ancilla ei filios suscitavit. Nec solum propter sterilitatem, verumetiam propter fecunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Lie, et ex ea filios genuisse. Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris sue licite ex ancilla sive ex qualibet alia licite filios queri. Alioquin adulterii macula Abraam et Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Sare, Abraam Cethuram duxit in uxorem, ne secundum Augustinum christiani putarent esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere, sic videtur vivente uxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne aliquibus hoc reputaretur in crimen. Unde autem Aug. dicit contra adversarium legum et prophetarum l. II.

Quoniam Habraam ex ancilla habuit, excusatur a crimine fornicationis.

[I]stum Habraam usque ad decrepitam etatem senectutis fornicationis obicit crimen, profecto quia et post mortem Sare duxit alteram. Ubi si nullum intelligeret, vel adderet sacramentum, propter hoc solum id facere debuit Abraam, ne putaretur heretici adversus propositum Dei, cui et Tertullianus astipulator assistit, post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem. Sacramentum hinc relevet, quod per bonos mali et boni erant in fide generandi, et per malos boni et mali erant ad fidem accessuri filiorum.

Sicut bonorum ministerio mali et boni, ita et ministerio malorum boni et mali fide generantur.

[R]ecreat nunc animus fert ad Habraam, Isaac et Iacob. In istis tribus invenimus parere liberas, parere ancillas. Invenimus ibi partus liberarum, invenimus ibi partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat: Eice ancillam et filium eius, inquit. Invenimus tamen in istis generationibus liberarum et ancillarum IIII sunt genera hominum, in quibus generationibus completur figura totius populi christiani. Et non sit mirum, quod in illis tribus dictum est: Ego sum Deus Abraam, et Deus Isaac, et Deus Iacob. In omnibus enim christianis fratres advertite, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali, aut per malos boni. Amplius enim istis IIII generationibus non potest inveniri. Invenis ibi bonos filios Iacob natos de ancilla, et bonos filios natos de liberis; nichil obfuit

RITAM · TITAM

nativitas de uteris ancillarum, qui in patre cognoverunt semen suum, et consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis, qui nati sunt de ancillis, quominus tenuerent regnum et terram promissionis, quam cum fratribus acceperunt, et non illis obfuerunt natales ancillarum, sed prevaluit semen paternum. Sic quicumque per malos baptizantur, et tamquam de ancillis videntur nati, tamen quia ex semine verbi Dei nascuntur, quod figuratur in Iacob, simul hereditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit qui de semine bono nascitur, tamen ne imitetur ancillam, si de ancilla natus est: ancillam malam superbientem ne imiteris. Unde enim filii Iacob de ancillis nati possederunt terram promissionis cum fratribus? Hismael autem de ancilla natus expulsus est ab hereditate. Unde? Non quia ancille, sed quia superbus erat illi humiles. Erexit ille cervicem, et voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum videbat simul et Hismael et Isaac. Vidit illos Sarra ludentes. Que autem peperit Abel et Enoc et Noe et Abraam, ipsa autem peperit Moisen et prophetas tempore posteriores ante Domini adventum, et que istos et ista et apostolos et martyres nostros et omnes bonos christianos. Omnes enim peperit, qui diversis temporibus nati apparuerunt, sed sub etate unius populi continentur eiusdem civitatis cives labores huius peregrinationis experti sunt, et quidam eorum nunc experiuntur, et usque in finem ceteri experientur. Item que peperit Cain et Cham et Hismael et Esau, eadem ipsa peperit et Dathan et alios in eodem populo similes, et que iustos, eadem ipsa et Iudam pseudoapostolum, Simonem magum, et ceteros christianos usque ad hec tempora pseudochristianos in affectione animali pertinaciter obduratos, sive sint permixti unitate, sive aperta precisione dissentiant. Sed tamen tales a spiritualibus evangelizantur, et sacramentis imbuuntur, et tamquam per se ipsa Rebecca parit eos sicut Esau. Cum autem per illos qui caste non annuntiant evangelium, tales in eodem populo generantur, non Sara quidem per se ipsa parit, sed per Agar. Item boni spirituales, qui evangelizant ut baptizant, a carnalibus generantur, Lia quidem ut Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarum uterum parit. Cum vero per spirituales in evangelio generantur boni fideles, qui ut via adiunt in spiritualem affectum pietatis ut eo tendere non desistunt, ut id non faciunt, quia non possunt, sicut ex utero Sare et Isaac et Iacob, ut Rebecce, in nova vita et novi testamenti nascuntur. Itaque sive intus versari videantur, sive aperte foris sint, quod caro est, caro est. Sive in area in sua sterilitate perseverent, sive occasione temptationis tamquam vento extra tollantur, quod palea est, palea est, et semper ab illius ecclesie que sine macula et ruga est unitate divisus est.

Et qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscentur, de filiis tamen desperandum est, sive qui intus tales apparent, sive qui foras manifestius adversantur.

His ita respondetur: pro varietate temporum varia invenitur dispensatio conditoris. Promissum erat Abrae quod in semine eius benedicentur omnes gentes; promiserat quoque se daturum semini eius terram peregrinationis sue. Cumque ceteris in idolatria relictis Abraam et filios eius in peculiarem sibi populum elegisset, tunc multarum mulierum fecunditate propter Dei multiplicatio querebatur, quia in successione sanguinis erat successio fidei. Unde in lege dicebatur: Maledicta sterilis, que non reliquit semen suum super terram. Hinc et sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familie sue successio constabat officii. Quia vero per incarnationem Christi gratia fidei ubique dilatata est, nec iam dicitur domui Iude, ut domui Israel, sed eunte voce omnis gentes, et in omni gente quicumque timet Deum et operatur iustitiam, acceptus est illi, nec electio muneris querit in successione generis, sed in perfectione vite et sinceritate scientie, et virginitas fecunditati prefertur, et sacerdotibus continentie castitas imperatur. Nec ergo Abraam aut Iacob deliquit, quia propter uxorem filios ex ancilla quesivit, nec illorum exemplo preter coniugale debitum fecunditatem in aliqua licet alicui querere, cum illorum coniugia nostrorum equantur, ut preferantur virginitati, et inmoderatus usus coniugii nostri temporis turpitudinem fere imitetur fornicationem illius temporis. Unde Ambrosius scribit in libro de patriarchis:

Abraam non est reus adulterii, qui uxore vivente filios ex ancilla suscepit.

Dixit Sara ad Abraam: Ecce conclusit me Dominus ut non pariam. Intra ad ancillam meam, ut filium faciam ex ea. Et ita factum est. Sed consideramus primum quia Abraam ante legem Moisi et ante evangelium fuit; nondum ergo interdictum adulterium videbatur. Pena criminis ex tempore legis est, que crimen inhibuit; nec ante legem ulla est rei dampnatio, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraam, sed legem prevenit. Deus autem in paradiso coniugium laudaverat, non adulterium dampnaverat. Habes hic Abrae primam defensionem. Secunda illa est, quia ardore aliquo vage succensus libidinis, non petulantis forma captus decore ancille contubernio coniugalem posthabuerit thorum, sed studio querende posteritatis et propagande sobolis. Adhuc post diluvium tanta raritas generis humani erat, et religionis ne quis non reddidisse debitum videretur nature. Denique et Loth sancti filie hanc causam requirende posteritatis habuerunt, ne genus humanum deficeret, et ideo publicum munus gratia privatam culpam texit. Idem in eodem.

ABRAHAM

alia d[e] incepis no[n] minus m[en]e[m] p[ro]ptum facientes in quam p[ro]uida in[ter] ardentis affectus erumpebant. origo quidem. [et]c.

Quod p[re]ter legitima[m] uxorem co[m]mittit[ur] crimine adulterii da[m]na[tur].

Nemo sibi blandiatur de legibus ho[m]i[n]um. o[mn]e stuprum adulterium est. nec uiro licet q[uod] mulieri non licet. eadem a uiro que ab uxore debet[ur] castimonia. Quic quid in ea que non sit legitima uxor commissum fuerit adulterii da[m]p[n]atur crimine. In eo dem. Nulli licet scire mulierem p[re]ter uxorem. Ideoq[ue] co[n]iugii tibi datum est ius. ne in laqueum incidas. [et] cum aliena muliere delin quas. tolerabilius est. si lateat culpa. qua[m] si culpe usurpet auctoritas. Nec hoc solum est adulterium. cu[m] aliena peccare co[n]iuge. S[ed] o[mn]e q[uo]d non h[abe]t potestatem co[n]iugii. tu locus iste docet. gra uius crimen e[ss]e. ubi celebrati co[n]iugii iura teme rant[ur]. [et] uxoris pudor soluit[ur]. Ideoq[ue] cum p[re]ten deret abimelech. q[uod] uxorem alienam e[ss]e igno rauerit. qua[m] sororem e[ss]e uir ip[s]e suam dixerit. Respondit ei d[omi]n[u]s. Et ego cognoui. q[uonia]m puro cor de fecisti. [et] p[e]p[er]ci tibi. ut non peccares in me. p[ro]p[ter] hoc non sum passus te tangere eam. Cognosca mus ueluti p[er] sulem custodem q[ue] e[ss]e con iugii o[mn]i[um]. qui non patiatur alienu[m] thoru[m] pollui. [et] si quis fecerit peccare eum in deum. cuius uiolet legem [et] gr[ati]am soluat. Et quia in deum peccat sacramen ti celestis amittit co[n]sortium. Item ier[onimus]. nichil e[st] fe dius qua[m] uxore[m] amare sic[ut] adultera[m].

Origo quid[em] e[st] ho nesta erat. amoris. s[ed] magnitudo deformis. ni chil aut[em] interest. ex qua honesta causa quis insa niat. Vnde [et] sextus in sententiis. Adulter est in quit in suam uxorem amator ardentior. In ali ena quippe uxore. o[mn]is amor turpis est. in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare co[n]iu gem non affectu. Non regnat in eo impetus uoluptatis. nec p[re]ceps fertur ad coitum. Nichil est fedius quam uxorem amare. quasi adulte ram. Certe qui dicunt se causa rei p[ublice]. [et] gen[er]is humani uxoribus iungi [et] filios p[ro]creare. imitentur saltem pecudes. [et] postquam uenter uxoris intumuerit non p[er]dant filios. nec amatores se uxoribus p[re]beant s[ed] maritos. Idem. Virginalis castitas no[n] prefert

Quius ignoret sub altera co[n]iugio ha brae. dispensatione dei. o[mn]es retro s[an]c[t]os. eiudem fuis se meriti. cui[us] [christi]ani nunc sunt. Quomodo an te habraam placuit in co[n]iugio. sic nunc uir gines placent in castitate. Seruiuit ille legi [et] [christ]o suo. s[ed] uia[m] [et] nos legi [et] [christ]o n[ost]ro. in quos fi nes s[e]c[u]lor[um] deuenerunt. Item aug[ustinus]. patriarche non co[n]cupiscentie exp[l]ende libidinis. s[ed] causa nu

Obtiuntur iacob. iiii. uxores. mero se plus plures habebant uxores. q[uam] q[uod] mos erat. crimen non erat. Sic patriarche con iugibus excipientibus semen suum misce bantur. non concupiscentia p[er]ficiende uolup tatis. s[ed] p[ro]uidentia p[ro]pagande successionis. sic

apti auctoribus admirantibus doctrinam sua[m] con delectabant[ur]. non auctoritate. con sequende laudis. s[ed] caritate seminande ueritatis. Item aug[ustinus]. de bono con iugali. Sanctus e[st] absq[ue] liberis fungi. qua[m] ex illicito co[n]cubitu stirpe[m] querere.

Sicut sanctus est mori fame. quam idolothitis uesci. ita sanctus est defungi sine liberis. qua[m] ex illicito co[n]cubitu stirpem querere. Vndecumq[ue] aut[em] nascantur homines. si parentum uitia non sectentur. [et] deum recte colant. honesti [et] salui erunt. Semen enim hominis. ex qualicumq[ue] homine. dei creatura e[st]. [et] eo male utentibus male erit. non ip[su]m aliquando malum erit. Item ser mo s[an]c[t]i ambr[osii] de s[an]c[t]o iohe. qui sic incipit. Dixim[us] in superiori d[omi]nica. Ex ancilla filii non sunt querendi.

Dicat aliquis uxorem non habeo. [et] ideo m[ihi] ancillam associaui. Audite quid dicat scriptura ad habraa[m]. Eice ancillam [et] filium eius. Non enim erit heres filius an cille cum filio libere. Si ergo ancille filius heres non est. ergo nec filius est. Cur aut[em] queritur tale con iugium de quo susceptus filius. nec successionis possit e[ss]e heres. nec sanguinis. Nec enim habere potest hereditatis co[n] sortium. qui non h[abe]t originis priuilegium. Cur in quam queritur tale co[n]tubernium. de quo nati fuerint. non sunt testes matrimonii. s[ed] adulterii. Cum h[uius]modi susceptum adulterini. qui pudori sunt patri non honori. dicat scriptura. Adulterorum filii [et]c. Mulier ergo tua si talibus moribus p[re]dita est. ut merea tur consortium. mereatur [et] nomen uxoris. pre sta con iugii tue dignitatem. [et] nomen uxoris p[re]sta ne tu adulter sis potius. quam maritus. Item aug[ustinus]. ad claudium. con tra iulianum. l[ibro] v. Adulteria n[on]

Sic non sunt sunt facienda. uoluntate filio[rum] g[e]n[er]andi. facienda adulteria. [et] uoluntate filios g[e]n[er]andi. quemadmodum nec furta sunt facienda. [et] uo luntate pascendi pauperes s[an]c[t]os. q[uonia]m faciendu[m] est. non furta p[er]petrando. s[ed] bene utendo mamona iniquitatis. Ecce q[uod] nulli om[n]i[n]o licet aliqu[o] uiuen te uxore sua. ut ex ancilla. ut ex alia qualibet fi lios querere. qui [et] suscepti filiorum no[m]e[n] iudicant[ur] indigni. Simplex [et] fornicatio sacra scriptura p[ro] hibet[ur]. Vnde aug[ustinus]. in questionibus deuto[ro]nomii.

Illegitimum co[n]cubitum. [et] omnis no[n] legitimi usus illorum m[em]bror[um]. nomine mechie intelligi.

Meretrices e[ss]e. [et] ad eas accedere p[ro]hibitum est. quantum publi ce uenalis e[st] turpitudo. In decalogum aut[em] mechie nomine non uidetur hoc p[ro]hibuisse apte. q[uia] mechia. non nisi adulterium intelligi solet. Hoc s[upe]r exodum. Omnis mechia [et] fornicatio. in scriptu ris [et] fr[e]q[ue]ntissime [et] omnis fornicatio mechia dici possit in eisdem scripturis. non m[ihi] interim occur rit locutionis exemplum. s[ed] si omnis fornicatio [et] mechia dici non potest. ubi sit in decalogo p[ro]hibita illa fornicatio quam faciunt. qui non uxores non h[abe]nt. cum feminis que uiros non h[abe]nt. an inueni ri possit ignoro. s[ed] si furti nomine bene intelligi

tur. omnis illicita usurpatio rei aliene. non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit. sed utique a parte totum intelligere voluit. quicquid illicite rerum proximi aufertur. Profecto nomine mechie omnis illicitus concubitus. atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi. Item Ieronimus. Extraordinaria voluptas et in uxore cum ab opera nuptiarum luxuria et inmunditia appellatur.

Ideo fornicator est criminis maioris. qui tollit membra Christi et facit ea membra meretricis. erunt quippe duo in carne una. Qui non est fidelis nec credit in Christo. sua membra facit membra meretricis. Christianus infidelis in fornicatione sua utrum violet an edificet templum idolo nescio. perditi quippe maxime demones colunt. hoc unum scio quia qui post fidem Christi fornicatur violat templum dei. Opus carnis inmunditia nuncupatur. et eam comes luxuria sequitur. Quoniam enim in veteri lege de nefariis criminibus. que in occulto fiunt. que nominare et turpissimum est et dicentis os et aures audientium pollueretur. generaliter scriptura est complexa dicens. ut vereantur vos ut verentes facite filios Israel ab omni inmunditia. sic et in hoc loco ceteras extraordinarias voluptates ipsarumque opera nuptiarum sine verecundia et cum honestate quasi sub oculis dei fiant. ut ubi servantur inmunditiam et luxuriam nominavit. Item Gregorius. Inmoderatus usus mulierum Salomonem ad idolatriam traxit.

Salomon quippe inmoderato usu atque assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est. ut templum ydolis fabricaret. et qui prius templum deo construxerat. assiduitate libidinis et perfidie subtractus ydolis construere templa non timuit. Item Ieronimus. Liberorum procreatio in matrimonio laudatur. meretricia voluptas et in uxore condempnatur.

Liberorum quod ut diximus in matrimonio opera concessa sunt. voluptates autem que de meretricum capiuntur amplexibus. in uxore dampnate sunt. Quare autem tales non dicantur filii ut qui suorum parentum sequantur. qui ex libero et ancilla nascuntur. Ysidorus libro ethimologiarum .viiii. determinat. Liberi etiam qua conditione

Liberi dicti sunt nemo sequantur parentum. qui ex libero matrimonio sunt orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriorem partem sumit. Naturales autem filii dicuntur ingenuarum concubinarum filii. quos sola natura genuit. non honestas coniugii. Hii ergo qui sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem secuntur. Quod autem pudicitia violenter eripi non possit. multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi. que violentiam non sentit. corpori namque vis infertur non animo. Unde quamvis corpus violenter corrumpatur. si pudicitia mentis servetur illesa. tamen castitas

duplicatur. sicut fertur beata Lucia dixisse passionis. Si invitam me feceris violari. castitas mihi duplicabitur ad coronam. De sensibus enim et voluptatibus deus iudicat. Hinc Ambrosius scribit in libro .v. de virginibus. Melior est virginitas animi quam corporis.

Tollerabilius est virginem mentem quam carnem habere. utrumque bonum si liceat. si non liceat. saltem non hominibus casti. sed deo simus. Virgo enim prostitui potest. adulterari non potest. Ubicumque virgo est. templum dei est. nec lupanaria infamant castitatem sed castitas etiam loci abolet infamiam. Item.

Revera mente corrupta caro non corrumpitur. Non potest caro ante corrumpi. nisi mens fuerit ante corrupta. Item Augustinus de civitate dei libro .i. primo. Aliena libido neminem polluit.

Ita ne aliquem polluat aliena libido metuitur. Non polluet si aliena erit. si autem polluet non aliena erit. Sed cum pudicitia virtus sit animi. comitemque habeat fortitudinem. potius quelibet mala tolerare quam malo consentire decernit. Nullus autem magnanimus et pudicus in potestatem habet quid de carne sua fiat. sed tantum quid annuat mente aut renuat. Quis eadem sana mente putaverit se perdere pudicitiam. si forte in apprehensa ut oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non sua? eodem proposito animi permanente per quod etiam corpus sanctificari meruit. ipsi corpori non aufert sanctitatem violentia libidinis aliene. quam servat perseverantia sue continentie. An vero si aliqua femina mente corrupta violatoque proposito quod deo voverat. pergat vitianda ad suum deceptorem. adhuc eam pergentem sanctam vel corpore dicimus. ea sanctitate animi per quam corpus sanctificabatur amissa atque destructa? Absit hic error. et hinc potius admoneamur. ita amitti corporis sanctitatem. intacto corpore. Idem eodem. Lucretiam matronam nobilem veteremque romanam pudicitie magnis efferunt laudibus. huius corpore cum violenter Tarquinii regis filius libidinose potiretur. illa scelus inprobissimi iuvenis marito Conlatino et propinquo Bruto viris clarissimis et fortissimis indicavit. eosque ad vindictam constrinxerit. Deinde fedi in se commissi sceleris egra atque inpatiens se peremit. Quid dicamus? adultera hec an casta dicenda est? Quis in hac controversia laborabit? Egregie quidam ex hoc veraciter clamans ait. Mirabile dictu duo fuerunt et unus adulterium commisit. Splendidissime atque verissime. Intuens enim in duorum corporum commixtione unius inquinatissimam cupiditatem. unius castissimam voluntatem. et non corporum commixtione. sed animorum diversitate agere attendens. duo inquit fuerunt et unus adulterium commisit. Idem. [illegible] in ipso est fidelibus Christi tedio vita aut si ludibrio

sint hostibus castitas sua. huius veram magnam que consolationem. si fidam continentiam retinetis. non consensisse peccatis eorum. Idem in lib. de duabus animabus. non nisi voluntate peccatur. Idem l. i. de libero arbitrio. De pudicitia quis dubitavit. Quin ea sit in animo constituta. Quandoquidem virtutis est. Unde a violento stupratore nec ipsa eripi potest. Item Ier. super epistolam ad romanos. l. i. Fieri non potest ut nisi quis mechetur prius in corde. mechari possit in corpore. Idem super lucam. l. ii. Finge in persecutione aliquam virginem prostitutam. a evangelium. quia voluntate non peccat virgo. si ... sapitur in lege quasi corrupta repudiatur. Idem in libro hebraicarum questionum. Corpus mulierum non vis maculat. sed voluntas. Item aug. in libr. de sancta virginitate. Sicut nemo impudice utitur corpore. nisi prius spiritu concepta nequitia. ita nemo pudicitiam servat in corpore. nisi prius spiritu insita castitate. Item victoriano. In corpore pudicitia violari non potest si mens violata non fuerit.

Ab omnium ingemiscentibus omnino mens si violata fuerit. Asuis adverit. qui suis adesse consueverit. aut in chilinearum castissimis membris libidine hostili perpetrare permittit. aut si permittit. cum eorum animus nulla consensione turpitudine maculatur. et carnem suam defendunt. ac in ea quicquid in ea nec commisit nec permisit libido patientis. solvissent culpe facientis. omnis que illa violentia. non corruptionis turpitudine. sed passionis vulnere deputabitur. tantum enim valet in mente integritas castitatis. ut illa inviolata. nec in corpore possit pudicitia violari. cuius membra potuerunt superari. Item Isidorus l. ii. in sinonimis. Castus non peccat si a cogitatione anima fuerit munda.

Non potest corpus corrumpi. nisi prius corruptus animus fuerit. munda namque cogitatione animi caro non peccat. Item aug. honorato episcopo. Non eripit carni pudicitiam si mente servatur.

Magis timeamus ne interiore sensu corrupto pereat castitas fidei. quam ne femine constuprentur violenter in carne. quia violentia non violatur pudicitia si mente servatur. quoniam nec in carne violatur. quando voluntas patientis turpiter carne non utitur. sed sine consensione tolleratur quod alius operatur. Item Iohannes Crisostomus super matheum. Nec peccatum nec iusticia ope sine voluntate perficitur.

Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit. ita iusticia ex opere non consummatur. nisi voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati student. adulterium quod committunt voluntate. cum dominus dicat. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Ergo voluntas sine opere frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia. non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis. sed quam complectitur voluntas sancti propositi. Item Ier. inepta. ad eustachium. Virginitas carnis non servatur mente corrupta.

Si paulus apostolus vas electionis preparatus in evangelio christi. ob carnis aculeos et incentiva vitiorum reprimit corpus suum et servituti subicit. ne aliis predicans ipse reprobus efficiatur. et tamen videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. et captivantem se in lege peccati. post nuditatem. ieiunia. famem. carceres. flagella. supplicia. in semet reversus exclamat. Infelix ego homo. quis liberabit me de corpore mortis huius. tu te putas securam esse debere. Cave queso ne quando et de te dicat deus. Virgo israel cecidit. non est qui suscitet eam. Audenter dicam. cum omnia possit deus. suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pena. sed non valet coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam. ne in nobis et compleatur. et virgines bone deficient. Observa quid dicat. et virgines bone deficient. quia sunt et virgines male. Qui viderit inquit mulierem ad concupiscendum iam mechatus est eam in corde suo. perit ergo et mente virginitas. Iste sunt virgines male. virgines carne et non spiritu. virgines stulte. que oleum non habentes. excluduntur a sponso. Sicut autem et ille que virgines sunt. ob alias sed tamen culpas virginitate corporum non salvantur. quid fiet illis que prostituerunt membra christi. et mutaverunt templum spiritus sancti in lupanar. Illico audient prophetam dicentem. Descende et sede in terram. et sede virgo filia babilonis. Sede in terra. non est filie chaldeorum tronus. Non vocaberis ultra mollis et delicata. Accipe molam. mole farinam. discooperi velamentum tuum. denuda crura tua. transi flumina. revelabitur ignominia tua. apparebunt obprobria tua. et hoc post dei filii thalamum. post oscula fratrui et sponsi. Illa de qua quondam sermo propheticus concinebat. Astitit regina a dextris tuis. in vestitu deaurato circumdata varietate. nudabitur. et posteriora dorsi eius apparebunt in faciem eius. Sedebit ad aquas solitudinis. et posito vase divaricabit pedes suos omni transeunti. et usque ad verticem polluetur. Rectius fuerat hominem subisse coniugium. et ambulasse per plana. quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere. Non fiat obsecro civitas meretrix filia sion. nec post trinitatis hospitium. ibi demones sedeant. et sirene nidificent. et cetera. Item aug. de fide christiana. Corpore intacto nonnumquam castitas amittitur.

Nec solo tactu et affectu sed castitas amittitur.

aspectu quo appetit et appetitur concupiscentia feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos si habetis oculos inpudicos, quia inpudicus oculus inpudici cordis est nuntius. Et cum se invicem sibi et tacente lingua conspectu mutuo corda annuntient inpudica, et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, et si intactis ab inmunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Item Gregorius. Adulterium perpetrat

Qui viderit aut innuptam vel nuptam turpiter concupiscat. mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo. Quia enim greco verbo adulter et mechus dicitur, cum non aliena coniux, sed mulier videri prohibetur, aperte veritas ostendit, quia et solo visu cum turpiter vel innupta concupiscitur adulterium perpetratur. Quod tamen plerumque ex loco vel ordine concupiscentium discernitur, quia sicut hunc in sacro ordine studiosa concupiscentia, sicut adulterii inquinat culpa. In personis tamen non dissimilibus, demum utcumque distinguitur reatus. Quamvis

autem violenter oppresse pudicitiam non amiserint incontaminatis tamen se non audeant exequare virginibus. Unde Leo papa. Que oppressum incontaminate

Ille autem se virginibus conparare non audeant. famule Dei, que integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant conparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, et potuerit corruptione carnis mens invicta non polui, minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse.

Cum ergo hec que violentiam passa est pudicitiam amisisse probari non potest, nullo modo convincitur fornicationis vel adulterii crimen incurrisse. Ut enim Augustinus ait in libro de bono coniugali: Adulterium committitur, vel cum proprie libidinis instinctu vel aliene consensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur, atque ita frangitur fides, que in rebus corporeis et abiectis magnum animi bonum est, et ideo eis salutem quoque corporalem, qua et vita ista continetur, certum est debere postponi.

Item Isidorus super Exodum. Mechari ait, quali(ter) preter

Non mechaberis, id est, nec quisquam preter matrimonii federa feminis admisceatur ad explendam libidinem. Sic enim adulterium facit, qui preter suam ad alteram accedit. Item Augustinus de adulterinis coniugiis. Qui vivente

uxore sua alteram cognoscit, adulterium committit.

Puto christianum neminem reluctari adulterum esse, qui vir diu languente, vel diu absente, vel continenter vivere cupiente uxore sua, alteri commixtus est femine. Cum ergo Nichostrata in ista deprehendatur fuisse, quia nec proprie libidinis instinctu, nec aliene consensu, nec viro suo languente,

vel absente, vel continenter vivere cupiente, alteri adhesit, sed violenter aliena libidine oppressa vim pertulerit, apparet quod nec adultera nec fornicaria potest. Unde nec aliqua occasione valet dimitti. Cum enim Iudei quererent a Christo utrum liceret homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa, primum eis, si unquam legistis, quia qui fecit eos ab initio masculum et feminam creavit eos. Quos ergo Deus coniunxit homo non separet. Deinde ita sermonem suum conclusit, ut diceret neminem posse dimittere uxorem suam excepta causa fornicationis. Hic apostolus in epistola ad Corinthios, his qui matrimonio iuncti sunt, precipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Unde datur intelligi, quod qualiscumque fuerit vir et uxor, ex quo coniugali affectu sibi adheserint, ulterius ab invicem discedere non valent. Unde Ambrosius in Exameron l. IIII. scribit. Qualiscumque sit vir, ex quo semel placuit non

Ornandus et incultus vir semel est dimittendus. placuit, si unquam vir alius eligendus est. Conparem suum equus diligit, et si in mutet alius, trahere iugum nescit, conpar alterius et se non totum putat. Tu coniugalem repudias torum, et si sepe putas immutandum. Mutas et si uno defecerit die, superducis equalem, et statim incognita causa quasi cognita pudoris exequeris iniuriam. Item Augustinus. Similiter de

Si uxorem quis habeat sterilem uxore intelligitur. sive corpore deformem, sive debilem membris, sive cecam vel claudam vel si quid aliud, sive morbis vel laboribus doloribusque confectam, et quicquid excepta fornicationis causa cogitari potest vehementer horribile, pro societate fideque sustineat. Item ad Oceanum de morte Fabiole. Non licet viro uxorem dimittere

Preceptum Domini est uxorem non debere nisi causa fornicationis. dimitti excepta causa fornicationis, et si dimissa fuerit manere innuptam. Quicquid viris precipitur, hoc consequenter ad feminas redundat. Neque enim adultera uxor dimittenda est, et vir mechus tenendus est. Item apud nos quod non licet feminis eque non licet viris, et eadem servitus pari conditione censetur. Item ex concilio Toletano XII. Communione privetur qui extra fornicationis causam uxorem suam dimittit.

Preceptum Domini est ut excepta causa fornicationis uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque extra culpam criminis supradicto uxorem suam, quia cumque occasione reliquerit, quia quos Deus coniunxit ille separare disposuit, tam diu ecclesiastica communione privatus et a cetu omnium christianorum maneat alienus, quamdiu societatem relicte coniugis sinceriter amplectatur et foveat. Itaque qui iam ammoniti a sacerdote semel et bis et ter ut corrigantur ad se coniugis redire consortium noluerint, ipsi se suis meritis et a palatine dignitatis officio separabunt, et insuper generose dignitatis testimonium.

quam diu in culpa fuerint ammissum sunt.
quia carnem suam assidui iugulo tradiderit.
Item Nicholaus ad cōsulta bulgaror. Quicquid
mulier contra te cogitauerit. uł siue accusauerit
non ē excepta causa fornicationis. reiciendum. uł odio
prorsus hnda. Sed queritur. cum sit par uiri
usq; codicio. cur coicant eum. eam adulteris. uxo
rib. non conueniant. cum econtra uxores in co
sortio adulteror uiror manere uideant. De his
ita scribit Innocentius pp. Inutroq; sexu. adulteri
Xpiana religio ū paritatione punit xpiana religio.
Adulterium in utroq; sexu parratione con dem
nat. s; uiros suos mulieres non facile de adulte
rio accusant. ↄ non habent latentia peccata uindictā.
Viri aut uberi uxores adulteras apud sacerdotes
deferre consueuerunt. Et ideo mulieribus prodito
earum crimine cōio denegat. Virorum aut latente
cōmisso non facile quisquam ex suspitionib; absti
netur. Qui utiq; submouebit. si eius flagitium de
tegatur. Cum ergo par causa sit interdum pbati
one cessante uindicte ratio conquiescit. Hec
ce q. ista dimitti non ualet. cum a fornicatione inno
cens inueniat. Si ponat q. ipa sit adultera. queri
tur si adulter possit eam dimittere causa fornicationis.
Non enim uidet q. pari crimine infectus. aliū de
eodem punire possit. Unde cum iudei adulteram
accusarent. equitatis sententiam a dno acceperunt.
Quicumq; uestrum sine peccato est. prius in illam la
pidem mittat. hinc et in euangelio pcipitur. Ipo
crita. primum eice de oculo tuo trabem. et postea edu
ces festucam de oculo fratris tui. Hinc et aug. scribit
in l. de sermone dni in monte. Qui fornicatur fornica
tionis causa uxorem suam dimittere non pot.
Nichil iniquius est. quam causa fornicationis
dimittere uxorem. si et ipse conuincatur fornicari. Occur
rit enim illud. in quo alterum iudicas. te ipm con
dempnas. eadem enim agis que iudicas. quapropter.
quisquis fornicationis causa uult abicere uxorem
suam. prior debet a fornicatione ee purgatus. q
similiter et de femina dixerit. Idem de uerbis dni
tractatu xl. viii. Qualem quisq; uult inuenire
Siducturus est uxorem. talem seruet se ei. dem.
uxores seruate uos uxoribus uris. quales uultis eas
inuenire. tales et ipe uos inueniant. Quis iuuenis
est qui non castam uirginem uelit ducere uxorem. Et
si uirginem est accepturus. qui non intactam desi
deret. Intactam queris. intactus esto. puram que
ris. purus esto. Non enim illa potest. et tu non po
tes. et tu non potes. Idem in epla ad pascentium
comitem arrianum. Iudicium de alio expetere non deb;
Iniquum est qui de se iudicium contempnit.
ut quisquam iudicare de alio uelit. et iudicare
de se nolit. Idem de adulterinis coniugiis. Viri gra
uius sunt puniendi de adulterio quam mulieres.

Indignantur mariti. si audiant adulteros uiros
pendere similes adulteris feminis penas. cum
tanto grauius eos puniri oportuerit. quanto ma
gis ad eos ptinet et uirtute eas uincere. et exemplo
regere feminas. Idem de decem cordis. Sicut tu
Non mē caput est mulieris. sic adulterando grauius delinquit quam mu
lier.
habebis. i. non ibis ad aliam aliquam preter uxo
rem tuam. Tu aut exigis hoc ab uxore. et non uis
reddere uxori. Et cum debeas uirtute pcedere
uxorem. quoniam castitas uirtus est. tu sub uno impetu li
bidinis cadis. Et uis uxorem tuam uictricem esse. tu
uictus iaces. Et tu cum caput sis uxoris. precedit te
ad deum cuius caput es. Vis tu iam domum capite
deorsum pendere. Caput enim mulieris est uir.
Ubi enim melius uiuit mulier. quam uir. capite
deorsum pendet domus. Si caput est uir. melius
debet uiuere uir. et pcedere dēbus in oībus bonis fac
tis uxorem suam. His auctoritatibus monstratur q.
adulter adulteram dimittere non ualet. Nunc aut
queritur si ille qui dimiserit uxorem suam causa for
nicationis. illa uiuente. aliam ducere possit.
Quod aut hoc fieri non possit. testatur aug. in
l. de bono coniugali dicens. Vinculum est coniugii
interueniente fornicatione dissolui non potest.
Diuortio non abolet confederatio nuptialis. ita ut
sibi coniuges sint. et separati cum illis adulterium committunt. adul
terium quibus et fuerint post suum repudium copu
lati. Idem de adulterinis coniugiis. l. ii. Nulla ratione
dissoluitur coniugium. q. semel initiatum pbatur.
Licite dimittitur uxor ob causam fornicationis. s;
manet uinculum prioris. propter quod fit reus adulte
rii. Qui cumq; duxerit dimissam ob causam
fornicationis. Sicut aut manente in se sacramento
regenerationis excoicatur. quisquis reus criminis est.
itaq; separatur a uiro. nequaquam carebit coniugii sa
cramento. et si non reconcilietur uiro. Carebit aut si mor
tuus fuerit uir eius. Reus uero numquam excoicati
onis. ideo numquam carebit regenerationis sacramento. et
si non reconciliatus fuerit. quia numquam moritur deus.
Idem sup eplam pauli ad corinthios. Siue uir ab
uxore. siue uxor a uiro causa fornicationis discesserit. al
teri sociari. his qui sunt in coniugio pcipio non adherere phi
non ego sed dns. uxorem a uiro non discedere. beat.
q. si discesserit. manere innuptam. aut recon ciliari
uiro suo. potest enim fieri. ut discedat ea cau
sa qua dns pmisit. Et si femine licet uirum di
mittere ppter causam fornicationis. quid respon
debimus de hoc q. dicit postea. et uir uxorem non di
mittat. Quare non addit. excepta causa fornica
tionis. q. dns pmittit. nisi q. similem formam
uult intelligi. ut si dimisit. q. causa fornicationis
pmittitur. maneat sine uxore. aut reconcilietur
uxori. Et post pauca. Dns aut pmisit causa fornica
tionis uxorem dimitti. s; quia pmisit non iussit.

Idem in sermone Domini in monte. Fieri potest ut vir dimittat uxorem suam causa fornicationis, quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec nubere illi conceditur viro vivo a quo recessit, neque huic alteram ducere viva uxore quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Item ex concilio Mileuitano. *Ab uxore dimissus, vel dimissa a viro, ad penitentiam redigatur, si non continet vivente altero coniuge.*

Placuit, ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a viro alteri coniungatur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. Item Augustinus de sermone Domini in monte. *Mechatur, qui a viro dimissam ducere presumit.*

Omnis ad illud confirmandum, ut non facile dimittatur uxor, sed tamen sola fornicationis causa excepta, ceteras universas molestias, si que extiterint, iubet pro fide coniugali et pro castitate fortiter sustinere, et mechum dixit virum, qui duxerit eam que soluta est a viro. Item Ieronimus ad Amandum presbiterum. *Adultera probatur, que vivente viro alteri nubit.*

Omnis causationes apostolus amputans apertissime diffinivit, vivente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Noli michi proferre raptoris violentiam, matris prestationem, patris auctoritatem, propinquorum catervam, servorum insidias, parentum dampna et rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, et ab uxore propter hec scelera derelictus, maritus est reputandus, cui alterum virum accipere non licet. Nec hoc apostolus propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in evangelio: Qui dimittit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mecham, et qui dimissam accepit, adulter est. Unde et apostoli gravem sarcinam coniugii intelligentes: Si ita est, inquiunt, non expedit homini uxorem accipere. Ad quos Dominus: Qui potest, inquit, capere, capiat; statimque sub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, que nulla carnis lege retinetur. Item ex concilio Elibertano. *Mulieri fideli, que virum adulterum dimittit, alii nubere non licet.*

Fidelis femina, que adulterum maritum reliquerit fidelem, et adulterum alterum ducit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquerit de seculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit. Item ex concilio Martini pape. *Ad penitentiam est cogendus qui multis nuptiis copulatur.*

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, penitentiam agat. Conversatio autem et fides penitentis tempus comprehendat. Item Augustinus de adulterinis coniugiis libro i. *Qui ob fornicationem uxorem dimittit et aliam ducit mechari probatur.*

Quemadmodum non recte dici potest: sine scientia homo non peccat, etiam peccata ignorantium, quamvis minora quam scientium; ita non recte dici potest: si causa fornicationis dimiserit quis uxorem, vir, et aliam duxerit, non mechatur. Est etenim mechatio et eorum qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor quam eorum qui non propter fornicationem dimittunt. Sunt enim in fornicatione gradus, ut sicut gravius peccat adulter quam fornicator, sic gravius delinquit qui nec sua dimissa aliam ducit, eo qui suam dimittens aliam cognoscat. Gravius quoque qui uxorem suam habens ad coniugem proximi sui accedit, quam qui sine uxore thorum alterius violat, vel uxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestuosi transcendunt, quos vincunt contra naturam delinquentes. Unde Augustinus de adulterinis coniugiis. *De eodem.*

Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre quam cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit uti. Usus enim naturalis si ultra modum prolabitur, in uxore quidem veniale est, in meretrice dampnabile. Iste vero qui contra naturam fit, execrabiliter quidem in meretrice fit, sed execrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio creatoris et ordo creature, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilius quam in eis que concessa non sunt, vel unus vel rarus excessus. Item Ambrosius in libro de patriarchis. *Minus est secundum naturam coire quam contra naturam delinquere.*

Offerebat sanctus Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoque flagitiosa impunitas erat, tamen minus erat secundum naturam coire quam adversus naturam delinquere. Preferebat domus sue verecundie hospitalem gratiam, et apud barbaras gentes inviolabilem. Item Augustinus confessionum libro iii. *Graviora sunt flagitia que contra naturam probantur.*

Flagitia que sunt contra naturam usque adeo semper repudianda atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt, que si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina lege tenerentur, que non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, que cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse est auctor, libidinis perversitate polluitur. Idem contra Iovinianum libro i. *Turpior et flagitiosior est usus contra naturam quam fornicationis vel adulterii.*

Usus naturalis, ut licitus est sicut in coniugio, et illicitus sicut in adulterio; contra naturam vero semper illicitus, et procul dubio flagitiosior atque turpior, quem sanctus apostolus et in feminis et in masculis arguebat, dampnabiliores volens intelligi quam si in usu naturali adulterando vel fornicando peccarent. Item Ysidorus. *Omnis inmunda pollutio fornicatio est. Licet varia sint peccata fornicationis.*

Non solum de commissa fornicatione peccatum

regnat in homine. Sed si adhuc delectatur, at quantumcumque teneat, pauld dubio regnat fornicatio. Carnis adulterium est fornicatio. Animi servitus est idolorum. Est autem et spiritualis fornicatio, de qua Dominus ait: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Omnis inmunda pollutio fornicatio dicitur, qua unusquisque diversa turpitudini sue voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, ut homo a Deo separetur. Inter cetera vii. vitia fornicatio maximum est scelus, quia per carnis inmunditiam templum Dei violat. Sunt autem quedam que sicut animalia absque ulla discretione indesinenter ubi diu serviunt, quas ego nec mutis pecudibus comparaverim. Pecora enim cum conceperint, ultra non indulgent maribus copiam sui.

Item ex epistola Clementis. Adulterium secundum

Quid in omnibus peccatis penis obtinet locum.

Quid in omnibus peccatis est adulterio gravius? Secundum namque in penis optinet locum, quem quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, et si sobrie vixerint. His auctoritatibus evidentissime monstratur, quod quicumque causa fornicationis uxorem suam dimiserit, illa vivente aliam ducere non poterit; et si duxerit, reus adulterii erit. His ita respondetur: hee auctoritates de his loquuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non impedit, ut de his qui prestantes causam discidii, aliorum coniunctione se reddiderunt indignos. Unde Ambr. super epistolam Pauli ad Corinthios. De eodem.

Uxor a viro non discedat, nisi causa fornicationis. Quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro suo, et vir similiter non dimittat uxorem. Ideo non subdit de viro, quod de uxore premisit, quia viro licet ducere aliam. Item Gregorius iunior Bonifatio episcopo. Licet ducere aliam infirmo.

Causa ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet.

Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid eius faciet coniugali? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentie vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis. Non tamen ope ei subsidii subtrahat, quam infirmitas prepedit, non detestabilis culpa excludit. Sed illud Ambr. de falsatoribus ipsum, illud quoque canonibus sacris, immo evangelice et apostolice doctrine penitus invenitur adversum. Quidam in sententia Ambrosii fuarunt capientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationem vir liceat dimittat uxorem, et vivente dimissa aliam ducat, de incestuosa tamen fornicatione intelligitur, cum uxor aliquam patri, ut filio, ut fratri, ut avunculo, ut consanguineo, ut alicui

similium se publice constuprandam tradiderit. Hec autem que a viro suo ulicita reddidit in perpetuum, per copulam consanguinitatis in primum, ut in secundum, ut tertium gradum affinitatis transivit, licite dimittitur, et ea vivente superducitur alia. Sed si quis contra id non magis sumitur quam mulieri licitum est. Sicut autem vir si eodem si fornicetur, sciat virum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi virtute. Mulieremque notata sentiat non sexu corporis, sed mollicie mentis. Sed quia nulla auctoritate permittitur, ut uxore vivente alia superducatur, intelligitur illud Ambr. in superdicto genere fornicationis, non tamen quod vivente dimissa aliam ducere possit, sed post mortem fornicarii, ut fornicarie, quorum utrique, ut supra dictum est, a corruptione vir et mulier appellatur. Ille quia fornicatione immundus est, vir sive mulier aliis copulari possunt. Adulteri autem si supravixerint, nullo tamen alius copulari possunt. Sic et illud intelligitur quod in capitulo Triburiensi concilio legitur. Licitum coniugium non negetur illi cui

Quedam cum fratre suo vir uxor cum suo fratre dormivit.

Quedam cum fratre viri sui dormivit. Decretum est ut adulteri numquam in coniugio copulentur. Illi vero cuius uxor stuprata est, licita coniugia non negentur. Sic et illud Magontiensis concilii intelligitur. Disiungantur, et numquam coniugio copulentur, qui quibus infra subiectorum admiserit.

Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, aut cum patre et filio, si quis relictam fratris, aut neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut eius relictam, aut privignam polluerit, et eos disiungi, et ulterius numquam coniugio copulari precipimus.

Item. Sororem uxoris polluens neutram habere valet.

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit, neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri umquam in coniugio copulentur. Item illud Gregorii. Causa adulterii uxorem relinquens continentiam servet.

Hi vero qui uxores suas in adulterio deprehenderint, non licebit eum, nec illam, aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vixerint. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius si vult nubat in domino. Adultera tamen vero numquam, et si maritus fuerit vir eius, omnibus diebus vite sue acerrima penitentie lamenta persolvat. Item ex decreto Zacharie pape. Neutram habeat qui sororem

Concubuisti cum sorore uxoris uxoris polluit.

Concubuisti cum sorore uxoris tue. Si fecisti neutram habebis, et si illa que uxor tua fuit, non fuerit conscia sceleris, si se continere non vult, nubat in domino cui vult. Tu autem et adultera sine spe coniugii permaneatis, et quamdiu vixeritis iuxta preceptum sacerdotis penitentiam agite.

Item ex Triburiensi concilio legitur. Cum noverca ut filiastra ut sorore uxoris dormiens, ad coniugium pervenire non potest.

Ydola spne. dei no sumes nom uane
Sabbata sanctifices habeas in honore parentes
No occisor eris mechus fur testis iniquus

Si uir scortari. legitima intregerit conubia.

Si quis cum nouerca sua dormierit. neuter ad co-
niugium potest peruenire. Frater eius potest sibi
aliam accipere. si se continere non potest. Similiter (uxore sua mortua)
qui cum filiastra sua. uel sorore sue uxoris. dormi-
erit obseruandum est. Quamuis uero gregorius ma-
gontiensi. co. pontifici. a non nullis. non de legiti-
me coniunctis. sed de fornicariis. dictum intelli-
gitur. uidelicet ut fornicarii. discedant ab inuicem.
et sine spe coniugii permaneant. Iuditium coniugii
ad bonifacium. anglicis per tempus permissum est. quibus
uetatur grecorum in quarta uel quinta generatione con trahi
coniugia permisit. Alias autem inane esset. cum aug.
dicat in sermone domini in monte. Si uxorem quis
habet sterilem etc. Item nicholaus. ad carolum
magontiense episcopum. ob infirmitatem. uel dampna corporis

Hii qui matrimonium coniugia solui non possint. licet
sani con traxerunt. et uni ex duobus amentia.
aut furor. aut aliqua infirmitas accesserit. ob
hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt.
Similiter est sentiendum de his qui ab aduersariis exce-
cantur. aut menbris truncantur. aut a barbaris excisi (hic id repetitur)
fuerunt. Item fabianus papa. furiosus et furiosa matrimonium

Neque furiosus. neque monium contrahere non potest.
furiosa. matrimonium con trahere potest. Sed si con-
tractum fuerit. non separentur. Ergo ex premissis
colligitur. non licet huic dimissa uxore sua. aliam
ducere. Manet enim inter eos quoddam uinculum coniuga-
le. quod nec ipsa separatione dissoluitur. Unde aug. ait.
in libro de bono coniugali. sterilem uxorem dimittere.
et causa fecunditatis aliam ducere. alicui non licet.

Tantum ualet sociale uinculum. ut cum cau-
sa procreandi colligitur. nec ipsa causa procreandi sol-
uatur. posset autem homo sterilem dimittere uxorem.
et ducere aliam. de qua filios haberet. et tamen non li-
cet. Idem. Manet uinculum nuptiarum. et si p-
les cuius causa initum est. manifesta sterilitate.
non subsequatur. ita ut iam scientibus coniugibus non se fi-
lios habituros. separare se tamen. et ipsa causa filiorum at-
que aliis copulare non licet. quod si fecerint. cum eis qui-
bus se copulauerint adulterium committant. ipsi autem
manente coniugio. plane uxoris uoluntate
adhibent. Unde omnes filii nascantur. unius commix-
tione ac semine. alterius autem uiri. ac potestate
apud antiquos patres fas erat. Utrum et nunc fas
sit temere non dixerim. Per omnia codem. Usque adeo
inter uiuentes. manent semel inita nuptiarum
iura. ut potius inter se sint coniuges. et separati.
quam cum his quibus adheserunt. Et paulo post.
Manet inter uiuentes. quoddam uinculum coniugale.
quod nec separatio. nec cum altero copulatio possit
auferre. sicut apostata anima. uelut de coniu-
gio christi recedens. et fide perdita sacramentum fidei non
amittit. quod lauacro regenerationis accepit. Redde-

-ret enim procul dubio redeunti si amisisset. rece-
dens habet autem hoc quod recessit. ad cumulum sup-
plicii. non ad meritum premii. Cum itaque
probatum sit. quod iste uxorem suam dimittere. et ali-
am ducere non potest. Queritur si liceat ei hac con-
ditione peccare. ut infidelem ad fidem ducat.
quod non posse fieri. aug. affirmat. in libro de adulte-
rinis coniugiis. ita dicens. Non debet aliquis a conti-
nentie uoto recedere. etsi infidelis christiana polliceatur fieri.

Non solum mechandum non est. quod faciunt
quidam. si eomus quo dimittit uxorem suam. et du-
cit alteram. et si propter hoc eam duxerit. ut christia-
nam faciat. sed et quisquis non alligatus. uxori con-
tinentiam deo uouit. nullo modo debet ista
compensatione peccare. ut id credat esse uxorem
sibi ducendam. quia promisit que nuptias sibi
appetit. futuram se esse christianam. Quod enim
cuiquam. antequam uouisset licebit. cum id se num-
quam facturum uouerit. non licebit. si tamen id uo-
uerit. quod uouendum sit. sicuti est perpetua uirgi-
nitas. ut post experta conubia solutis a uinculo
coniugali. uidualis castitas. seu ex con sensu uo-
uentibus. et carnalia debita sibi inuicem relaxanti-
bus fidelibus. castisque coniugiis. quarum nulla sine altera.
uel alterum sine altero uouere. fas non est iugis conti-
nentia. hec ergo et si qua alia rectissime uouentur. cum
hec si uouerint. nulla condicione rumpenda sunt.
que sine nulla conditione uouerunt.

Quidam maleficiis impeditus. uxori sue debitum redde-
re non poterat. Alius eam interim clanculo cor-
rupit. a uiro suo separata. corruptori suo publice
nubit. Crimen quod miserat. tantum in corde confi-
tetur. Redditur huic facultas cognoscendi eam.
repetit uxorem suam. qua recepta. ut expe-
ditius orationi uacaret. et ad carnem agni purius
accederet. continentiam se seruaturum promisit. Uxor
uero con sensum. non adhibuit. Queritur. an prop-
ter impossibilitatem coeundi a uiro suo aliqua
sit separanda. Secundo. an post separationem enube-
re ualeat. cum quo prius fornicata est. Tertio. si so-
la confessione cordis. crimen possit deleri. Quar-

Q. I.

to si tpe orationis. quis ualeat reddere debitū debitū cōiugi. Quinto. an uir sine cōsensu uxoris. cōtinentiam uouere possit. ut sinimus ut terroribus licentiam. licentiā uouendi ab ea extorqueat. Quod autē ppt impossibilitatem reddendi debitum. mulier a uiro suo separari nō possit. auctoritate euangelica. et aplica pbat̄. sicut enim xps ait in euangelio. Nulli licet dimittere uxorem suam. nisi causa fornicationis. ut qua. alter eorum. sicut aug. exponit. fornicat̄ fuerit. ut a deo quā alter alterum ptrahere uoluerit. Item apls. Mulier quanto tpe uiuit uir ei. alligata est legi uiri sui. non legi reddendi sibi debitum. si non transferret se ad alium. Item. his qui matrimonio iuncti sunt. precipio non ego sed dns. uxorem a uiro non discedere. nisi causa fornicationis. Euangelica itaque et aplica auctoritate phibet̄ mulier a uiro discedere. nisi ob causam illam. cui etiam nouissimam quamuis interueniente. si discesserit. oportet eam manere innuptam. aut reconciliari uiro suo. Unde datur intelligi. quod impossibilitas reddendi debitum. non facit coniugii diuidium. His ita respondet̄. Coniugiū cōfirmat̄ officio. ut supra pbatū est. postquā uero officio cōfirmatū fuerit. nisi causa fornicationis. non licet uiro uxorem dimittere. uel uxori a uiro discedere. Uerum antequam cōfirmet̄. impossibilitas officii soluit uinculum cōiugii. Unde. Gg. scribit Ioh̄i rauennati archiepo. Licet mulieri alteri nube. quā ob frigiditatē. uir cognoscere non potuit.

Quod autem interrogasti me de his qui matrimonio iuncti sunt. et nube non possunt. si ille aliam. ut illa alium ducere possit. de quibus scriptum est. Uir et mulier si se coniunxerint. et dixerit postea mulier de uiro. quod coire non possit cū ea. si potest pbare. quod uerum sit. per iustum iudicium. accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit. separentur. Item ex epta eiusdem. Requisisti de his qui ob causam frigide nature dicunt se non posse inuicem. opam carnis dare. ut cō misceri. Iste uero si non potest ea uti pro uxore. habeat pro sorore. hanc eam tamquam sororem. Quod si ceterum iaculum cōiugale uoluerit rescindere. maneant ambo innupti. Si aliquis similiter non potuerit naturaliter cōcordare. quo alteri cōueniret. Si uir aliam uxorem uult accipere. manifesta patet ratio. quia suggerente diabolo hodie fomite excosam eam habuerit. et dicendo eam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur. et dicit mat uolo esse. et filios pcreare. uterque eorum septima manu ppinquorum. tactis sacrosanctis euangeliis. iure iurando dicat. ut numquā p commixtionem carnis una caro effecti fuissent. tunc uidetur muliere̅ secundas posse cōtrahere nuptias. humanum dico. ppt infirmitatem carnis eorum. Uir autem qui frigide nature est. maneat sine cōiuge. Quod si ille aliam copulam acceperit. tunc hii qui iurauerant. periurii crimine teneantur. et penitentia peracta pora. cogantur recipe conubia. Hoc autem seruare papiā. cum uterque idem fatetur. Ceterum si uir asseruerit se reddidisse debitum. uxori. et illa diffitetur. cui potius fides hīnda sit. merito querit̄. De his inco. apud cōpēndium habito. ita statutū est. In ueritate uiri cōsistat. si mulier se negat.

Si quis acceperit uxorem. et eam habuerit cognitam ab eo aliquo tpe. et ipa dicat quod numquā coisset. cum ea. et uir dicat quod sic fecit. in ueritate uiri cōsistat. quia uir est caput mulieris. Ecce quod impossibilitas reddendi debitum. uinculū soluit cōiugii. sed hoc de naturali impossibilitate statutū est. Hec autem maleficii inpedimento. non frigiditate naturali debitum cōiugale phibente a uiro suo separata est. Unde querit̄ si liceat ei. et in hoc casu a uiro suo discedere. et alii se copulare. De his ita scribit ig̃marus. remensis archieps. De his qui maleficiis ipediti coire non potuerunt.

Si per sortiarias. atque maleficas. occultas. sed numquam p̄s: quam iniusto dei iudicio pmittente. et diabolo pparante. cōcubitus non sequit̄. ortandi sunt. quibus ista eueniunt. ut corde cōtrito. et spū humiliato. deo et sacerdoti de omnibus peccatis suis. puram confessione̅ faciant. et pfusis lacrimis. et largioribus elimosinis. orationibus. et ieiuniis. dno satisfaciant. et per exorcismos. ac cetera ecclastice medicine munia. ministri ecclesie tales. quantum annuerit dns. qui abimelec. et domum eius habrae orationibus sanauit. sanare pcurent. Quod si forte sanari non potuerint. separari ualebunt. Sed post quā alias nuptias expetierint. illis in carne uiuentibus. quibus iuncte fuerint. prioribus quos reliquerant. et si possibilitas concumbendi eis reddita fuerit. reconciliari nequibunt. Sed in hoc uidet̄ cōtrarius. premisso capitulo Ggorii. Ibi enim ppter possibilitatem redditam. iubet separari. ab eo. cui secundo nupserat. et redire ad pmum. hoc autem uiuente. cui secundo copulata fuerat. primo recōciliata nō poterit.

Quod autem et cum quo prius fornicata fuerat. post separationem nube possit. supra pbatū est. Mortuus est enim sibi uir cuius ex quo iudicio ecclie. ab eo separata est. ab eius lege soluta est. Unde iuxta aplm. nubat cui uult tantum in dno. Sed querit̄ si sine ecclastico iudicio. nulla causa diuisionis. rationabiliter pbata ab ea discessisset. an esset cogendus ad eam redire. De hoc enim ita statutū est. in cō. car. cui interfuit aug. caplo xxx. Nō licet alicui uxorem dimittere. nisi causa discidii pbata.

Secta res qui cōiugale cōsortium. nulla graui culpa dimittunt. et ... dimiserunt. et nullas causas discidii pbabiliter pponentes. ppterea sua matrimonia diuidunt. ut aut illicita aut ali

Q. II.

ena presumant. statuerunt antequam apud episcopos comprouinciales dissidii causas dixerint, et priusquam iudicio dampnentur uxores suas abiecerint, a communione ecclesie et sancto populi cetu pro eo quod fidem et coniugia maculant, excludantur. Item Ambrosius super Lucam. Lex diuina prohibet uxorem uiri dimittere, nisi ex certa causa fornicationis.

Anquod in subditos nefas est, in comparem fas esse dimittis? quod uxorem, quasi iure sine crimine, et putas hoc tibi licere, quia lex diuina prohibet. Si humana lex non prohibet. Qui hominibus obsequeris, deum inuerere. Audi legem domini, cui obsecuntur et qui leges fecerunt. Quos deus coniunxit homo non separet.

Item Nicholaus papa Carolo imperatori. Absque causa et cognitione auctoritate sua dimissa ad omnia restituatur.

Istoria ecclesiastica ab Eusebio Cesariensi episcopo confecta de muliere quadam que de fornicatione a marito accusabatur, preceptum est ab imperatore lege data, ut primo permitteretur ei rem familiarem suam diuidere, tunc demum responderet obiectis. Hoc omnis leges tam ecclesiastice quam uulgares publiceque preceperunt. Si autem de mulieribus et secularibus uiris hec constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus et sacerdotibus sunt concessa. Item Nicholaus papa. Nisi prestitutione, neque de coniugii federe, neque de adulterii crimine inter uirum et uxorem iudicium est agitandum.

Siue de coniugii federe, siue de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio patitur Tebergam cum Lothario posse inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit sue reddita potestati, et consanguineis propriis libere sociata. Itemque et locus prouidendus est, in quo nulla uis multitudinis formidetur, ne sit difficile testes producere, ut certas personas, que tam a sacris canonibus, quam uenerandis romanis legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur. In hoc capitulo quamuis causa uideatur exposita, qua sua auctoritate non licet alicui uxorem dimittere, qua cessante ipsa quoque prohibitio cessare uidetur, tamen quia ipsa separatio pena est, et pena nulli est inferenda nisi per iudicem, generaliter hoc intelligendum est, ut siue ob causam premissam, siue nulla causa existente, non liceat alicui sua auctoritate uxorem dimittere. Quod et de pena homicidii, ut qualibet alia intelligendum est. Unde Nicholaus scribit Rodulfo Bituriensi archiepiscopo. Coniugia peremptores interdicantur, nisi quorum suas coniuges occiderunt.

Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum adulterarum, uel aliquid huiusmodi, quid aliud uideantur sint quam homicide, ac per hoc ad penitentiam redigendi sunt, quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati pape Leonis .xxv. regula decretalium, immo indulgentia uobis obseruanda. In hoc capitulo uidetur Nicholaus permittere maritis causa adulterii, uel alterius immundi criminis uxores suas interficere. Sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali, crimino-

XXXIII. sos ferire iubet. illo uidelicet gladio quo Petrus iubetur mactare et manducare. De quo gladio ait Christus in euangelio. Non ueni mittere pacem in terra, sed gladium. Hinc idem Nicholaus scribit Albino archiepiscopo. Non licet alicui uxorem suam adulteram occidere.

Inter hec uestra sanctitas addere studuit, ut si cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito illius liceat secundum mundanam legem eam mortificare. Sed sancta dei ecclesia mundanis nunquam constringitur regulis. gladium non habet nisi spiritualem, que non occidit, sed uiuificat. Item Pius papa. Penitentia eius, qui propriam uxorem absque causa peremit.

Quicunque propriam uxorem absque lege et sine causa et certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat penitentiam, et si contumax fuerit, et episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Sit eadem lex erit illi, qui sororem suam occiderit. Item Stephanus .v. Astulfo. Penitentia Astulfi, qui uxorem suam interfecerat.

Admonere te cum lacrimis et multo gemitu cordis curam, fili Astulphe, sed non filius dici debes, quia tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Sancta occidisti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causa mortis, non tibi resistentem, non insidiantem, quo circa ipsum uite tue, non inuenisti eam cum alio uiro nefariam rem facientem. Sed concitatus a diabolo et impio furore inflammatus, latronum more, atrociter eam gladio tuo, crudelior omni bestia interemisti, et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prodo, qui matrem non pepercisti, filios tuos orphanos fecisti. Inducere super eam uis mortis causam post mortem, per unum hominem uitauit homicida, et reprobum testem. Quam nec euangelium, nec ulla diuina humanaque lex unius testimonio et idoneo quempiam condempnat, uel iustificat, quanto magis per istum flagitiosissimum et scelestum, nec illa uiua debuit condempnari, nec ante post mortem eius accusari, pro causa criminis erat subtiliter inuestiganda, et tunc si ita fuisset inuenta, sub legis tramite debuit excipere ultionis iudicium. Nam si uerum quale sit fuisset, adulter mentitus est post vii. annos, penitentia peracta, dimittere eam pro approbata causam poteras, si uoluisses occidere, tamen eam nullatenus debuisti. Non enim uult deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur ad penitentiam et uiuat. Id circo placeat tibi consilium nostrum, et hoc fac, quod melius tibi et leuius uideri potest. Miserere anime tue, ut non sis tu ipse tibimet ipsi homicida, relinque. Quapropter te rogamus, hoc malum seculum, quod te traxit ad tam inmanissimum peccatum faciendum. Ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis et fratrum monachorum patrum ad iuuas, obseruaturus cuncta simpliciter, quod tibi fuerint imperata, si forte ignoscat infinita dei bonitas peccatis tuis, et refrigeret animam tuam, pro qua cruciaris per perpetuis flammis. Hoc leui-

et melius tibi esse certissime scias. Si nam autem publicam penitentiam permanens in domo tua, ut in hoc mundo vis agere, quod penius tibi et durius et gravius esse non dubites, ita ut agere debeas exortamur, ut omnibus diebus quibus penitere debes, vinum et siceram omnemque nobis carnem numquam ullo tempore comedas, preter quam in pascha et in die natalis domini. In pane et aqua et sale penitentiam age in vigiliis, in ieiuniis et orationibus et elemosinis omni tempore persevera. Arma numquam cingere, nec in loco quolibet litigare. Plurimas uxorem numquam ducere, concubinam numquam habere, nec adulterium committere audeas. In balneo numquam laveris. In convivio letantium te non misceas. In ecclesia segregatus ab aliis christianis post hostium et postes humiliter te repone, ingredientium et regredientium supplicans orationibus commendare, communione corporis et sanguinis domini cunctis diebus vite tue indignum te existimes; in ultimo tamen exitu vite tue die, si metuens pro viatico sit qui tribuat tibi, tamen misericorditer veniam aliter ut accipias tibi concedimus. Sunt et alia multa que tibi durius et satisfactius erant, iuxta magnum pondus peccati infelix adicienda. Sed si hec omnia que tibi misericorditer supradicta sunt, perfecto corde domino auxiliante feceris et custodieris, confidimus de domini immensa clementia remissionem te tuorum habiturum peccatorum, et secundum dictum iusti boni quoque pastoris resolvet te sancta mater ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam sanguine suo adquisivit, solutus sis in celo. Si vero autem feceris, et sancte matris ecclesie tam salubrem ammonitionem despexeris, ipse tibi sis iudex, et in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis; sanguis tuus super caput tuum. Nos alieni a consortio tuo, pro aliorum fidelium dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare, et dominum misericordiam attentius cotidie implorare. Item Aug. de adulterinis coniugiis l. X. scdo. **Potius uxore vivente aliam ducat, quam humanum sanguinem fundat.**

Si quod **quis quam humanum sanguinem fundat.** ... non licet homini christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere. Quis vero est tam demens qui dicat ei: fac quod non licet, ut tamen non liceat quod licet? Cum enim utrumque secundum legem Christi inlicitum sit, sive adulteram occidere, sive alteram ducere illa vivente, ab utroque est abstinendum, non conventum pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium et non faciat homicidium, ut vivente uxore aliam ducat, non humanum sanguinem fundat.

Ex premissis auctoritatibus viri prohibentur adulteras coniuges suas occidere, sed post VII. annorum penitentiam permittitur illis illas dimittere. Si nam autem illas interfecerint, iubentur sine spe coniugii permanere perpetuo, nisi forte propter lapsum iuvenilis incontinentie ad matrimonia contrahenda eis venia impendatur.

Clericas autem conceditur, si uxores eorum peccaverint, sine mortis acerbitate infra eas in custodia et ad ieiunia eas cogere, non tamen usque ad necem affligere. Unde in Toletano concilio legitur: **Clerici, si uxores eorum peccaverint, preter necem eas domi custodiant et adsa-**

Placuit, ut si quorumque clericorum uxores **voluntaria cogantur ieiu-**res peccaverint, ne forte licentiam peccandi **nia** plus habeant, accipiant mariti eorum hanc potestatem, preter necem custodiendi, ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria non mortifera eas cogentes, ita ut invicem sibi clerici ecclesie pauperes auxilium ferant, si servitia non habeant, cum uxoribus aut ipsis que peccaverant, non cibos sumant, nisi forte ad timorem dei acta penitentia revertantur.

Nunc autem queritur, quare sacris canonibus sit institutum, ut post VII. annos penitentes in pristinum statum revocentur. **D**e his ita scribit Isidorus ad Masonem episcopum. **Quare sit institutum, post VII. annos in pristinum statum penitentem redire.**

Hoc ipsum, quod canonum censura post VII. annos iterare penitentem in statum pristinum precepit, et certa non electione proprii arbitrii sancti patres, sed potius examinatione divini iudicii sanxerunt. Nam legitur, quod Maria soror Aaron prophetissa, dum detractionis adversus Moisen incurrisset delictum, illico stigmate lepre percussa est. Cumque peteret Moises, ut mundaretur, precepit eam dominus extra castra VII. diebus egredi, et post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron sacerdotis caro intelligitur, que dum superbie dedita sordidissimis cogitationum maculatur contagiis, extra castra VII. diebus, hoc est extra collegium sancte ecclesie VII. annis proicitur, ubi post emundationem vitiorum loci, ut pristine dignitatis recipiat meritum. Et post pauca: In fine autem epistole hoc adiciendum putavi, ut quotiens aliquid in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illius magis sententia teneatur, cuius antiquior aut potior extat auctoritas.

Hoc autem quamquam de sacerdotibus videatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus penitentibus oportet intelligi ad imitationem namque illius divine sententie. David de adulterio et homicidio reprehensus unius ebdomade ieiunium in satisfactione admissi sceleris domino legitur obtulisse. Hinc est ecclesiastica consuetudine est usurpatum, ut maiorum criminum penitentia VII. annorum spatio concludatur, nisi ut officii excellentia, ut criminum magnitudo vulgarem consuetudinem excedens, veluti dum contra naturam humane societatis parentibus, ut liberis, ut aliis eiusmodi personis impudice adheretur, ut dum relicto naturali usu contra naturam more sodomitico fornicatur, ut usque ad coitum brutorum animalium prolabitur, premissum spatium transcendere cogatur.

De penitentibus, quod quesitum est, an eis generaliter post penitentiam peractam

coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate penitentes prohibentur ad secularem militiam redire, ut matrimonia contrahere. Unde Siricius papa: **Penitentes matrimonia contrahere prohibentur.**

De his vero non incongrue dilectio tua sedem apostolicam credidit consulendam, qui acta penitentia tanquam canes et sues ad vomitus pristinos et ad volutabra redeuntes, et militie cingulum, et ludicras voluptates, et nova coniugia, et inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum professam continentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia iam suffragium non habent penitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur. Sacris misteriorum celebritatibus, quamvis non mereantur, intersint. A dominice autem mense convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti et ipsi in se sua errata castigent, et aliis exemplum tribuant, quatenus a cupiditatibus obscenis retrahantur. Quibus tamen quando carnali fragilitate ceciderint, viatico munere cum ad dominum ceperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri. Quam formam et circa mulieres, que se post penitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus. Sed quia timore solvendi coniugii nonnulli ad penitentiam accedere differunt, ut propter lapsum adolescentie, que formidant penitentie remedium suscipere negligunt, ideo auctoritate canonica permittitur eis, ut contracta matrimonia retinere, ut alia contrahere. Unde Leo papa scribit Galerio episcopo Tripolitano: **Coniugia ex indulgentia post penitentiam legitimam non negentur.**

Audivimus a quibusdam, qui in vestris diocesibus et in finibus christianorum certus sui occasione se subtrahunt penitentie iugo dicentes: quasi penitentiam agimus, coniugium debemus relinquere copulam, in quo errant, et a veritatis calle discedunt, quia a pontificibus iniectis penitentiam unusquisque christi nominis cultor sustinere atque peragere summopere debet dicente domino: penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Coniugium vero legitimum nullus orthodoxorum penitentiam sustinentem solvere licet. Et infra. Sacris eos vos expedit alloquiis edocere, ut et erroris perpiant caligine et illicitis copulationibus, iunctis de omnibus illicitis penitentiam agere procurent.

Item Leo IIII. **Post lapsum iuvenilis penitentie, si in adolescentia negent penitentibus licita coniugia.**

In adolescentia constitutus, si urgente aut metu mortis, aut captivitatis periculo penitentiam gesserit, et postea timens lapsum incontinentie iuvenilis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si preter coniugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quod sit tolerabilius estimamus. Item Nicholaus papa ad

Ludulfo episcopo sancte argentee retensis. **Hec penitentia latori est imponenda, qui in matrem occidentem.**

Presentium matricidam esse cognovimus, cui precipimus ut sub penitentie iugo permaneat, ita ut per annum unum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilice stans deprecandum perseveret, qualiter tanto expietur periculo. Completo vero annicirculo, introeundi licentiam ecclesiam habeat, tamen inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis autem annorum trium circulis, sacre communionis gratia illi concedatur, oblatione vero non offerat. Reliquis aliorum VII annorum curricula expleant. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere presumat, exceptis festivis diebus atque dominicis, atque pasca usque pentecosten. Et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur. Arma non presumat, nisi contra paganos. Ieiunet autem tribus diebus per ebdomadam usque ad vesperam. A propria ac legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat. Quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum terminum cursus finis vite illius appropinquaverit, corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi fiat particeps. Sin autem ut superstatutum efficiat, tamen si illius conversionem et lacrimarum fontem in omnibus videbitis floridis actionibus et optimis operibus pullulare, humanius circa illum sollicitudo pervigili appareat, minus quam nobis demonstretur. Item. **Pro penitentia legitima adolescentibus permittuntur licita coniugia.**

Siquis cum duabus sororibus fuerit fornicatus, aut a nonnullis, proibentur, de quibus sacra scriptura prohibet, et si dignam egerit penitentiam, et castitatis non valuerit continentiam servare, liceat ei legitimam in coniugio accipere uxorem. Similiter et mulier que tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis non producatur ad chaos. Sed hoc de laicis fuit, ac mulieribus solummodo statutum. Item. **Punitur qui hec crimina committit, sed tamen legitimam dimittit uxorem.**

Siquis cum matre spirituali fuerit fornicatus, anathematis ut satis patrati ictibus. Similiter autem et illum pariter promulgamus, qui cum ea quam de sacro fonte baptismi suscepit, aut cum illa quam ante episcopum tenuerit, cum sacro crismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus, legitimam si habuerit non dimittat uxorem. Quos enim deus coniunxerit, iudex sua auctoritate separare non debet. Quamquam Isidorus hoc intelligat dicens: **Non homo separat, quos pena condemnat.**

Quos deus coniunxit, homo non separet, quecumque. Subaudi si violenter sine lege et absque ratione. Quos deus coniunxit homo non separet. Non enim separat homo quos pena dampnat, quos reatus accusat, quos creat maleficium. Verum propheticum dictum intelligitur, quos in vices sceleris prefixis sceleribus legum severitate percellit.

Hic incipit de penitentia

quos vel morte puniunt, ut deportari iubent. Item ex concilio Toletano VIIII. De eo ... De eo.

Antiquum et sanctissimi patris est sententia pape Leonis. Ut is qui in etatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, si pervenerit ad penitentie remedium, si coniugatus forte fuerit incontinens, nec postea adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit ad ipsius maturitatem temporis continentie statum. Quod nos de viris, ita et de feminis equo modo censemus. Illos quidem generaliter et canonice est hoc preceptum, sicut constat vobis per humanam fragilitatem indultum, ea dumtaxat ratione, ut si is qui penitentie non est legibus deditus, ante ab hac vita discesserit, quam ex consensu ad continentiam utriusque eorum fuerit regressus, superstiti non liceat denuo transire ad uxoris complexus. Si autem ille vir sui vita exciterit superstes, qui acceperit absolutionem penitentie, nubat si se continere non potest, et alterius consortio fruatur uxoris. Quod in utroque sexu pariter a nobis manifestum est esse decretum, ita videlicet, ut in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio, ut uterque etate apta perspexerit penitentie absolutionis tribuat legem.

Has brevi decursu, in quibus extra negotii finem aliquantulum evagati sumus, ad propositae cause tertiam questionem pertractandam, qua queritur, utrum sola cordis contritione et secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere, redeamus. Sunt enim qui dicunt quemlibet criminis veniam sine confessione ecclesie et sacerdotali iudicio posse mereri, iuxta illud Ambr. super Lucam: Petrus doluit et flevit, quia erravit ut homo. Non invenio quid dixerit, scio quod fleverit. Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego. Item Ioh. Crisostomus: Lacrime lavant delictum, quod pudor est confiteri. Item propheta: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Item: Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Quod Aug. exponens ait: Magna pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit. Nondum pronuntiat ore, et tamen Deus iam audit in corde, quia ipsum dicere quasi quoddam pronuntiare est. Votum enim pro opere reputatur. Item imperator Iustinianus codicis l. I. t. de episcopis et clericis: Si quis non dicam rapere, sed attemptare tantum matrimonii iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali feriatur pena. Item imperator Leo et Anthemius Nicostrato pp. in Theod. t. de postulando: Nemo vir in foro magnitudinis tue, vel in provinciali iudicio, vel apud quemque iudicem accedat advocatorum consortium, nisi sacrosanctis catholice religionis fuerit imbutus misteriis. Sin autem aliquid quoquo modo quadam machinatione factum, vel adceptum fuerit, officium quidem est sublimitatis tue cum librarum auri iactura pro condempnatione sustineat. Item Aug.: Quicumque ausus fuerit contra providum nostre serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere et prohibitum patrocinium prestiterit, officio advocationis remotus, stilum proscriptionis atque perpetui exilii spatia sustinebit. Sciturus et provinciarum rectoribus quod si is sub eius administratione aliquid huiusmodi fuerit attemptatum, partis bonorum dimidie proscriptione et penam exilii per quinquennium sustinebit. Item l. VIIII. d. ad legem Iuliam magestatis: Quisquis cum militibus cogitaverit, eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt. Item ad legem Corneliam de sicariis: Si quis cum telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit, commissum legis Cornelie de sicariis pena coherceatur. Imperator Valerius et Gratianus: Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressave fuerit, sciat se capitali supplicio esse puniendum. Imperator Gratianus et Valent.: Si forte mulier marito mortis parasse insidias, ut quolibet alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur, ut forte maritus eodem modo insequi velit uxorem, in eadem questione ab omni familia non solum mariti, sed et uxoris, que tunc in ceptis domini fuerit, querendum est sine cuiusquam defensione. Item in dig. t. de iniuriis l. II.: Si quis tam masculum quam feminam sive ingenuos sive libertinos impudicos facere attemptaverit, iniuriarum tenebitur. Sed et si servi pudicitia attemptata sit, iniurie locus est. Attemptari pudicitia dicitur, cum id agitur ut ex pudico impudicus fiat. Non solum is iniuriarum tenetur qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, verum et ille tenetur qui dolo fecit, ut qui curavit ut cui mala pugno percuteretur. Item id apud Labeonem: Si quis pulsat quidem non est verum manum adversus eum levaverit et sepe territus quasi vapulaturus, non tamen percussus iniuriarum actione tenetur. E contra l. cod. t. de penis: Cogitationis penam nemo patiatur. Item de extraordinariis criminibus: Sollicitatores aliarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, et si effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciose libidinis extra ordinem puniuntur. Qui puero stuprum abducto vel corrupto committere persuaserit, aut mulierem aut puellam interpellaverit, quidve impudicitie gratia fecerit, domum prebuerit, pretiumve quis persuadeat dederit, perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur. Item de furtis: Vulgaris questio est an is qui ex acervo frumenti modium unum sustulit, totius rei furtum faciat, an vero tantum eius quod abstulit. Offilius totius acervi furem esse putat. Nam et si quis aurem alicuius tetigerit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse. Proinde et qui dolium aperuit et exinde parum vini ab

stulerit totius furtum uidetur fecisse. Sed uerum est in tantum eum actione furti teneri quantum abstulerit. Nam et si quis in armarium quod tollere non poterat aperuit, et omnes res que in eo erant contrectauerit, atque ita discesserit, deinde reuersus unam rem ex his sibi abstulerit, et antequam se reciperet quo destinauerat deprehensus fuerit eiusdem rei, et manifestus et nec manifestus fur erit. Sed et si quis segetem ante lucem secat, et contrectatarum que secat manifestus fur est et nec manifestus. Item in l. ii. t. quod quisque iuris in alterum statuerit. Hec autem uerba quod statuit qui iurisdictioni preest cum effectu accipimus, non uerbotenus, et ideo si cum uellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit, cessat edictum. Nam statuit uerbum rem perfectam significat, et consummatam iniuriam, non ceptam. Penitentie sic. In dig. t. de penis legitur: Legum interpretatione mollienda sunt potius quam nimis exasperande, atque ideo pena earum non excedit. Sed que de raptu uirginum, uel ad uocati, seu de crimine magestatis, uel de sicariis dicta sunt, fauore religionis et fidei, atque principalis et odio sicariorum inducta sunt. In iniuriarum uero penarum uarietate multiplicatur quod sceleris fieri potest; uarietas itaque criminum uarietatem inducit penarum. Unde in dig. t. de penis: Aut facta puniuntur, ut furta cedesque; aut dicta, ut conuitia et infide aduocationes; aut scripta, ut falsa et famosi libelli; aut consilia, ut coniurationes, aut conscientia latronum, quosque alios suadendo monuisse sceleris est instar. Sed hec iniuria consideranda sunt vii. modis: causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Causa, ut in uerberibus que impunita sunt a magistro illata uel parente, quoniam emendationis, non iniurie gratia uidentur adhiberi. Puniuntur cum quis per iram ab extraneo pulsatur. Persona dupliciter spectatur: eius qui fecit, et eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus serui quam liberi, et aliter qui in dominum parentemue ausus est, quam qui in extraneum, et aliter qui in magistratum quam qui in priuatum. In huius rei consideratione etatis quoque ratio habetur. Locus facit ut idem uel furtum uel sacrilegium sit, et capite luendum uel minore supplicio. Tempus discernit et mansorem a furtiuo, et effractorem, ut furem diurnum a nocturno. Qualitate factum atrocius uel leuius est, ut furta manifesta a non manifestis discerni solent, rixe a grassaturis, expilationes a furtis, petulantia a uiolentia. Quantitas discernit furem ab abigeo. Nam qui bouem unum aut ouem subripuit, ut fur coercebitur, qui gregem, ut abigeus. Euentus spectatur, ut a clementissimo quoque facta, quamquam lex non minus eum qui occidendi hominis causa cum telo fuerit inuentus, quam eum qui occidit puniat. Et ideo apud grecos exulo uoluntario fortuito casu lugeantur. Apud principium poetarum scriptum est grm.

Cogitatio non meretur penam. Lege ciuili cum suis terminis concepta est. Discernuntur enim a maleficiis ea que de iure effectum desiderant. In his enim non nisi animi iudicium consideratur. Unde in dig. t. de repudiis: Diuortium non est nisi uerum quod animo perpetuam constituendi dissensionem fit. Itaque quicquid calore iracundie fit uel dicitur non prius ratum est quam si per seuerantiam apparuerit iudicium animi fuisse. Ideoque per calorem misso repudio si breui reuersa uxor est, nec diuortisse uidetur. Hinc etiam in canonibus: Si quis iratus crimen alicui obiecerit etc. Hec consilio autem uel ex facto aliquem teneri Aug. probat dicens: **Non solum qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio et fraude alii occidunt homicide probantur.**

Periculose se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt, et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exortationem homines extinguuntur. Nam Iudei dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: Nobis non licet interficere quemquam. Sed tamen illis domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua interfecerunt dicentes: Crucifige, crucifige eum. Unde unus euangelista dicit dominum crucifixum esse hora tertia, alius euangelista vi. quia Iudei crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora vi. manibus. Qui uero hominem tradidit, ille interficit eum domino dicente: Maius peccatum habet qui me tradidit tibi. Unde psalmista: Filii hominum dentes eorum arma et sagitte, et lingua eorum gladius acutus. Sciant ergo se penitentie reos quorum consilio sanguis funditur, si ueniam promereri uoluerint. Item ex epistola Clementis. **Persecutores fratrum, detractores eorum, et odientes habentur homicide.**

Homicidiorum uero tria genera esse dicebat beatus Petrus, et penam eorum parilem fore dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita et detractores quoque eorum, et odientes homicidas esse manifestabat. Qui enim odit fratrem suum, et qui detrahunt parenti, homicide demonstrantur. Item Ieronimus ad Esaiam. **In maleficiis uoluntas pro opere computatur.**

Omnis iniquitas et oppressio et iniustitia iudicium sanguinis est. Et licet gladio non occidas, uoluntate tamen interficis. Item Cyprianus. **De eo ... dem.**

Numquid Cain cum domino munus offerret suum, peremerat fratrem? Et tamen parricidium mente conceptum Deus preuidens ante dampnauit. Ut illic cogitatio mala et prauitas conceptio Deo uidente prospecta est, ita et in Dei seruis apud quos cogitatur et martirium mente conceptum, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Et aliud est ex martirio excommunicatus animum deesse, et aliud animo defuisse martirium. Qualem te inuenit Deus cum uocat, talem pariter et iudicat, quando ipse testatur et dicit: Et sciant omnes ecclesie quia ego sum scrutator renum et cordis. Item Aug. **Homicida est qui fratri suo male suadet.**

Noli putare te non esse homicidam quando malum fratri tuo persuades. Si fratri tuo

mala persuades, et ut scias quia occidis, audi psalmum: Filii hominum dentes eorum arma et sagitte, et lingua eorum machera acuta. Item. **Occidit qui adno**. Homicidium lege vetitum periculum et **Centum mouet.**

Hinc et illud: Homicidam lege vetitum pri centum moue-tas non aliud esse nisi corporis peremptio. Capitulum. Ergo dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri homicidii genere deputans. Item Augustinus. **Furti tenetur qui solo timore non**

Si propterea non facis furtum, quia times ne videaris, intus in corde fecisti furtum: et teneris, et nil tulisti.

Item de libero arbitrio. **Non ideo minus delinquit cui**

Sicut etiam non contingit facultas concumbendi cum coniuge aliena, plane tamen aliquo modo sit cum cupere, et si potestas detur esse facturum, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur. Sed sicut auctoritas testatur, voluntas remuneratur, non opus. Voluntas autem in cordis contritione est, opus vero in oris confessione. Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti. Item Prosper. Porro illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri, vel emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Et quid eis prodest humanum vitare iudicium, cum si in malo suo permanserint, ituri sint Deo in eternum retribuente supplicium? Quod si sui ipsi iudices fiant, et veluti sue iniquitatis ultores, hic in se voluntariam penam severissime animadversionis exerceant, temporalibus penis mutabunt eterna supplicia, et lacrimis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent eterni ignis incendia. Et infra. Facilius sibi Deum placabunt illi, qui non humano convicti iudicio, sed ultro crimen agnoscunt, quam aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis quales occulti sunt, ipsi in se voluntariam excommunicationis sententiam ferunt, et ab altari cui ministrabant non animo sed officio separati, vitam suam tamquam mortuam plangunt, certi quod reconciliati sibi efficacis penitentie fructibus a Deo non solum amissa recipiant, sed etiam cives superne civitatis effecti ad gaudia sempiterna pervenient. Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica: In quacumque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur. Non enim mors oris confessus fuerit, sed tantum conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur. Hinc idem propheta ait: Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, ostendens in contritione cordis, que in eius scissione intelligitur, non in confessione oris, que pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominavit, a parte totum intelligens, peccata dimitti. Hinc et per eundem prophetam Dominus ait: Convertimini ad me in toto corde vestro, et ego convertar ad vos. Conversio autem oris quicumque cordis undique versio. Si autem undique cor nostrum a malo ad Deum convertimus, mox sue conversionis fructum meretur, ut Deus ab ira ad misericordiam convertatur,

peccati prestet indulgentiam. Cuius modi probabatur dictum: Unde datur intelligi, quod etiam ore tacentes veniam consequi possimus. Hinc etiam leprosi illi, quibus Dominus precepit ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod antequam sacerdotibus ora nostra ostendamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati emundamur. Hinc et Lazarus de monumento vivus prodiit, non prius de monumento eductus, et postea a Domino suscitatus, sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulcro revixit, et foras vivus prodiit. Hinc etiam ut Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate divine gratie peccator emundatur, leprosum tangendo mundavit, et postea ut sacerdotis sacrificium ex lege offerret precepit. Leprosum enim tangit, cum respectu divine pietatis mens peccatoris illustrata compungitur. Unde post trinam negationem Petrus Domino eum respiciente profudit amaras lacrimas, quibus culpam negationis sue diluit, [repetat] legis fuisse mercium sacerdoti. Dum peccatum suum sacerdoti penitens confitetur, sacrificium ex lege offert, dum satisfactionem ecclesie iudicio sibi impositam factis exequitur. Sed antequam ad sacerdotem perveniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam medici negant resuscitare aliquem, ut resuscitatus confiteatur, dum per prophetam dicitur: Numquid medici suscitabunt, et confitebuntur tibi? Item a mortuo, ut ait auctoritas, velut ab eo qui non est, perit confessio. Unde penitens ille, qui timore octavi timens exclamaverat: Domine ne in furore tuo arguas me, postea supplicans aiebat: Salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte qui memor sit tui. In inferno autem quis confitebitur tibi? Sed nullus confitetur nisi suscitatus. Nemo autem vivit qui gemens et ne fuisset, et perpetua damnatione dignus. Patet quod antequam quisque confiteatur peccatum, a reatu sue prevaricationis, quo eterna sibi debebantur supplicia, per gratiam interne compunctionis absolvitur. Item si antequam quisque confiteatur a Domino resuscitatus vivit, dum confitetur, ut post resuscitationem iterum mortuus est, et confitetur. Sed sicut antequam resuscitaretur mortuus confiteri non poterat, sic post resuscitationem mortuus confiteri non valet. Restat ergo ut resuscitatus vivat, dum peccatum confitetur. Habet utique suscitatorem suum sibi presentem, sequitur inhabitantem. Ut enim Augustinus ait in psalmo LXXII: Resuscitatur corpore vivit absente suscitatore. Non autem sic resuscitatur in anima. Cum enim Deus sit vita anime, anima vero vita corporis, sicut corpus vivere non potest anima absente, ita non nisi Deo presente anima vivere valet. Habet itaque anima Deum presentem per gratiam, que vivens confitetur, cuius vita que Deus est inhabitat, quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabitat, ergo templum

[gloss, partly legible:] ... sententiam quod dicit quod remissio ... ... in satisfactione ... sic intelligens ... [illegible] ... ne simul sunt tempore. b.

[gloss:] Penitentiam mortali tria antecedunt: impunitas, delectatio ... ... confessio ... satisfactio ... [illegible]

sā sps. facta ē. q̄ illuminata est. q̄ a tenebris
peccatorum expiata est. q̄ templum diaboli
ēē desiit. que ad lucē uenit. cuius terrestris pectus
tenebras fugat. Nulla enim ut ait apostolus conuentio xpī
ad belial. Nulla participatio lucis ad tenebras. nul-
la comunicatio iustitie et iniquitatis. nullus con sen-
sus templo dei cum idolis. Item aug.
xpm̄ ait. Omnis qui odit malum in lucē agit. qui autem
in lucē agit. cum deo operatur. ut augustinus ait. Qui autem in
xpō operatur. ei filius probatur. Cuius enim opera quisque facit.
eius filius eē probatur. Unde quibusdam dominus ait. Si filii
habrae estis. opera habrae facite. Item Uos ex pa-
tre diabolo estis. quia opera patris uestri facere uultis. Ne-
mo autem filius dei et diaboli simul eē potest. Nemo
enim ut ipse ait duobus dominis potest seruire. Item ut
iohannes ait in epistola sua. Qui natus est ex deo non pec-
cat. q̄ nec est filius diaboli. Solo enim peccato dia-
boli filii sumus. q̄ de eius regno translati sumus
in regnum claritatis filii dei. sumus erepti de pote-
state tenebrarum. et facti sumus filii lucis. Cum q̄ ante
confessionem. ut probatum est. resuscitati simus per gratiam
lucis filii facti. euidentissime apparet. quod sola cordis
contritione. sine confessione oris peccatum remittitur.
Item iohannes. Omnis qui deum non diligit manet in morte.
Si q̄ uiuit et diligit. si diligit. dilectio in eo est. dilectio
autem in malum non est. Est enim fons proprius bonorum in
quo non comunicat alienus. q̄ bonus est iste factus
per gratiam. ante confessionem peccati. non itaque ma-
lus est. Bonus enim et malus aliquis simul eē non
potest. Quod si malus non est. membrum diaboli
non eē probatur. Nec q̄ dignus est gehenne que di-
abolo et membris eius soli debetur. sicut eterna bea-
titudo membris xpī paratur. Non q̄ in confessio-
ne peccatum remittitur. quod iam remissum eē
probatur. Fit itaque confessio ad ostensionem peni-
tentie. non ad impetrationem uenie. sicut circum-
cisio data est habrae in signum iustitie. non
in causam iustificationis. sic confessio offertur
sacerdoti in signum uenie accepte. non in causam remis-
sionis accipiende. C. Alii contra testantur. Si-
ne confessione oris et satisfactione operis. nemi-
nem a peccato posse mundari. si tempus satisfac-
tionis habuit. Unde dominus per prophetam ait. Dic tu
iniquitates tuas. ut iustificeris. Item ambr. in l.
de paradiso. Non potest quisquam iustificari a pec-
cato. nisi fuerit peccatum ante confessus. Item in
sermone .xl. me. Ecce nunc tempus acceptabile ad-
est in quo confessio a morte animam liberat.
Confessio aperit paradisum. spem saluandi tribuit.
Unde scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas. ut iu-
stificeris. his uerbis ostenditur. quia non meretur iustifi-
cari. qui in uita sua peccata non uult confiteri. Il-
la confessio nos liberat. que fit cum penitentia. Peni-
tentia uera est dolor cordis. et amaritudo anime.
pro malis que quisque commisit. Penitentia est. et mala

preterita plangere. et plangenda iterum non com-
mittere. Item iohannes aureum. Perfecta penitentia
cogit peccatorem omnia libenter sufferre. In cor-
de enim contritio. in ore confessio. in opere tota hu-
militas. hec est fructifera penitentia. Item.
Non potest quis gratiam dei celestis accipere. nisi purga-
tus fuerit ab omni sorde peccati. per penitentie
confessionem. per donum baptismi salutaris. Item aug.
Nullus debito grauioris pene accipit ueniam.
nisi qualemcumque. si longe minorem quam debe-
at soluerit penam. Ita enim impertitur a deo largitas
misericordie. ut non relinquatur iustitia discipline.
Idem in uincentio. Nemine putes ab errore ad ue-
ritatem. et a quocumque seu magno. seu paruo. pec-
cato ad correctionem. sine penitentia posse transi-
re. Idem de penitentia. Agite penitentiam. qua-
lis agitur in ecclesia. ut oret pro uobis ecclesia. Nemo sibi
occulte dicat. occulte ago. apud deum ago. Nouit
deus qui mihi ignoscat. quod in corde ago. q̄ sine ca-
dictum est. que solueritis in terra. soluta erunt
in celo. q̄ sine causa claues date sunt
ecclesie dei. frustramus euangelium dei. frustramus
uerbum xpī. promittimus uobis quod ille negat. Non-
ne uos decipimus. Iob dicit. Si erubui in conspec-
tu plebis mee peccata confiteri. atque id si non po-
tuistis seruare. ut uoluistis. pudicitiam coniugalem.
seu continentiam. et de uasis appositio ut in uinculo
coniugali. ut deuotione continentie sit. in uobis
dolor et humilitas penitentie. apertius dico nemo
dicat non intellexi quia post uxores uestras
illicito concubitu uos maculastis. Si preter uxores
uestras cum aliqua concubuistis. agite penitentiam. et
cetera. Item ieronimus super exodum. Et uenit inquit
aaron. et omnes presbiteri de israel manducare panem
cum socero moisi. in conspectu dei. Omnia que
faciunt sancti. in conspectu dei faciunt. peccato-
res autem a conspectu dei fugiunt. Denique scriptum est.
quod adam postquam peccauit. fugit a conspectu dei.
et interrogatus respondit. Audiui inquit uo-
cem tuam. et abscondi me. quia eram nudus. Sic et cayn
de fratricidio condempnatus a deo exiit inquit a fa-
cie dei. et habitauit in terra naim. Exiit q̄ a facie dei
qui indignus est eius conspectu. Sancti autem mandu-
cant et bibunt in conspectu dei. et omnia que agunt
in conspectu dei agunt. q̄ amplius adhuc uolo ali-
quem discutiens uideo. qui pleniorem
sanctitatem dei accipiunt. et pleni diuinis inbuti
sunt disciplinis. illi et si malum faciunt. coram
deo faciunt. et in conspectu eius faciunt. Sicut ille
qui dixit. Tibi soli peccaui. et malum coram te feci.
Quod q̄ plus sit. qui malum coram deo facit. continuo
penitet. et dicit peccaui. Qui uero discedit a con-
spectu dei. nescit conuerti. et peccatum penitendo
purgare. hoc q̄ interest malum coram deo

[illegible]

facit continuo peruiter et diat peccatum. Qui autem discedit a conspectu dei, nesciat conuerti et penitendo peccatum purgare. Hoc ergo interest maliciam deo facere et a dei conspectu discessisse peccantem. Item Aug. Si et continuo quid dixerit, sicut Adam fecit. Et sic Eboym, que due ex ciuitatibus Sodomorum pariter excidium traxere consortium. Conuersum est, inquit, cor meum in me ipso, conturbata est anima mea. Non faciam secundum iram indignationis furoris mei. Non ergo apparet quod in nos peccantibus indignatur dominus, si eos ut indignationis sue nos terrore conuertat. Indignatio ergo eius non ultionis executio, sed magis absolutionis operatio est. Item Ambr. in libro de paradiso. Serpens decepit me, et manducaui. Uenialis culpa quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata mulier, que non reticuit deo, sed confessa magis peccatum est, quam medicabilit sententia secuta est. Bonum est confitentem penam in peccato et flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellentur. Denique Cain qui uoluit crimen negare, indignus iudicatus est qui puniretur in peccato, sed remissus est sine prescriptione pene. Fortasse non tam reus maiori crimine parricidii. Illud enim commissum in fratrem quam sacrilegii quod deo credidit mentiendum dicens: nescio. Numquid ego custos fratris mei sum. Et non accusato non diabolo eius accusatio reseruata est, ut cum mei angelis flagellet, qui cum hominibus noluit flagellari. Nam pastor ille euangelicus lassam oue uexasse legitur, non abiecisse. Et Salomon ait: Noli esse nimis iustus. Debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum tibi curandus prebeat, quem fastidio habeas, qui contemptui se non compassioni suo medico putet futurum. Idem. Libenter ignosco, prompte indulgeo. Misericordiam uolo quam sacrificium, quia per sacrificium iustus commendabatur, per misericordiam peccator redimitur. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. In lege sacrificium, in euangelio misericordia est. Lex per Moisen data est, per me gratia. Item Leo eps. Theodoro Forouiliensi epo. Multiplex misericordia dei ita lapsibus humanis subuenit, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per penitentie medicinam spes uite reparetur eterne, ut qui regenerationis dona preuiolassent, iudicio condemnantes ad remissionem criminum peruenisset. Sic diuine uoluntatis presidiis ordinatis, ut indulgentia dei nonnisi supplicationibus sacerdotum queat obtinere. Mediator enim dei et hominum homo Christus Ihesus hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem, ut confitentibus penitentie satisfactionem darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et post pauca. Si autem aliquis eorum, pro quibus domino supplicamus, quocumque interceptus

obstaculo, a munere indulgentie presentis decesserit, et priusquam ad constituta remedia perueniat, temporalem uitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit. Et post pauca. His autem tempore necessitatis, et periculi urgentis instantia presidium penitentie, et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda est. Quia misericordie dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur moras uera conuersio. Et item. Ita ergo necessitati auxiliandum est, ut nec actio illis penitentie, nec communionis gratia denegetur, si eam amisso uocis officio per indicia integri sensus querere comprobentur. Quod si ita aliqua egritudine fuerint adgrauati, ut quod paulo ante poscebant, sub presentia significare non ualeant, testimonia eis fidelium circumastantium prodesse debebunt. Simul tamen et penitentie et reconciliationis beneficium consequantur, seruata tamen canonum regula paternorum circa eorum personas, qui in domini fide discedendo peccauerunt. Item Ambr. Nemo potest bene agere penitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam. Sed negant his oportere reddi communionem, qui per preuaricationem lapsi sunt. Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata omnia donauit. Item Ambr. Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet, et nullius potestatis iura exercet. Dominus parius et soluendi esse uoluit et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, non ligandi habet. Et infra. Certum est quod ecclesie utrumque licet, heresis utrumque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc uindicat, que uero habet sacerdotes, heresis uindicare non potest, que sacerdotes dei non habet. Item in eodem. Potest fieri ut aliquis uictus suppliciis sermone neget deum, et corde adoret. Numquid eadem causa eius qui sponte negat, et eius quem tormenta inclinauerunt ad sacrilegium? Numquam. Indignum autem est, cum apud homines ualeat certaminis gratia, ut apud deum non ualere asseratur. Nam sepe in hoc athletarum singulari certamine, et uictos quorum fuerunt certamina probata hominum uulgus cum uictoribus coronare consueuit, maxime quos uiderent aut forte dolo aut fraude excussos uictoria, et Christus athletas suos, quos uidet tamen paulisper cessisse suppliciis, sine uenia patietur manere? Nunquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam aliquos pretereuntes? Et infra. Quod dicit Petro excusanti ne ei pedes lauaret: Nisi lauero pedes tibi, non habebis partem mecum. Quid ergo isti possunt consortium habere, qui claues regni non susceperunt, negantes quod peccata dimittere debeant? Quod recte quidem de se fatentur. Non habent enim Petri hereditatem, qui Petri sedem non habent, quam impia diuisione discerpunt. Et paulo post. Egritudo carnis peccatum

Concordat huic opinioni Aug. in sermone de edificatione ecclesie cum dicit: Ubi in inferno, nec diuitie, nec petes, nec coniuges, nec filii, nec uicini poterunt subuenire. Ubi nichil peccator inueniet, nisi quod de hoc seculo caste et iuste uiuendo per helemosinas largitas transmisit. Aug.

repellit luxuria aut corpus consumit. Carnis culpam abolet. Illud tamen quod diabolus, ut se ipsum morsu suo vulneret, et contra se armet, quem debilitandum esse putavit. Et infra. Quod nocet corpori suo, iuvat spiritum. Et paulo post. Sicut semel immolatus pro omnibus est Christus, ita quotienscumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, ut per sanguinem eius remissio peccatorum fiat. Docetur ergo evidentissime divini predicatio mandati, quod gravissimis etiam criminibus, si ex toto corde et manifesta confessione peccati penitentiam agant, sacramenti celestis refundenda gratia. Item. Quantusvis mortuus fetor sit, aboletur omnis ubi sacrum redolet unguentum, et surgit defunctus, et iubentur ei solvi vincula, qui adhuc in peccato est. Tollitur velamen a facie eius, quod veritatem gratie quam acceperat obumbrabat. Sed quia venie donatus est, revelare faciem a Christo vultum iubet. Non enim habet quod erubescat, cui peccatum est dimissum. Item. In tanta enim domini gratia, tanto quod divini muneris miraculo, cum oporteret universos letari, commovebantur impii, et adversus Christum concilium congregabant, Lazarum quoque interficere volebant. Nonne mente eorum successores vos forte cognoscatis, quorum duritie heredes estis? Nam et vos indignamini, et contra ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in ecclesia reviviscere, et peccatorum indulgentia resuscitatos. Itaque quod in vobis est, multi per invidiam rursum interficere resuscitatos. Sed Ihesus non revocat beneficia, immo cumulo sublatis amplificat. Reviviscat sollicite suscitat, et celebrata resurrectionis gratia letus ad cenam venit. Item. Ut tenetis potestatis sue gratiam negat, que in remissione peccatorum est, quod celeste ei potestate. Diabolico spiritu separant ab ecclesia domini [...] prehenderet, quibus indulgentiam negat. Quod omne peccatum circa singulos est ac universos. Et infra. Quid mirum si salutem negatis alienis, qui vestram recusatis? licet illi nichil a vobis differant, quia a vobis penitentiam petunt. Arbitror enim quod Iudas potuisset tanta miseratione domini non excludi a venia, si penitentiam non apud Iudeos sed apud Christum gessisset. Et paulo post. Qui agit penitentiam non solum diluere lacrimis peccatum debet, sed et emendationibus operire et tegere superiora delicta, ut non imputetur ei peccatum. Item in eodem. Nonnulli ideo poscunt penitentiam, ut statim communionem sibi reddi velint. Hii non tam solvere se cupiunt quam sacerdotem ligare; suam enim conscientiam se non tam exuunt, quam sacerdotem induunt, cui preceptum est: Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, hoc est immundis spiritibus sacre communionis non sunt facile tribuenda consortia. Item in eodem. Sunt qui arbitrantur hanc penitentiam esse, si abstineant a sacramentis celestibus. Hii seviores in se iudices sunt, qui penam scribunt, si remedium declinant, quos ob penam conveniebat dolere, quia celesti fraudarentur gratia. Et paulo post. Facilius autem inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint penitentiam peccati. Ubi acquiri de ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copule coniugalis usus, renuntiandum seculo est. Ipsi sompno minus indulgendum est quam natura postulet. Interpellandum est gemitibus, interrumpendum est suspiriis, sequestrandum orationibus, vivendum ita ut vitali huic moriamur usui. Se ipsum homo abneget, et totus immutetur. Et infra. Nemo in peccatis positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum, quia scriptum est: Peccasti, quiesce. Et paulo post. Dicimus quod agendam penitentiam, et eo tempore agendam, quo culpa deferuescat luxurie, et in peccati captivitate positos reverentiores non usurpatores esse debere. Et infra. Nam si Moysi prohibetur accedere gestienti, ut cognitione misterii celestis aviret, dicitur: Solve calciamentum pedum tuorum, quanto magis nos a(e)terne pedes exuere vinculis corporalibus et nexu mundi istius gressus eius debemus absolvere. Et infra. Flebile est quam summi doloris quam si unusquisque positus sub captivitate peccati recordetur, unde lapsus sit, atque unde ceciderit, pena corporea atque terrena ab illa speciosa ac pulcra divine cognitionis intentione defluxerit. Item. Ita apostolus. Miror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non lapsis putent penitentiam, aut penitentibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: Memento unde excideris, et age penitentiam, et fac priora opera. Quod utique ei dicitur quem constat cecidisse, et quem dominus hortatur propterea rursus reverti. Quia scriptum est: Exurge. Elemosina a morte liberat. Non utique ab illa morte quam semel Christi sanguis extinxit, et aqua nos salutaris baptismi et redemptoris nostri gratia liberavit. Sed ab ea que per delicta postmodum serpit. Item. In importunitate in evangelio mulier tandem meruit audiri, et clauso hostio cum seris, media licet nocte, ab amico panes amica accepit. Deus ipse qui nullis viribus superari potest, publicanis precibus vincatur, ut superatur. Ninive civitas que peccato perierat, fletibus stetit. Cur sunt ista tam longe repetita principio? Videlicet ut parvi magnique aspicias, ut dives pastor morbidam ovem non contempnat. Christus in paradisum de cruce latronem tulit, et ne quis aliquem seram conversionem putaret, fecit homicidii penam martirium. Ut Christus in qua prodigum filium revertentem letus amplectitur, et nonaginta novem pecudibus relictis unam oviculam que remansit humeris boni pastoris advehit. Unum peccator intelliges

uul nisi suum tradet medico se curandum, ibi non est uirga necessaria sed spiritus lenitatis.

Quod autem omni peccato auctoritate ambrosii ueniam permittit falsum uidetur. quia quedam ueniam denegat, aut ex magnitudine peccati aut ex gradu officii. unde iohannes in epistola. est peccatum ad mortem. non pro illo dico ut oret quis pro eo. alibi quoque legitur. Quis me debet incantatori uulnerato a serpente. Item si sacerdos peccauerit quis orabit pro eo. Huiusmodi interrogationes non semper negationes inferunt, sed potius difficultatem, uel raritatem notant. ut est illud euangelii. Quis putas est fidelis seruus et prudens etc. hinc et ambrosius dicit. quis simul esset ubi ne taceas. Non utique nullus. quia imago patris est filius. Simul et accipientibus. quis orabit pro eo. hoc est singularis uite aliquis debet orare pro eo. qui a peccauit in deum. Sicut quomodo iohannes diceret. non orandum pro delicto grauiori. qui legisset moisen rogasse et impetrasse. ubi erat preuaricatio uoluntaria. quis scieret et ieremiam rogasse. Potest et autem intelligi secundum augustinum illud iohannis est peccatum ad mortem etc. ut nulla sit rei et superiorum contrarietas. ait enim est peccatum ad mortem. non pro illo dico ut roget quis. de quo peccato quoniam expressum non est. possunt multa et diuersa sentiri. Ego dico autem hoc peccatum esse. fidem que per dilectionem operatur. deserere usque ad mortem. Hec est et blasphemia in spiritum sanctum. quam neque in hoc seculo. neque in futuro remitti ueniam in euangelio dominus asseruit. sui a diuinitate per suam desperationem ueniet. usque ad mortem. quis in peccato perseueret iustum est. ut sine fine puniatur. qui sine fine peccauit. unde gregorius. Voluissent iniqui. si potuissent sine fine uiuere. ut potuissent sine fine peccare. ostendunt quia semper in peccato uiuere cupiunt. qui numquam peccare desinunt dum uiuunt. ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet. ut numquam careant supplicio. qui in hac uita noluerunt carere peccato. Ex his itaque apparet. quod sine confessione oris et satisfactione operis peccatum non remittitur. Nam sine necesse est. ut iniquitates nostras dicamus. ut postea iustificemur. Si nemo potest iustificari a peccato nisi antea fuerit peccatum confessus. si confessio paradisum aperit. ueniam adquirit. si illa solum confessio utilis est. que fit cum penitentia. in quo notatur esse aliud confessio. aliud esse penitentia. siue interior. siue exterior accipiatur. si ille qui penitet. ueniam occulte apud deum non apud ecclesiam penitentiam agenti frustra euangelium et claues data sunt ecclesie promittit. sed quod deus negat delinquenti. si nemo potest consequi ueniam. nisi quantulamcumque. et si minorem quam debeat peccati soluit penam sacerdotibus ligandi et soluendi que potestas a deo tradita est. Sinulus ueniam accipit nisi ecclesie supplicationibus ipsam impetrare contendat. Concluditur ergo quod nullus ante confessionem oris et satisfactionem operis peccati abolet culpam. Denique ut perspicue appareat. neminem sine confessione a peccato mundari. ab ipsius humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti a domino sunt requisiti de culpa ut peccatum quod transgrediendo commiserant. confitendo delerent. Serpens autem de culpa requisitus non est. quia per confessionem non reuocabatur ad uitam. Cain quoque cum post prime preuaricationis fratricidium addidisset. similiter a domino de culpa requisitus est. dum dixit ei. ubi est abel frater tuus. Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit. potius mendacium negando dominum fallere conatus est dicens. Numquid custos fratris mei sum ego. Indignus uenia iudicatus est dicens. Ubi in desperationis profundum mersus dum ait. Maior iniquitas mea est. quam ut ueniam merear. uagus et profugus exit a facie domini. significans eos qui peccatum suum confitendo dissimulant. respectu diuine gratie miserationis indignos haberi. Reges quoque ignoranter adducti in habraam deliquerant. non nisi eo deprecante sanari meruerunt. In quo figuratur quod passiones morum non sanantur nisi orationibus ecclesie. Moisi quoque precepit dominus. ut lepra siue in cute. siue in domo. siue in ueste. appareret. sacerdoti ostenderetur. iuxta eius arbitrium. separata eius iudicio contaminaretur. ut mundaretur. Saul quoque cum a spiritu maligno uexaretur. non poterat ad sanemtus officium redire. nisi prius dauid citharam percuteret et coram eo psalleret. et ita ab eius uexatione cessaret diabolus. In quo mistice ostenditur. quod quicumque diabolo propter peccatum mancipatur. ab eo domino eripi non ualet. nisi dauid. id est ecclesia psalterium accipiat et coram eo psallat. id est spiritualis gratie ipsum participem faciat. et salubriter ammonendo et pie orando pro eo et exemplo boni operis. Quod perdendo diabolum ab eius inuisibili uexatione compescat. Dauid quoque cum adulterium commisisset et homicidium. non ante audiuit a propheta. Transtulit dominus peccatum tuum a te. antequam ipsum peccatum confiteretur. prius enim per prophetam redargutus peccatum confessus est. et postea audiuit. transtulit dominus peccatum tuum a te. Achab quoque cum de innocentis sanguinis effusione sententiam comminantis dei audiret, induit se ipsum cilicio. satisfaciens deo per penitentiam. Unde dominus ait ad heliam. quoniam achab reueritus est faciem meam. non inducam malum in diebus eius. Niniuite cum audirent. adhuc xl. dies et niniue subuertetur. ex edicto regis et principum egerunt penitentiam dicentes. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus. et relinquat post se benedictionem. Hac enim id est latrate satisfacti-

onis. imminentem subuersionem euadere meruerunt. Quod et exemplis euidenter ostendit. ut nullus adeo consequatur ueniam. nisi primum satisfecerit per penitentiam. Nabuchodonosor quoque per superbiam suam a ratione abiit in mente. in bestialem animum commutatus est. atque a regno suo per fugus recedens. non ante regnum recepit. quam conuersus deum predicauit. Denique plebs israelitica ob culpam sue transgressionis. captiuitati tradita. non ante liberari meruit. quam peccata sua confitens. Danielis et aliorum sanctorum precibus. ueniam accepit. In euangelio quoque uenientes ad iohannem. ut baptizarentur ab eo. baptismo penitentie primum confitebantur. peccata sua ostendentes quod quisque debet peccata sua dampnando confiteri. et innouationem melioris uite premittere. si regenerationis gratiam desiderat accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse a mortuis. alios a lepra mundasse. alios illuminasse. aliorum membra dissoluta paralisi consolidasse. omnium sanitatem petitio precedente uocis. ut amicorum legitur processisse. Luca enim referente didicimus quod pro socru petri prerogatus est. quam eam sanitati redderet. Leprosus fuerat ille. quem descendens dominus de monte mundauit. prius clamauit ad eum domine si uis potes me mundare. quem postea tangendo mundauit. Cecus quoque dum clamaret ad eum miserere mei fili dauid. interrogauit eum ihesus. quid uis ut faciam tibi. Ait. rabboni ut uideam lumen. Tres quoque mortuos audiuit. quos aliis orationibus reddidit uite. Quartum quoque annuntiante discipulo audiuit. Sed quia de fuerunt uiui. qui pro eo precarent. resuscitari non meruit. Quibus nimirum exemplis. euidentissime datur intelligi. quod ille quem macula grauioris culpe inficit. nisi confessione propria. uel ecclesie intercessione suffragante. sanari non poterit. Hinc penitens ille qui prius tacendo peccata flagellari meruerat. postea correptus dicebat. Quoniam tacui inueterauerunt omnia ossa mea. dum clamarem tota die. Hinc ex persona Christi et membrorum ait. Non obsorbeat me profundum. neque urgeat super me puteus os suum. Quod augustinus exposuit dicens. Puteus est profunditas humane iniquitatis. in quem si cecideris. non claudit super te os suum. si tu non claudis os tuum. confitere quod et dic. de profundis clamaui ad te domine et cetera. et euades. claudet super illum. qui in profundo contempnit. a quo mortuo. uelut ab eo qui non est perit confessio. Hinc idem propheta ait. Introite portas eius in confessione. ostendens ad portas ingressum nisi per confessionem peccati aliquem posse contingere. Hinc et beatus iohannes baptista. et saluator noster exordium sue predicationis. a penitentia sumpserunt dicentes. penitentiam agite. appropinquabit regnum celorum. ostendentes neminem. ad regna celorum posse pertingere. nisi primum per penitentiam deo curauit satisfacere.

Hinc et in actibus apostolorum legitur. quod credentes ueniebant ad apostolos annuntiantes actus suos. Ex his omnibus facile monstratur. sine confessione nullum ueniam posse mereri. Hinc leo papa ait. Sufficiat penitenti confessio. que primum domino offertur. deinde sacerdoti. qui pro delictis penitentium precator accedit. Item. Penitentia que dilata est. cum studiosius petita fuerit. non negetur. ut eo modo ad indulgentie medicinam anima uulnerata perueniat. Item aug. in sermone de penitentia. Non sufficit in melius commutare mores. a preteritis malis recedere. nisi etiam de his que facta sunt satisfaciat deo per penitentie dolorem per humilitatis gemitum per contriti cordis sacrificium cooperantibus elimosinis et ieiuniis. Item ambr. Nouit dominus mutare sententiam. si tu noueris emendare delictum. Item leo papa. Aliud quidem est iusta debita reposcere. aliud propria professionis amore contempnere. illicitorum ueniam postulantem oportet et a multis licitis abstinere dicente apostolo. Omnia mihi licent. sed non omnia expediunt. Vnde si penitens habet causam. quam negligere forte non debeat. melius expetit ecclesiasticum quam forense iudicium. Item ier. in malachia. Quisquis sacerdos est. et comedit in pascha domini accingatur balteo castitatis. et audiat cum apostolis. Sint lumbi uestri precincti. et lucerne ardentes in manibus uestris. Qui autem peccator est. et quem remordet propria conscientia cilicio penitentie accingatur. et plangat uel propria delicta. uel populi. et ingrediatur in ecclesiam. de qua propter peccata fuerat egressus. et iubet. ut dormiat in sacco. ut preteritas delicias. per quas deum offenderat. uite austeritate compenset. Quondam amos propheta. Si agamus penitentiam. ipse quoque sue penitebit sententie. Rursus iuxta eundem ieronimum promittit propheta. si penitentiam egerimus. quod si negligentia dissoluamur. et illum penitebit sponsionis promisse quia mutabit. cuius rei exemplum samariam uel ninivem possumus. quorum alii de imminentibus suppliciis liberati sunt. alii que patribus promissa fuerunt perdiderunt. Item super danielem. Quamobrem consilium meum placeat tibi. et peccata tua elimosinis redime. et iniquitates tuas in misericordiis pauperum. si forte ignoscat deus delictis tuis. Si propheta dixit sententiam. que mutari non potest. quomodo hortatur ad helimosinas pauperum. et ut di sua promutet quod facile salui. exemplo regis ezechie. quem isaias dixit esse moriturum. et niniuitarum quibus dictum fuerat. adhuc quadraginta dies sunt. et niniue subuertetur. et tamen ad preces ezechie. et niniue dei sententia mutata est. Rursum bona agenti se asserit pollicendo indulgentiam. Aliquando inquit. et in reuerentia loquitur deus. se malaturum super gentem et si

bona fecerit, minas clementia commutare. Rursus assent polliceri, et si mala fecerit, dicat suam mutare sententiam, non in hoc est. Sunt opera que immutata sunt. Si leges enim Dominus hominibus iratus fuerit, quecumque in homine non fuerit, nequaquam punit, quia mutatum est. Dicamque per exemplum: fecit Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordiam in pauperes, idcirco usque ad mensem duodecimum in eo dilata est sententia. Set quia postea ambulans in aula Babilonis gloriatur et dicat: Nonne hec est Babilon magna, quam ego hedificavi in domo regni et in robore fortitudinis mee, et gloria nominis mei? bonum opus perdidit malo superbie. Forsitan ignoscat Deus delictis suis. Cum beatus Daniel presciaus futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt qui audacter peccantibus veniam pollicentur. Sciendum est tamen quod Nabuchodonosor bona opera facienti veniam repromittit.

Item. Videbe quid sit benignitatem Domini, misericordiam cum severitate miscentem, et prius pene motum iusta clementia delibatione pensantem, et non omnino in perpetuum tradit pene delinquentes. Si quanto, inquit, tempore servierunt Chusarsathaim, hoc est VIII annis, dixisse et hec dicat auditor, quisquis ille es qui tibi consulis et audieris, et quanto tempore errasse te nosti, et quanto tempore deliquisti, tanto tempore nichil omnino humilia te ipsum Deo et satisfac ei in confessione penitentie, non expectes ut humiliet te Chusarsathaim, et invitum necessitas extorqueat penitentiam. Si tempore pueritie tortoris subiturum, quia si te ipse emendaveris et tu te ipse correxeris, pius est Dominus et misericors, qui vindictam temperat ab eo qui illam penitendo preuenit. Sed et illud considerandum, quia donec servierunt Chusarsathaim in iniquitati fuerant pro delictis suis, et non clamaverant ad Dominum, sed non suscitatur est qui salvare eos possit. Cum vero clamaverunt ad Dominum, tunc suscitavit eis salvatorem in Israel, et salvavit eos.

Item. Ecclesia Christi est non inmissis macula neque rugam aut aliquid istiusmodi. Quia qui peccator est aliqua sorde maculatus est, de ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici possit, ut scriptum est, ut tamen ecclesia que prius rugam habuit et maculam, in emundicitiam postea restituta est. Ita et peccator curat ad medicum, quia non habent opus sani medico, sed male habentes, et curet vulnera ipsius. Et fiet de ecclesia que est corpus eius.

Item. Super tribus sceleribus Damasci, et super IIII non convertam eum. Iuxta tropologiam hoc possumus dicere: primum cogitasse peccatum est, quia mala sunt secundum cogitationibus adquievisse pueris. Tertium quod mente decreverit opere complere. Quartum post peccatum non agere penitentiam, et suo sibi complacere delicto.

Item. Ecclesia post naufragium [...] tabula est culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitamini et correctum. Erravimus iuvenes, emendemus senes. Iungamus gemitus et lacrimas copulemus.

Item. Quia divinitatis natura clemens est, et pia magis ad indulgentiam quam ad vindictam prona, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Si quis post lapsum peccatorum ad veram penitentiam se converterit, eius ad misericordem iudicem veniam impetrabit.

Item. De in Malachia. Ne forsitan peccatum emores tardius reverteris, adhuc inquit sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis, ut quod faceret tempus infirmus, hoc faciat penitentia, et habitent in tabernaculis suis salvatoris, hoc est in ecclesia.

Item. Dixerat Ieremias LXX annos desolationis templi, post quos rursum veniret populus in Iudeam, et redificaretur ibi templum in Ierusalem. Que res non facit Danielem negligentem, sed magis provocat ad rogandum, ut quod Deus per se promisit, clementiam per eorum impleat per orationes, ne negligentia et superbia pariat offensam. Denique in genesi legimus C et XX annos ad penitentiam constitutos ante diluvium, que tamen quia noluerit agere penitentiam, hii CXX annis nequaquam expectat ut et XX anni alii compleantur, sed anticipat que comminata postea fuerat. Unde et Ieremie dicitur: ob duritiam cordis populi Iudeorum, ne orets pro populo hoc, quia non exaudiam te. Et ad Samuelem: Usquequo lugens super Saul, ego abieci eum. In ninive quoque et sacco postulat impleri quod promiserat Deus. Non quod ei incredulus futurorum sit, sed ne securitas negligentiam, negligentia pariat offensam.

Item in Ambrosio in sermone in dominica de patre Abraham. Operibus misericordie non dominicis nostra redimimus.

Medianante tollit peccata magna. Habe in plura subsidia quibus peccata nostra redimimus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Deus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venum datus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis est pecunia tua, sed pretiosa est misericordia. Elemosina, inquit, a peccato liberat. Crimina que elemosinis redimuntur.

Item Iohannes Os Aureum. Medicamentum fortius quod maxime operatur in penitentia hec est elymosina. Sicut enim preceptis mediane medianti quidem multas herbas accipit unam autem dominantissimam, sic et in penitentia herba ista dominatior et potentior est, et universum tota efficit. Audi enim quid dicit sancta scriptura: Date elimosinam, et omnia munda sunt vobis.

Item Ambrosius. Penitentia Dei diffinitionem non facit, qui in manu suam omnibus prefinisit et relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeravit, exaggeret et penitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus.

Item. Flerat pro te mater ecclesia, et culpam tuam lacrimis

lauet. Videat te Christus merentem, dicat be-
atitudines quia gaudebit, si amat ut pro uno mi-
serogue ait. Denique in euangelio motus lacri-
mis uidue, quia plurimi pro ea flebant, filium
eius resuscitauit. Item. Adam post culpam statim
de paradiso deiectus non distulit, sed separauit sta-
tim a deliciis, ut ageret penitentiam. Statim
tunica uestiuit eum pellicia, non serica. Item
Aug. ad Felicianum. Tres actiones sunt penitentie,
quas mecum uestra eruditio recognoscit. Vna est que
nouum hominem parturit, donec per baptismum salutare
omnium preteritorum fiat ablutio peccatorum. Omnis enim
qui iam uoluntatis sue arbiter constitutus est,
cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum peni-
teat ueteris uite, nouam uitam inchoare non po-
test. Ab hac penitentia, cum baptizantur, soli paruuli
immunes sunt. Nondum enim uti possunt
libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remis-
sionemque originalis peccati prodest eorum fides
a quibus offeruntur. Altera uero est penitentia, cuius
actio per totam uitam istam, quam in carne degimus,
mortali perpetue supplicationis humilitate sub-
eunda est. Primum quia nemo uitam eternam
incorruptibilem immortalemque desiderat, nisi eum
uite huius temporalis corruptibilis mortalisque peniteat.
Non enim sic quisque in nouam uitam per sanctificationem
baptismi nascitur, ut quemadmodum ibi deponit
omnia peccata preterita, ita et statim mortalitatem ipsam
carnisque corruptionem quoque deponat. Tertia uero est ac-
tio penitentie, que pro illis peccatis subeunda est, que
legis decalogus continet, et de quibus apostolus ait: Si
nos enim iudicaremus, a Domino non utique iudica-
remur. Et infra. Est enim penitentia humilium et
bonorum fidelium pena cotidiana, in qua quotidie
pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita
nostra etc. Neque ea dimitti nobis uolumus que dimissa
in baptismo non dubitamus, sed illa utique que hu-
mane fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subre-
punt, que si collecta contra nos fuerint, ita nos
grauabunt et opprimient, sicut unum aliquod gra-
ue peccatum. Quid enim interest ad naufragium,
utrum uno grandi fluctu nauis operiatur et obrua-
tur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, et
per negligentium culpam derelicta atque contempta,
impleat nauem et impleat atque submergat? Prop-
ter hec ieiunia, elimosine et orationes inuigilant.
In quibus cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris, manifestamus habere nos quod nobis di-
mittatur, atque in his uerbis humiliantes animas
nostras cotidianam quodammodo agere penitentiam
non cessamus. Item Greg. Si peccatum Dominus Dauid
transtulerit, tam detestabile quod est, quod post
omnia que de eodem peccato per prophetam a Domino

dicta sunt, postmodum tanta tollerauit? Sed
procul dubio Dominus delictum sine ultione non de-
serit. Aut enim ipse homo in se hoc penitens pu-
nit, aut Deus hoc cum homine uindicans percutit. Ne-
quaquam ergo peccatum parcitur, quia nullate-
nus sine uindicta laxatur. Sic enim Dauid au-
dire post confessionem meruit: Dominus transtulit
peccatum tuum, et tamen multis post cruciatibus affli-
ctus ac fugiens reatum culpe, quam perpetrauerat,
exsoluit. Sic et nos salutis unda a culpa primi
hominis absoluimur, sed tamen reatum eiusdem culpe diluen-
tes absoluti, quia adhuc carnaliter obimus. Quia delicta
nostra siue per nos seu per semetipsum secat et cum la-
xat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas stu-
det temporali afflictione tergere, quas in eis in perpe-
tuum non uult uidere. Item Aug. Sicut
primi homines postea iuste uiuendo, ut merito creditur,
per Domini sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tamen in
illa uita meruerunt ad paradisum reuocari. Sic
et caro peccati, et si remissis peccatis homo in ea iuste
uixerit, non continuo meretur eam mortem
non perpeti, quam traxit de propagine peccati.
Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Da-
uid in libro Regnorum, ad quem propheta cum missus
esset, eique propter hoc peccatum, quod admiserat, euen-
tura mala comminaretur, confessione peccati
ueniam meruit, respondente propheta, quod sibi illud
flagitium facinusque remissum sit, et tamen consecu-
ta sunt que Deus fuerat comminatus, ut sic hu-
miliaretur a filio. Quare et nunc dicitur: Si propter pecca-
tum illud fuerat comminatus, ut sic humilia-
retur, cur dimisso peccato quod erat comminatus
impleuit? nisi quia sic rectissime dictum fuerit,
respondetur, remissionem illam peccati factam, ne
homo a percipienda uita impediatur eterna, sub-
secutum uero illud comminationis exemplum,
ut pietas hominis etiam in illa humilitate exerceretur
et atque probaretur. Sic mortem corporis propter peccatum
Deus homini inflixit, et post peccatorum remissio-
nem propter exercendam hominum iustitiam non ade-
mit. Idem in homeliis de penitentia. **Doloris men-
sura potius quam temporis satisfactione penitentia consi-**
In actione penitentie, ubi tale commissum **derandae**
est, ut is qui commisit a Christi et corpore separetur, non
tam consideranda est mensura temporis quam doloris.
Cor enim contritum et humiliatum Deus non despicit.
Verum quia plerumque dolor alterius cordis occul-
tus est alteri, nec in aliorum notitiam nisi per uerba uel
quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo
cui dicitur: Gemitus meus a te non est absconditus,
recte constituuntur ab his qui ecclesiis presunt
tempora penitentie, ut satisfiat etiam ecclesie, in qua remit-
tuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remit-

tunt^e q^a cum tanta est plaga peccati. atque impetus morbi. ut medicamenta corporis et sanguinis domini differenda sint auctoritate antistitis; se ab altari remouere ad agendam penitentiam. et eadem auctoritate reconciliari. Item in eodem. Iudicet se ipsum homo uoluntate. dum potest. et mores conuertat in melius. ne cum iam non poterit. preter uoluntatem a domino iudicetur. et cum in se protulerit seuerissime medicine. sed tamen utilissime sententiam ueniat ad antistites. per quos illi claues ministrantur. tamquam bonus iam incipiens esse filius. maternorum membrorum ordine custodito. ab prepositis sacramentorum. accipiat satisfactionis sue modum. in offerendo sacrificio cordis contriti deuotus et supplex. id tamen agat. quod non solum ipsi prosit. ad recipiendam salutem. sed et ceteris ad exemplum. ut si peccatum eius non solum in graui eius malo. sed et in tanto scandalo aliorum est. atque hoc expedire utilitati ecclesie. uidetur antistiti in noticia multorum uel coram totius plebis multitudine. agere penitentiam non recuset. nec resistat. nec letali et mortifera plage. per pudorem. addat tumorem. Multi enim corriguntur. ut petrus. multi tollerantur. ut iudas. et cetera. Item ieronimus. *Mortificatio uiciorum est magis. quam abstinentia ciborum penitenti necessaria.*

Mensuram autem temporis. in agenda penitentia. non tam ratio satis aperte prefigunt canones. pro unoquoque crimine. ut de singulis dicant. qualiter unumquodque emendandum sit. sed magis in arbitrio sacerdotis. intelligentium et relinquendum statuunt. quia apud deum. non tam ualet mensura temporis quam doloris. nec abstinentia tantum ciborum. quantum mortificatio uiciorum. propter quod tempora penitentie. pro fide. et conuersatione penitentium. abbreuianda precipiunt. et pro negligentia protelanda existimant. tamen pro quibusdam culpis modi penitentie sunt impositi. Item iohannes Crisostomus. Quis aliquando uidit clericum cito penitentiam agere. et si deprehensus fuerit. humiliauerit se. non ideo dolet quia peccauit. sed confunditur. quia perdidit gloriam suam. His auctoritatibus asseritur. neminem sine penitentia. et confessione proprie uocis. a peccatis posse emundari. Unde premisse auctoritates. quibus uidebatur posse probari. sola cordis contritione ueniam prestari. aliter. ut interpretande. uel intelligende sunt. quam ab eis exponantur. Negatione namque petri secuta est satisfactio lacrimarum. et trina confessio dominice dilectionis. que penitus deleuit peccatum trine negationis. Non necessaria ergo subiectat certa satisfactio. peccati. cuius totum uite tempus hobedientie impenderat. sui conditoris imitabatur enim

illud prophete. declina a malo. et fac bonum. et illud esaie. derelinquat impius uiam suam. et uir iniquus et cetera. Amplius horum a peccatore nichil exigitur. Item illud iohannis crisostomi. Lauant lacrime delictum. quod pudor est confiteri. et illud aliud quod scribit in epistola ad hebreos. non tibi dico. ut te prodas in publicum. neque apud alios accuses. sed obedire te uolo prophete dicenti. Reuela ad dominum uiam tuam. ante deum igitur tua confitere peccata apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuntia. et non lingua sed conscientie tue memoria. et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris in mente tua peccata. continue numquam malum aduersus proximum in corde tenebis. Non ita intelligendum est. ut sine confessione oris peccata dicantur posse dimitti. sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata. secreta confessione. et occulta satisfactione purgantur. nec est necesse ut que sacerdoti semel confessi fuerimus. denuo confiteamur. sed lingua cordis non carnis. apud uerum iudicem ea iugiter confiteri debemus. hinc et idem iohannis crisostomus. Nunc autem si recordens peccatorum tuorum. et frequenter ea in conspectu pronunties dei. et pro eis eius clementiam deprecens. citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuorum. tunc eorum recordaberis nolens. que iam in toto mundo publicabuntur. et in conspectu proferentur omnium. tam amicorum tuorum. quam inimicorum. et sanctorum angelorum celestiumque uirtutum. Non enim ad dauid solum dicebat. tu secreto peccasti. Ego hoc cunctis manifestabo. sed et ad omnes nos dicetur hoc modo. Sic et illud propheticum intelligitur. Quorum crimen suum uix agnoscunt. et aut illud proprie confessionibus produnt. aut nescientibus aliis. qualeso occulta sunt. et cetera. aut nescientibus aliis. i. occulta confessione ipsis peccatum suum confitentibus. non publice illud manifestantibus. Item illud prophete. Dixi confitebor. et tu remisisti. i. remissibilem iudicasti. impietatem peccati mei. Ita et illud augustini intelligitur. Magna pietas dei. ut ad solam promissionem peccata dimiserit. i. remissibilia iudicauerit. Item Uotum pro opere reputatur. cum deest facultas operis. Unde uotum confessionis reputatur pro opere uocis. cum deest facultas confessionis. Item Uoluntas remuneratur non opus. Ita intelligitur. uoluntas facit opus remunerabile. non opus uoluntatem. Item illud.

In quacumque hora peccator conuersus fuerit. Conuersio dicitur. quod ideo uerterit. ideo uertitur. cum opere. uoce. et cogitatio. ita mortificationi desudat peccati. sicut prius seruierat iniquitati. Ita et illud intelligitur. Conuertimini ad deum. et cetera. Scindite corda uestra. et non uestimenta uestra. Lisor. quia nulla interiori satisfactione precedente. sola exteriori se

deum posse placare confidunt. Item. Cuncta que de leprosis mundatis, ut de Lazaro resuscitato induantur, ad contritionem cordis, non ad uenialem remissionis referenda sunt. Obstinatio enim animi, et confessionis contemptus quedam mors est impietatis, et lepra superbie, a qua quisque reuiuiscit, uel diuinitus per gratiam dolor delicti, et uotum confessionis inspiratur. Ad hunc etiam articulum pertinent ea que de uiuentibus, ut in lucem ambulantibus, ut dilectionem Dei habentibus, ut de habitaculo Spiritus sancti factis dicta sunt. Ut hec omnia quisque dicatur assecutus ex cordis contritione, qua habet, non expletam peccati remissionem, quam non dum inuenit. Sicut enim in baptismate peccatum remittitur, et tamen a pena absoluitur, sic per contritionem cordis quisque a dominio resuscitatus, licet adhuc peccati reatu teneatur. Prolongis premissis auctoritatibus, ut argumentis, sine confessione oris et satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari. Econtra auctoritas illa Iohannis Crisostomi, et Prosperi contrariam mentem auctoris sui uidetur exortari. Ponit enim dicens: non tibi dico, ut publicum te accuses, sed non tibi dico, ut apud illos te accuses. Sic et Prosper non ait omnibus, sed simpliciter aliis nescientibus. Unde euidentissime datur intelligi, quod sine confessione oris peccata possunt deleri. Cetera uero que ad exortationem penitentie, et confessionis dicta sunt, non huic sententie contrahire uidentur, ut enim sunt uerba exortationis, non iussionis. Si ait illud: confitemini alterutrum peccata uestra etc. ut si qua alibi inueniuntur dicta sunt, non ad oris confessionem, sed cordis, non ad exteriorem satisfactionem, sed interiorem referenda sunt. Est enim penitentia alia interior, alia exterior. Interior penitentia est illa de qua Augustinus ait: Omnis qui sue uoluntatis arbiter est constitutus, non potest inchoare nouam uitam, nisi peniteat eum ueteris uite. Item de eodem. Petrus in actibus apostolorum legitur dixisse: Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque uestrum. Quod de interiori penitentia, non de exteriori dictum accipitur. De exteriori uero penitentia Ambrosius ait super epistolam ad Romanos: Gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, uel planctum, non opus aliquod, sed solam confessionem cordis, et omnia gratis condonat. Quecumque ergo de penitentia uidendo dicta sunt, non ad exteriorem, ut diximus, sed ad interiorem referenda sunt, sine qua nullus umquam Deo reconciliari potuit. Illud autem Augustini: quo quisque negatur ueniam consequi, nisi prius quantulamcumque peccati soluerit penam, non huic sententie inuenitur aduersum. Illud autem asserit a peccato mundari, nisi penam peccati passus fuerit, sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, et eius arbitrio de peccato satisfacere, atque aliud

Deo corde confiteri, et secreta satisfactione peccatum in se ipso punire. Est enim penitentia, ut Augustinus ait, dolor cordis, quo in se punit quisque quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in psalterio L. exponens: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, id est ne punias, quia ego punio. Ignosce, quia ego cognosco, non dissimulo. Et infra. Sic Deus misericordiam dat, ut seruet ueritatem, ut nec peccata eius sint inpunita, cui agnoscat, ignoscat eum se ipsum punientem. Misericordia est, quod homo liberatur, ueritas, quod peccatum punitur. Idem in psalmo octuagesimo IIII. Veritas de terra orta est, id est de homine confessio, ut se accuset, et sic iustitia de celo prospexit, ut publicanus confitens redit iustificatus. Iustitia prospicit, quasi Deus dicat: parcamus huic, quia iam non parcit sibi. Ignoscamus, quia agnoscit. De celo ergo iustitia prospexit, id est a Deo data est iustificatio penitenti. Hec ergo secreta satisfactio leuium, siue occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pena relaxari probantur, que sic expiari creduntur. Cetera uero que de penitentie satisfactione, uel oris confessione dicuntur, in publicis et manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, que propheta misericordiis et elemosinis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, que publica satisfactione expiata sunt, cunctis notae erant, et publica noxa, ut Augustinus testatur, publico eget remedio. Premissis itaque auctoritatibus, pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, et oris confessio. Latentia uero peccata non probantur sacerdoti necessario confitenda, et eius arbitrio expianda. Econtra. Ea que in assertione huius sententie dicta sunt, partim ueritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione enim cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta uero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta penitentia expiari debere, firmissima ratione constat esse subnixum. Porro sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritate penitus probatur aduersum. Quoniam enim secundum auctoritatem Leonis pape sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine confessione oris a peccato possimus mundari, quis quis enim supplicauit pro peccato, quod nesciat. Item. Quoniam secundum Augustinum frustra sunt claues ecclesie, qui sine arbitrio sacerdotis penitentiam agit, et sine oris confessione criminis indulgentiam impetrat. Item. Quoniam secundum Ambrosium ius ligandi et soluendi solis sacerdotibus a Domino creditur esse permissum, si quisque suo arbitrio se ipsum peccando ligat, ut secreta penitentia secundum propriam in se ipso sententiam profert excommunicationis, atque post satisfactionem absque sacerdotali iudi

cio, scilicet ipsi Deo, ut altario Dei reconcilietur. Non sunt hec premissis auctoritatibus consentanea, sed multorum exemplis probantur esse adversa. Filiam namque archisinagogi, turbis eiectis, Dominus resuscitavit, non tamen nisi presentibus patre et matre puelle, Petro quoque, Iacobo et Iohanne, ubi vita reddita est. In quo moraliter instruimur, ut secreta peccata, que per mortem puelle intelliguntur, non nisi supplicationibus ecclesie, que per matrem et patrem puelle designantur, et sacerdotum ministerium, quod per Petrum et ceteros intelliguntur, a Domino existimentur dimitti. Item in Levitico: Qui domum suam aut agrum Domino vovendo consecraverit, non potest eam redimere nisi siclo sanctuarii, sacerdote quoque non ipso subputante numerum annorum usque ad iubileum. In quo simul docemur, quod quicumque domum conscientie aut agrum conversationis per penitentiam Domino offerre atque pretio bonorum operum vana vita sue conversationis se ipsum redimere voluerit, non potest hoc facere nisi siclo sanctuarii, id est operibus penitentie, que sacra scriptura prescribit. Unde venientibus ad se turbis beatus Iohannes non ait simpliciter: Facite penitentiam, ut fructus penitentie, sed addit dignos, ut per qualitatem videlicet peccatorum quantitas offeratur bonorum operum. Non enim par esse debet fructus boni operis eius qui nichil vel parum deliquit, atque eius qui graviter commisit. Ille tamquam nullius criminis sibi conscius usum sibi in rebus licitis prebet, hunc tamquam multis gravatum et a licitis temperare oportet. In iubileo plena remissio prestabatur. Unde per eum perfecta remissio peccati figuratur. Sacerdos quoque numerum annorum usque ad iubileum supputat, cum eius arbitrio penitentie tempora diffiniuntur, quibus quisque plenam penitentie remissionem inveniat. Non enim sicut estimatur supradictum locum statim post diffinitam penitentiam quisque a peccato plene mundatur. Cum ergo, ut ex premissis colligitur, tempora penitentie sacerdotis arbitrio diffiniantur, evidentissime apparet sine confessione oris non peccata dimitti. Quis enim tempora penitentie alicui prefigeret, nisi primum peccata sua sacerdoti manifestare curaverit? Item: Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat, ne iniquitas sua aliis manifesta fiat, ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iam diu dum exhibuit divino conspectui. Quod ex fonte superbie nasci nulli dubium est. Species enim superbie est se velle iustum videri qui peccator est, atque ypocrita convincitur, qui ad imitationem priorum parentum vel tergiversatione verborum peccata sua relevare contendunt, ut sicut Cain peccatum suum reticendo penitus supprimere querit. Ubi autem superbia regnat, ut ypocrisis, humilitas locum habere non valet. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Ergo ubi est taciturni-

tas confessionis, venia speranda est criminis. Hoc idem probatur auctoritate Augustini, qui in libro de penitentia ait: Qui penitet, omnino peniteat, et dolorem lacrimis ostendat. Representet vitam suam Deo per sacerdotem, preveniat iudicium Dei per confessionem. Precepit enim Dominus mundatis ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda. Dixit enim: Ora monstrate, et omnes, non unus pro omnibus; non alium statuatis nuntium, qui pro vobis munus offerat a Moyse statutum, sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc precepit Dominus, ut neminem peniteret in occulto. In hoc enim quod per se ipsum dicat sacerdoti, et erubescentia vincat timorem offensi, fit venia criminis. Fit enim veniale per confessionem quod criminale erat in operatione, et si non statim purgatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentie dominans nichil eorum que commisit nuntio Dei denegavit. Deus enim qui misericors et iustus est, sicut conservat misericordiam in iustitia, ita et iustitiam in misericordia. Opus enim misericordie est peccanti peccata dimittere, sed oportet ut misereatur iustus iuste. Oportet enim ut non solum quid, sed in quo doleat consideret. Si dignus est, non dico iustitia, sed misericordia. Iustitia enim sola dampnat. Si dignus est misericordia, qui spirituali labore querit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Unde patet quia quanto pluribus confitebitur in spe venie turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus enim remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis solvendum, per hoc ostendens potestatem solvendi concessam sacerdotibus. Dixit enim: Quodcumque solveritis super terram, solutum erit et in celis. Hoc est: ego Dominus, et omnes celestis militie ordines, et omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, et confirmant vobiscum, quos ligatis et solvitis. Sed tamen non dixit quos putatis ligare et solvere, sed in quos exercetis opus iustitie aut misericordie. Alia vero opera vestra in peccatores non cognosco. Quare qui confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et solvere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sepe enim contingit quod penitens non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec locus nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur potestatem solvendi non habet.

sit tamen dignus venia, ex officio sacerdotis, qui cum fuerit socio turpitudinis criminis. Mundati autem sunt leprosi dum ibant ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde patet, Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes pervenire. Sepe quidem eos querunt, et sani et ad eum querunt, antequam perveniant moriuntur. Sed misericordia est ubique Dei, qui et iustis novit parcere, et sine ... tacito, sicut solverent a sacerdote. Qui ergo confitetur, et sacerdoti meliori quam potest confiteatur. Si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nam in resurrectione filie principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam civitatis delata, nondum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitavit quem intus invenit, relictis solis Petro et Iohanne et Iacobo, cum patre et matre puelle, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesie. Quos autem extra invenit, animadvertendum est quomodo suscitavit. Flebat enim turba post filium vidue, flevit Martha et Maria, supplicantes pro fratre, flebat et turba que Mariam fuerat secuta lacrimis Marie et admonita. In quo docemur publice peccantibus non privatim sufficere remedium. Item Leo papa. **Sufficit illa confessio, que primum Deo, deinde sacerdoti offertur.**

Quamvis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, que propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea, qui penitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur improbabilis consuetudo, ne multi a penitentie remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta reserare, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, que primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit. Tunc enim plures ad penitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia peccantis. Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis utraque sententia confessionis et satisfactionis innitatur, in medium breviter posuimus. Cui autem harum potius adherendum sit, lectoris iudicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes et religiosos viros. Unde Theodorus Cantuariensis archiepiscopus ait in penitentiali suo: Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, ut Greci. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut fere tota sancta ecclesia. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam ecclesiam fit, ita dumtaxat, ut Deo, qui est remissor peccatorum, peccata nostra confiteamur, et perfectorum est, et cum David dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi. Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam

et tu remisisti impietatem peccati mei. Sed tamen institutio apostoli nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem ut salvemur. Confessio itaque que soli Deo fit, quod iustorum est, peccata purgat. Ea vero que sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis et sanitatis auctor et largitor plerumque prebet hanc sue penitentie medicinam invisibili administratione, plerumque medicorum operatione. Quia vero de penitentia semel cepimus tractare, aliquantulum altius repetendum videtur, diversorum sententias, variis certis auctoritatibus munitas, in medium proponentes. Alii dicunt penitentiam tantum semel esse utilem. Unica enim est, nec reiterari potest. Si vero reiteratur, precedens penitentia non fuit, et de sententia iudicis ficta merito peccata revertuntur, etiam remissa. Apud eum enim presentia et futura presentia sunt, nunquam habentur remissa, quia iam non servata est illa sententia veritatis sacerdotis: Vade, et amplius noli peccare. Item: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Item ex octava sinodo. **Primam vitii causam non penitus extinguunt, qui in** **ide peāt edit.**

Si quis semel notatus fuerit invidie vitio, ut confitentis vitio, et rursum in hoc ipsum inciderit, sciat se primam causam, ex qua invidia, ut contentiones et lites, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria atque adversa curari, id est per humilitatis exercitium. Exercitia vero humilitatis sunt, si se vilioribus officiis subdat et ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantie et humane glorie vitium curari poterit, ut in consuetudine hoc humilitatis affectus, ultra iam non incidat in arrogantie et humane glorie vitium curari poterit, ut in consuetudine hoc humilitatis affectus ultra iam non incidisse in arrogantie et humane glorie delictum, si in huiusmodi singulis vitiis cura similis adhibeatur. Item. Sine caritate nulli adulto peccatum remittitur. Non autem habet caritatem, qualiter qui peccaturus est criminaliter. Unde Augustinus: Caritas que deseri potest, nunquam vera fuit. Idem super epistolam Iohannis: Radicata est caritas, securus esto, nichil mali procedere potest. Item Gregorius in moralibus: Valida est ut mors dilectio, quia nimirum mentem quam semel cepit a delectatione mundi funditus occidit. Item Prosper in libro de contemplativa vita: Caritas est, ut michi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis ac presentibus prorsus aversa, iuncta Deo inseparabiliter et unita, igni quodam Spiritus sancti, a quo est, et ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia que carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima.

Caritas. diffinitio.

aliqua virtute magnus videtur, quae ipsa quoque virtus evanescens deficiat, quia non dum innotescit hominibus, procul dubio laudatur, eliqua favoris inanis appetit. Unde fit ut ipsa virtus ante Dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit quod placet. Quae itaque esse merita apud Deum possunt, quando et mala occulta sunt et bona publica? Plerumque enim sicut diximus latet superbia et castitas innotescat. Atque idcirco ostensa diu castitas circa finem vitae perditur, quia cooperta superbia usque in finem incorrecta tenetur. Alius eleemosynis vacat, propria distribuit, sed tamen multis iniustitiis servit, ut fortasse linguam in detractionibus exerceat; et fit plerumque ut his qui misericors fuerat, iuxta vitae suae terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iudicio iusto agitur, ut perdat et ante homines unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo displicuit corrigere numquam curavit. Alius patientiae studet, sed invidere aliis et servare malitiam in corde non cavet. Fit itaque impatiens, quia de illatis dolens. Hi itaque et aliquid aurum sunt et aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigentibus virtus quae publice claruerat dissipatur. Sed operae pretium credimus in his virtute superni ordinis subtilius perpendamus. Saepe enim omnipotens Deus occulta eorum mala diu tolerat, et aperta eorum bona electorum usibus profutura dispensat. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseveraturi angustum iter arripiunt. Sed ad quaerendam angustam viam exemplo suo eos qui perseveraturi sunt accendunt. Unde plerumque contingit ut ipsum hoc quod bene videntur vivere non sibi sed potius solis electis vivant, dum exemplis suis ad bene vivendi studia perseveraturos alios perseveraturi non provocant. Saepe enim quosdam videmus ad viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii quaeeuntes conspiciunt, sequuntur eumdemque locum petunt pariter. Sed fit plerumque ut interveniente aliquo implicationis articulo post se redeant qui praeibant, et hi ad locum perveniant qui sequebantur. Ita nimirum sunt qui non perseverant et viam sanctam arripiunt. Idcirco enim virtutis iter sunt non perseveraturi inchoant, ut eis qui perventuri sunt viam qua gradiantur ostendant. Quorum et casus utilitate non modica electorum profectibus servit, quia illorum lapsum dum conspiciunt de suo statu contremiscunt; et ruina quae illos damnat istos humiliat. Discunt enim in superni adiutorii protectionem confidere, dum plerosque conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quia ergo bene agere videntur reprobi quasi planum iter electis sequentibus monstrant, quando vero in lapsus nequeque ruunt, electis post se pergentibus quasi cavendam superbiae foveam ostendunt. Quod autem reprobi

nec gaudeant comedere panem qui de caelo descendit, vel bibere aquam vivam, non sic accipiendum est ut a caritate penitus credantur alieni, sed ut in caritate radicem figere non intelligantur. Aliud enim est bibere vel manducare, atque aliud degustare. Unde in evangelio de Christo legitur: Et cum gustasset, noluit bibere. Bibit ergo aquam vivam, manducat panem qui de caelo descendit, qui in caritate radicem figit; degustat qui ea aliquatenus contingit, a qua postea delinquendo recedit. De qualibus apostolus ait: Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, et gustaverunt caeleste donum, et post haec omnia prolapsi sunt, rursus renovari ad paenitentiam. Hic et diabolum in veritate stetisse non, nec in ea creatum esse negat. Fuit enim in veritate conditus, sed dum de se superbiendo praesumpsit, ab ea alienus factus est. In veritate autem quem creatum fuisse prohibet, si sine dilectione sui conditoris creatus esse negatur? Aut quomodo bonus conditus asseritur, si nihil divinae dilectionis in sua creatione accepit? Quomodo autem superbiae motu sine vitio excutit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par sive excellentior ceteris creatus dicitur, si nonnullis eorum in Dei amore conditis, hic a dilectione vacuus factus est? Unde autem haec distantia inter bonos et malos angelos processit? Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert poenam, ut qui hoc punit quod creando infudit. Si autem non ex creante, cum non ex traduce, restat ut ex proprio libertatis arbitrio vitium superbiae in angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est quae suo vitio a bono in malum commutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione omnino penitus caruit? Neque enim angelus sicut nobis factus est, quousque ad certum tempus aetatis infirmitas gravat, ut neque virtus neque vitium ullum locum in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionem in sua creatione sicut et ceteri, de quibus dicitur: Angelicae virtutes quae in Dei amore perstiterunt; non ait quae Deum diligere coeperunt, sed quae in eius amore perstiterunt, quae ex creatione diligere coeperant, ut principium divinae dilectionis omnibus credatur esse commune, perseverantia vero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione vocari percipere meruerunt, ut confirmati ulterius cadere non possent, et hoc de se certissime scirent. Unde bene apud Moysen post caelum, deinde firmamentum factum esse dicitur, quoniam angelica natura prius aequaliter subtilis in superioribus est condita, postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter est confirmata. Hinc et Gregorius in moralibus multa de perfectione angelicae creationis replicans, caritate repletum negat, non ea penitus vacuum asserit, quasi penitus caruisset, numquam ea quae de eius excellentia dicuntur convenienter de eo intelligi possent. Principium enim inquit beatus Gregorius viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit.

Nota mirabilem expositionem superiorum dictorum

Huius principatus eminentiam prospiciat propheta cum dicat. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. abietes non adequaverunt summitatem eius. platani non fuerunt equales frondibus illius. Omne lignum pretiosum paradisi dei non est assimilatum illi et pulchritudini eius. quoniam speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus. Quid namque accipi in cedris platanis et abietibus potest nisi illa virtutum celestium procere celsitudinis agmina in eterna celsitudine viriditate plantata. que quamvis excelsa sint condita. huic tamen nec prelata sunt nec equata. Qui speciosus factus in multis condensisque frondibus dicitur. quia prelatum ceteris legionibus tanta illum specie pulchriorem reddidit. quanta et supposita multitudo angelorum decoravit. Ista arbor in paradiso dei tot quasi condensas frondes habuit. quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui et iccirco peccans sine venia dampnatus est. quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc etiam rursum per eundem prophetam dicitur. Tu signaculum similitudinis. plenus sapientia et perfectus decore. in deliciis paradisi dei fuisti. Multa enim de eius magnitudine locutus sum. primo ubi cuncta complexus est. Quid namque boni non habuit. cum signaculum dei similitudinis fuerit. De signaculo quippe anuli talis similitudo imaginis exprimitur. qualis in sigillo eadem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem dei creatus sit angelo tamen quasi maius aliquid tribuens eum non ad similitudinem dei conditum. sed ipsum signaculum dei similitudinis dicit. ut quo subtilior est natura. et in illo similitudo dei plenius crederetur expressa. Hinc est quod primatus eius potentiam adhuc insinuans idem propheta subiungit. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. sardius. et topatius. et iaspis. crisolitus. onichinus. et berillus. saphirus. carbunculus. et smaragdus. Novem dixit genera lapidum. quia nimirum novem sunt ordines angelorum. Nam cum per sacra eloquia angeli. archangeli. troni. dominationes. virtutes. principatus. potestates. cherubin. atque seraphin aperta narratione memorantur. supernorum civium quante sint distinctiones ostenditur. quibus tamen behemoth iste opertus fuisse describitur. quia eos quasi vestem ad ornamentum suum habuit. quorum dum claritatem transcenderet. ex eorum comparatione clarior fuit. Sed cui adhuc subscriptione subiungitur. Aurum opus decoris tui. et foramina tua. in die qua conditus es preparata sunt. Aurum opus exstitit decoris eius. quia sapientie claritate canduit. quam bene creatus accepit. Foramina vero iccirco in lapidibus fiunt. ut vinculati auro in ornamenti compositione iungantur. et nequaquam a se dissideant. quos interfusum aurum replet in foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis sue foramina preparata sunt. quia videlicet capax caritatis est conditus. quam si repleri voluisset. quasi stantibus angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus potuisset inherere. Si enim caritatis auro se se penetrabilem prebuisset. sanctis angelis sociatus. in ornamento regio ut diximus lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina. sed superbie vitio caritatis auro non sunt repleta. Namque iccirco ligantur auro. ne cadant. Iccirco iste cecidit. quia etsi perforatus manu artificis. amoris tamen vinculis ligari contempsit. Nunc autem ceteri lapides. qui huic similiter fuerant perforati. penetrantes se invicem caritate ligati sunt. atque hoc in munere isto cadente meruerunt. ut nequaquam iam de ornamento regio cadendo solvantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens adiungit. Tu cherub extentus et protegens in monte sancto dei. in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti. Cherub quippe plenitudo scientie interpretatur. Et iccirco iste cherub dicitur. quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur. Qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit. quia inter angelorum corda caritatis igne succensa clarus gloria conditionis exstitit. Quem bene extentum et protegentem dicit. Omne enim quod extenti protegimus obumbramus. Et quia comparatione claritatis sue obumbrasse ceterorum claritatem creditur. ipse fuisse extentus et protegens reperitur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit. qui eorum magnitudinem excellentia maiorem transcendit. Quod ergo ille speciosus in multis frondibus. quod ille signaculum similitudinis. quod ille cherub. quod ille protegens dicitur. hoc hic voce dominica. Behemoth iste initium viarum dei principium vocatur. Sed quid iccirco tam mira in quibus fuit. et que amisit insinuat. ut homini ostendat. quid ipse si superbiat de elationis sue culpa passurus sit. si feriendo illi parcere noluit. Quem creando in gratia tante claritatis elevavit. Consideret ergo homo elatus. quid iusta mereatur. si prelatus angelus celestium periit.

Caritas autem que in adversitate deseritur ficta i. fictilis ut fragilis esse probetur. sicut fides ex qua caritas procedit ficta i. fragilis ab apostolo esse negatur. Similiter caritas que in adversitate deseri potest dicitur numquam vera fuisse. Sicut enim Ier. contra Iovinianum scribit. Omnis creatura sub vitio est. non quod omnis peccaverit. sed quia nulla est que peccare non possit. Posse autem peccare ut Aug. ait. non est aliquid posse. immo aliquid non posse. Unde ille solus vocatur omnipotens. qui hec non potest. et quia omnia potest. que posse aliquid posse est. Sic ergo eius comparatione qui mutabilitatem nescit. omnis creatura vitiosa dicitur. quia mutabilitatis est capax. iuxta illud. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. et astra non sunt munda in con

spectu eius. Sic comparatione creature que mutationem non recipit, omnis creatura que permutatur non uera sed uana esse probatur. Unde omnis homo mendax dicitur, et uanitati similis factus. Hinc et ecclesiastes: cuncta que sub sole sunt, id est que temporum uicissitudines recipiunt, non tantum uana sed uanitas. Que omni creature ratione mutabilitatis inest, secundum uanitatem ... permutationis quam recipiunt esse dicuntur. Sic ergo comparatione diuine caritatis nullius uirtus uera probatur, aut comparatione eius que non deseritur, illa que amittitur uera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona et uera esse dicitur, sic et caritas que deseritur suo modo bona et uera esse monstratur. Alioquin a nullo desereretur, si nullo modo in eo esset. Quod enim nullo modo uerum est, nullo modo deseri potest. Quod uero si aliquo modo fugere deseritur, et aliquo modo inde uera esse oportet. Hec de caritate breuiter scripsimus, propter eos qui penitentiam negant reiterari posse, asserentes quod sicut caritas semel habita numquam amittitur, ita penitentia semel uere celebrata nulla sequenti culpa maculatur. Si uero criminalis culpa illam aliquando sequitur, uera penitentia non fuit, nec ueniam aliquando impetrauit. Quod ex diffinitione ipsius penitentie multorum auctoritatibus probare contendunt. Ut enim ait Ambrosius in quodam sermone quadragesime: Penitentia est et mala preterita plangere, et plangenda iterum non committere. Item in libro de unica penitentia: Reperiuntur qui sepius penitentiam agendam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si uere penitentiam in Christo agerent, iterandam postea non putarent, quia sicut unum baptisma, ita una est penitentia. Verumptamen semper debemus penitere peccati. Sed hec de leuioribus delictis. Item. Facilius inueni qui innocentiam seruauerit quam qui congruam egerit penitentiam. Item Aug. Satisfactio penitentie est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Item in libro de penitentia. Penitentia est quedam dolentis uindicta, puniens in se quod dolet commisisse. Et infra. Continue dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis firmitas. Penitentia est enim penam tenere, ut semper puniat in se ulciscendo quod commisit peccando. Pena enim proprie dicitur lesio que punit et uindicat quod quisque commisit. Ille penam tenet qui semper uindicat quod commisisse dolet. Penitentia itaque est uindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Ideo quisque apostolus et propter peccata dimissa per baptismum continue plorat, nobis super fundamentum apostolorum positis quid ... pro ploratu restat, quid nisi dolere semper in uita? Ubi enim dolor finitur, deficit et penitentia. Si autem penitentia finitur, quid relinquitur de uenia? Tamdiu enim gaude-

at et speret de gratia quamdiu sustentatur a penitentia. Dicit enim dominus: Vade et amplius noli peccare. Non dixit nec pecces, sed nec uoluntas peccandi oriatur. Quod quomodo obseruabit, nisi dolor in penitentia continue custodiatur? Hinc semper doleat, et de dolore gaudeat, et de doloris penitentia, si contigerit, semper doleat; et non sit satis quod doleat, sed ex fide doleat, et non semper doluisse doleat. Item Greg. In ieiunii tempore penitentiam agere digne non possumus, nisi modum quoque eiusdem penitentie cognoscamus. Penitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata quis luxurie defleat, et tamen adhuc auaritie estibus anhelat? Idem. Sicut dicunt pauci, per unam penitentiam contra peccatum debere sufficere, ut iterum non liceat ad peccatum redire, recte compassionis primum sententia patuit, qui ait: canis reuersus ad suum uomitum, et sus lota in uolutabro luti. Magna est enim contra peccatum uirtus penitentie. Sed si quis in eadem penitentia perseueret, penitentiam uero agere est commissa plangere, et iterum plangenda declinare. Idem. Prolixior est pena quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur et pena. Hac propter hoc, ut ad demonstrationem debite miserie, ut ad emendationem labilis uite, ut ad exercitationem necessarie penitentie, temporaliter detinet hominem pena, que iam ad dampnationem sempiternam reum non detinet culpa. Item. Ira dei non est ut hominis, id est perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicii constitutio. Item Iohannes Os aureum. Perfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. Et infra. In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hec est fructifera penitentia. Item Ismaradus. Ille penitentiam digne agit, qui sic preterita mala deplorat, ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum suum, et iterum admittit peccatum, quasi quis lauet laterem crudum, quem quanto magis abluerit, tanto magis lutum facit. Item Aug. Penitentes si estis penitentes, et non estis irridentes. Mutate uitam, reconciliamini deo, et uos cum catena pascetis. Qua in quis catena constringatur? nisi ... eritis ligati et in celo. Audio ligaturam, et dampnationem putas facere impositura. Penitentiam agis, genua figis, et rides, subsannas patientiam dei. Si penitentiam agis, penitere; si non peniteris, penitens non es. Si ergo penitet, cur facis que male fecisti? Si fecisse penitet, noli facere; si adhuc facis, certe non es penitens. Item Isidorus de summo bono. Irrisor est non penitens, qui adhuc agit quod penitet. Nec uidetur deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad uomitum et penitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt et peccare non

desinunt. Quosdam accipe lacrimas ad penitentiam, ceteros affectum penitentie non habere, quia inconstantia mentis nec recordatione peccati lacrimas fundunt. Illi uero reuiuescente usu ea que fleuerunt iterando committunt. Ysaias de peccatoribus dicit: Lauamini, mundi estote. Auferte etc. Lauatur et mundus est, qui et preterita plangit et flenda iterum non admittit. Lauatur et non est mundus, qui plangit que gessit nec deserit, et post lacrimas ea que fleuerat repetit. Item in libro soliloquiorum Augustini. Inanis est penitentia quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum tardius sanatur. Frequenter peccans et lugens ueniam uix meretur. Nichil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nichil ualet ueniam a malis poscere et mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione. Esto in penitentia forti constans, ut tam bonam quam cepisti uitam non deseras. Propositum bone uite constanter augeatur. Item Gregorius in pastorali. Qui admissa plangunt nec tamen deserunt, considerare sollicite sciant quia flendo inaniter se mundant, qui uiuendo se nequiter inquinant. Cum ideo se lacrimis lauant, ut mundi ad sordes redeant. Item. Qui admissa plangit nec tamen deserit, pene grauiori se subicit, quia ipsam quam flendo impetrare potuit ueniam contempnit. Item. Lauamini, mundi estote. Post lauacrum etenim mundus esse negligit, qui post lacrimas uite innocentiam non custodit. Et lauantur ergo, nec mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Item. Baptizantur quippe a mortuo, et qui mundant se fletibus a peccato, sed post baptisma mortuum tangit, qui ad peccata post lacrimas repetit. Item in moralibus. Incassum quippe bonum agitur, si ante uite terminum deseratur, quia frustra uelociter currit, qui priusquam ad metas ueniat deficit. Sed uerba diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur, uidelicet ut tempore quo deflet mala que commisit, non committat que adhuc eum flere oporteat. Quod ex subsequentibus, ubi se eadem auctoritas dat intelligendum dicatur: si tamen sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Hinc Augustinus ait in Enchiridion. Sane cauendum est, ne quisquam infanda illa crimina, qualia qui agunt regnum dei non possidebunt, cotidie perpetranda et cotidie elemosinis redimenda. In melius quippe uita est mutanda, et per helimosinas de peccatis preteritis est propitiandus deus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactione congrua negligantur. Idem. Qui uult ordinate dare elemosinam, a se ipso debet incipere, et eam sibi

primum dare. Est enim elemosina opus misericordie uerissime, de qua dictum est: Miserere anime tue placens deo. Propter hoc renascimur ut deo placeamus. Item Iohannes Crisostomus. De cotidianis breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hec uita non ducitur, cotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim dicere est: Pater noster qui es in celis, qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua et spiritu sancto. Delet omnino hec oratio minima cotidiana peccata. Delet et illa a quibus uita fidelium et scelerate gesta, sed penitendo in melius mutata discedit. Si quemadmodum ueraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt que dimittantur, ita ueraciter dicatur, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, i. quod dicitur fiat, quia et elemosina est uenia penitentibus dando ignoscere. Item Innocentius papa. Nichil prodest homini ieiunare et orare et alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Ex personali his sermonibus penitentis et illud Smaragdi intelligitur: Ille penitentiam digne agit etc. Et illud Augustini: Penitentes etc. et illud Ysidori: Irrisor est, non penitens. Et illud Ysaie: Lauamini, mundi estote. Item illud Soliloquiorum: Inanis est penitentia. Similiter et illud Gregorii: Qui admissa plangunt, et baptizantur a mortuo. Illud autem Ambrosii: Reperiuntur etc. non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesie de sollempni penitentia dictum intelligitur, que apud quosdam semel celebrata non iteratur. Vnde Augustinus scribit ad Macedonium: Quamuis caute et salubriter prouisum sit, ut locus illius humillime penitentie semel in ecclesia concedatur, ne medicina uilis uel minus utilis esset egrotis, que tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat deo dicere: quare huic homini, qui post primam penitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Hac auctoritate illud Ambrosii determinatur. Ceterum peccatoribus post primam penitentiam ueniam dari monstratur. Alioquin nequaquam iterum parceret deus, qui necdum pepercisset satisfactioni penitentie, et uade, et amplius noli peccare, eundem cum dixisset, ita de intellectu habent. Illud autem quod in libro de penitentia dicitur, de perfecta intelligendum est. Sicut enim caritas alia est incipiens, alia est proficiens, alia perfecta, sic et penitentia alia est incipientium, alia est proficientium, alia perfectorum. Sicut autem caritati nondum perfecte in baptismo datur uenia peccatorum, ut quamuis postea grauiter aliquid sit peccaturus, tamen tunc intelligatur esse renatus non aqua tantum, sicut Iouinianus, sed ex aqua et spiritu sancto, sicut Ieronimus contra eum scribit, sic et incipientium penitentie uenia non negatur. Que quamuis ratione perfecta potest dici, quia toto corde gemit et dolet, licet alia ratione non possit dici imperfecta, quia non usque in finem durat. Secundum

primum modum perfectionis. intelligit illud iohannis osaurei. perfecta penitentia et c. Iuxta secundum modum perfectionis. illud augustini intelligit. penitentia est uindicta semper puniens. in se quod dolet commisisse. Illud autem si penitentia finitur nichil de uenia relinquitur. dupliciter intelligi potest. Secundum nuper aliquorum dictam sententiam. peccata dimissa redeunt. facile est intelligere. nichil de uenia relinquitur. quoniam peccata que perierant dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille. qui ex iusta seruitute in libertate manumittitur. interim uere liber est. quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur. sic et penitenti peccata uere remittuntur. quamuis ob ingratitudinem ueniae eidem postea sint inplicanda. Si autem peccata dimissa non redeunt. dicitur nichil relinqui de uenia. quia nichil sibi relinquitur de uita munditia et spe eterne beatitudinis. quam cum uenia assecutus est. Sicut enim argento perfecte purgato. nichil sui decoris relinquitur. si sequente erugine fedatur. non tamen prima sed subsequenti sordidatur. sic expiata per penitentiam. nichil de uenia dicitur relinqui cum tamen non iam deletis. sed adhuc expiandis coinquinetur. Quod autem per penitentiam non semel tantum sed sepissime peccata remittantur. multorum auctoritate probatur. Ait enim ieronimus ad rusticum de penitentia. Septies cadit iustus et resurgit. Si cadit quomodo iustus. si iustus. quomodo cadit. sed iusti uocabulum non admittit. qui per penitentiam semper resurgit. et non solum septies. sed et septuagies septies. delinquenti si conuertatur ad penitentiam peccata donantur. cui plus donatur. plus diligit. Dauid quoque qui per penitentiam adulterii simul et homicidii ueniam impetrauit de eius penitentia. in eodem. t. ieronimus scribit. Tantam penitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus. quem ingressus est dauid ad bersabee et a nathan propheta correptus dauid. respondit dicens peccaui. statimque meruit audire. et dominus abstulit peccatum tuum. adulterio enim iunxerat homicidium. et tamen conuersus ad lacrimas. miserere ait mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnum enim peccatum. magna indiget misericordia. Unde subiungit et dicit. Multum laua me ab iniquitate mea. et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco. et peccatum meum. contra me est semper. Tibi soli peccaui. Rex enim alium non timebat. et malum coram te feci. ut iustificeris in sermonibus tuis. et uincas cum iudicaris. Conclusit enim deus omnia sub peccato ut omnibus misereatur. tantum profecit ut dudum peccator. et penitens transiret in magistrum. docebo iniquos uias tuas. et impii ad te conuertentur. Confessio enim et pulcritudo coram eo. ut qui fuerit sua peccata confessus dixerit. computruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. fedi tate uulnerum. insanitatis eorum committitur. Item ambrosius in apologia dauid. Quis rex tantus ac potens. ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam. sed per maturam confessionem. atque inmenso dolore reddidit peccatum suum domino. et infra. De niquo dominum dolor intimi mouet affectus. ut nathan diceret. quoniam penituit te. et dominus transtulit peccatum tuum. Maturitas itaque ueniae profunda regis fuisse penitentiam declarat. quia tanti erroris offensam traduxerit. et infra. Sancti qui consummare certamen piorum gestiunt. et currere. cursum salutis. Sic uero forte. ut homines communis nature magis fragilitate quam peccandi libidine. acriores ad currendum resurgunt pudoris stimulo. maiora reparantes certamina. ut non solum attulisse. existimetur lapsus impedimentum. sed etiam uelocitatis incentiua macula esse. Et sicut currentium non soluuntur cursus. cum aliquando forte ceciderunt. non luctantium contentio. sed in offensa manent certamina. quoniam et plerumque post unum. ut alterum lapsum. gratia maiore uicerit. quanto magis agone pietatis ingressi non debent unius prolapsionis offensione. censeri. cum beatus sit qui se potuit reparare post lapsum. Et infra. Quod peccauit. conditionis est. quod supplicauit correctionis. lapsus communis. sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse nature est. diluisse uirtutis. Et infra. Peccatum aut donatur. aut deletur. aut tegitur. donatur per gratiam. delet per sanguinem crucis. tegitur per caritatem. Similiter et iniquitas. que estimatur habitudo mentis iniuste. licet in epistola sua iohannes secundum quod fecit peccatum. et iniquitatem. fecisse dixerit. peccatum est iniquitas. quamuis in peccato ipso est iniquitas. tamen ut nobis uidetur. peccatum opus est iniquitatis. Iniquitas operatrix culpe. atque delicti. preter est. sed ut ipsam iniquitas deleat. excidat radicem. et seminarium peccatorum. Ita quemadmodum uitias in anima sapientis. disciplina in prudentia tollit. et sciam tollit ignorantia sic perfecta uirtus iniquitatem. et remissio peccatorum. delet omne peccatum. Item in eodem. Illud uero quam admirabile est. quod angelo ferienti plebem se obtulit dicens. Ecce ego sum qui peccaui. ego pastor inique egi. et iste grex quid fecit. fiat manus tua in me. et in domum patris mei. Quo facto. statim sacrificio dignus iudicatus est. quod absolutione estimabat indignum. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo. peccati sui adeptus est ueniam. cum moises offerendo se domino. pro plebis errore peccata diluerit. Texit ergo peccata sua in eo. Siquis hoc negat. cum ipse docuerit propheta. quod remittantur iniquitates. tegantur peccata. non imputetur a domino. delictum meum ego agnosco. et iniustitiam meam non operui. dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino. et tu remisisti impietatem cordis mei. Sed dixit pronuntiabo. et ueniam meruit antequam pronuntiaret. quanto magis. uides et pronuntiauit dicens. iniquitatem meam ego agnosco. et delictum meum. contra me est semper. remissum est ei omne peccatum

catum, licet specialiter. De hoc Nathan propheta: Et Dominus transtulit peccatum tuum. Quo et remissionem meruit iniquitatis, et texit caritatem, atque operuit peccata sua. Et texit operibus bonis, nec imputatum est ei omne peccatum, quia non fuit in eo dolus malitie, sed lapsus erroris. Denique non fuit in probitatis festus sed umbra misterii, et tamen confessus est delictum suum, agnovit iniquitatem, vidit lavacrum, et vidit et credidit, dilexit multum, ut nimia caritate tegere, quamvis posset errorem.

Ecce cuius penitentia hic commendatur, cui tamen venia per prophetam data monstratur, quam postea graviter deliquerit, peccatorum multitudo perpetrata ostendit.

Achab quoque, ut Ieronimus contra Iovinianum scribit, rex impiissimus, ut sententiam dei subterfugeret et ne flebo domus eius offerret in posteros, ieiunio impetravit et sacco. De quo ad eundem rusticum scribit Ieronimus dicens: Achab rex impiissimus vineam Naboth cruore possedit, et cum Iezabel non tam coniugio sibi quam crudelitate coniuncta, Helie increpatione corripitur. Hec dicit Dominus: Occidisti et possedisti. Et iterum: In loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, ibi lingent sanguinem tuum, et Iezabel canes commedent ante muros Iezrahel. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, et posuit saccum super carnem suam, ieiunavitque et dormivit in cilicio. Factus est sermo Domini ad Heliam dicens: Quoniam veritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Unum scelus et Achab et Iezabel commiserunt, et tamen converso Achab ad penitentiam, pena differtur in posteros, et Iezabel in scelere perseverans presenti condempnatur iudicio.

Item Iohannes Crisostomus de reparatione lapsi. Talis est circa homines pietas dei. Talis numquam spernit penitentiam, si ei sincere et simpliciter offeratur; et si ad summum quis pervenerit malorum, et inde tamen velit reverti ad virtutes, viam suscipit, libenter amplectitur, facit omnia quatenus ad priorem statum revocet. Et quod est adhuc prestantius et eminentius, si non potuerit quis explere omnem satisfactionis ordinem, quantulamcumque tamen et quamlibet brevi tempore gestam non respuit penitentie. Suscipit et ipsam, nec patitur quamvis exigue conversionis perdere mercedem. Hoc etiam mihi indicat Ysaias, ubi de populo Iudeorum talia dicit: Propter peccatum modicum contristavi eum, et percussi eum, et averti faciem meam ab eo, et contristatus est, et ambulavit tristis, et sanavi eum, et consolatus sum eum. Evidentius autem nobis testimonium dabit et rex ille impius, qui cupiditatis quendam predam fuit uxoris, nequaquam quesivit. Sed probabat ipsi scelus immanitate. Penituit, et cilicio circumdatus facinus suum flevit, atque ita se erga dei misericordiam provocavit, ut cunctis eum absolveret peccatis. Sic enim ait Deus ad Heliam: Vidisti quomodo compunctus est Achab a facie mea? Et quia flevit in conspectu meo, non inducam malum in diebus eius.

Item Gregorius in omelia decima super Ezechielem. Si Achab rex iniquus et a propheta reprehensus, cum contra se divinam sententiam audisset, pertimuit, et in magno timore deprehensus est, ita ut propheta Dominus diceret: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. In quibus divinis verbis pensandum est, quomodo in electis suis merore amaritudinis placeat, qui a mente timet Deum, si sic ei et in reprobo penitentia placuit, qui timebat perdere presens seculum; aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent, si hec ad tempus placuit et in illo qui displicebat.

Ninivitas quoque Dominus in evangelio commendat, penitentiam egerunt in predicatione Ione, et ex misericordia divina indulgentiam consecuti subversionis interitum subterfugere meruerunt. Sed qualis post acceptam veniam Achab vixerit, textus libri regum declarat. De quo et Ambrosius scribit: Quem Iezabel uxor eius cum inflammabat arbitrio, cor eius convertit, et nimius sacrilegiis execrabilem fecit, et hunc penitentie eius affectum revocavit. De Ninivitis autem in principio Ione scribit Ieronimus: Sicut ait ... doctus, Ninive a rege Medorum subversa est regnante apud Hebreos Iosia. Unde patet illa predicante Iona ex penitentia veniam meruisse. Sed quia post ad vomitum rediit, ira dei subversam fuisse.

Item in principio Naum. Naum propheta ante adventum regis Assirio, qui populum captivum duxit in suas regiones transtulerat, fuisse Hebreorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius electionis predicti regis adventum idem propheta annuntiare monstrat. Sed cum habitatores Ninive Iona interitum civitatis predicante, ne divinam iram denuntiatam interitum sustinerent, peccatorum et impietatis penitentiam egissent, acceptam dei misericordiam, gravioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta, spiritu sancto plenus, iudicium dei annuntians, ita est locutus: Deus zelans et ulciscens Dominus.

Item quod frequenter penitenti venia prebetur, testatur Augustinus in libro de penitentia, scribens contra quosdam hereticos, qui peccantibus post baptismum semel dicebant tantum utile esse penitentiam. Contra quos Augustinus scribit dicens: Adhuc instant perversi, qui sapiunt plus quam oportet, non sobrii, sed excedentes mensuram, dicunt: et si semel peccantibus post baptismum valeat penitentia, non tamen sepe peccantibus prodest iterata. Alioquin remissio ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim: Quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Dominum incitatorem mali, si semper penitentibus subvenit, et ei placere peccata quibus semper presto est gratia. Errant autem; immo constat ei multum peccata displicere, qui semper est presto

Inter hec yrcum quod oblatus fuerat pro peccato cum quereret moyses, exustum repperit, iratusque contra eleazar et ythamar filios aaron qui remanserant, ait: cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, que sancta sanctorum est, et data vobis ut portetis iniquitatem multitudinis, et rogetis pro ea in conspectu domini, presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta sanctorum, et comedere debueritis eam in sanctuario, sicut preceptum est mihi. Respondit aaron: oblata est victima pro peccato et holocaustum coram domino. michi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere domino in cerimoniis mente lugubri. Quod cum audisset moyses, recepit satisfactionem.

gratia ea destrueret. Sic enim ea amaret, non ita semper destrueret, sed conservaret, atque ut sua munera foveret. Semper destruit peccata, que invenit, ne solvatur quod creavit, ne corrumpatur quod amavit. Sumunt occasionem ypocrite isti ex factis domini. Quem enim bis illuminavit? quem leprosum bis mundavit? quem mortuum bis suscitavit? Non lazarum quem dilexit, non filium vidue, quem misertus matri reddidit. Non filium [illegible] legitur bis suscitasse, non filiam chananee bis a demonio liberasse. In nulla persona iteravit (factum) docens, ut aiunt, non sepe a domino fieri remedium. dixit paucis (al' multis): Vade et amplius noli peccare, ne quid tibi deterius accidat. quo promittens penam non amplius veniam. Qui autem multos cecos et in diverso tempore illuminavit, et multos debiles confortavit, ostendens in diversis illis eidem semper peccata dimitti, ut quem prius sanavit leprosum, alio tempore illuminet cecum. Ideo enim tot sanavit cecos, claudos et aridos, ne desperet sepe peccator. Ideo non scribitur aliquid nisi semel sanatum, ut quisque timeat iungi peccato. Videmus adhuc in ecclesia sepe febricitantes, sepe languidos, sepe passionibus captos, sepe liberari, ut appareat totiens opus miserentis quotiens confessio fit penitentis. Quoniam enim corpus quod vilius est, et ab ipso vilissimi lius, sepe sanaret, et animam digniorem et redemptam non totiens liberaret? Medicum se vocat, et non sanis, sed male habentibus oportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum curare, qui ceteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret. Memor est quis suis promisit: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Quem enim peccatorem excludit qui omnibus promisit indulgentiam? aliis promissionibus declarat: qui me confessus fuerit coram hominibus, omnis quantumcumque et quotiens peccator cuiuscumque ordinis, et si fuerit sacerdos, confitebor et ego eum. Nam quicumque invocaverit nomen domini, id est secundum quod nominatur dominus, id est qui invocaverit eum ad se perveniendo, et non contradicendo, ut forsitan sepe fecit, omnis, id est quicumque sit ille peccator, salvus erit. Omnem animam enim iste promissor saturavit bonis, et sedentem in tenebris et umbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexit discipulus ille, qui corinthios per epistolas suas voluit corrigere. Et ut ipse testatur, ter in litteris eos correxit. Oportebat enim ut quotiens eos videbat cadere, totiens iuvaret surgere. Memor enim erat illius quod dixerat: quorum remiseritis peccata remittuntur. Scimus autem et primos patres et novi temporis ecclesiam dei semper usque in septuagies septies, que est semper, peccata dimittere, quam potestatem isti ab ecclesia auferre conantur. Oportet enim ecclesiam dei, si credere

quem confitetur se peccare. Negant enim veritatem seducti se, qui se iactare audent (absque peccato). In multis enim offendimus omnes. nec infans unius diei absque peccato super terram esse potest. Qua apprime eliminandi sunt ab ecclesia, qui numquam penitentibus negant indulgentiam. Non enim inquirunt quid apostolus senserit, qui dixit: Nichil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sciens et iustis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se cognovit indissolubili vinculo caritatis iunctum christo. Petrus non sciret ut illos sepe venire ad veniam, quoniam dubitaret se peccare, qui se sciebat spiritum dei habere, et intentione mundissima ei servire. Cur dominus pedes petri lavasset, et ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quoniam cotidiana est offensio, oportet ut cotidiana sit remissio. Cur docuisset orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, nisi ipse nobis misericors perseveraret, qui nos ab hac petitione noluit deficere. Item aug. ad macedonium. In tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut et post actam penitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia, vel graviora committantur. et tamen deus facit et super tales oriri solem suum (in splendore glorie sue), nec minus tribuit quam ante tribuerat largissima munera vite ac salutis. et quamvis eis in ecclesia locus ille penitentie non concedatur, deus tamen super eos sue patientie non obliviscatur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: dicite mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissime voluptatis blandimenta contempsero, si me penitendo vehementius quam prius excruciavero, si miserabilius ingemuero, si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si caritate, que operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat: Nichil tibi ista in posterum proderunt: vade saltem vite huius suavitate fruere. Avertat deus tam immanem sacrilegamque sententiam. Sive autem quis dicat primam tantum penitentiam post baptismum utilem esse, non sequentem, sive quis contendat ultime veniam tantum dari, non precedenti, semper auctoritati adversatur, que sepissime penitenti veniam repromittit. Que autem sit vera penitentia, cui numquam venia negatur, et que sit falsa, cui numquam indulgentia promittitur, adamantius et esitius super leviticum testantur. Inter hec ircum quod oblatus fuerat etc. Non peccare solius dei est, emendare sapientis. Sed raro invenies quis se corrigat. rara confessio peccati, rara penitentia. repugnat natura et verecundia, quia obnoxia est culpe omnis caro, et quisque erubescit peccatum confitendum, magis presentia cogitat quam futura. Vult moyses peccati vitia reperire animam, ut exuvias erroris deponat, et culpe munda sine pudore succedat, sed ubi irrationabilis impetus pervenit, et flamma celerrime

motus animam depascat. Esuriat eius innocentiam spondeant enim futuris presentia, sensio cuncta e etatis tibi et preparata cadicioribus. Velox enim iniquitas que ad nocendum occasionem suggerit. Lenta virtus et cunctatrix ante iudicat quam impleat aliquid de eorum quod honestum iniquitas omnia preparitat. Pigra ergo est verecunda penitentia, que presentium pudore premitur. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera tardior fructus interim preterit. Inprudentiam et spe presentium penitentia excludit et affectu eius exurit et abolet. Quieuit eam lex et non invenit conbusta est enim fervore et fumo iniquitatis. In tantum satis iniatur devorando esse penitentiam in sanctis suorum. Sacerdotes quasi segnes increpat. Respondit Aaron prudentium debere esse sacerdotale iudicium. nec in male consciencie facile esse credendum id muneris ne fiat error deterior priore. Vase enim fetido ut vinum ut oleum facile corrumpitur. Quomodo autem poterat uti igni alieno at peccatum exuri. et in conspectu domini cuncta apta. quasi non conplacet deo. qui iniusticiam cordis inclusam tenet. et se penitentiam agere perhibet. Ignis alienus libido. avaritia. cupido. et omnis prava cupiditas. hic ignis exurit non mundat. In quibus non est. si offeratur in conspectu domini. ignis eos celestis assumit. sicut Nadab et Abiuth. cum his que pro peccato fuerant oblata. Qui ergo vult mundari ignem alienum removeat, illi igni se offerat. qui culpam exurit non hominem. Hic ignis siccavit emoroisse sanguinem profluentem. Hic ignis siccavit culpam latronis. Ignis enim qui consumens est sanat simplicitate et pure confitentes. Iudas inquit peccavi tradens sanguinem iustum. sed in pectore habuit ignem alienum. qui sic flamante concurrit ad laqueum. sed in pectore habuit ignem quo inflamante concurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit. quia non pura mente penituit. Culpam ergo ei non auferunt sacerdotes. qui dolose se offerunt nec in eo possunt epulari. quibus cibus est peccatorum remissio. Unde veniens sacerdos ait. Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei. qui in celis est. id est ut peccatores conversi et penitentes salventur. Non est acceptum deo sacrificium. nisi verum et sincerum. Item est eius.

Cap. Item. Et hec hircum quod offertur etc. Oratio est peccatum propter penitentiam deletur. et qui prodictum peccatum alterius doctrine et blasphemie commiserunt. salvati non sunt causa motus eorum legis lator exponit. Item hec hircum quod oblatus est etc. quia non comederunt filii Aaron qui pro peccato erat in loco sancto. id est penitentia commissi peccati in ecclesia pagi non fecerunt. Quibus hoc preceptum est. quos Christus vicarios suos in ecclesia constituit spem autem oblationis sue sanguinem que per sanguinem oblata est in sancta. id est in celum. in conspectu obtulit patris. Debebant autem commedere hoc sacrificium ut sumi in loco sancto. scilicet ecclesiam propitiationem eorum peccatorum. Unde addit. quemadmodum preceptum est mihi sic precepi. Moyses ergo gerit personam Christi. Exustum repperit. quia Aaron spiritum sanctum peccaverat. ab intelligibili igne spiritus sanctificatio. per penitentiam oblata est. Voluntarie peccantibus non relinquitur hostia. Hostia pro peccato sola sicut vera penitentia veniam promeretur. ita simulata ad eum irritat. Qui a spiritu sancto discipline effugiet fictum. hoc autem sancti patres irremissibile peccatum et blasphemiam in spiritum sanctum dixerunt in scelenbus peccatorum usque ad finem vite perseverare de penitentia et misericordia dei et redemptoris diffidere.

Cap. Item Iohannes Crisostomus aureum in epistola ad Hebreos. Iudas penituit. sed male. laqueo se suspendit. sed penituit et Esau. magis iste neque penituit. Lacrime quippe non erant penitentie. sed animi violenti et indignationis inferne. quod ei operibus apparuit. Non igitur negemus peccata nostra. neque nos inpudentia ad vitio confessio cogat. Sponte nostra puniamur. ne pendamus non sponte supplicia. Audivit Cain a deo. ubi est Abel frater tuus et dixit nescio. Numquid custos fratris mei sum ego. Vides quomodo ex hoc peccato amplius operatur est. Nonne et pater eius similis. Audiens enim et ipse Adam ubi es. dixit audivi domine vocem tuam. et timui. quoniam nudus sum. et abscondi me. Magnum est ut quis peccata sua agnoscat. et memoriam eorum perseverantem retineat. Nullum invenit delictorum tale remedium sicut eorum continuata memoria. Item Ambrosius in libro de penitentia.

Cap. In salicibus inquit. in medio eius. suspendimus organa nostra. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Si enim menti caro repugnat. nec subdita est animi gubernaculo. et mentis imperio. Aliena est terra que non domat exercitio cultoris. Fructus enim non potest caritatis penitentie pacis afferre. Melius est ergo tunc requiescere. quam exercere. non que ras opera penitentie. ne in ipsa penitentia fiat. quod postea indiget penitentia. que si semel sit usurpata nec iure celebrata. nec prioris fructum obtinet. et aufert usum posterioris. Sane et cum caro repugnat. mens ad deum debet esse intenta. et si opera non sequuntur. fides non deserat. et si certamus inpugnant inlecebre. ut potestates adversarie maneat. mens deo dedita. tunc enim maxime urget eum cum caro non cedit. et sunt que veniunt incubant misere anime. querentes omne presidium auferre. Unde illud est. exinanite usque ad fundamentum in ea. quam miseratus dominus ait. Filia Babilonis misera. Utique Babilonis filia est que dei filia esse desinit. cum tamen medicus invitat dicens. Beatus qui tenebit. et allidet parvulos suos ad petram hoc est quin infirmas et lubricas cogitationes. Habet enim ad Christum. omnes qui inrationabiles motus sui reverentia et discretione coercet.

Cap. Item Ieronimus super Matheum. Nichil videtur profuisse egisse penitentiam. per quam scelus corrigere non potuit. Si quando frater si peccat in fratrem. ut emendare valeat quod peccavit potest divinitus dimitti. Sin autem permanet opera frustra voce assumitur penitentia. hoc est quod de eo dicitur. et oratio eius fiat in peccatum. ut non solum emendare nequierit. proditionis nefas

scriptum in homicidii scelus addidit. Item Leo papa in sermone.

Inter omnia scelera traditor omnibus o uida et infelix excitasti. quia non penitentia te reuocauit ad dominum. sed desperatio traxit ad laqueum. expectasses consumationem criminis tui. donec sanguis Christi pro peccatoribus funderetur informis leti suspendium distulisses. His auctoritatibus, que sit uera, uel que sit falsa ostenditur penitentia, et false nullam indulgentiam dari probatur. In quo illorum sententia destruitur, qui a ... cum quis pluribus irretitus fuerit asserunt unius delicti penitentia eum a deo ueniam consequi sine alterius criminis penitentia. Quod et multorum auctoritatibus probare conantur. Quorum prima est illa Naum prophete. Non iudicabit deus bis in id ipsum. Secundo quem sacerdos iudicat, deus iudicat. cuius persona in ecclesia agitur. Quia ergo a sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro peccato eodem a deo iudicabitur. Item Gregorius super Ezechielem.

Pluit dominus super unam ciuitatem. et super alteram non pluit. et eandem ciuitatem ex parte compluit. et ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit ab aliis uitiis se corrigit. una eademque ciuitas ex parte compluitur. et ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit ab aliis uitiis se corrigit. una eademque ciuitas ex parte compluitur. et ex parte arida manet. quia sunt qui cum quedam uitia resecant. in aliis grauiter perdurant. Item Ambrosius in xviii. octonario.

Prima consolatio est. quia non obliuiscitur misereri deus. Secunda per punitionem. ubi et si fides desit, pena satisfacit et releuat. Item nobis de Ieronimo. qui super Naum sentire uidetur. Quod si fidelis adulterando interficiatur de adulterio non amplius a deo punietur. Item Finalis satisfactio fuit. quam in adulterio uiuens. pro homicidio obtulit. Cum adulterii eum penituit. utriusque penitentia ei imponenda erit. Quod a ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine. que pro de peccato non reiterato fuerit nulli bis penitentiam imponit. Sic quoque etiam quicumque sibi reseruat de alio. ueniam non prestet. non solum premissis probatur auctoritatibus. Esitii. Adamantii. Smaragdi. Isidori. Gregorii. Augustini. Verum et alia auctoritate eiusdem Augustini in libro de penitentia. Item

Sunt plures pleros quos penituit peccasse sed non omnino. reseruantes sibi quedam in quibus delectentur. non animaduertentes dominum simul mutum et surdum a demonio liberasse. per hoc docens nos numquam nisi de omnibus sanari. Si enim uellet peccata ex parte reseruari. bonitatem vii. demonia perficere poterat. vi. expulsis. expulit autem vii. ut omnia crimina simul eiciendo doceret. Legionem autem ab alio eiciens. neminem reliquit qui de omnibus quem liberatum possideret. ostendens quod si etiam peccata sint mille. oportere de omnibus penitere. laudandus est enim dominus. qui non eiecto demonio locutus est mutus. Si nunquam aliquem sanauit. quem omnino non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato. quia et corpus ab infirmitate. et animam ab omni contagione. indicans penitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima et in corpore. Sciendum dominum inimicum omni criminoso. quoniam ergo qui crimen reseruat. de alio recipiet ueniam. Sine amore dei consequeretur ueniam sine quo nemo unquam inuenit gratiam. hostis enim dei est. dum offendit perseueranter. Quia et tamen impietas infidelitatis est. ab illo qui iustus et iustitia est. dimidiam sperare ueniam. Nam sine uera penitentia non inueniret gratiam. Penitentia enim uera ad baptismi puritatem conatur ducere. Recte enim penitens quicquid sordis post purificationem contraxit. oportet ut abluat saltem lacrimis intimis. Si satis durus est. cui mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Si sciat se culpabilem diu. quod deflet dampnatum ut morte amici. ut dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Non itaque est ut quis excuset se non habere fontem lacrimarum. qui cum quam (al. aliquando) lacrimis ostendit dolorem. amore temporalium quem ergo penitet. odio peniteat et cetera.

Auctoritas illa Naum prophete. Non iudicabit deus et cetera. Non ostenditur omnia que temporaliter puniuntur. non ulterius a deo punienda. Quamquam enim sodomitas. egiptios. israelitas in heremo. super eum de loco dicitur temporaliter a deo punitos. ne in eternum punirent. non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est. Alioquin cuique sceleroso optandum esset. ut celesti fulmine percussus. aut aquis mersus. aut a serpentibus uulneratus. pro peccatis suis diuinitus interiret. ut eterno cruciatus breuis et momentanea pena terminaret. Illud etiam apostoli falsum esset. quod de prostratis in deserto inepta ad hebreos scribens ait. propter incredulitatem suam non intrauerunt in terram repromissionis. Ubi probatur quod sicut merito sue infidelitatis regem illam amiserunt. ita propter eandem infidelitatem ueritatem eterne beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Ieronimi de his tamen. qui inter ipsa sua flagella penitentiam egerunt. quam et si breuem et momentaneam tamen non respuit deus. Sic et illud prophete. Non iudicabit deus bis in id ipsum. de his tantum intelligi oportet. quos presentia supplicia commutant. super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores et deteriores fiunt. sicut pharao. qui flagellatus a domino durior factus est. presentibus eterna connectunt. ut temporale supplicium sit eis eterne dampnationis initium. Unde Augustinus in cantico deuteronomii.

Ignis succensus est et cetera. hoc est uindicta hic incipit. et ardebit usque ad extremam dampnationem. Ex hoc contra illos notandum est. qui dicunt. non iudicabit deus bis in id ipsum. a domino puniri flagella. quia quidam his flagellis emendantur. Alii et hic et in eternum puniuntur. sicut Antiochus et Herodes. Quod autem super eundem locum de adultero infideli Ieronimus sentire uidetur. ex eisdem uerbis falsum esse uidetur. Exemplo enim illius. qui [illegible] maledixerat Israhelite. et qui

ligna in sabbato colligerat. ostendit parua pec
ca breuibus et temporalibus suppliciis purgari. Magna uero di
uturnis et eternis suppliciis reseruari. Aut enim Que
ritur aliquis. si in fide eius deprehensus sit in adulterio de
cesserit. Quid de eo postea fiat. Aut enim punietur
et falsum est hoc quod dicitur. non iudicabit deus bis in
id ipsum. In tribulatione aut non punietur. Et optan
dum est adulteris ut in presentia rerum breui pena
puniantur. ut sustineant cruciatus eternos. Ad hoc re
spondemus. ut omnium rerum ita et suppliciorum que
scire mensuras. et non preuenire sententiam iudicis. nec
illum peccatorem exercere deinceps pene auferri
potestatem et magnum peccatum magnis diuturn
isque illum cruciatibus. Si quis autem punitus sit. ut il
le in lege quem israhelite maledixerat. et qui in sabbo li
gna colligerat. tales postea non puniri. quia culpa
leuis presenti supplicio compensata sit. Illud autem
quod dicitur. pluit dominus super unam ciuitatem etc. Non ad crimi
nis ueniam. sed ad detestationem referendum est. ut lo
pars ciuitatis dicatur esse compluta. quia crimen quod dilexe
rat detestari incipit. Non quod ei uenia consequatur. Crimi
nis autem detestatio. pluuia uocatur. quia ex fonte di
uine gratie corde nostro instillatur. ut uel sic quisque ad ueram
penitentiam perueniat. aut cominus a deo punietur. quod
uicinior delectatione peccatum aliis sibi sup
plicium accumulasset. Si uero ad indulgentiam cri
minis pluuia referatur. euangelice sententie contra
ire uidetur. Si enim propter hodium fratrum et que di
missa sunt replicantur ad penam. multo magis
que non sunt dimissa. ad iudicium reseruari probantur. Item
sicut in aug. Arbiter sue uoluntatis non potest
inchoare nouam uitam. nisi peniteat eum ue
teris uite. quomodo ad nouitatis indulgentiam per
ueniet. qui hodii uetustatem non deposuit
ad detestationem quod crimini. ut dictum est. non ad
eius indulgentiam. pluuia illa pertinere probatur. Item illud
ambr. Etsi fides desit. pena satisfacit. non de ea fi
de intelligitur de qua dicitur. fides sine operibus mortua
est. sed de ea de qua apostolus ait. Omne quod non est ex fide peccatum est
id est omne quod contra conscientiam fit. peccatum est.
Deest ergo fides. cum non subest conscientia peccati.
si qua delicta omnia. nullus intelligit. est aliquando
in homine peccatum. cuius non habet conscientiam. Unde
apostolus. Nichil mihi conscius sum. sed non in hoc iustificat
sum. Cuius ergo peccati deest conscientia. illi pena
si patienter feratur. satisfacit. et releuat grauatum.
Quod autem in fine obicitur. si satisfactio illa fuit.
ueniam impetrauit. Si autem ueniam non impetrauit
satisfactio non fuit. Si autem satisfactio non fuit.
adhuc sibi pena imponenda est. non procedit argumen
tatio. Satisfactio namque est. dolere illius peccati. causas ex
cidere. et eius suggestionibus aditus non indulgere.
sed eius fructus non percipit. Impeditus peccato. quod
nondum deseritur. percipietur autem cum ei pe
nitentia fuerit obsecuta. sicut ad lauacrum fic
te accedens. regenerationis sacramentum accipit.
non tamen in christo renascitur. Renascitur autem uirtute sa
cramenti. quod perceperat cum fictio illa de corde eius re
cesserit. ueraci penitentia. Hic et aug. in libro de peni
tentia scribit. Primum est credere. et uita fides hoc expo
stulat. ut cum gratia christi in homine destruxerit mala
priora. et remuneret bona. et cum destruit quod
suum non inuenit. amat et diligit bonum. quod in
peccante plantauit. Ex hoc sensu et illud ie
ronimi. dictum uidetur. Si quando uidis inter multa opera
peccatorum facere aliquem. que iusta sunt. non est tam
iniustus deus. ut propter mala multa obliuiscatur pau
corum bonorum. Quaquam memoria bo
norum ad presentem remunerationem possit referri. Sicut gregorius i. ho
melia de diuite et lazaro scribit. Cauendum est nobis ut si forte
aliqua bonorum agimus. in presenti seculo remunerationem accipiamus.
ne forte dicatur nobis receperunt mercedem suam. Nam enim diues iste
aliquod bonum egisset. unde in presenti seculo remunerationem accepis
set. nequaquam ei
abraam diceret. Recepisti bona in uita tua. et la
zarus similiter mala. Item iohannes crisostomus. Quid
ergo turbamur. nemo uidens malignos prosperitate
hic turbetur. Non est hic retributio malignitatis
nequitiarum. ac si aliquando contigerit. ut aliqua
sit retributio. uel malitie. uel uirtutis. non tamen secundum
quod dictum est. sed simpliciter ueluti quidam gustus
iudicii. ut qui resurrectioni non credunt talibus doceantur.
Idcirco itaque uidemus malignum ditescere. non subito
autem. et quando uidemus bonum mala pati non tur
bemur. Illic corona illic supplicia. Est et alia ratio
quia non potest malus in omnibus malus esse. sed
habet aliqua bona. Neque bonus in omnibus bonus esse. sed ha
bet aliqua peccata. Quando ergo prosperitatem habet ma
lus. malo capiti suo est. Cum enim pro illis paucis
bonis retributionem hic acceperit. illic tamen plenius puni
etur. Potest et referri memoria bonorum ad mi
tiorem penam habendam. ut bona que inter mala mi
ta fiunt. non proficiant ad presentis uite uel future
premium optinendum. sed ad tollerabilius extremi
iudicii supplicium subeundum. Sicut de fide
recte eius que sine caritate habetur. aug. in libro scribit
de penitentia dicens. Si quis autem non habens ca
ritatem. que pertinet ad unitatem spiritus et uinculum
pacis. quo catholica ecclesia congregata connectitur.
in aliquo scismate constitutus. ne christum neget
patitur tribulationes. et angustiam famem nu
ditatem. persecutionem pericula carceres. uincula. tor
menta gladium. uel flammas. uel bestias. uel ipsam
crucem. timore gehenne. et ignis eterni. nullo modo
ista culpanda sunt. Immo uero et hec laudanda est
patientia. Non enim dicere poterimus melius ei fuisse. ut christum
negando. nichil eorum pateretur. que passus est confitendo. Sed est
mando uel fortasse est tollerabilius ei futurum iudicium. quam si christum negando nichil pateretur.
ut illud quod ait apostolus. Si tradidero corpus meum ita
ut ardeam. caritatem autem non habeam. nichil
mihi prodest. Nichil prodesse intelligatur ad regnum celo

Illa rem insoit quod quondam uiua fuere.
Viue non possunt quod nunquam uiua fuere.

D. XXII

tum optinendum. non ad exercendum iudicium. tollerata
bdam supplicium subeundum. Et infra. hec pp
ter caritatem dicta sunt. sine qua in nobis esse non potest
uera penitentia. quoniam in nobis caritas dei est. que
tollerat omnia. Penitentia ergo ut ex premissis appa
ret. nulli in peccato perseueranti utilis est. non tamen alicui
deneganda est. quia semen et fructum eius. cum alterius
criminis penitentiam egerit. Sic itaque penitentie dif
finitio et cetere auctoritates sibi consonantes. negant eum
agere penitentiam. qui perseuerat in crimine. utilem
uidelicet sibi. et fructuosam. Illud autem ambrosii. pe
nitentia si semel usurpata. nec uere. nec celebra
ta fuerit. et fructum prioris aufert. et usum sequentis
ammittit. de sollempni intelligitur. que cum non uere ce
lebrata fuerit. et fructum prioris aufert. et usum sequentis
ammittit. id est sui ipsius secundam precedentis ammittit. ga
(al. potuit)
uenia quam impetrare desiderat. contempsit. et usum sequentis (admittere)
aufert. secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum. apud
quas sollempnis penitentia non reiteratur. de hac et de pe
nitentia illud intelligitur. Non est secundus locus penitentie.

Cum autem multorum auctoritatibus supra monstra
tum est. penitentiam uere celebrari et peccata uere
dimitti. ei qui aliquando in crimen recasurus est. Cur autem
peccata redeant. huius questionis diuersorum uaria
est sententia. aliis asserentibus. aliis e contrario negan
tibus. peccata semel dimissa. ulterius replicari ad
(pro puniendo)
penam. Quod autem dimissa peccata redeant. mul
torum probatur auctoritatibus. quarum prima est illa p
Cap. phete. In memoria redeat iniquitas patrum eius et cetera.
Cap. Secunda illa euangelii. Serue nequam omne debi
tum dimisi tibi. quoniam et cetera. Deinde augustinus in libro psalmorum ait.
Cap. Si iudas teneret illud ad quod uocatus est. nullo modo
ad eum. uel sua preterita. uel parentum iniquitas perueni
ret. Quia ergo non tenuit ad optionem familie dei
sed iniquitatem uetusti generis potius elegit. rediit iniquitas
patrum eius in conspectu dei. ut in eo ipsa puniretur.
Cap. Item rabanus. Tradidit eum tortoribus et cetera. Post
dandum est. quod dicit uniuersum debitum. quia non solum
peccata. que post baptismum homo egit reputa
buntur ei ad penam. uerum peccata originalia que
in baptismo ei dimissa sunt. Item gregorius. Ex dictis euangelii
Cap. Constat. quia si hoc quod in nos delinquitur. ex corde non
dimittimus. et illud rursus exigitur. quod nobis iam per pe
nitentiam dimissum fore gaudebamus. Item augustinus
(mathei xvi. capitulo)
Cap. in homelia quinquagesima. Dicit deus. Dimitte et
dimittetur tibi. Sed ego prius dimisi. dimitte uel po
stea. Nam si non dimiseris. reuocabo te. et quic
Cap. quid dimiseram replicabo tibi. Item quid diuini beneficii
oblitus. suas uult uindicare iniurias. non solum de
futuris peccatis ueniam non merebitur. sed etiam peccata que
iam sibi dimissa credebat. ad uindictam rete
Cap. plicabuntur. Item beda super lucam. Reuertar in do
mum meam. Timendus est iste uersiculus non
(id est negligendus)
exponendus. ne culpa quam in nobis extinctam crede

Hominum eorum qui diuersa ...

bam. per incuriam nos uacantes opprimat. Item cum
cumque post baptisma. siue prauitas heretica. siue mun
dana cupiditas. arripuerit. mox omnium prosternet
in ima uiciorum. Item augustinus in libro questionum deute
Cap. nomii. Peccatum quod ex adam trahitur. parentibus redditur.
quia propter hoc omnes moriuntur. Non autem in eternum eis
qui fuerunt per gratiam illuminati. si in ea usque in fi
nem permanserunt. Ceterorum uero qui hanc sententiam sectantur. alii
dicunt quod peccata redimittuntur. secundum iustitiam. secundum presci
entiam. non a discipulorum qui rethabiti erant scripta in libro ui
te. propter iustitiam. cui deseruiebant. non secundum prescientiam. quia
numero saluandorum eos non habebant. sicut a latere
dicuntur mille casuri. et decem milia a dextris eius. quos
in diuina prescientia numquam suis annumerauerat.
Cap. hinc et dominus ad moysen. Si quis peccauerit ante me. de
lebo eum de libro uite. ut secundum iustitiam iudicasse
peccando dicatur deleri. qui secundum prescientiam. numquam fuerit
Cap. ascriptus. Hinc augustinus in epistola ad corinthios. Sed non in
pluribus eorum bene placitum est deo. et similiter quibus
omnibus communia sunt sacramenta. sed non communis gratia. ita et
nunc baptismus communis est. sed non uirtus baptis
mi. Verum hoc de ficte accedentibus. uel de his
qui extra ecclesiam baptizantur. intelligitur. qui sacram
(id est quia ficte)
tum quidem integritate accipiunt. uirtutem uero eius mi
nime assecuntur. paruulis uero. uel adultis. per ecclesiam fide
accedentibus. omnia peccata remittuntur. et si aliquando a bono re
cessuri. et in malo uita sint finituri. Vnde augustinus in libro
Cap. de correptione et gratia. Si ex bono in malum deficiente
bona uoluntate moriuntur. Respondeant si possunt
cur illos deus cum fideliter et pie uiuerent. non tunc de
uite huius periculis rapuit. ne malitia mutaret intel
lectum eorum. et ne fictio deciperet animas eorum. utrum
hoc in potestate non habuit. aut eorum mala
futura nesciuit. Nempe nichil horum. nisi peruer
sissime atque insanissime dicitur. Cur ergo non perfecit. Res
pondeant. qui nos irrident. quando in rebus talibus excla
mamus. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.
et inuestigabiles uie eius. Neque enim hoc non donat deus.
quibus uoluit. aut uero scriptura illa mentitur. que de mor
te uelut inmatura hominis iusti ait. Raptus est ne ma
litia mutaret intelligentiam eius. et ne fictio deciperet
animam eius. Cur ergo hoc tam magnum beneficium. aliis dat.
aliis non dat deus. apud quem non est iniquitas. nec
acceptio personarum. et in cuius potestate est. quamdiu
quisque in hac uita maneat. que temptatio dicta est
super terram. Sicut ergo coguntur fateri donum dei esse.
ut finiat homo uitam istam. antequam ex bono
mutetur in malum. Cur autem aliis donetur. aliis non do
netur. ignorant. Ideo donum dei esse in bono perseuerantiam
secundum scripturas. de quibus testimonia multa iam posui.
fateantur nobiscum. Et cur aliis detur. aliis non detur.
sine murmure aduersus deum dignentur ignorare
nobiscum. nec nos moueat. quod filiis suis quibus dat
deus. non dat istam perseuerantiam. Absit enim ut ita
sit. si de illis predestinatis essent. et secundum propositum

vocati sunt sancti, qui vere sunt filii promissionis. Nam isti cum pie vivunt, dicuntur filii Dei. Sed quia victuri sunt impie, et in eadem impietate morituri, non eos dicit filios Dei praescientia Dei. Sunt enim filii Dei, qui nondum sunt nobiscum, et sunt iam Deo, de quibus evangelista ait Iohannes: Quia Iesus erat moriturus pro gente, et non tantum pro gente, sed et ut filios Dei dispersos congregaret in unum. Quod utique credendo futuri erant per evangelii praedicationem, et tamen antequam esset factum, iam filii Dei erant. In memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti sunt. Et sunt rursus quidam qui filii Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur a nobis, nec sunt tamen Deo. De quibus ait Iohannes: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Non ait ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex nobis. Verum ait: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, hoc est, et quando videbantur in nobis (i. inter nos), non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur: Unde id ostendis? Quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Filiorum Dei vox est. Iohannes loquitur in filiis Dei loco praecipuo constitutus. Cum ergo filii Dei dicant de his qui perseverantiam non habuerunt: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis; et addunt: Quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum; quid aliud dicunt, nisi: non erant filii Dei, etiam quando erant in professione et in numero filiorum Dei? Non quia iustitiam simulaverunt, sed quia in ea non perseveraverunt. Neque enim ait: Nam si fuissent ex nobis, veram non fictam iustitiam utique tenuissent nobiscum. Sed: Si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent utique nobiscum. In bono illos volebat procul dubio permanere. Erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est non usque in finem perseveraverunt, Non erant, inquit, ex nobis, et quando erant nobiscum, hoc est, non erant ex numero filiorum, et quando erant in fide filiorum. Quoniam qui vere filii sunt, praesciti et praedestinati sunt conformes imaginis filii Dei, et secundum propositum vocati sunt sancti, ut electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo illi ex multitudine vocatorum, electorum autem paucitate non fuerunt. Non ergo filiis suis praedestinatis Deus perseverantiam non dedit. Haberent enim eam si in eo numero filiorum essent. Et quid haberent quod non accepissent, secundum apostolicam sententiam et veram? Ac per hoc tales filii filiorum Christo darentur, quemadmodum dicit ipse ad patrem: Ut omne quod dedisti mihi non pereat, sed habeat vitam aeternam. Hi ergo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam aeternam. Ipsi autem sunt illi praedestinati et secundum propositum vocati sancti, quorum nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus et ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et rursus: Quos dicimus inimicos eius, ut parvulos filios inimicorum, quoscumque eorum sic regeneraturus est, ut in ea fide quae per dilectionem operatur hanc vitam finiant, iam et antequam hoc fiat, in illa praedestinatione filii eius, et dati sunt Christo filii eius ut non pereant, sed habeant vitam aeternam. Et rursus. Quos dicimus inimicos eius ut parvulos. Denique ipse salvator: Si manseritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei estis. Numquid in his computandus est Iudas, qui non mansit in verbo eius? Numquid in his computandi sunt illi de quibus evangelium sic loquitur, ubi dominus cum commendasset manducandam carnem suam et bibendum sanguinem suum, ait evangelista: Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurabant discipuli eius de hoc, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videbitis filium hominis ascendentem ubi prius erat? Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes et quis esset traditurus eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis quia nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulabant. Numquid non et isti discipuli appellati sunt loquente evangelio? Et tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo eius, secundum id quod ait: Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis. Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non vere discipuli Christi, ita nec filii Dei vere fuerunt, etiam quando esse videbantur et ita vocabantur. Appellamus ergo nos et electos et Christi discipulos et Dei filios, quia appellandi sunt quos regeneratos pie vivere cernimus. Sed tunc vere sunt quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si autem perseverantiam non habent, id est in eo quod coeperunt esse non manent, non vere appellantur quod appellantur et non sunt. Apud eum enim hoc non sunt, cui notum est quod futuri sunt, id est ex bonis mali.

Huius ergo auctoritatis eorum sententiae concordat, qui peccata dicunt remitti secundum iustitiam et non secundum praescientiam. Alii vero quamvis fateantur peccata redire, tamen seu per baptisma seu per paenitentiam asserunt omnino peccata remitti, et plena fide accedentem ad lavacrum renasci non aqua tantum sed et spiritu sancto, et postea recasurus sit; deinde paenitentem, et si aliquando recasurus sit, tamen tempore suae paenitentiae ita perfecte expiatum affirmant, ut si tunc moreretur salutem inveniret aeternam. Quorum sententiae eiusdem auctoritatis principium consentit. Cum enim quaestionem eius proponat, quare praescitos ad mortem aliquos fideles et pie viventes non tunc de vitae huius periculis Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum (vel eorum), et ne fictio deciperet animas eorum. Cum de immatura morte praedestinati scriptura dicat: Raptus est ne malitia mutaret intellectum, et fictio deci

peret animam illi⁹. euidenter ostendit illos tales
fuisse · qui si fatali necessitate · huius uite sub
ducti essent periculis · profecto · uitam consecuti esse
eternam. Ergo finis principio conueniat. Ne
sibi ipsi contrahere uideatur. diffiniendum est. quid sit
scribi in libro uite. et de eodem deleri. Secundum iusticiam. quia secundum
presentiam. Secundum presentiam scribi est ad uitam
preparari. quod ab eterno factum est. Unde apostolus in epistola ad e
phesios. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. qui
benedixit nos in omni benedictione spirituali in
celestibus in christo. Sicut elegit nos in ipso ante con
stitutionem mundi ut essemus sancti et inmaculati in
conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos in adop
tionem filiorum per ihesum christum. Similiter secundum presen
tiam deleri est ad mortem. non ad uitam
presciri. Quod et ipsum ab eterno factum est. Unde dominus in
euangelio. Qui credit in me. habet uitam eternam.
qui autem non credit iam iudicatus est. hinc et augustinus ait.
Nouit dominus qui sunt eius. Ex his nemo seducitur. Non dum
apparuit in iudicium. sed iam factum est. Porro
secundum iusticiam scribi est deo auctore ea operari. quorum
merito sit dignus eterna salute. Hunc duplicem mo
dum scribendi in euangelio dominus assignauit dicens
discipulis. In domo patris mei mansiones multe
sunt. Si quo minus dixissem uobis. quia uado uo
bis parare locum. et si abiero et parauero uobis locum
iterum uenio et accipiam uos ad me ipsum ut ubi sum
ego et uos sitis. Dicens in domo patris mei
mansiones multe sunt. si quo minus dixissem uobis quia
uado uobis parare locum. ostendit eos quibus loquebatur
esse scriptos in libro uite. predestinatione sub iciens.
Si abiero et preparauero uobis locum et cetera. ostendit illos
adhuc esse scribendos operatione. hinc et augustinus. in ei

Cap. de loci explanatione ait. In domo patris mei man
siones multe sunt. domus dei. templum dei. re
gnum celorum est homines iusti in quibus sunt multe dif
ferentie. et hee sunt mansiones ipsius domus. Hec autem
iam parata sunt in predestinatione. sicut ait apostolus.
Qui elegit nos ante constitutionem mundi pre
stinando. parando autem in operatione. Unde quos prede
stinauit. hos et uocauit. Secundum hoc quod dixit fecit ea
que futura sunt. id est que futurus erat. Et infra Si
quo minus confirmat esse. quasi non essent. mansiones dixisse
ibo et parabo. non predestinabo. Sed quia ibi sunt non
est opus aliqua paratione. quia uero non dum sunt in opera
tione addit. et si abiero et preparauero abiens. scilicet non
relinquens patrem. quia et subtrait se et latet. ut sit fi
des. non est enim fides cum uidetur. et unde est meritum fidei. Ex his
uiuit iustus. et mundatur. et cor dum peregrinatur. et in ea
desiderantur quod non dum habetur. Hec est preparatio man
sionis quasi preparat nos sibi et se nobis. ut maneat in no
bis et nos in eo. quantum quisque erit particeps eius plus
uel minus pro diuersitate meritorum. et hec est multitudo
mansionum. Item. Secundum iusticiam deleri
quia et gratia subtracta ea operari permittitur. quibus eter

nam dampnationem meretur. hinc propheta loquens ex
christi persona ait. Deleantur de libro uiuentium. hoc
est subtrahatur eis gratia. qua subtracta. hii in profundum
uitiorum. deinde in eternam dampnationem precipitantur.
et cum iustis non scribantur. id est non apponatur eis gratia. qua
fiant digni eterna salute. Sic itaque peccata
secundum presentiam remittuntur. cum ab eterna gratia preparatur.
qua uocatus iustificetur. iustificatus tandem eternaliter
glorificetur. Secundum iusticiam uero peccata remittuntur. cum
uel baptismum plena fide accipitur. uel penitentia toto
corde celebratur. Que remissio. et ipsa secundum presien
tiam. non inconueniente fieri dicitur. Ut enim ex premis
sa auctoritate apostoli. datur intelligi. due sunt preordina
tiones. una qua quis preordinatur ad iusticiam. et re
missionem peccatorum percipiendam. Altera qua
aliquis predestinatur ad uitam eternam in futuro obti
nendam. harum effectus sunt presens iustificatio.
et futura glorificatio. Que omnia in premissa aucto
ritate conuenienter distinguntur. prima enim predesti
natio. que preordinatur ad presentem iusticiam. desi
gnatur dum dicitur. Sic elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem et cetera. Cuius effectus infra subponitur.
In qua gratificauit nos in dilecto filio suo et cetera.
Secunda predestinatio ibi ostenditur. qui predestinauit
nos in adoptionem filiorum dei. Cuius effectus premittitur
dum dicitur. Qui benedixit nos in omni benedictione.
et cetera. hee due preordinationes. et earum effectus. ita
se habent. ut prima et eius effectus natura precedant lege.
consequendi inferant. Si enim est aliquis preordinatus
ad uitam consequenter infertur quod est predestinatus ad
iusticiam. Et si consequitur uitam eternam. quod est
consecutus iusticiam. Sed non conuertitur. unde multi sunt
participes prime preordinationis et eius effectus. ad quos
secunda uel eius effectus. minime pertinere probantur. iux
ta hanc distinctionem. intelligenda est auctoritas
illa iohannis. Exierunt ex nobis. sed non erant ex nobis.
Nam si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum.
Ex nobis exierunt inquit. id est a nostra societate recesserunt.
qui prime preordinationis. et eius effectus. nobiscum parti
cipes erant. Sed non erant ex nobis. id est secunde preordina
tionis. et eius effectus societatem. nobiscum non inierant. quod
ex eo uideri potest. quia si fuissent ex nobis. id est illius preor
dinationis. nobiscum participes essent mansissent uti
que nobiscum. id est a societate effectus eius preordinationis. quam
nobiscum contraxerant non recessissent. Si enim ad secundam
preordinationem utrumque refertur. non conuenienter
inferetur illud. mansissent. immo incepissent utique
esse nobiscum. Si uero ad primam falsa esset propositio si fu
issent ex nobis et cetera. Multi enim prime iusticie et scita
tis participes fuerunt. qui tamen in ea non perseuerauerunt.
Unde in euangelio dominus ait. non qui cepit. sed qui perse
uerauerit usque in finem saluus erit hanc societatem.
Si quis solo nomine et professione. Non autem ueri
tatem ad dampnandus discat constiam eidem auc

In domo · patris mei · mansiones multe sunt. Et in his iisdem · multis mansionibus / erit aliquo modo / una · retributio / diuersitas contemplationis / quia · tantum · uix nulla · pars · nostri · sonat / ut quisque · non · accepisse · in alio exultet / unde · et non · eque laborantes · in uno · eque · autem · denarium · sciunt / Et quidem · apud patrem · mansiones · multe / et in eundem · denarium / dispares laborantes acceperunt / quia · una · omnibus · erit beatitudo / cuius tamen quamuis non una · fit omnibus sublimitas · uite. hec · secundum omnes in moralibus.

tenaciter

toritatis testimonio co ... iunctum. debuit enim q. ... p'me non scalis p'ordinationis s. par tia pes ait. Nec nos moveat q. filiis suis quibusdam ds. non dat istam perseverantiam. absit enim ut ita sit. si de destinatis essent. 7 c. que in eadem auctoritate sup' continentur. Oues namque de quibus dns in euangelio ait. Et alias oues habeo. que non sunt ex hoc ovili 7 filii dei q'b' io. ait filios dei. qui erant dispersos congregaret in unum. ita presentia erant oves 7 filii. ut qualitate presentium. non specie tamen. s' ante dei oculos essent filii uite 7 portionis eterne. unde apls non ait. Videbamini esse. s' eratis inquit. 7 nos natura filii ire. Nec ait reputabamini ab hominibus. s' fuistis aliquando tenebre. nunc autem lux in domino. De se quoque scribens ad timotheum. Non ait uidebar. s' fui persecutor blasphemus. 7 contumeliosus. Illuc autem summa consecutus. Omnes quoque qui in xpo renascuntur. 7 quasi eius sanguine. a diabolo redimuntur. prius ex adam peccatores nascuntur. diabolice servituti obnoxii. Sicut ergo isti quamvis sint futuri filii dei. tamen prius sunt filii diaboli. sicut hii de quibus sermo habetur. quamvis recedendo a iustitia futuri sint filii perditionis eterne. tamen cum pie 7 fideliter uiuunt. uere sunt filii dei. 7 iusti. 7 eterna beatitudine digni. Vnde auctoritas illa non ait. Cum uiderent se pie 7 fideliter uiuere. S7 cum pie 7 fideliter uiuerent. ne ueraciter a bono in malum commutarent. qui nunquam ueraciter boni fuerunt. Dns quoque non ait per ezechielem. Si auerterit se iustus a iustitia sua quam uidebatur habere. s' sua. quam scilicet ueraciter habet. Quod autem in eadem auctoritate sequitur. non erat in numero filiorum. qui erant in professione filiorum. ita intelligendum est. filii dei. duobus modis appellantur. Dicuntur filii dei participatione hereditatis. eterne. sic iohs ait in euangelio. Quotquot crediderunt in eum. dedit eis potestatem filios dei fieri. Et apls in epla ad romanos. Expectatio creature revelationem ... filiorum dei expectat. 7 infra. Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis. in libertatem glorie filiorum dei. 7 infra. Ipsi intra nos gemimus. adoptionem filiorum dei expectantes. hinc 7 aug. ... eadem uerba apli exponens ait. Modo tamen creatura. cum non dum filiorum forma perfecta.

Hoc ergo modo illi sunt filii in se participes beatitudinis eterne. In presenti ... 7 dicuntur filii tribus modis. ut predestinatione tamen. sicut hii de quibus iohs ait. ut filios dei qui erant dispersi 7 c. ut predestinatione 7 spe eterne beatitudinis. sicut illi. quibus dns ait. Filioli adhuc modicum uobiscum sum. ut merito fidei. 7 presentis iustitie. non autem predestinatione claritatis eterne sicut ... hii. de quibus dns ait. Si dereliquerint filii eius legem meam. 7 in iudiciis meis non ambulauerint. 7 c. hii ergo ... de quibus in presenti agitur sunt filii merito fidei. 7 presentis iustitie. non autem

predestinationis eterne. Quidam uero peccata dimissa redire fatentur per iustitiam. 7 non secundum presicentiam. ea dimitti necesse est. ut confiteantur sicut saluatoris peccata secundum iustitiam ad eternam dampnationem inputantur. non secundum presicentiam. quia rursus a bono in malum deficientibus. singularia replicabuntur ad supplicium. 7 rursusque in fine in bono perseuerantibus. nulla inputabuntur ad penam.

Qui autem dicunt post peccata dimissa non redeant. auctoritate gregorii. 7 prosperi. sententiam suam affirmare conantur. Ait enim greg. in moralibus. l. xxx. v. Quid est quod dicitur. quia reddis iniquitatem filiis ac nepotibus. peccatum scilicet originale. a patribus trahimus. 7 nisi per gratiam baptismi soluamur. 7 parentum culpas portamus. quia unum cum illis sumus. Reddet iniquitatem patrum in filios. dum pro culpa parentis ex originali peccato anima prolis polluitur. Et rursus. Non reddit iniquitatem patrum in filios. quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur. non iam parentum culpas. s' quas ipsi committimus habemus. Item in responsionibus prosperi. Qui recedit a xpo 7 alienatus a gratia. finit hanc uitam. quid nisi in perditionem uadit. S7 non in id quod remissum est recidit. nec in originali peccato dampnabitur. qui tamen morte afficitur. que ei propter dimissa debebatur. Et in huius auctoritatis principio contrahere uidetur. neque enim aliud est peccata dimissa redire. uel in originali peccato dampnari. quam penam peccato debitam post eius remissionem excipere. Auctoritates s' ue contrarias assertiones huius sententie ita determinant. peccata dimissa dicuntur redire. quia quisquis post acceptam penitentiam. ad uomitum redierit. tanto grauius punietur. quanto magis beneficiate dei abusus. singulorum remissionis accepte ingratus extitit. Verum illa sententia fauorabilior uidetur. que amplioribus roboratur auctoritatibus. 7 euidentiori ratione firmatur. Vnde enim dns ait per ezechielem. Si auerterit se iustus a iustitia sua. 7 fecerit iniquitatem. secundum omnes abominationes. quas operari solet impius. numquid uiuet. Omnes iustitie eius quas fecerat non recordabuntur. In peccato suo morietur. 7 moniterunt in memoria. iustitie eius quas fecit. Item greg. in eodem loco explanatione. hoc nobis maxime considerandum est. quia cum mala committimus. sine causa bona nostra transacta reuocamus. quoniam in perpetratione malorum. nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum. Idem de pertuso quippe sacculo. Aliunde exit. quod aliunde mittitur. quia indiscrete mentes mercedem que ex bono adquiritur non aspiciunt. quomodo quod ex malo opere perdatur. Item petrus in epla. ii. Si refugientes coinquinationes mundi. in cognitione dni nostri. 7 saluatoris ihu xpi. his inplicati rursus superantur. facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam ueritatis. quam post cognitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Paulus quoque scribens ad hebreos ait. Intermittentes sermonem inchoationis xpi. feramur ad eius perfectionem. non rur

susp. iacientes fundamentum penitentie ab operibus mortuis. Dicens opera mortua. priora bona significat. que per sequentia peccata fuerant mortua. quia ipsi peccando priora bona irrita fecere. hec sicut peccando fuerunt irrita. ita per penitentiam reuiuiscunt. et ad merita eterne beatitudinis signacula prodesse incipiunt. et illa que peccatis inueniunt admixta. Unde aug. Plurimum est credere etc. et ier. Non enim iniustus deus etc. Apostolus enim scribens ad hebreos. cum fidem et dilectionem et bona opera eorum breuiter commemorasset. horum omnium mercedem. quam peccando amiserant. post penitentiam. a deo recepturos esse ostendit. Porro qui per prophetam dixit. Si auerterit se iustus a iustitia sua etc. Ipse penitentem per prophetam premisit dicens. Si impius egerit penitentiam. de omnibus peccatis suis que operatus est. et custodierit uniuersa precepta mea. et fecerit iudicium et iustitiam. uita uiuet et non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est. non recordabor. in iustitia sua quam operatus est uiuet. Filiis quoque israel passuris captiuitatem. ueteris idolatrie peccata posse reduci in propatulum. et peccatum quod moise supplicante patribus fuerat dimissum. hoc in filiis reuixisse ostendit dicens. Ve eis qui recesserunt a me. quoniam uastabuntur. quia preuaricati sunt in me. ego autem redemi eos. et ipsi locuti sunt contra me mendacia. et non clamauerunt ad me in corde suo. sed ululabant in cubilibus suis. super triticum et uinum ruminabant. et recesserunt a me. et ego erudiui eos. et confortaui brachia eorum. et in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt ut essent absque iugo. facti sunt quasi arcus dolosus. cadent in gladio principes eorum a furore lingue sue. Antiqua peccata parentum fuisse in propatulum premonuit. Et propterea principes eorum in gladio casuros predicat. Sed et per eundem prophetam dominus contra se facta ostendit dicens. Ne forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circumdederunt eos adinuentiones sue coram facie mea

Cap. facte sunt. Item ier. Cum itaque puniuntur. ne cogitent quod pro ueteribus peccatis patrum puniantur. quia immo pro sceleribus suis. pro malitiis suis quas inuenerunt. circumdati sunt pena. et mala eorum sicut putant non possunt me latere. sed potius ipse adinuentiones ante sunt coram facie mea. que omnia

Cap. clare uidet. Idem. Homines non possunt propter uetera peccata contra deum causari. cum antiquis temporibus nouam addant impietatem. et suis lugentur peccatis. et cum deum se celare putant. oculos eius uitare non possunt. Qui a multis omnino supra fa-

Cap. cientes mala. Item gelasius. Diuina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur. Sed his auctoritatibus docetur fuisse ab originali peccato expiati non fuisset eos puniendi. quia patres peccauerunt. sed quia peccata patrum in eos redire. quia eorum culpam secuti sunt. Sic et bona que per peccato. que per peccato moriuntur. non proficiunt ad premium. quia facta sunt. sed quia per penitentiam reuiuiscunt. tale est et illud augustini in psalmorum. Si iudas teneret ad opus omnem etc. Sic et illud gregorii in moralibus intelligitur. quid est quod dicitur. reddis iniquitates patrum etc. Iniustis namque parentum iniquitas redditur. quia propterea puniuntur. quia in radice caritatis traxerunt amaritudinem peccati. Iustis autem non redditur iniquitas. quia merito sue iniquitatis. non reuiuiscunt peccata parentis. Sicut ergo bona que peccato moriuntur. per penitentiam reuiuiscunt ad premium. sic et mala que per penitentiam reuiuiscunt ad supplicium. sic et mala que per penitentiam non delentur. reuiuiscunt ad supplicium. Unde propheta ex persona

Cap. penitentis deplorat dicens. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee. i. plage per baptismum sanate. hinc et idem propheta quamuis fide et sacramento circumcisionis. ab originali peccato se mundatum cognosceret. tamen adulterio et homicidio. quod commiserat illud reuixisse intelligens. non sine causa inter cetera ipsum confitetur et dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. In penitentia autem que peccatorem considerare oporteat. aug. int. de penitentia docet dicens. Consideret qualitatem criminis. in loco. in tempore. in perseuerantia. in uarietate persone. et qualiter hoc fecerit. temptatione. et in ipsius multiplici executione. Oportet enim penitentem fornicantem secundum excellentiam. secundum excellentiam sui status. aut officii. aut secundum modum meretricis. et in modo operis sui. et qualiter turpitudinem suam peregit. si in loco consecrato. aut cui debuit excellentiam fidei ut sunt domus dominorum. et aliorum multorum. si in tempore orationi constituto. ut festiuitates sanctorum. et tempora ieiunii consideret. quantum perseuerauerit. et defleat quod perseueranter peccauit. et quanta uictus fuerit inpugnatione. Sunt qui solum non uincuntur. sed ultro se peccato offerunt. nec expectant temptationem. sed preueniunt uoluptatem. Et pertractet secum. quam multiplici actione uitii delectabiliter peccauit. Omnis ista uarietas confitenda est et deflenda. ut cum cognouerit quod peccatum multum est. cito inueniat deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati. inueniat se cuius etatis fuerit. cuius sapientie et ordinis. et statum omnem illum teneat non peccantis. In moretur in singulis istis et sentiat modum criminis. purgans lacrimis omnem qualitatem uitii defleat. uirtutem qua interim caruit.

Cap. Dolendum est et dolore purgandum est. non solum quia peccauit. sed quia se uirtute priuauit. Nam licet se spe consecuturum ueniam. dolere tamen potest quod antequam me

P

nuit. Unde remunerantem confidat. anxietur et doleat. quod mortem effugiens de preteritis penam misericordiam non [illegible] inde expectat gloriam. cui omne tempus quod in brevissimum est. debuit certavisse. ad consequendum premium defleat. et qui in offendens in uno factus est omnium reus. Ingratus enim exstitit. qui plenus virtutibus deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior. quo est deo acceptior. Ideo enim adam amplius peccavit. quia omni bono habundavit. et alio modo offendens in uno reus est omnium. quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio. Nam si quis cadit in avaritiam largitatem destruit et caritatem minoravit. Amore enim pecunie. ut violaret castitatem. ut saltem nimi non haberet. Si enim tantum propter deum. adhuc castitas inest. ut nolit eandem perdere. tamen saltem minori gaudio. minori affectione tuetur eam. Quia videt procedendo dampnum pecunie. sicque in aliis. que si non excellant. tamen perceptione unius vitii. ut satis. ut parum minuant. ut institutione deteriorant. Unde omnis virtus cum cuique criminis deflenda. et de omnibus indulgentia est petenda. animadvertens et oportet animadvertendo deflere. animam proximi. quam qui fornicatione decepit. ut ereptam in malo confirmavit. et qui exemplum exstitit mali in operatione suis criminis. cum magis perfecisset. si alius causa fuisset conversionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam. ut incorruptam conservatam. et commodum proximi. qui exemplo dedisset boni. de tristitia doleat. quam bonis peccando intulit. et de letitia. quam et eis non habibuit. et non solum cogitet et quid et qualiter fecerit sed quam in iuste deum. ut deum peccando offendit timeat illam veritatis sententiam. non potestis duobus dominis servire. Timeat ergo ne omnia bona que fecerit dum in uno peccato perseveraverit. excommunicatione mali perdiderit. ut qui servivit diabolo per quem certe deo quam optulit amiserit virtute premium tamen credat. ut recepta gratia dei. que in eo destruit omnia mala preterita et remuneret bona. ut cum destruxerit quod suum. non invenit tamen. et diligat bonum quod et in peccante plantavit. In omnibus dolens aut secum relinquat. aut saltim illa que sine ammixtione mali non sunt administrata. ut mercatura et militia. et alia que utentibus sunt nociva. ut administrationes secularium potestatum. nisi his utatur ex obedientie licentia. ponat se omnino in potestate iudicis. in iudicio sacerdotis. nichil sibi reservans sui. ut omnia eo iubente. paratus sit facere pro recipienda vita anime. que cuique faceret pro vitanda corporis morte. et hoc cum desiderio. quia vitam recuperat infinitam ut deus. Cum gaudio enim facere deberet immortalis futurus. que faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur deum certus de venia. quibus modis et sine tedio dubi

rogaret potestatem terrenam abstineat. a multis vitiis. qui in libitate arbitrii commisit illicita. Se proferat deo mente. et cordis contritione. deinde que post de possessione. tunc quod offerat securus offerat. Prius respexit enim dominus ad abel. et ad munera eius. Sed prius dicitur ad abel. quam ad munera. Sumens enim mente. quam cognovit humilem. et puram remuneravit eius largitatis munera. Ad cain vero non respexit. neque ad eius munera. Mentem enim quam invideat. quam [illegible] recepit eius munera. In iudicio itaque cordis conferenda est helimosina tribuentis. Nec tam considerandum est quantum. sed quanta mente. qua affectione datur. quod potest. Vidua enim duobus que habuerat minutis. largius plus omnibus posuit. Qui ergo sua peccata redimere vult. et palliu oblatione caveat prius offerat mentem. Cautus sit penitens ne verecundia ductus. dividat apud se confessionem. ut diversa diversis velit sacerdotibus manifestare. Quedam enim uni celant. et quedam alii manifestanda conservant. quod est se laudare. et ad ypocrisim tendere. et semper venia carere. ad quam per frustra putat pervenire. Paveat preterea que vera delectat penitentia. ut non preter ad domum corporis agredatur. quam conforter illum bona conscientia. Sed in hac separatione tremendum iudicium cogitet. ubi malus et terribilius. impenitentes separabit in ignem. Doleat quod non audeat cum aliis sumere. quem multum desiderat. a bonis salutare. Isti sunt digni fructus penitentie. animam captivam elaqueantes. et in libitate servantes. Cohibeat se preterea. a ludis. et a spectaculis seculi. qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam si dinam se cohibuisset. sive suos remansisset. ab extraneo raptore corrupta non esset. Tanto itaque magis caveat. et cohibeat se anima. quam sepe ut semel rapta est. et corrupta. Timeat iam docta experimento. quod ignoravit virgo. Eligat quem imitetur. non sequatur quem animus suus dampnat. Se enim iudicat quia penitentie fructus. non habitemas non elongat. laudat enim et amat. quos dignos fructificare non ignorat. Quaerat fructus dignos et si non dignos penitentie. Sunt enim digni fructus virtutum. qui non sufficiunt penitentibus. penitentia enim graviores exposculat. ut sic placeat ecclesia. ut peccata dolore et gemitibus mortuum impetret vitam. Item leo papa. Penitentes negotiationis lucra abdicant.

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit. quia et est honestus questus. et turpis. Verumtamen penitenti utilius est dispendia pati. quam periculis negotiationis adstringi. quia difficile est inter ementis et vendentis commercium. non intervenire peccatum. Idem. Post penitentiam ad militiam secularem redire non licet.

Contrarium omnino est ecclesiasticis regulis. post penitentie actionem redire ad militiam se

...cularem. Cum apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis. Unde non sunt ubi a laqueis diaboli, qui se militie mundane voluerint implicare. Item ex Niceno concilio. Decennio peniteant qui post penitentiam ad secularem militiam (redeunt).

Si qui vero per gratiam vocati, primo quidem ostenderint fidem suam deposito militie cingulo, post hec autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut pecunias darent, et ambirent rursus ad militiam, isti x annis sint inter penitentes post primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud precipue servetur, ut animus eorum et fructus penitentie attendatur. Quicumque enim cum omni timore et lacrimis perseverantibus et operibus bonis conversationem suam non solum verbis, sed opere et veritate demonstrant, cum tempus statutum ab his fuerit impletum, et orationibus iam ceperint communicare, licebit episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum, et sufficere sibi quia introire ecclesiam non meruerint arbitrantur, isti omnino statuta tempora complebunt. Item ex concilio Aurelianensi. Actione suspendantur qui post penitentiam ad secularia redeunt.

De his qui suscepta penitentia religionem sue professionis obliti ad secularia relabuntur, placuit eos et a communione suspendi, et ab omnium catholicorum convivio separari. Quod si post interdictum cum eis quisquam presumpserit manducare, et ipse communione privetur. Item Gregorius. Que sit falsa penitentia.

Falsas penitentias dicimus, que non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam pervenire valeat, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, et odium ex corde dimittat, bona que iniuste abstulit restituat, arma deponat, ulteriusque non deferat, nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iustitia. Nec tamen desperet; interim quicquid boni fecerit, hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad penitentiam. Item Gregorius in omelia xxiiii. Post conversionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest.

Negotium quippe ante conversionem sine peccato exercuit, hoc et post conversionem repetendo culpa non fuit. Sunt enim plura negotia, que sine peccato exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicant, ad hec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Item Innocentius secundus. De eodem.

Fratres nostros episcopos et presbyteros monemus, ne falsis penitentiis laicorum animas decipi et in infernum trahi patiantur. Falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo penitentia agitur, aut cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est: Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, scilicet quantum ad vitam eternam. Sicut enim si peccatis omnibus esset involutus, ita si in uno tantum maneat, eterne vite ianuam non intrabit. Falsa etiam penitentia est, cum penitens ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nullatenus prevalet, aut si odium in corde gesserit, aut si offenso cuilibet non satisfaciat, aut si offendenti offensus non indulgeat, aut si arma quis contra iustitiam gerat.

D. VI

Qualiter autem fieri debeat confessio, vel qualem illum oporteat esse, qui aliorum crimina iudicat, ex eodem libro de penitentia docetur. Dicit enim: Qui vult confiteri peccata, ut inveniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et solvere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Et infra: Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sepe enim contingit, quod penitens non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec locus nec tempus offerret. Et si ille, cui confitebitur, potestatem solvendi non habeat, fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant ostendere se sacerdotibus, antequam ad eos pervenirent. Unde patet Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes venire. Sepe quidem eos querunt, et sani et letandum querunt, antequam perveniant moriuntur. Sed misericordia Dei est ubique, qui et iustis novit parcere, et si non tam cito, ut solverentur a sacerdote. Qui ergo confitetur, omnino confiteatur, et sacerdoti meliori quam potest confiteatur. Si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Et infra: Laboret itaque penitens in ecclesia esse, et ad ecclesie unitatem tendere. Nisi enim unitas ecclesie succurrat, nisi quod deest peccatori sua operatione compleat, de manibus inimici eripi(etur) anima mortui. Credendum est enim, et pietas fidei expostulat credere, quod omnes elemosine totius ecclesie et orationes et opera iustitie et misericordie succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideoque nemo digne penitere potest, quem non sustineat unitas ecclesie. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesie divisos. Iudas enim, qui penitens ivit ad phariseos, relinquens apostolos, nichil invenit auxilii, sed augmentum desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos? Tu videris. Si peccasti, tibi sit. Non nobis sic cumulum non peccata tua [illegible] suscipimus.

non conportanda permittimus, nec qualiter deponas honus docemus. Quid enim nos. et misericordie qui nec opera sequimur iustitie. esset ad fratres esset ad illos, quo orauerat pro socru petri febricitante, que chananeam in prauam miserie obtulerat. Cum interrogasset petrum pro se effundentem lacrimas, fugisset mariam et martham, que uitam lacrimis petrauerant, non turbam plorantem, que unicum filium adquisierat uidue. Et infra. ad diuisos et diuisus per se. Et infra. Sacerdos itaque cui omnis offertur peccata, antequam statuerit omnis languor; in nullo conpescit iudicandus, que in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condempnat se ipsum. Cognoscat igitur se, et purget in se quod uidet sibi inferre. Caueat ut a se proiciat quicquid in alio dampnosum reperit. Animaduertat quod dictum est: qui sine peccato est, prius in illam lapidem mittat. Soluit enim peccatricem, quia non erat qui iuste proiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato. morali in quo intelligitur omnes fuisse reos. Nam uenialia peccata semper remittebantur per cerimonias. Si quod ergo peccatum in eis erat, criminale erat. Deteriores itaque sunt hoc sacerdotes, sed post non hedificant esse illis quidam obseruabant in suis insidiis. In hoc itaque patentissimum est crimen sacerdotum, et ultra modum detestabile, quod non posse iudicant, et alios alligant. Debent enim timere crimen quod timuerunt et detestabile esse censuerunt hii qui adeo erant ceci, quod summam sapientiam sperabant capere suis insidiis, quod illis patuit, quod tamen quisque uitauit. Uiuit sacerdos qui in hoc peior illis iudeis existit. Caueat spiritualis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitie, ita non careat munere scientie. Oportet ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, ut quod debet iudicare discernat. Diligens igitur inquisitor, subtilis inuestigator, sapienter et quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignoret, uel uerecundia uelit occultare. Cognito itaque crimine, uarietates eius non dubitet inuestigare, et locum et tempus et cetera que supra diximus in exponenda eorum qualitate. Quibus cognitis, assit beniuolus paratus erigere, et secum honus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate. Adiuuet confitentem orando, elemosinas faciendo, et cetera bona pro eo faciendo. Semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, et cum opus fuerit, etiam increpando. Doleat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps uult fieri gaudii. Doceat perseuerantiam. Caueat ne corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariam. Etsi penitentia eius possit adquirere gratiam, non tamen mox restituetur in potestatem primam. Etsi enim petrus post lapsum restitutus fuit, et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen necesse est ut omnibus concedatur quasi ex hac auctoritate. Inuenitur auctoritas que concedit, et que in parte inuenitur alia que minime concedit. Fluctuat que sibi inuicem repugnant. Sic concordantur, si tempus et locus et modus penitentie parem adhibeant. Cum enim in tot sunt qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, et quasi usum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si uero locus sit ut istam ... rat, restitui possunt. Qui peccauit itaque penam exercuisse, non cogitur suo sacerdoti se prodere, nec mox restituere ad statum in quo fuerit a romano pontifice.

Caueat sacerdos ne peccata penitentium aliis manifestat, quod si fecerit deponatur. Unde Gregorius.

Deponatur sacerdos qui peccata penitentis publicare presumit.

Sacerdos ante omnia caueat ne de his qui ei confitentur peccata sua alicui recitet, quod ei confessus est, non propinquis, non extraneis, neque quod absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, et omnibus diebus uite sue ignominiosus peregrinando pergat.

Quod autem dicitur ut penitens eligat sacerdotem scientem ligare et soluere, uidetur esse contrarium ei quod in canonibus inuenitur, ut nemo uidelicet alterius parrochianum iudicare presumat. Sed aliud est fauore uel odio proprium sacerdotem contempnere, quod sacris canonibus prohibetur; aliud cecitatem, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne si cecus cecum ducat, ambo in foueam cadant. Unde Urbanus II. Cuilibet sacerdoti commissum, nisi per eius ignorantiam, alter sacerdos ad penitentiam non suscipiat.

Placuit deinceps, ut nullus sacerdotum deinceps quemlibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius cui penitens prius confessus est. Qui uero contra hec statuta facere temptauerit, gradus sui periculo subiacebit.

Tempus uero penitentie usque in ultimum articulum uite. Unde Leo papa. De eodem.

Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnumquam quod diffidentia etatis differtur consilio maturiori perficitur.

Quamquam de differentibus penitentiam Augustinus sic ait. Si quis posita in ultima necessitate sue egritudinis uoluerit accipere penitentiam, et accipit, et mox reconciliatur, et hinc uadit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed non presumimus quia bene hinc exeat. Si securus hinc exeat, ego nescio. Penitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico dampnabitur? Sed nec dico liberabitur. Uis ergo a dubio liberari? Uis quod incertum est euadere? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia penitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si autem uis agere penitentiam, quando iam peccare

care non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Idem. Qui egerit ueraciter penitentiam, et solutus fuerit a ligamento quo erat astrictus, et a Christi corpore separatus, et bene post penitentiam uixerit, sicut ante penitentiam uiuere debuit, post reconciliationem quandocumque defunctus fuerit, ad Deum uadit, ad requiem uadit, regno Dei non priuabitur, a populo diaboli separabitur. Idem. Si autem etc. Ita. Baptizatus et ad horam securus hinc exit fidelis bene uiuens, securus hinc exit. Agens penitentiam et reconciliatus cum sanus est, et postea bene uiuens, securus hinc exit. Agens penitentiam ad ultimum et reconciliatus est, si securus hinc exit, ego non sum securus. Unde securus sum, dico, et do securitatem. Unde securus non sum, penitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Et post pauca. Sed unde, sic inquid, ne forte Deus dimittat tibi. Uerum dicis, illud scio, hoc nescio. Ideo enim do tibi penitentiam, quia scio; nam si scirem nichil tibi prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi non prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Due sunt res: aut ignoscit tibi, aut non ignoscit. Quid horum tibi futurum sit nescio. Ergo tene certum, et dimitte incertum. Hoc autem quod Augustinus dixit, Cipriani constituit dicens: Idcirco, fratres karissimi, penitentiam non agentes, nec in dolore delictorum suorum toto corde manifesta lamentationis sue professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communionis et pacis, si in infirmitate atque in periculo ceperint deprecari, quia rogare illos non delicti penitentia, sed mortis urgentis ammonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. Item Augustinus in libro de penitentia. Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitrii enim querat libertatem, ut delere possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque a peccatis relinquitur quam ipse relinquat ea, non libere, sed quasi necessitate condempnat. Licet enim latro ueniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi et perseuerandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tunc primum in cruce Christum confessus est. Penitentia enim, si in extremo habitu uite aduenerit, sanat et liberat in ablutione baptismi. Itaque nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur, sed a piis bonis ditati sancte matris ecclesie recepti sunt, multiplex bonum in eterna beatitudine. Illi autem qui cum potuerunt, numquam conuerti uoluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non sic facile adquirunt quod uolunt. Oportet enim ut penitentia fructificet, ut uitam mortuo impetret. Sed quoniam ueritas est sine caritate neminem saluum esse, non itaque in solo timore uiuit homo. Quicumque ergo sero penitet, oportet non solum Deum timere iudicem, sed iustum diligere, non tantum penam timeat, sed anxie pro gloria. Debet enim dolere idem de crimine, et de omni eius predicta uarietate. Sed quamuis licet de eius salute Augustinus potuit dubitare: Credo quidem illi qui dixit: Quacumque hora peccator ingemuerit, et conuersus fuerit, uita uiuet et non morietur. Dixit conuersum, non tamen conuersum ui-

uere. Uersum quidem uiuere puto, qui dolet de crimine commissum, qui dolet de omni eius qua exposuimus uarietate. Uertitur a peccato qui iam uult dimittere peccatum. Conuertitur, id est totus omnino uertitur, qui iam penas tamen non timet, sed ad bonum Deum festinat tendere. Que conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam uix uel raro est tam iusta conuersio, timendum est de penitente sero. Quem enim morbus urget et pena terret, ad ueram uix ueniet satisfactionem, maxime cum filii quos illicite dilexerit sint presentes, uxor et mundus ad se uocet. Multos solet serotina penitentia solet decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare ualet quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructuosa penitentia, inspirare eam potest quandocumque uult sua misericordia, et remunerare ex misericordia quos dampnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt que impediunt et languentem retardant, periculosissimum est et interitui uicinum ad mortem protrahere penitentie remedium. Sed magnum est cui Deus tunc inspirat. Si quis est ueram penitentiam qui expectat Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus uita uiuet et non morietur, non promittimus quod euadat omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Sed hic autem ignis, et si sit eternus, non sit tamen miro modo est grauis. Excellit enim omnem penam quam umquam aliquis passus est in hac uita. Numquam in carne tanta est inuenta pena, licet mirabilia martires passi sint tormenta, et multa nequiter quanta sepe sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat penam tollerare. Quedam enim peccata sunt que mortalia sunt, in penitentia sunt uitalia, non tamen statim sanata. Sepe enim est quod moreretur nisi medicaret; non statim sanat; languet uicturus, qui prius erat moriturus. Qui autem impenitens moritur omnino moritur, et eternaliter cruciatur. Qui autem impenitens finit, si semper uiueret, semper peccaret. Ad Dei est misericentiam quod operatur finem peccanti. Ob hoc etiam sine fine torquetur, quia numquam uirtute ditatur, semper plenus iniquitate, semper sine caritate torquetur sine fine. Quod autem orationis tempore coniugali operi aliquis uacare non liceat, beatus Ieronimus ita scribit dicens:

Tempore quo uxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere oportet.

Scitis, fratres karissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddit, uacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet. Item. Si panes propositionis ab his qui uxores suas tetigerint comedi non poterant, quanto magis panis ille qui de celo descendit non potest ab his qui coniugalibus paulo ante hesere complexibus uiolari atque contingi. Non quod nuptias condempnemus, sed quod eo tempore quo carnes agni man-

XXXIII

ducati sumus, uacare a carnalibus operibus debemus. Item Aug. A coniugali concubitu sanctis sollempnitatibus est abstinendum.

Quotienscumque natalis domini aut relique festiuitates aduenerint, non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinere debemus. Item Ambrosius in sermone de aduentu domini. Diebus ieiuniorum etiam a propriis uxoribus abstinere oportet.

Fratres, non solum ab omni inmunditia abstinere debetis, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime contineatis. Nullus solido uxori sue iungatur. Ideo super primam epistolam ad Corinthios. Uxoris usus certis diebus cessare iubetur.

Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum temporis concessum uidetur ad ipsum usum, quia et dies festi, et dies processionis, et ipsa ratio conceptus et partus iuxta legem cessare usum carnis his debere demonstrat temporibus. Item Aug. in libro questionum ueteris et noui testamenti. De eodem.

Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando non licet. Propter processionis enim dies et ieiuniorum aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Unde apostolus ex consensu ait abstinendum ad tempus, ut uacetis orationi. Salomon et secundum legem in ieiunio cedere et iurgari non licet, post uero licet. Item Iohannes Crisostomus. Non uere penitet qui a coniuge continentiam non seruat.

Qui in castigatione uictus se dicit agere penitentiam, frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur de cubili suo, et ieiunio continentiam addat. Item Gregorius. Ab ingressu ecclesie reparare se debet qui cum propria uxore dormierit.

Uir autem cum propria uxore dormiens nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. Quamuis diuerse nationes hominum de hac re diuerse sentiant, atque alia custodire uideantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post ammixtionem proprie coniugis et lauacri purificationem querere, et ab ecclesie ingressu paululum temperare. Nec hec dicentes culpandum putamus esse coniugium. Sed quia ipsa licita ammixtio coniugis sine uoluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum, quia uoluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest. Non enim de adulterio uel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus erat qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Oportet itaque legitimam carnis copulam, ut causa prolis sit, non uoluptatis, et carnis commixtio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio uitiorum. Si quis uero cum sua coniuge non cupidine uoluptatis raptus, sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto siue de ingressu ecclesie seu de sumendo dominici corporis sanguinisque misterio suo est iudicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum uero non amor procreande sobolis, sed uoluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de commixtione sua quod defleant.

[...]tinca autem uir qui post ammixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacre communionis misterium ualet accipere, cum ei secundum prefinitam sententiam ecclesiam licuit intrare. Hoc etiam in diebus abstinentie nuptie celebrari prohibentur. Unde in Laudicensi concilio. In diebus quadragesime nuptias celebrare non licet.

Non oportet in quadragesima aut nuptias uel quelibet natalitia celebrari. Item ex concilio Martini pape. De eodem.

Non liceat in quadragesima natales martirum celebrare, sed tantum in sabbato et dominica pro commemoratione eorum oblationes offerre; sed nec natalitia nec nuptias liceat in quadragesima celebrare. Item ex concilio Laudicensi. De eodem.

Non oportet a quadragesima usque in octauam pasce, et tribus ebdomadibus ante festiuitatem sancti Iohannis, et ab aduentu domini usque post epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur. Item Nicholaus ad consulta Bulgarorum. De eodem.

Nec uxorem ducere nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse ullo modo arbitror. Hec autem seruanda sunt, si uxor consensum adhibere uoluerit. Ceterum sine eius consensu, sine causa orationis continentia seruari debet. Item Aug. in libro de adulterinis coniugiis. Nisi ex consensu communi coniugatis penitentia non detur.

Apostolus nec ad tempus uacare orationi uoluit coniugem nec a carnali inuicem fraudari debito. Hinc etiam in II. concilio Arelatensi legitur: Nec consensu communi orationi coniuges uacare non possunt.

Penitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam esse precipimus. Quod autem sine consensu uxoris uir continentiam uouere non possit multis auctoritatibus probatur. Ait enim Aug. super psalmum centesimum quadragesimum sextum. Non potest uir continentiam seruare nisi uxoris teneat consensum.

Si dicat uir: continere iam uolo, nolo iam uxorem, non potest. Quod enim tu uis, illa non uult. Numquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Si alii nupserit te uiuo, adultera erit. Non uult tali lucro deus tale dampnum compensari. Redde debitum, et si non exigis, redde; pro sanctificatione perfecta deus tibi computabit, si non exigis quod tibi debetur, sed reddis quod debetur uxori. Item Alexander II. Landulpho in Corsica. Non debet exortem mulieris consensus ad continentiam deo uouendam.

Notificasti te mortem tenentem infirmitatum et peccatorum tuorum recordatione et terrore ualde pauefactum, tangere quesisse monachum fieri, et antea uxore minis et terroribus eam occidendi ad hoc licentiam extorsisse, et sic te monachicam uestem sine abbate suscepisse, et monasterium petisse. Postea uero cum sanus factus esses, tue uxoris reclamationibus et eiulationibus et planctibus atque familie dispersionibus, utpote penitens de uictus domum

[illegible gloss]

remeasse. et post multos dies quorundam sapientium consilio, adiandicte mulieris cubile redisse. Sumne autem sit tua uxore uti liceat, nostrum requiris consilium. Si ita denique est ut tuus nuntius narrat, non uidetur nobis ratione abuti neque iuste factum, quoniam cum omni homini ad monachicam uitam tendenti legaliter uiuere concessum sit, pag(a)n(o)rum uel contra leges minaciter et uiolenter a tua uxore, partim timore mortis, partim tue infirmitatis doloribus exigitur, dei uia secutus nulla autem diocesani licentia accepta recessisti et monasterium petisti. Non enim uiolentia, sed ex pari uoluntate et consensu sicut sancti patres dicunt, hoc fieri debet, neque monasterium uir eligere, aut professa continentia habitum cum festinatione debet mutare. Item ex concilio apud Compendium.

Vir potest annuere uota continentie, quem sine eius

Mulier si sine licentia consensu deo uoto obtulerit, maritus sui uelum in capite miserit, si uiro placuerit recipiet eam iterum ad coniugium. Item Augustinus ad Ecditiam.

Non potest uir continentie uota resoluere, que eius assensu mulier deo promisit.

Quod deo pari consensu uoueratis, perseueranter usque in finem reddere debuistis. A quo proposito si ille lapsus est, tu saltem instantissime perseuerares. Ad quod te non exortaretur, nisi quia tibi ad hoc ipse consensit. Nam si numquam tenuisset eius assensum, nullus te numerus defendisset annorum. Et post pauca: Nolo quia pariter temperabatis a commixtione carnali, solam tuus maritus esse desiderat. Immo uero tanto sanctius inter uos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Nichil ergo de tua ueste, nichil de auro, nichil de argento, uel quacumque pecunia aut rebus ullis terrenis suis sine eius arbitrio facere debuisti. Et infra. Et quid ante pro modulo persone habitus matronalis a uiduali ueste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis causa ut obseruantia conuenire. Hunc te maritus si deponere noluerit, ne te uelut uiduam illo uiuente iactares, puta quia in hac re non fuerit te usque ad dissensionis scandalum producendus, magis in inobedientie malo, quam illius abstinentie bono. Quid est enim absurdius, quam mulierem de humili ueste superbire, cum te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam nigellis uestibus repugnare? Quia et si te indumentum monache delectabat, et hoc gratius posset marito obseruato exoratoque sumi, quam illo inconsulto contemptoque presumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit ut hinc displiceres deo, quod coniuge tuo nondum defuncto non induceris sicut Anna, sed sicut Susanna. Item.

Continentie meritum perdit, qui incontinentia uxoris debitum sibi reddere cogit.

Sed cum uerba apostolica et si uir continere uoluisset, et tu noluisses, debitum tibi cogeretur reddere, et illi deus imputaret continentiam, si non suo, sed tuo cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis enim compatiens infirmitati uxoris reddit, non exigit debitum, aut si propter suam infirmitatem ducit uxorem, plangit potius quia sine uxore esse non potuit, quam gaudens quia duxit. Quisque uendidit quod nouit quia si sua maneret, uotum non faceret. Quisquis emit quod nouit, qui tamen si eius de his non presumit, et fecit excommunicatum cum non penitentibus sedatum se expectat diem nouissimum. Item ad Armentarium et Paulinum.

Vota continentie sine uxoris consensu reddi non possunt

Vna sola causa esse potest, que te ad id quod uouisti non solum non hortaretur, uerum etiam prohiberet implere, si forte tua coniux hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam et uouenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu et uoluntate communi, et si preproperc factum fuerit, magis corrigenda est temeritas quam persoluenda promissio. Neque enim deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienum. Item Ieronimus.

Absque ceteris operibus nec sola uirginitas saluat, nec cetera absque uirginitate perficiunt.

Tunc saluatur mulier, si illos genuerit filios, qui uirgines permansuri sunt, si quod ipsa perdidit, adquirat in liberis, et dampnum radicis et carie flore compenset in pomis. Idem: Hoc solum nunc dico, quod absque ceteris operibus uirginitas sola non saluat, sicut omnia opera absque uirginitate, puritate, continentia, castitate, inperfecta sunt. Idem. Quis sit uenatur et bibat. Qui potest capere capiat. Non dicit: uelitis nolitis bibendum uobis est atque currendum, sed qui uoluerit, qui potuerit currere atque portare, ille uincit, ille saciatur. Et ideo plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerit imperatum. Maioris quippe gratie est offerre quod non debeas, quam reddere quod exigeris. Apostoli enim uxoris honere contemplato, si ita uis est, inquiunt, causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Quorum dominus sententiam probans, recte ait: quidem sentitis, quod non expediat homini ad celorum regna tendenti accipere uxorem, sed difficilis res est, et non omnes capiunt uerbum istud, uerum his quibus datum est. Alios homines eunuchos natura facit, alios uis hominum. Michi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed uoluntas. Libenter eos in meo recipio sinu, qui se castrauerunt propter regnum celorum, et ob meum cultum noluerunt esse quod nati sunt. Simulque hec sententia tractanda est, qui se ipsi castrauerunt propter regnum celorum. Sic stratum merce de eminet regna celorum, quia uirgo seno castrauerit loca non possunt accipere castratorum.

Finis uero huius auctoritatis et ue precedentes de uirginitate affectu intelliguntur, quando in uoluntate solum, sed in necessitate est piuus de effectu intelliguntur, quando in necessitate est uotum [illegible]

[illegible gloss]

Hic probatur quod plus meruit castratus, sine uoto quam uoto. quod aliis [illegible]

voluntate est, nec exigit, nisi remittat. Item ex concilio Teremensi. Non licet illi ducere uxorem, qui suam velare permiserit.

Quicumque uxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed simul conversetur.

Item Augustinus in questionibus numeri. Vota abstinentie, que mulier permittente viro promisit, illo prohibente servare non cogitur.

Manifestum est ita voluisse legem feminam sub viro esse, ut nulla eius vota, que abstinentie causa voverit, reddantur ab ea, nisi auctor vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eius venire pertinere voluerit lex, si ipse permiserit, et postea prohibuerit, et hoc tamen non dixit, ut faciat mulier quod voverat, quia permissa iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quod renuit, quod prius concesserat. Non tamen mulieri ex voto iussit reddere, dedit in prius cum ei concesserit. Postea si prohibuerit contempnat.

Ex premissis apparet, quod continentie vota nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris vovere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerint, et si postmodum in irritum deducere velit qui permiserit, non tamen valet, quia a debito coniugii eque mulier ... quilibet eorum alterum a suo iure absolverit, ad pristinam servitutem ipsum revocare non potest. Quamvis autem vir caput est mulieris, et mulier corpus viri, ita vota abstinentie viro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente repromissa non valeat implere. Hoc ut diximus propter conditionem servitutis, qua viro in omnibus debet subesse. Unde Augustinus in libro questionum Genesis. Mulieres viris suis debent subesse.

Est ordo naturalis in hominibus, ut serviant femine viris, et filii parentibus, quia in illis hec iusticia est, ut maior serviat minori. Item de questionibus veteris et novi testamenti. De eodem.

Hec imago dei est in homine facta, ut unus sit factus, ex quo ceteri oriantur, habens imperium dei, quasi vicarius eius, quia unius dei habet imaginem, ideoque mulier non est facta ad imaginem dei. Sic etenim dicit: Et fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem dei fecit illum. Hinc et apostolus ait: Vir quidem non debet velare caput, quia imago et gloria dei est. Mulier ideo velat, quia non est gloria aut imago dei. Item de eodem. Satis hinc apparet, quemadmodum feminas subditas et pene famulas esse lex voluerit uxores, dum constituit, dum diceret adversus uxorem viri testimonium, unde lapidaretur illa, si hoc verum esse demonstraretur. Ipse tamen non lapidatur, si hoc falsum esse constiterit, sed tantummodo castigatur, et dampnificatur, et quod perpetuo iubet adherere, qua carere voluerit. In aliis autem causis eum qui testimonio falso aliquem nocuerit, quod si probaretur iussit occidi, eadem plecti iubet pena, qua fuerat si verum esset ipse plectendus. Item Ier.

super epistolam ad Titum. De eodem.

Cum caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quecumque uxor non subicitur viro, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius et vir, si non subiciatur capiti suo. Verbum autem domini blasphematur, vel cum contempnitur prima dei sententia, et pro nichilo ducitur, vel cum Christi infamatur evangelium, dum contra legem fidemque nature ea que christiana est, et ex lege dei subiecta, imperare desiderat, cum etiam gentiles femine viris suis serviant communi lege nature. Item Augustinus in questionibus numeri. Arbitrium viri mulierem sequi oportet.

Noluit itaque lex a muliere quicquam vovendum deo adversus animam suam, ut non in aliquarum servitutem ... atque concessarum abstinentiarum ... Ita autem si adhuc innupte consenserat pater vota persolvere, si antequam persolverit nupserit, et vir eius hoc cognitum non placitum persolvat, et hoc deo sine peccato, quod deus mundavit eam, sicut dicit i. mundam iudicavit, neque hoc contra deum fieri putandum est, cum ipse deus hoc precepit. Hoc voluerit. Item Ambrosius in libro questionum veteris et novi testamenti. Nulla est mulieris potestas, sed in omnibus viri dominio.

Mulierem constat subiectam dominio viri esse, et subiectam nullam auctoritatem habere, nec docere potest, nec testis esse, neque fidem dare, nec iudicare. Idem in exameron in tractatu diei quarte. Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam. Quem vocavit ad culpam mulier, iustum est ut eum in gubernationem assumat, ne iterum feminea facilitate labatur. Idem super epistolam primam ad Corinthios. Mulier debet velare caput, quia non est imago dei, sed ut ostendatur subiecta, et quia prevaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere, in ecclesia propter reverentiam episcopalem. Non habeat potestatem loquendi, quia episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, ita ante episcopum sit, quia vicarius domini est. Propter peccatum originale subiecta debet videri. Idem in libro de paradiso. Nec illud otiosum est, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Ade costa facta sit mulier, ut sciremus unam in viro et muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti sunt vir et mulier, neque duo viri neque due mulieres, sed primum vir, deinde ex eo mulier. Unam enim naturam hominum voluit deus constituere, ab uno principio creature hoc incipiens, et multarum disparium naturarum eripuit facultatem.

Evidentissime itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinentie vel religiose conversationis liceat sibi sine eius licentia deo offerre, et si viro permittente repromissa fuerint, non licet ei vota impleta complere cum voluerit revocare permissionem ... interferri, quod post permissionem non valent, et in irritum

Causa XXXIIII

Quidam in captiuitate ductus est. Postea uxor eius audiens illum mortuum nupsit. Alii demum ille de captiuitate rediens repetit uxorem suam. Illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris. Nunc primum queritur, an sit rea adulterii, que uiuente uiro suo alteri nupsit? Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere a secundo et redire ad primum? Utraque questio terminatur auctoritate Leonis pape, qui scribens Niceta Aquilegiensi episcopo ait: **Que alii nupserit, putans suum uirum mortuum esse, illa redeunte ad priorem redire cogatur.**

Cum per bellicam cladem et per grauissimos hostilitatis incursus ita quedam dicatis esse diuisa coniugia, ut abductis in captiuitate uiris femine eorum remanserint destitute, que uiros proprios aut interemptos putarent, aut a dominatione numquam crederent liberandos, et in aliorum coniugium sollicitudine cogente transierint. Cumque statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso nonnulli eorum, qui putabantur perisse, remeauerint, merito caritas tua uidetur ambigere, quid de mulieribus, que aliis sunt coniuncte uiris, a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quod a Deo iungitur mulier uiro, et iterum agnouimus preceptum, ut quod Deus coniunxit homo non separet, necesse est, ut legitimarum federa nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis, que hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit reformetur, omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, et tamquam alieni iuris peruasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse estimabatur, assumpsit. Sic enim multa, que ad eos, qui in captiuitate ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt, et tamen plene iustitie est, ut eisdem reuersis propria reformentur. Quod si in mancipiis, uel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus recte seruatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et ideo si uiri post longam captiuitatem reuersi ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, ut eas cupiant redire in suum consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, et restituendum est quod fides poscit. Et infra. Si autem aliquę mulieres ita posteriorum uirorum amore sunt captę, ut malint his coherere, quam ad legitimum transire consortium, merito sunt notandę, ita ut etiam ecclesiastica communione priuentur, quia de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum uoluntaria redintegratione coniugia, neque ullo modo ad opprobrium male uoluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicut hę mulieres, que ad uiros suos reuerti noluerint, impię sunt habendę, ita ille, que in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt laudande.

Item Innocentius papa. **Viro uel uxore de captiuitate redeuntibus, prima redintegrantur coniugia.**

Cum in captiuitate Ursa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunium iniisse cognouimus. Sed fauore Domini reuersa Ursa nos adiit, et nullo diffitente uxorem se esse commemorati perdocuit. Quapropter, fili karissime, merito illustris, statuimus fide catholica suffragante illud esse coniugium, quod erat primitus gratia diuina fundatum, conuentumque secunde mulieris priore superstite nec diuortio eiecta nullo pacto esse legitimum.

Item Ieronimus ad Amandum presbiterum. **Que primo uiro relicto secundo adheserit, secundum reliquens primo reconciliari potest.**

Non causas animaduertere potui, quid sit, quod dicere uoluit: alio uiro per uim accepto. Congregata uidelicet multitudine nolentem rapuit, et uinculis posita non raptorem et capta dimisit. Legat librum Moysi, et inueniat desponsatam uiro, si in ciuitate fuerit oppressa, et non clamauerit, puniri quasi adulteram; si autem in agro oppressam, innoxiam esse, et uiolentum legibus subiacere. Ergo et ista soror, que, ut dicit, uim passa est, ut adultero iungeretur, si uult Christi corpus accipere, et non adultera reputari, agat penitentiam, ita dumtaxat, ut secundo uiro, qui non appellatur uir, sed adulter, a tempore penitentie non copuletur. Quod si et durum uidetur, et semel dilectum est, et non potest derelinquere, neque preferre Domini uoluptati, audiat Apostolum clamantem: Non potestis calicem Domini bibere et calicem demoniorum; non potestis mense Domini communicare, et mense demoniorum. Et in alio loco: Que conuentio lucis ad tenebras? Qui consensus Christi ad Belial? Rem nouam loquor, immo non nouam, sed ueterem, que ueteris testamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum uirum, et reconciliari priori uoluerit, non potest. Scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non inuenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam feditatem, scribat ei libellum repudii, et dabit in manu eius, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudii, et dimiserit eam de domo sua, aut certe mortuus fuerit, non poterit eam prior maritus recipere in uxorem, quia polluta est, et abhominabilis facta est coram Domino, ne peccare facias terram quam Dominus

deus tuus tradidit tibi possideas eam. Si autem inevitabili necessitate cogitur in aliam provinciam fugere, si uxor eius eum sequi noluerit, illo vivente illa innupta permaneat. Unde in conc. Triburiense [sic: apud Uermeriam]. Que virum in captivitate ductum sequi noluerit.

Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, et eius uxor, cum valet et potest, amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore quamdiu vir eius, quem insecuta non fuerit, vivit, semper innupta permaneat.

Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis pape dicitur, hoc de virginibus intelligendum est, ut, si preter conscientiam viro nupserit alieno, non teneat. Unde Aug. in l. de fide et operibus. Non est adultera virgo que nesciens viro nupsit alieno.

Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, numquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam ex hoc adultera esse incipit, ex quo cum alieno sciens cubaverit, sicut in iure prediorum tamdiu quisque bone fidei possessor recte dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. Cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei possessor perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur.

Hic ignorantia excusat eum qui nesciens dormivit cum sorore uxoris. Unde in conc. Triburiensi legitur. Non cogitur deserere legitimam uxorem qui nesciens dormivit cum sorore eius.

In lectum mariti, absente uxore, soror intravit uxoris, quam ille uxorem suam esse putans dormivit cum ea. Super hoc cursum est, si ipse per securitatem veritatem hoc probaverit, quia inscius fecerit hoc scelus, penitentiam quidem, que sibi indicta fuerat, agat, legitimum suum coniugium habere permittatur. Illa vero digna vindicta affligatur, et in eternum coniugio privetur.

Nesci pluribus vero fornicantibus, ut cum duabus sororibus, vel cum matre et filia, vel cum patre et filio, eandem accipiente, dicitur, virginitati coniugia non negentur. Scientibus perpetuo prohibeantur. Unde in eodem conc. legitur. Matrimonia legitima non prohibeant contrahi qui incestum ignorantia excusat.

Si quis cum duabus sororibus ignorantibus fornicatus fuerit, et soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, ut se sororem eius, quam antea stupraverit, non intellexerit, si digne penituerit, et se continere non valuerit, post annos VII coniugia illis non negentur. Si autem non ignoraverint, usque ad mortem a coniugio abstineant.

Item ex eodem. De eodem.

Si quis cum matre et filia fornicatus est, ignorante matre de filia et filia de matre, ille numquam accipiat uxorem. Ille vero, si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipse femine, absque maritis perpetuo maneant.

Item ex eodem. De eodem.

Quidam fornicatus est cum quadam muliere, et postea filius, nesciens patris factum, stupravit eandem. Quod cum pater sensisset, se filio quoque confessus est.

Statuerunt melius esse, ut tali lapsis, cum digna penitentia legitima permittantur coniugia, quam forte deterius delinquant fornicantes, aut sine spe coniugii maneant.

QUIDAM

mortua uxore sua aliam sibi matrimonio copulavit, que uxori defuncte quarto gradu consanguinitatis, vero autem sexta linea cognationis adherebat. Post triennium vero ubi sex ea susceptis accusatur apud ecclesiam. Iste pretendit ignorantiam.

Hic primum queritur, si liceat aliquam ex propria cognatione ducere in uxorem. Secundo, si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in coniugem duci. Tertio, usque ad quem gradum quisque debeat abstinere sive a propria sive ab uxoris sue consanguinitate. Quarto queritur, quare usque ad septimum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ulterius progreditur nec infra subsistit. Quinto, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt. Sexto, qui iurando propinquitatem firmare debeant. Septimo, an illi qui de incestu nati sunt, filii reputentur. Octavo, si consanguinitate vel affinitate aliqua in uxorem ducta est, an ex dispensatione viro suo adherere possit. Nono, si coniugem ecclesiam decipiens causa consanguinitatis aliquam a viro suo separavit, quo post quadriennium quasi nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda et priora sint reintegranda. Decimo, si relicta alicuius de propria cognatione et ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris sui.

Quod consanguineas nostras sive uxoris nostre in coniugium nobis ducere liceat, exemplis et auctoritatibus probatur. Abraam namque Saram filiam fratris sui sororem, videlicet Loth, uxorem duxit. Isaac Rebeccam in coniugem accepit, que erat filia consobrini matris sue. Iacob duas sorores, Liam videlicet et Rachel, filias Laban avunculi sui, sibi matrimonio sociavit. In lege quoque precepit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem nisi de propria tribu et familia sua. Item. Si aliquis absque liberis moreretur, precepit Dominus ut frater eius uxorem defuncti

sibi copularet, et ex ea semen fratri suo suscitaret. Por
[illegible] quos cumque lex ipsa prohibuit [illegible] eius preceptis probantur
obnoxii, nisi que vel evangelicis mandatis, vel
apostolicis institutis evacuata monstrantur. Nullo autem
evangelii precepto vel apostolico instituto consangui
neorum coniunctiones prohibite inveniuntur. Unde
sicut ab initio, ita et nunc licite probantur. Unde sicut
ab initio, ita et nunc licite probantur. His ita res
pondetur. Consanguineorum coniunctiones alias causa
ut necessitatis permisse, alias causa iuste ratio
nis inveniuntur in patre. Cum enim unus ab initio
vir, atque una ex latere eius mulier adeo formare
tur, necessario sorores fratribus copulabantur. Quod
autem necessitate cogente fit, necessitate ces
sante pariter cessare oportet. Tanto ergo nunc
dampnabilius usurpatur consanguineorum coniunctio,
quanto minus necessaria probatur. Unde in Levitico sermo
de copula post datam legem prohibita invenitur, Domino di
cente per Moisen: Turpitudinem sororis tue non
revelabis. Hinc etiam Augustinus in libro de civitate Dei

Quare institutum sit, ne consanguineas ducamus uxores.

Cum igitur genus humanum, post primam copu
lam viri facti ex pulvere, et coniugis eius ex viri
latere, marium feminarumque coniunctione opus ha
beret, ut gignendo multiplicaretur, nec essent
ulli homines nisi illi, qui ex illis duobus nati fuissent,
coniuges viri sorores suas acceperunt. Quod profec
to quanto est antiquius compellente necessita
te, tanto postea factum est dampnabilius religi
one prohibente. Habita est enim ratio rectissi
ma caritatis, ut homines, quibus esset utilis atque ho
nestissima concordia, diversarum necessitudi
num vinculis necterentur, nec unus in uno mul
tas haberet necessitudines, sed singule spargerentur
in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius
plurime plurimos obtinerent. Pater quippe
et socer duarum sunt necessitudinum nomina.
Dum ergo quisque alium patrem habet, et alium socerum,
numerosius se caritas porrigit. Utrumque autem unus
scilicet Adam esse cogebatur et filiis et filiabus suis, quando fratres so
roresque in coniugio iungebantur. Sic et Eva uxor
eius utrique sexui filiorum fuit et socrus et mater.
Que si due femine fuissent, altera mater, altera
socrus, copiosius se socialis dilectio colligaret.
Sed hoc unde fieret, tunc non erat, quando nisi fratres et so
rores ex illis duobus primis nulli homines erant.
Fieri ergo debuit quod potuit, ut existente copia in
de ducerentur uxores, que iam non erant soro
res; non solum illud ut non fieret, nulla necessitas esset,
quod humano genere crescente et multiplicato etiam inter impios deorum
multorum falsorumque cultores sic observa
ri cernimus, ut etsi perversis legibus permittantur
fratrum coniugia, melior tamen consuetudo ipsam ma
lit exhorrere licentiam. Sicque ad universe quasi [illegible]

quam licere potuerit, copulatio ergo maris et fe
mine, quantum attinet ad genus humanum,
quoddam seminarium est caritatis. Celestis vero civitas
opus habet, ut noxa generationis evadat. Hac
itaque consuetudine, que ab ipso exordio huma
ne propagationis originem habuit, quam nulla
lex contradicendo evacuaverat, excusantur Abra
am, Isaac et Iacob et ceteri, qui de sua cognatione
ducebant uxores. Quamvis et alia causa rectissime
rationis, qua id factum est, possit intelligi. Ceteris
idolatria fedatis, sola familia Heber in cultu unius
Dei remansit. Unde Abraam a Chaldeis cum fratre
suo in igne, quem adorare noluit, proiectus est, ut
numen sue divinitatis exurendo sentiret, quem
venerando colere contempsit. Si le[gitur] ergo ex coniunctione
fidelium fideles ad idolatriam prolabentur, ita ad inos
fendent, sicut quondam ante diluvium filii Dei
commixti filiabus hominum, ipsum ad iracundiam pro
vocaverant, rectissime cautum est in patriarche [illegible]
[illegible] de sua cognatione, id est de familia fide
lium, sibi uxores acciperent. Hinc etiam filii Israel in
terram promissionis a Domino audierunt, ne filias Cha
naneorum sibi in uxorem acciperent, nec filias eis suas
traderent. Statim subiungit Dominus: ne faciant eos
recedere a Deo suo, et fornicari cum diis alienis. Hinc
et Esdras idumeas atque aliarum nuptiarum mulieres,
per quas filii Israel ibant ad deos alienos, abesse separari [iussit].
Est et alia causa, quare consanguineorum coniunctiones
in populo Dei primum permisit, ut potius in patre fuerit.
Deus enim sicut ab initio salutem humani generis dispo
suit, ut primitivam ecclesiam in illo populo institueret,
qui ei carnis consanguinitate erat propinquus. Unde
de plebe iudaica primum apostolos elegit, quos quasi
fundamentum ecclesie instituit, quorum predicatione
de eadem plebe multi ad Deum conversi, in se ipsis
originem ecclesie prestiterunt. Deinde incredulitate sue
perfidie iudaica plebe relicta ad gentes, que tam
fide quam cognatione carnis a Christo erant ali
ene, predicatio evangelica translata est. Et quasi consan
guinee copulam Christus aspernatus, de aliena cogna
tione sibi uxorem elegit, adimplens illud, quod per pro
phetam predixerat: In peccatis vestris dimisi matrem vestram,
quasi adulteram et repudiatam. Item per alium prophetam:
Vocabo non plebem meam plebem meam. In huius ergo
rei sacramentum consanguineorum coniunctiones primum
in populo permisse sunt, nunc autem prohibite. Et quando
in una tantum familia similitudine gentium
fideles propter simul inveniuntur fide et cognatione, fide equi
libra alia [illegible] cuicumque uxorem ducere concedit.
Illud autem quod precepta legis servanda dicuntur, que
nec evangelicis nec apostolicis institutis evacuata pro
bantur, verum quidem est, sed non omnia figuralia si
gna; apostolus prohibet ad que sunt data, atque non veniente
veritate affirmet illa non ultra esse servanda. Hoc

Alii uero primi affines, ultro citroque uxor. hoc autem affinium uiri et uxores, uxor persona sunt secundi generis affines ultro citroque. Similiter eorum quoque filiorum uiri et uxores, uxor persona ... sunt tertii generis affines ... ex parte uiri et uxoris primi coniugii. addita enim persona per copulationem mutat genus, non gradum.

autem ut supra monstratum est causa sacramenti a deo institutum est prohibet. et hoc a iunioribus ceterisque figuris ubi sunt euacuatum certissime constat. Quamquam sicut apostolus quedam consulendo addidit que euangelicis preceptis non inueniebantur diffinita, nec a deo tamquam temeraria ut superflua ab aliis apostolis sunt repudiata, sic et ecclesia post apostolica instituta quedam consilio perfectionis addidit, ut pote de continentia ministrorum, de confectione misteriorum, ut celebratione officiorum, que nullatenus repudianda sunt. Sed diligenti ueneratione suscipienda. Consanguineorum quoque coniunctiones quamuis euangelicis et apostolicis institutis non inueniantur prohibite, sunt tamen fugiende, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur interminate (i. prohibite).

Quia ergo a consanguineorum coniunctionibus sicut probatum est abstinere oportet, uidendum est usque ad quem gradum a consanguineis suis abstinere oporteat, uel si ex cognatione sue uxoris aliquam ducere in coniugem liceat. De his ita scribit Gregorius papa in co. Meldensi. Usque in vii. generationem de sua cognatione nullus ducat uxorem.

De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem obseruare. Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita usque ad vii. gradum protendit heredum successionem. Non enim eis succederent, nisi eis deberetur ex propagine cognationis.

Item Calixtus papa. Infamia notatur qui consanguineam ducit uxorem.

Coniunctiones consanguineorum fieri prohibete, quia has et diuine et seculi prohibent leges. Leges ergo diuine hec agentes et eos qui ex eis prodeunt non solum eiciunt, sed maledictos appellant. Leges uero seculi infames tales uocant et ab hereditate repellunt. Nos uero sequentes patres nostros infamia eos notamus et infames esse censemus, quia infamie maculis sunt aspersi, nec eos nec accusationem eorum, quos leges seculi reiciunt, suscipere debemus. Eos autem consanguineos dicimus, quos diuine et imperatorum ac Romanorum atque Grecorum leges consanguineos appellant, et in hereditate suscipiunt, nec repellere possunt. Item Fabianus papa. Affines in quinta generatione copulari possunt, in quarta si inuenti fuerint non separentur.

De propinquis ad affinitatem pertinentibus et uxorem uenientibus defuncta uxore, ut uiro, in quinta generatione iungantur. In quarta si inuenti fuerint non separentur. In tertia uero propinquitate non licet uxorem alterius suscipere post obitum eius. Equaliter uir coniungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei et uxoris sue consanguinei post mortem sue uxoris. Ide.

Quippiam sanguinis uxorem ducit, separentur, non licebit eis alias uxores. Si in coniugio sociare quamdiu utrique uiuunt. Nisi ignoranter incestum committunt.

tia exarserit. Unde in co. apud Uermeriam. Non prohibentur ducere uxores qui incestum ignoranter committunt.

Si quis cum matre et filia fornicatus fuerit ignorante matre de filia et filia de matre, ille numquam accipiat uxorem. Ille uero si uoluerint accipiant maritos. Si autem hoc sciebant ipse femine, absque maritis perpetuo maneant. Item ex eodem. Si quis fornicatus fuerit cum muliere et frater eius nesciens eandem duxerit uxorem, frater qui crimen celauerit peniteat vii. annis et post penitentiam habeat. Mulier autem usque ad mortem peniteat et sine spe coniugii maneat. De his uero qui ignoranter coniunguntur cetere auctoritates intelligende sunt. Unde Iulius papa ait. Ex propinquitate sui sanguinis uel uxoris usque ad vii. gradum nullus ducat uxorem.

Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis uel uxoris usque in vii. generationis gradum uxorem ducere uel incesti macula copulari. Preterea illud statuimus quia sicut non licet cuiquam christiano de sua consanguinitate, sic nec licet de consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem. Item ex co. Agathensi. Incestuosos nullo coniugii nomine deputandos censemus.

De incestis coniunctionibus nichil prorsus uenie reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestuosos nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris que pene prius soror extiterat carnali coniunctione polluerit. Si quis fratris germanam uxorem acceperit. Si quis nouercam duxerit. Si quis consobrine sobrineque se sociauerit. Si quis relicte uel filie auunculi misceatur, aut patrui filie, uel priuigne sue, aut qui ex propria consanguinitate aliquam aut quam consanguineus habuit uel concubitu polluerit aut uxorem duxerit, quos omnes et olim et nunc sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, et inter catecuminos usque ad legitimam satisfactionem manere et orare precipimus. Que ita presenti tempore prohibemus, ut ea que sunt hactenus constituta non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem. Item ex co. Ilerdensi. Incestuosi usque ad satisfactionem excommunicari prohibentur.

De his qui incesti se pollutione commaculant placuit, quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseuerant, usque ad missam tantum catecuminorum in ecclesia admittantur, cum quibus nec cibum sumere ulli christianorum, sicut apostolus iussit, licebit. Item Gregorius ad Felicem Messane ciuitatis episcopum. Nullus ducat uxorem a consanguineo suo cognitam, uel aliqua pollutione maculatam.

Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit uel aliqua illicita pollutione maculauerit, in coniugium ducere ulli christianorum

licet uel licebat, quia incestuosus est, talis coitus, et abhominabilis deo, et cunctis bonis. Incestuosos uero in nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus statutum esse legimus. Nature uidelicet ordine, siue extraordinarie, non sic. Ait enim Urbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. Extraordinaria pollutio in natalibus non inpedit matrimonium.

Extraordinaria pollutio, non nisi innaturalibus admissa, uel sepius retractata, circa maritalem affectum, si probitis sacramentis rata esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris, non uidetur matrimonium inpedire, quamuis ipsa criminosa sit, et dampnabilis. Item Iulius papa. Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorum uxoris sue, usque in quintam progeniem.

Et hoc quoque statutum est, ut relictam patris uxoris sue, relictam fratris uxoris sue, relictam filii uxoris sue, nemo sibi in matrimonio sumat, relictam consanguineorum uxoris sue usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat. In quarta autem et in quinta si inuenti fuerint, non separentur. Idem. A consanguineis propriis, ut sue uxoris, pariter quoque est abstinendum.

Quam uero coniungatur consanguineis propriis et consanguineis uxoris sue. Item Isidorus ex concilio matiscensi. Inparentela propria et coniugis eadem consanguinitas.

Sane consanguinitas, que in proprio obseruanda est, hec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est, quia constat eos duos fuisse in carne una. Ideoque communis illis utraque parentela credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne una. Item Aug. Nurus naturaliter reputatur.

Sicut uir et uxor non iam duo sunt, quam si una sunt, et una caro sunt, non aliter nurus deputanda est, quam filia. Item Gregorius episcopis Gallie. Usque ad VII. generationem progeniem suam unusquisque obseruare oportet.

Progeniem suam unusquisque usque ad septimam obseruare decernimus generationem. Et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur. Item Nicholaus Amalfitane sedis suffraganeis. De eodem.

De consanguinitate sua nullus uxorem ducat, usque post generationem septimam, uel quousque parentela cognosci potest. Laicus uero uxorem simul et concubinam habens non communicet ecclesie. Item ex concilio Guarmaciensi. Quousque sint aliqui generatio recordatur, ad inuicem non copulentur.

In copulatione fidelium. Sinistra retinetur. Sanximus copulentur generationis numerum non diffinimus, sed statuimus, ut nulli liceat christiano de propria consanguinitate seu cognatione accipere uxorem, usquequo generatio recordatur, cognoscitur, aut in memoria retinetur. Item ex concilio Lugdunensi. Ex propinquitate sui sanguinis usque in VII. gradum nullus ducat uxorem.

Nullus ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxorem ducat, neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupti erant a sacerdote benedicti, iubeantur audeant. Premissis auctoritatibus patet, qui prohibent a communione consanguinearum usque in septimam generationem, sed obuiatur illud Gregorii ad Aug. Anglorum episcopum. Anglici permittuntur ut

Quedam lex Romana quarta uel V. generatione copulentur.

permittit, ut siue fratris et sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum, filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut quarta uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniungatur. Sed decrementum humillimum pater Gregorius post multum temporis a Felice Messanae Sicilie presule requisitus, utrum Augustino scripserit Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cetera talem rationem reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo alumpno ut recordaris tuo, ipsi et Anglorum genti, que nuper ad fidem uenerat, ne a bono quod ceperant metuendo ad austeriora recederent, specialiter et non generaliter me cetris scripsisse cognoscas. Unde et michi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hec eis scripsi mandata, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem coniungantur. Sed quia adhuc illi neophiti existentibus eis primum illicita conscientie, et eos uerbis ac exemplis instruere oportet, et iam iuxta apostolum: Lac dedi uobis potum non escam, ut his modo non posteris, ut prefixum est temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma radice plantatum erat euelleretur, sed aliquantulum firmaretur, et usque ad perfectionem custodiretur. Item ubi capitulo illud Gabilonensis concilii. In V. uel VI. generatione

Coniugia non tradiuimus. Nullus amplius copuletur coniugio.

ut in quarta uel quinta, sextaque generatione nullus amplius in coniugio copuletur. Ubi autem amplius interdictum factum fuerit, inuentum separetur. Hac auctoritate dum VI. generatione coniugium interdicatur, in VII. permitti uidetur. Sed gradus cognationis secundum quosdam uarie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in II. ponunt. Alii primum gradum in filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse, cum una caro probentur pater et filius. Auctoritate ergo que consanguinitatem cauet usque in septimum gradum prohibentis, patrem ponunt in primo gradu. Ille uero auctoritate, que usque ad sextum gradum prohibet, primum gradum filio appellat, acquiritas et in hedem persone secundum hanc diuersitatem inueniantur in VI. uel VII. Item illud Fabiani, quo affines in V. generatione copulari iubentur, uidetur esse contrarium illi decreto Iulii pape, sicut non licet ulli christiano de sua consanguinitate, sic et non licet de consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem. Similiter inuenitur contra nullum capitulum Gregorii, nec eam quam ex propria consan

in hac re, et quilibet causa graduum computatione secundum leges alia atque alia secundum canones. pariter et principales leges probat consanguinitatem nequaquam in vi. gradu terminari. ostenditur utramque computationem in eodem termino convenire. In quo adversarii confunduntur, dum quod adversarii ostenditur ... eodem modo computatione graduum. Sicut dicit in

... esse voluisse. postea ... adversarios ... arbores adulterinis ... diversa in matrimonio computationis, secundum diversos ponit ... quidam vero in ... gradu ipsam terminari computationem adversarii ... incipientes. ... affinitas usque ad quartum ... usque ad v. ...

[consan]guinitate coniugem habuerit, etc. Sed illud sciendum est de duabus personis inter se affinitate coniunctis, ut sunt uxores duorum fratrum: si contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, post mortem eius vir non poterit affinem superstitem derelicte in coniugem ducere, nisi in v. gradu affinitatis inveniantur. Unde qui novercam alicuius in uxorem duxerit, post mortem eius uxorem privigni ducere non potest. Hinc etiam idem Urbanus propalam ait: Relictam consanguineorum uxoris sue non ait consanguineam uxoris sue, sicut relictam consanguineorum uxoris sue usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem. Pascasius secundum scribens regino episcopo tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum invenitur prohibita. Ait enim: **De duorum consobrino.**

Porro duorum consobrinorum **coniuges uni et ad eandem** coniuges quamvis diversis temporibus, uni viro alteram **generis propinquis** post alterius obitum nubere ipsam propter auctoritatem publice honestatis iustitia contradicat. Et novit prudentia tua quia ita ab uxoris sicut a viri consanguineis abstinendum est. Illud autem Gregorii et vult intelligi de consanguinitate viri et uxoris, ut post mortem alicuius eorum nullus de cognatione defuncti viri superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est usque ad quem gradum quisque a propria consanguinitate et cognatione sue uxoris abstinere debeat. Modo queritur quare usque ad vi. gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Ethimologiarum l. xi. cap. xi. **Quare usque ad septimum gradum consanguinitas obseruetur.**

Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, et propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, et quodammodo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex etatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. De gradibus vero consanguinitatis, quomodo computandi sint, dicit Isidorus sic loquens. **Quomodo dirimuntur gradus cognationis.**

Series consanguinitatis vi. gradibus dirimitur hoc modo: Filius et filia, que est frater et soror, sit ipse truncus, illis seorsum seiunctis, ex radice illa et trunco egrediuntur isti ramusculi: nepos et neptis primus; pronepos et proneptis secundus; abnepos et abneptis tertius; adnepos et adneptis quartus; trinepos et trineptis quintus; trinepotis nepos et trinepotis neptis sextus. Item Alexander II. Neapolitanis clericis et omnibus episcopis atque iudicibus per Italiam constitutis scribit de huiusmodi dicens. **Quomodo sit computandus gradus consanguinitatis.**

Ad sedem apostolicam perlata est questio **de consanguinitatis** noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum et canonum imperiti excitantes eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones et ecclesiasticum morem numerare nituntur, novo et inaudito errore affirmantes, quod germani fratres, ut sorores, inter se sint in secunda generatione, filii eorum vel filie in quarto, nepotes vel neptes eorum in sexto. Talique modo progeniem computantes in huiusmodi vi. gradu eam terminantes dicunt, deinceps viros ac mulieres inter se nuptialia posse iura contrahere. Ad huiusmodi pravum errorem confirmandum in argumento assumunt seculares leges, quas Iustinianus imperator promulgavit de successionibus consanguineorum, quibus conantur ostendere fratres in secundo gradu esse numerandos, eorum filios in quarto, nepotes et neptes in sexto. Sic seriem genealogie terminantes numerationem sanctorum patrum et antiquam ecclesie computationem ad nos usque perductam perversa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos si Deo annuente hanc questionem discutere curavimus, in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus episcopis et clericis atque iudicibus diversarum provinciarum, diu legibus et sacris canonibus distinctis invenimus ob aliam atque aliam causam alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nichil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi ut hereditas vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur usque ad quam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi propterea scribitur, ut hereditas propinquis modo legittimo conferatur; hic vero ut rite et canonice inter fideles nuptie celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi usque ad sextum gradum; in canonibus autem usque ad septimam distinguitur generationem. Hac quidem de causa, quia hereditates nequeunt deferri, nisi de una ad alteram personam, ideo curavit sanctus imperator in singulis personis singulos perficere gradus. Quia vero nuptie sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Utramque tamen computationem si attente ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse et eandem in ea sententiam esse, atque ad eundem terminum convenire manifestissime invenitur. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas protenderetur sensibus in suis legibus non diffinivit. Canones vero ultra septimam nullam numerant generationem. Sexto quippe gradu determinato in ipsis legibus subintulit imperator: Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulteriores gradus numerare debeamus. Generata quippe persona gradum adicit. Ecce in his verbis aperte ostenditur tales gradus, quales ipse computavit, non tantum usque ad sextum, verum etiam ultra numerare debere. Quippe cum ultra vi. ulteriores gradus numerandos esse decernat. Ubi enim ulteriores non

[margin, left:] Agnati sunt qui per uirilis sexus cognationem nobis iuncti sunt, quasi a patre cognati, ueluti fratres ex eodem patre nati. Illi uero qui per femininum sexum personas cognationem nobis iunguntur non sunt agnati, set alias naturali iure cognati. Itaque amite tue filius non est tibi agnatus, set cognatus, et tu illi eodem iure coniungeris.
[margin:] S. e. Q. iii. De affinitate.

nium ac gradus apte indicat, non sex tantummodo
gradus esse, set si sex finiunt, sed adhuc alios numerandos.
Nec mirum, cum in precedentibus ipse firmauerit
imperator decimum gradum. Quod dicendo non esse nisi
modo .vi. luce clarius constet. Hec cuiuslibet et
attentius mentis si possunt intendant, quos actenus
istiusmodi perculit error. Enimuero ubi secundum le-
ges inter agnatos aut cognatos defertur successio,
consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi
succederent, nisi inter se teste Iustiniano in decimo
gradu sibi attinerent. Consanguinei ergo sunt, qui sic sibi
succedunt. Quod si in decimo gradu consanguinei
sibi existunt, non est terminata consanguinitas,
ut isti fatentur, in sexto termini gradu. Quod ergo dicitur:
computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut
finitur consanguinitas in .vi. gradu, aut non. Si autem
finitur, fallaces erunt leges, quibus astruuntur, que in de-
cimo gradu sibi succedere consanguineos iubent.
Quod si non finitur consanguinitas in huiusmodi
.vi. gradu, falso dicerent isti, qui ultra illum
.vi. gradum nolunt computare consanguinitatem. Vel ergo aut
leges erunt false, aut isti, qui sic finiunt generationem.
Set ut ueridice leges et ueraces sint canones, dica-
mus id quod ueritas habet, scilicet quod non terminatur consangui-
nitas in huiusmodi .vi. gradu, set terminatur in .vii.
secundum canones gradu. Vtraque enim computatio,
sicut supra diximus, uno fine concluditur. Namque duo
gradus legales unum gradum canonicum ef-
ficiunt. Fratres itaque, qui secundum seculares leges dicuntur in
.ii. gradu, iuxta canones numerantur in primo; fi-
lii fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computan-
tur in secundo; nepotes uero, qui ibi in .vi., hic numerantur
in .iii.; sic deinceps qui legibus scribuntur in octauo
et .x., in canonibus diffiniuntur in quarto et .v. Atque
hoc modo de reliquis sentiendum est, ut qui secundum
canones dicuntur in .vi. uel in .vii., secundum leges ac-
cipiuntur in .xii. uel in .xiiii. Hanc computationem
intelligens prudentissimus Gregorius papa, dum quereret
in quota generatione fideles coniungi debeant, ipsas
seculares leges in testimonium adducens, Augustino An-
glorum episcopo rescripsit: Quedam terrena lex in Roma-
na re publica permittit, ut siue fratris et sororis, seu duorum
fratrum germanorum, uel duarum sororum filius et filia
misceantur. Set experimento didicimus, ex tali coniu-
gio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse
est, ut iam tertia uel quarta generatione copulatio
fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam
a secunda, quam prediximus, omnimodo debent abstinere.
Ecce hic apte monstratur filios et filias fratrum in .ii.
generatione numerari, et si fratrum filii uel filie
numerantur in .ii., fieri non potest, ut ipsi fratres non
sint in prima. Quod si fratres computantur in prima, et fi-
lii eorum in secunda, dubium non est, quin eorum ne-
potes sint in .iii., pronepotes in quarto. Sic et de

[margin:] Secunda. Pro hac argumentum supra eadem ca. sequenti (?). S. e. Q. iii. Quedam.
[margin:] Filios duorum fratrum esse in .ii. gradu et eorum nepotes in .iii., quos ipsi dicebant esse in quarto et sexto.
[margin:] S. e. Q. iii. Quedam lex. Hic quinta et .v. Set hinc patet legem illam esse falsam.

reliquis usque ad septem. Set sunt quidam, qui
ex his sancti Gregorii uerbis, quibus ait: ut in .iii. uel
in quarta generatione copulentur fideles, occasionem
acceperunt illicita matrimonia contrahendi, dicen-
tes se hoc iure facere posse, quod tam prudentissi-
mus doctor sua sententia diffiniuit. Isti itaque, qui se
hoc uelamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem
patris sententiis, non hoc generaliter cunctis, set speci-
aliter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum
a Felice Messane Sicilie ciuitatis presule requisitus,
si hoc quod Augustino mandauerat generaliter cuncte ec-
clesie tenendum esset, apertissime monstrauit non ali-
is hoc quam illi genti mandasse. Non aliis hoc
quam illi genti mandasse, ne bonum quod ceperant,
metuendo austeriora desererent. Set illis postquam
in fide essent firmati, dicere solidatis et uniuersali ec-
clesie censuit semper esse tenendum, ut nullam de propria
consanguinitate uel de affinitate infra .vii. genera-
tione aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce
apte monstratum est ex uerbis ipsius legis et auc-
toritate prudentissimi pape Gregorii, quid de gra-
dibus consanguinitatis numerandis sentire de-
beamus. Quamuis alia quoque ratio parumper positos conuin-
cat aduersarios. Nam si sicut ipsi fatentur, in illo
.vi. gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum
ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura ar-
boris continentur, uelut superfluos oporteret detrunca-
ri. Set quia omnes, qui in pictura predicte arboris connu-
merantur, ex una parentela consistunt, numquam sine
diminutione consanguinitatis a se poterunt se-
parari, ueluti non sine dampno cuiusque persone ua-
lent a proprio corpore manus, brachia et pedes truncari. Il-
la quoque sacrorum preceptio canonum, que iubet a propria
abstineri consanguinitate, quamdiu generatio di-
gnitatis recordatur aut in memoria retinetur, nec
a predicta parentele discreparet computatione.
Nam si in .vii. gradibus canonice et legaliter alter nu-
meretur, ultra quos nec consanguinitas inuenitur, nec
nomina graduum repperiuntur, nec successio po-
test amplius propagari, nec memoriter ab aliquo genera-
tio recordari. Sed ne in hac consanguinitatis compu-
tatione aliqua dehinc ambiguitas ualeat re-
manere, aliam quam quidam faciunt numerati-
onem, in hac et alia computatione duximus discuti-
endam. Sunt enim quidam, qui non a fratribus, set a filiis eorum,
id est patruelibus uel consobrinis, genealogiam nume-
rare incipiunt, dicentes filios fratrum in prima generati-
one computari debere, quia fratres quasi quidam
truncus, ex quo ceteri ramusculi oriuntur, existunt.
Set nec ista graduum computatio, si bene fuerit intellecta, ab ea
quam exposuimus supra in sententia potest esse diuersa.
Isti enim qui numerandi initium sumunt a filiis
fratrum, non progrediuntur ultra septimam generationem.
Set sicut totius mundi sex etates consistunt et hu-

[margin, right:] S. e. Q. iii. Sed idem.
[margin:] S. e. q. iii. Ad sedem (?).
[margin:] S. e. Q. iii. Progenie.
[margin:] Contra: ubi ratio et auctoritas deficit, posse probare quis in tertio et replicare partem aduersarii ducendo eum ad inconueniens.
[margin:] Tertia. S.
[margin:] Questionem de termino (?) ex superiori capitulo in computatione.
[margin:] Sed ex lege et septem (?) computationis dubitationem mouit.

Mane uite (?)

Notandum quod p(ro)pter affinitatis grad(us) dupliciter computantur ... (marginal gloss, partly legible)

nitate. uxoris ad uirum. p(ro)spectu nuptiarum ... supputantur gradus p(ro)pinque affinitatis. I(n) consanguinita te uiri p(ro)mortui ad successionem uiri suppositis. Inp(ro)... affinitatis computatione usq(ue) ad gradum septimum mortuo uiro uel uxore copula ... hic gregorius ait: porro in posteriori autem grad(u) ... quolibet grad(u)

XXXV

u. septimo consanguinitatis uiri. usq(ue) solummodo ad primum gradum successionis. suppositis uxoris ... secundus gradus successionis uxoris ... consanguinitate. suppositis uiri uel uxoris qua computatione ... agitur. questio ...

mane uite. uidemus ex uitate in con sanguinita te. sex tantum autumant computanda esse generationes. quibus finitis nouę dicunt coniunctionis posse fieri initium. ut qui fugientem possint reuocare consan guinitatem. hec itaq(ue) computatio. que incipit a fra trum filiis. et numeratur usq(ue) ad sextam. tantum dem ualet ... quam ea que in a patribus et computa tur usq(ue) ad septimam. nec ulla in sensu consistit diuer sitas. quamuis in numero graduum diuersitas uideatur. Ultima enim generatio si a fratribus su mat initium numerandi. septima inuenitur. Si a filiis fratrum sexta reperitur. talis ergo determina tis gradibus consanguinitatis apostolica auctoritate uos monemus fratres et filii. ut omnibus sit serena genea logie computanda met(a) intimetis. quemadmodum sancti patres numerandam a nobis sanxerunt. et an tiquis mos sancte et uniuersalis ecclesie per longa tempora olim compu tasse monstratur. Nam si quis peruersa et obstinata mente a recto tramite apostolice sedis deuiare uolu erit. et aliter quam nos in nuptiis celebrandis grad(us) parentele numerare contendent. primum pro sua temeri tate pena celesti plectetur. postea uero gladio perpetui ana thematis nouerit se iugulandum. Item gregorius. Quare consanguinei uxoris ad uirum pertinere dicuntur. et quomodo affinitas sit computanda.

Porro de affinitate. quam dicitis parentelam esse. que ad uirum ex parte uxoris. seu que ex parte uiri ad uxorem pertinet manifestissima ratio est. quia si secundum diuinam sententiam ego et uxor mea sumus una caro. profecto mihi et illi mea sua q(ue) parentela propin quitas una efficitur. Quocirca ego et soror uxoris mee in uno et primo gradu erimus. filius uero eius in ii. gradu erit a me. neptis uero iii. Idemq(ue) utrimq(ue) in ceteris agendum est successoribus. Uxorem uero propinqui cuiuscumq(ue) gra dus sit a me. ita oportet attendere. quemadmodum ipsius quoque gradus alicui femina propinquitatis sit. Quod nimirum uxori mee de propinquitate sui uiri in aliis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui uero ali orsum sentiunt. antixpisti sunt. a quibus tanto uos sollicitius oportet cauere. quanto aptius deprehenditis il los diuinis legibus obpugnare. Item zacharias papa. Qualiter parentele gradus computantur.

Parentele taliter gradus computantur. siquidem ego et frater meus una generatio sumus. primumq(ue) gradum effi cimus. nullo gradu distamus. Rursus filius meus fratrisq(ue) mei filius secunda generatio est. ac secundum gradum faciunt. nec a se aliquo gradu separantur. Atq(ue) ad hunc modum cetere successiones. Porro de affinitate. quam dicitis parentelam etc. ut sup(ra) capitulo gregorii. Item alexander ii. equiuocatione cum soror uxoris cognata uocatur.

Quod autem frater sororue uxoris sue cognati nominantur equiuocationis iure fit. necessitate uulgaris ap pellationis potius quam ulla causa cognationis. Uxor enim fratris fratrissa potius quam cognata uocatur. Matrem fratris leuir dicitur. duorum autem fratrum uxores ianitrices uo

cantur. quasi eandem ianuam tenentes. uel per eam dem ianuam intrantes. Uiri etiam soror glos appellatur. Sororis autem uiri non habet nomen speciale. nec uxoris frater. Item ysidorus. Nomina graduum superiorum seu in feriorum siue ex latere ue nientium.

Primo gradu superiori linea continentur pater et mater. In inferiori filius et filia. quibus nulle alie persone iun guntur.

Qui autem excommunicatis communicat. pro modo peccati penitentie accipiat modum. Unde urbanus secundus genebaldo constantien si episcopo. Pro modo peccati puniatur qui excommunicatis communicat.

Sciscitanti quippe canonibus cautum constat ut quicumq(ue) excommunicatis communicauerit excommunicetur. ipsi tamen penitentie atq(ue) absolutionis modo reo pro damnis decernimus. ut quicumq(ue) seu ignorantia. seu timore. seu necessitate negotii cuiuscumq(ue) maximi. et maxime necessarii eorum se conuictu. salutatione. oratione. osculo contaminauerit. cum minoris penitentie medicina societati nostre participatione sociabitur. eos uero qui aut spon tanee aut negligentia inciderint subeamus uolumus di sciplinę cohortatione suscepi. ut ceteris metus incutiatur.

Sine uolun tate fratrum aliquem de suis propinquis

Congregatio de bet eligere sibi abbatem. post abbas substituere in ualet.

abbatis sui morte. uel eo uiuente. si ipse consenserit. uel peccauerit episcopus ... abbatem uiolenter retinere in locum suum. ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis. uel amicis. sine uoluntate fratrum.

Urbanus pp. II.

Quotiens aliqui sequuntur progenerationem consanguinitatis vel affinitatis duobus vel tribus testibus adhibitis affirmari dicunt, qui de eadem consanguinitate supersunt vel a duobus vel tribus testibus senioribus et melioribus eiusdem loci prius audiri debent. Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento. Testes enim debent iurare se neque pro odio neque amicitia neque aliquo premio [illegible] ut habeant vel habituri sint. Adhibito iuramento et inductos per eadem debere iurare se scire quod dicunt [illegible] cognitionem accepisse a maioribus suis. Ita etc.

Augustinus de bono coniugali. Et alterum.

Iuramentum pertinens ad futurum non facit coniugium. Illud vero lege Iustiniani legitimum matrimonium, quo tactis sacrosanctis evangeliis in oratorio iuravere sponte coniuges futuros se. Quod iuramentum illo, et illa desponsatione intelligendum est, quando vir et mulier se invicem recipientes iurant se fidem thori et alia coniugii iura ad presens reddituros. Tale enim iuramentum facit coniugium, non aliud quod simpliciter pertinet ad futurum.

Hoc censemus atque precipimus ut nullus presumat commatrem suam uxorem ducere, nec filiam eius, nec filius eius presumat filiam eius quam de fonte suscepit ducere, quia spirituales germani esse dicuntur. Et qui hoc facere temptaverit, penis Romanis legibus prescriptis de nefariis et incestis nuptiis subiacebit.

Hec auctoritas loquitur de filia spirituali, vel de ea que post compaternitatem nata fuit. Ille vero Tiburtii de illa quam ante compaternitatem nata fuit. Item ex concilio Tolletano.

Item ex concilio Tolletano VII. cap. III. Viduas autem velare pontificum nullus attemptet, quod sollicitudinem est. Unde etiam Gelasii cap. XIII. quia nec auctoritas divina, nec canonum forma pertinet, quod si ipsa fuit voluntate continentiam professa, in eodem Gelasii cap. XXI. legitur: Viduam quoque, professe reddat Romane ecclesie, quia si se per tempus suum se continere non potuerit, nullatenus nubere vetatur. Secunda deliberatione habita, promissam fidem pudicitie deo debet custodire. Nos autem auctoritate patrum suffulti, in hoc sancto communi sancimus et liberum dicimus, si sponte velamen quod non factum sit imposuit, et in ecclesia inter velatas oblationem deo obtulit, velit nolit sanctimonie habitum ulterius habere debet. Licet sacramento confirmare debet, licet sacramento confirmare velit et contenore, et tamen velamen sibi imposuisse, ut tamen posset deponere.

Item Damasus papa Stephano archiepiscopo.

Discutere episcopos et summas ecclesiasticorum negotiorum metropolitano una cum omnibus comprovincialibus suis ita ut nemo ex eis desit, et omnibus singulorum concordantibus negotiis licet diffinire, eorumque atque ecclesiarum summas querelas cum [illegible] deponere episcopos absque sedis

huius auctoritate minime licet, quam omnes appellare si necesse fuerit et eius fulciri auxilio oportet.

Ex concilio apud Uermeriam.

Si qua mulier mortem mariti sui cum aliis consiliata fuerit et ipse vir aliquem ipsorum se defendendo occiderit et probare potest ille vir eam ream esse, consilio potest ut nobis videtur ipsam uxorem dimittere, et si voluerit aliam uxorem ducere. Ipsa autem insidiatrix penitentie subiecta absque spe coniugii maneat.

Innocentius papa.

Quod contradictum est neminem uxorem ducere liceat, et si duxerit ab ea separandus sit. Cele. pap. et Floren. [illegible] dies.

Videtur nobis quod sedam quam contra prohibitionem ecclesie duxerit non sit uxor, et si prima non habet sponsatam illam, quam contra interdictum et ordinationem ecclesie factum, tamen non haberi ratione qua humane legis auctoritas proclamat. Quare ergo ea quam inordinate superduxerit prohibitione renitente uxor non est, eam cognitus est recipere quam iuravit et sponsavit et ex ea prolem genuit. Si vero tamen intra religionem reperiatur et fides ad invicem promissa confuetur, et proles in cultu dei nutriatur et educetur, et alii exinde occasionem peccandi, et alios decipiendi assumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, vitricus et servus cognati in testificatione filii vel filie ad matrimonium coniugandum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine legibus approbata, quam divinis et humanis legibus approbatur. In dirimendo namque matrimonio ideo maxime parentes recipiuntur, et si desunt parentes proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam tum testibus tum cartis, tum et ex recitatione maiorum scire laborat. Quare si alieni melius scierunt ideo maxime admittuntur. Similiter recipiuntur in testificatione matrimonii contrahendi, quia tamen meliores recipi debent, quam alii qui melius sciunt, et quorum est interesse, et ita usum non sit, et consensum non adhibuerint, si lege nullum fiat matrimonium. Quod vero lege cavetur pater intercipiat in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus causis et certis veritatum est. In matrimonio quoque cohibendo et disiungendo ex expresse coniugii prerogativa et quia favorabilis res est congrue recipiuntur. Item Ormisda pp. scribit Eusebio episcopo.

Tua sanctitas requisivit a nobis fratre Venantio de filio adulto, quod pater in matrimonium ducere vult, si sine voluntate ad ultimum filium facere potest, quod omnis si aliquis non consentit, filius fieri ipse potest, at pater filium non dare adultum, voluntas cuius non discerni potest, cui vult matrimonio tradere, et postquam filius pervenerit ad perfectam etatem, conservare et adimplere debet. Habeo ibi orthodoxe fidei cultoribus sanctum, et vobis tenendum mandamus.

J. e. C. L. m. Condi.
J. xxviii. Q. i. [illegible]
J. xxxi. Q. ii. Sinet.

J. xxx. v. Q. vi. Consangui.
J. xxx. Q. v. [illegible]
J. xiiii. Q. i. Suppu.

S. xx. Q. i. Mathiu. [illegible]
S. ii. cap. Illud [illegible]
S. xx. i. Q. iii. C. i. [illegible]
[illegible] loquitur [illegible] filiis ut congrue [illegible]

C. XXXV.

[gloss, top of middle column:] Superius quedam in capitulo de parentela notantur ... qui accusatores et testes ... [illegible]

Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia; inferiori nepos, neptis; in transverso frater et soror. Que persone duplicantur. Avus enim et avia tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Que persone sequentibus quoque gradibus similiter per successionem generationum, que in quoquo gradu subsistunt, ipso ordine duplicantur. Iste persone in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio sive ex filia procreati. Frater, soror ex transverso veniunt, id est aut frater patris aut frater matris, qui aut patruus aut avunculus nominatur. Qui et ipsi hoc ordine duplicantur. Tercio gradu veniunt supra proavus, proavia, et infra pronepos, proneptis; ex obliquo fratris sororisque filius vel filia, patruus, amita, id est patris frater et soror, avunculus, matertera, id est matris frater et soror. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia; infra abnepos, abneptis; ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, patruelis frater, soror patruelis, id est patrui filius vel filia, consobrinus, consobrina, id est avunculi et matertere filius vel filia, amitinus, amitina, id est amite filius vel filia, consobrinus, consobrina. Item consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror, avunculus magnus, matertera magna, id est avie tam paterne quam materne frater et soror. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia; infra adnepos, adneptis; ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitine, consobrini, consobrine filius vel filia, proprior sobrinus, proprior sobrina, id est patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne filius vel filia. Quibus accrescunt propatruus, proamita, hii sunt proavi paterni frater et soror, proavunculus, promatertera, hii sunt proavie paterne materneque frater et soror, proavique materni. Hec species nec aliis gradibus quam scripta est nec aliis vocabulis declarari potest. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia; infra trinepos, trineptis; ex obliquo fratris et sororis abnepos et abneptis, fratris patruelis et sororis patruelis, amitini, amitine, consobrini, consobrine, patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne nepos, neptis, propioris sobrini filius vel filia, abpatruus, abamita, hii sunt abavi paterni frater et soror, abavunculus, abmatertera, hii sunt abavie paterne materneque frater et soror, abavique materni. Hec quoque amplius explanari non possunt, quam ipse auctor disseruit. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur, sed ex transversa linea continentur fratris sororisque abnepotis, abneptis, consobrini filii filieque. Successiones ideo gradus vi. constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri nec vita succedentibus propagari potest. In his vi. gradibus omnium propinquitatum omnia nomina continentur, ultra quos nec affinitas inveniri nec successio amplius potest propagari. De gradibus consanguinitatis vel affinitatis, quot sint, et quomodo computandi, quibus et nominibus appellantur, auctoritate beati Ysidori atque Gregorii et Alexandri sufficienter monstratum est. Sequitur, quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit. De his ita decernit Fabianus papa:

Consanguineorum, ut si progenies defecerit, antiqui et veraces propinquitatem in sinodo computent.

Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in sinodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est pater et mater, frater et soror, patruus, avunculus, matertera, amita, et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, canonice perquiratur. Et si inventa fuerit, propinquitas separentur.

Item Urbanus Rainaldo Remensi archiepiscopo.

Qui iurando propinquitatem firmare debent.

Notificamus tibi, ut postquam duo aut tres ex propinquioribus iam defuncte uxoris viri vel eius qui accusatur hanc propinquitatem iure iurando firmaverint, vel si tales aut duo ex antiquioribus et veracioribus, quibus hec propinquitas sit nota, qui bone fame et religiosi testimonii sunt, remoto amore, timore, precio et omni malo studio, et sub periculo in consanguinitate firmaverint, sine omni mora coniugia dissolvantur. Quod si propinqui vel extranei consanguinitatem propinquitatem testantes iuramento probare noluerint vel nequiverint, coniugium nullatenus dissolvatur. Si competentes eis penitentia, vel propter infamiam vel peccati maculam, si forte in hoc contraxerint, aliqua iniungatur.

Item ex concilio Urbani pape habito in Apulia.

Sue confessioni relinquantur, quorum incestum nullus iurando affirmat.

Si duo viri vel tres consanguinitatem iure iurando firmaverint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissolvantur. Si vero hoc neminem contigerit, episcopus per fidem, per baptismum Christi, per iudicium, invicta obedientia obtestetur, quatenus palam faciant, utrum se sicut fama est recognoscant esse consanguineos. Si negaverint, sibi ipsis relinquendi sunt, ita tamen ut si aliud in conscientia habeant, se a liminibus ecclesie, a corpore et sanguine Domini, a fidelium communione noverint segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. Si se iudicio episcoporum segregaverint, qui iuvenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. Ecce quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimende. Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano ordine habetur, et est huiusmodi:

Iuramentum accusatoris.

De parentela illa, quam dicitur esse inter N. et istam coniugem N., quicquid inde scis aut audisti ab antecessoribus aut aliis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium, neque propter timorem, aut propter amorem, aut propter premium, aut propter consanguinitatem celabis episcopo, aut eius misso, cui hoc requirere iusserit, quandocumque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adiuvet, et istorum sanctorum reliquie.

Iuramentum testium.

Istud sacramentum, quod iste iurat ...

[marginal glosses:] C. Q. V. C. I. — Ex eo respectu ... super. inferiori linea nepos et neptis veniunt. — Filii et filie successio ... consobrini ... in septimo gradu ... C. XXXV. — [further marginal and lower glosses illegible]

uit de illa parentela. que inter filium et coniugem computatur. quod tu illud obseruabis in quantum sapis. sicut te deus adiuuet. et ista sanctorum reliquie. **H**oc iuramentum non est separationis. sed sinodale institutum ab euticiano papa. Aut enim. Sinodale iuramentum.

Episcopus in sinodo residens. post congruam allocutionem. vii. ex plebe eius parrochie. ut eos ampliter uiderit. expedire maturiores. honestiores atque ueraciores. suos in medium debet aduocare. et allatis sanctorum pignoribus. unumquemque illorum tali sacramento constringere. ut amodo in antea quicquid nosti. aut audisti. aut postmodum inquisiturus es. quod contra uoluntatem dei et rectam christianitatem. in ista parrochia factum sit. aut futurum erit. si in diebus tuis euenerit tamen ad tuam cognitionem. quocumque modo peruenerit. si scis. aut tibi indicatum fuerit. sinodale esse. ad episcopum ministerium pertinere. quod tu nec propter amorem. nec propter timorem. nec propter precium. nec propter parentelam. ullatenus celes episcopum. aut eius missum. cum hoc inquirere uoluerit. quandocumque te ex hoc interrogauerit. sic te deus adiuuet. et ille sanctorum reliquie. Istud sacramentum. quod iste iurauit de sinodali causa. quod tu illud ita exterius obseruabis. in quantum sapis. ut audisti. aut ab hac die in antea inquisiturus es. sic te deus adiuuet. **A**b hoc iuramento illud sumptum est. principio paululum deriuato. Porro de iuramento separationis. innocentius papa ii. scribit octoniano lucensi episcopo dicens. Iuramentum eorum qui consanguinitatem probant.

De parentela illa. unde nos consulere uoluisti. pro qua iam ad nostram audientiam est appellatum. aliorum fratrum scripta suscepimus. qui utique causam ipsam diuerso modo narrabant. et primo quidem tam in gradibus quam in nominibus personarum discordasse postmodum uero in altero eorum computatores eiusdem parentele dicuntur conuenisse. Ceterum in huiusmodi casibus summopere considandum est. qualitas personarum. que aliquid contra quos subobstruere uolunt. Que etiam iurantando probare debent quod neque gratia. neque precio. ut aliquo odio. hoc dicunt. contra eos de quibus agitur. sed potius. quia credant ita uerum esse. et ita se a suis antecessoribus audisse. in quibus omnibus. non debet aliqua uarietas. uel contrarietas inueniri. **Q**ui uero separantur ab inuicem. huiusmodi iuramentum prestabunt. Reconciliationis iuramentum.

Ab isto die. in antea tu per nullum ingenium te sociabis huic tue consanguinee. nec in coniugio. nec in adulterio. nec cum illa ad unam mensam manducabis. aut bibes. aut sub uno tecto manebis. nisi in ecclesia. aut in aliquo loco publico. ubi nulla mala suspitio possit esse. ut ibi coram testibus idoneis. pro certa necessitate parte colloquium. nec aliam coniugem accipies. nisi forte post actam penitentiam. tibi licentia data fuerit. ab episcopo tuo. aut eius misso. sic te deus adiuuet.

Occasione uero consanguinitatis. uxorem suam dimittere. et aliam ducere non licet alicui. nisi causa primum fuerit probata. **U**nde alexander. iii. guilielmo remonstroico. Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem.

Multorum relatione cognouimus. te propriam uxorem dimittere non licet. uelle abicere uxorem. et adherere alteri. pretendentem consanguinitatis occasionem. unde apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi. ut hanc. quam nunc habes uxorem. nullatenus presumas dimittere. ut aliam ducere. donec a pluribus religiosorum consilium. causam iustam examinauerit.

Recepturus uero eam. quam iniuste dimisit. hoc modo iurabit. Reconciliationis iuramentum.

Ab isto die in antea istam coniugem. quam iniuste dimiseras. et retenebis. sicut maritus suam coniugem. debet habere in dilectione. et debita disciplina. nec eam per ullum malum ingenium. a te separabis. nec ea uiuente. aliam accipies. sic te deus adiuuet.

Quod autem uni testimonio coniugia. apud quos dam dirimuntur. nulla ratione ratum habetur. cum enim dominus in exodo dicat omne uerbum stabit in ore duorum. uel trium testium. Item cum in eleutherii decretis dicatur. Omnis controuersia. que de ecclesiasticis rebus fit secundum diuinam legem sub duobus. uel tribus testibus terminetur. domino dicente non unius stet contra aliquem. sed in ore duorum. uel trium testium stet omne uerbum. Item cum alibi dicatur. Nullius persone quantumlibet excellentie. testimonio aliquid credatur. euidentissime apparet unius assertione. coniugia non esse dirimenda. **Q**uod autem queritur. si illi. qui de incestuosis nascuntur. filii reputentur.

Item aug. in libro questionum super leuiticum. cap. lxxviii. determinat dicens. Non appellantur filii. qui de incestuosis nascuntur.

Quicumque dormierit cum cognata sua. sine filiis morietur. Cum filii ex huiusmodi coniunctionibus. tamen nati sint. et hodie nascantur. an hoc intelligendum est. lege dei constitutum. ut quicumque ex eis nati fuerint. non deputentur filii. et nullo parentibus iure succedant.

Debilis uero. qui ignorantes coniuncti sunt. in quo gradu consanguinitatis. uel affinitatis. ex dispensatione ecclesie relinquantur. greg. in registro diffinit dicens.

De gradu non separentur. qui in vii. generatione ignoranter uel cognationum. qui ter copulantur. infra vi. generationem. in matrimonio sunt inuenti. si nescienter fecerunt. et multa annorum curricula sunt reuoluta. ita ut filios habeant in sexto qui inuenti sunt. aut fortasse in quinto. huiusmodi non separentur. donec nos permittente domino ore ad os loquamur. hoc autem dico secundum indulgentiam. non secundum imperium. Qui uero de his duobus gradibus nouas contraxisse nuptias. uidentur.

XXXV

.i. infra annum coronari. modis omnibus separentur. de cetero uero generalia ponentem punitiam. taliter prorumpentes statuta firmentur. ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare. Et qui fecerint. sine retractationis firma actus puniti ultionibus separentur. hii uero qui propinquas sanguinis sue uxoris in matrimonio sibi sociauerunt. sicut iam diuidu uobis scripsimus. qui in eodem gradu inuenti sunt. separentur. aut suspendatur eorum causa. usque dum nos in sinimul domino auxiliante conuenerimus. Idem.

Sufficit sacerdoti unam missam in die celebrare. quia christus semel passus est. 7 totum mundum redemit. Non modica res est. unam missam facere. 7 ualde felix est. qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt. 7 alteram de die si necesse sit. Qui uero pro pecuniis. aut adulationibus secularium una die presumunt plures facere missas. non estimo euadere dampnationem. Item ex concilio toleto. iiii. **Ex saluatoris 7 apostolorum documento exemplo ympnos cantare.**

De ympnis canendis. 7 saluatoris. 7 apostolorum habemus exempla. Nam 7 ipse dñs ympnum dixisse perhibetur. matheo euangelista testante. 7 ympno dicto exierunt in montem oliueti. Et apostolus paulus ad ephesios scripsit dicens. Implemini spiritu loquentes uobis in psalmis. 7 ympnis. 7 canticis spiritualibus. 7 quia ante 7 nulli ympni humano studio. in laude dei. atque apostolorum martirum triumphos. compositi esse noscuntur. sicut hi quos beati doctores. hilarius. atque ambrosius ediderunt. quos tamen quidam specialiter reprobant. pro eo quod de scripturis sanctorum canonum. uel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo 7 illum ympnum ab omnibus compositum. quem cotidie publico priuatoque officio. in fine omnium psalmorum dicimus. Gloria. patri 7 filio. 7 spiritui sancto. in secula seculorum amen. Nam 7 ille ympnus quem nato in carne christo angeli cecinerunt. Gloria in excelsis deo. 7 in terra pax hominibus bone uoluntatis. 7 reliqua que secuntur ibi ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt. quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur misse sicut preces. uel orationes. siue commendationes. seu manus impositiones. ex quibus si nulla decantetur in ecclesia uacant omnia officia ecclesiastica. Ammonet hoc fieri atque hortatur timotheum apostolus dicens. Obsecro igitur primo omnium fieri. obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. pro omnibus ... qui in sublimitatibus sunt. Sic ergo orationes. 7 ympnos in laude dei compositos nullus uestrum ulterius improbet. Item leo nonus. **In nouo testamento quod ympni ab angelis decantati ... inueniantur.**

Hi duo solummodo ympni. ab angelis in nouo testamento inueniuntur. uidelicet alleluia. atque gloria in excelsis deo. quos pariter in septuagesima intermittimus. quia ueteris peccato hominis. a gaudiis iubilationis angelice. expulsi sumus. 7 in huius miserie uite babilone super flumina sedemus 7 flemus. dum recordaremur illius sion in qua deum dicet ympnos. quod noue ebdomadibus alleluia intermittimus. non incongrue per nouem ebdomadas. accipimus nouem ordines angelorum. quorum decimus ordo per superbiam corruens. angelicum numerum minuit. 7 a felicitate perturbauit. qui condolentes sue diminutioni. 7 per tantam ruinam sibi timentes. a perfecta laude creatoris. fuere perpediti quorum recuperationi. 7 consolationi consulens omnipotens deus. creator primum hominem de limo terre formauit. qui suo genus multiplicatione dam

na celestis patrie resarciret, atque angelorum gaudia suppleret. Quas per angelicus chorus admodum letatus, non minimum si ex lapsu primi hominis fuit conturbatus. Unde per nonnulla ordinum concentus in laude creatoris remansit imperfectus, donec in Christo resurgente resurrexit. Per lapsus ille pro plaustus. In augmento sui collegii, et spe melioris, angelicus exercitus gavisus innovum alleluia consurrexit totus, et in eo perstat devotus. Quem et nos pro modulo nostro imitantes, a septuagesima quando lapsus protoplausti in ecclesia recitatur, alta (?) ictimus novem ebdomadibus, scilicet usque in pascha, ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, et alleluia nobis reddidit. Item Nicholaus Rodulfo bituriensi archiepiscopo. In cena domini Gloria in excelsis deo decantari.

Porro Gloria in excelsis deo ab episcopis in cena domini tempore, unde missarum sollempnia more nostro dicenda est, pallio vero apostolico eadem uti die vobis est licitum, quibus est ab apostolica sede permissum. Item Zacharias papa. Cum baculo aut capite velato ad celebranda

Nullus episcopus aut presbiter missarum sollempnia, diaconus non ingrediatur, seu diaconus ad celebranda missarum sollempnia presumat cum baculo introire, aut velato capite altario dei assistere, quoniam et apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia. Et si temere presumpserit, communione privetur. Cum vero ingressus fuerit episcopus aut presbiter ad missarum sollempnia celebranda, si passio aliqua intervenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab aliquo presbitero aut episcopo suppleantur missarum sollempnia, si quis ministrum potuit, suppleat usque ad finem. Si quis vero presumpserit, preter quod posuimus agere, a sacro corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi sit suspensus. Item Anacletus servus Christi Ihesu omnibus episcopis. Quot testes episcopus sacrificans secum habere debet.

Episcopus deo sacrificans testes secum habeat. In sollempnioribus quippe diebus aut vii aut v aut iii diaconos qui eius oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte et a tergo, et presbiteri e contrario regione levaque contrito corde et humiliato spiritu ac prono stent vultu, custodientes eum a malivolis hominibus, et consensum prebentes sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Item Lucius episcopus papa omnibus episcopis. Sine religiosis testibus domini sacrificia non celebrentur.

Iubemus apostolica auctoritate, ut semper testes suo officio ambulantes sacerdotes et levitas habeatis, et licet conscientia sufficere possit, tamen propter malivolos, iuxta apostolum, et testimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris sunt. Episcopus duo presbiteri et tres diaconi in omni loco episcopum non deserant, propter testimonium ecclesiasticum. Item Sother papa. Nisi duobus presentibus presbiter missam celebrare non audeat.

Hoc quoque statutum est, ut nullus presbiterorum missarum sollempnia celebrare presumat, nisi duobus presentibus sibique respondentibus, ipse tertius habeatur. Quia cum pluraliter ab eo dicitur: "Dominus vobiscum", illud in secretis orate pro me, apertissime convenit, ut ipsi respondeatur salutationi. Item ex canone apostolorum. Communione priventur qui usque ad finem missarum sollempnia non audiunt.

Omnes fideles, qui conveniunt in sollempnitatibus sacris ad ecclesiam, et scripturas apostolorum et evangelium audiant; qui autem non perseveraverint in oratione usque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesie commoventes, convenit communione privari. Item ex concilio cartaginensi iiii. De eo qui egrediente sacerdote verbum in ecclesia faciente, de auditorio fuerit egressus.

Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. Item ex concilio agathensi. Die dominico missas ex integro audire iubentur.

Missas die dominica secularibus totas audire speciali ordine precipimus, ita ut egredi ante benedictionem sacerdotis populus non presumat. Quod si fecerint, ab episcopo publice confundantur. Item ex concilio aurelianensi. Populus non discedat, quam missa ex integro celebretur.

Cum ad celebrandas missas in dei nomine conveniatur, populus non ante discedat, quam misse sollempnitas compleatur, et ubi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat a sacerdote. Item ex concilio cartaginensi iiii. Excommunicetur qui pretermisso ecclesie conventu ad spectacula redit.

Qui die sollempni pretermisso ecclesie conventu ad spectacula vadit, excommunicetur. Item ex concilio cartaginensi iiii. Usque ad missam cathecuminorum nullus ingredi ecclesiam prohibeatur.

Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, et audire verbum dei, sive gentilem, sive hereticum, sive iudeum, usque ad missam catecuminorum. Item Anastasius episcopus omnibus episcopis. Evangelia non sedendo, sed stando audire debemus.

Apostolica auctoritate mandamus, dum sancta evangelia in ecclesia leguntur, ut sacerdotes et ceteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curvi, et in conspectu evangelii stantes dominica verba intente audiant, et fideliter adorent. Item Gregorius vii. Ad missarum sollempnia semper aliquid offerendum.

Omnis christianus procuret ad missarum sollempnia aliquid deo offerre, et ducere ad memoriam, quod deus per Moysen dixit: "Non apparebis in conspectu meo vacuus." Et in collectis sanctorum patrum liquido apparet, quod omnes christiani offerre aliquid deo ex usu sanctorum patrum debent. Ad ipsum enim prius est confugiendum, qui mederi curare possit anime passiones vel earum hostes, et non perverso ordine ante sibi opem ab hominibus accersere, ubi autem humana subsidia defecerint, tunc copiantur divini favoris postulanda gratiam. Item Cyprianus. Quare sursum corda in prephatione dicatur.

Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et secularis abscedat, nec quicquam tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem prefatione premissa parat fratrum mentes dicendo: "Sursum corda", ut dum respondet plebs: "Habemus ad dominum", admoneatur nihil aliud se quam dominum cogitare. Claudatur contra adversarium pectus.

et solide pateat. nec ad se hostem de tempore orationis sue venire patiatur. Item Pelagius romane ecclesie et apostolice sedis episcopus. universis germaniarum. atque galliarum episcopis. **Que prefationes in missa sunt cantande.**

Invenimus has novem prefationes in sacro catalogo tantum recipiendas. i. unam in albis paschalibus. aliam de ascensione domini. tertiam de pentecosten. quartam de natali domini. quintam de apparitione domini. Sextam de apostolis. Septimam de sancta trinitate. octavam de cruce. nonam de ieiunio. in quadragesima tantummodo dicendam. Item ex concilio Gabilonensi. **In omnibus missarum sollempniis pro defunctis oratio fiat.**

Visum preterea nobis est. ut in omnibus missarum sollempniis. pro defunctorum spiritibus. loco competenti ecclesia domino precetur. Sicut enim nulla dies excipitur. qua non pro vivientibus et pro quibuslibet necessitatibus deprecentur. ita nimirum nulla dies excipi debet. qua non pro animabus fidelium preces domino missarum sollempniis fundantur. antiquitus quoque hunc morem sancta tenet ecclesia. ut et missarum sollempniis et aliis precibus domino spiritus quiescentium commendentur. dicente beato augustino. Non sunt pretermittende supplicationes pro spiritibus mortuorum. quas faciendas pro omnibus in christiana et catholica societate. laudandis defunctorum et tacitis nominibus eorum. quos sub generali commemoratione suscepit ecclesia. ut quibus ad ista desunt parentes. aut filii. aut quicumque cognati vel amici. ab una eis pia matre exhibeatur communio. Item Innocentius episcopus urbis rome decentio eugubino. **Ante preces nomina recitari non sunt a sacerdote nominatim recitanda.**

De nominibus vero recitandis. antequam preces sacerdos faciat. atque eorum oblationes. quorum nomina recitanda sunt. sua oratione commendet. quam superfluum sit et ipse pro tuam prudentiam recognoscis. ut cuius hostiam. nec dum deo offeras ei ante nomen insinuas. quamvis illi incognitum nichil sit. Item Alexander urbis rome episcopus. omnibus orthodoxis. **Panis vinum aqua in sacramentis sunt offerenda.**

In sacramentorum oblationibus. que inter missarum sollempnia domino offeruntur. panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice domini. aut vinum solum. aut aqua sola offerri. sed utrumque permixtum. quia utrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Item Ciprianus. Celicio fratri salutem. **Vinum sine aqua vel econtra.**

Sicut in sacrificando calicem vinum solum in sacramentis offerri non licet. domini offerri aqua sola non potest. quoniam nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat. sanguis christi incipit esse sine christo. Quando enim utrumque miscetur. et adunatione confusa sibi invicem copulantur. tunc sacramentum spirituale et celeste efficitur. Sic vero calix domini non est aqua sola et vinum solum. nisi utrumque misceatur. quomodo nec corpus domini. potest esse farina sola. nisi utrumque adunatum fuerit. et copulatum. et panis unius compage solidatum. Idem. **de eodem.**

Scriptura dicit. ut quotienscumque calicem in commemoratione domini et passionis eius. offerimus. id quod constat dominum fecisse faciamus. Sed videant fratres karissimi. si quis de antecessoribus nostris. vel ignoranter. vel simpliciter. non hoc servavit. et tenuit quod nos dominus facere exemplo et magisterio docuit. potest simplicitati eius de indulgentia domini venia concedi. Nobis vero non potest ignosci qui nunc a domino ammoniti et instructi sumus. ut calicem dominicum vino mixtum. secundum quod dominus obtulit offeramus. Item ex concilio martini pape. **preter vinum et aquam et panem in sacramento**

Non oportet aliquid aliud in sacrario offerri **nisi debet offerri.** preter vinum. et aquam. que in tipo christi benedicuntur. quia dum in cruce penderet. de corpore eius sanguis fluxit et aqua. hec tria unum sunt in christo ihesu. hec hostia et oblatio dei in odorem suavitatis. Item ex concilio carthaginensi. iii. **de eodem.**

In sacramento corporis et sanguinis domini. nichil amplius offeratur. quam quod ipse dominus tradidit. hoc est panis. et vinum aqua mixtum. nec amplius in sacrificiis offeratur. quam de uvis et frumentis. Item ex vi. sinodo. **oblationi sacrificio uvas nemo coniungat.**

Quoniam quod in quibusdam ecclesiis. sacerdotes sacrificio oblationis coniungant uvas. que sic in usum in altario offerunt. et sic simul utraque populo dispensent. precipimus ergo ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat. sed in remissione peccatorum populo oblationem solam distribuat. et uvas seorsum benedictas. populus quippe tempestive accipiat. et fructuum gratias agat. Item Iulius papa egiptum. **de his qui in sacrificando**

Cum omne crimen. atque peccatum. oblatis **vane errabant.** deo sacrificiis deleatur. quid de cetero pro delictorum expiatione domino dabitur. cum in ipsa sacrificii oblatione erratur. Audivimus enim quosdam scismatica ambitione detentos. contra divinos ordines. et apostolicas institutiones. lac pro vino. in divinis sacrificiis dedicare. Alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere. Quosdam etiam expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre. Alios vero pannum lineum musto intinctum. per totum annum reservare. et in tempore sacrificii. aqua partem eius lavare. et sic offerre. quod quam sit evangelice. atque apostolice doctrine contrarium. et consuetudini ecclesiastice. adversum non difficile ab ipso veritatis fonte probabitur. a quo ordinata ipsa sacramentorum misteria processerunt. Cum enim magister veritatis. verum salutis nostre sacrificium suis commendaret discipulis. nulli lac sed tantum panem et calicem. sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. legitur enim in evangelica auctoritate. Accepit ihesus panem. et calicem. et benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac sacrificando offerri. quia manifestum et evidens exemplum veritatis evangelice illuxit. quod preter panem. et vinum. aliud sacrificari non

liceat. Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt, ubi apostolis corpus suum et sanguinem commendavit. Seorsum enim panis et seorsum calicis commendatio recordatur. Nam intinctum panem alias Christum prebuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta bucella magistri proditorem ostenderet, non que sacramenti huius institutionem signaret. Nam quod de expresso botro, id est de uvarum granis, populis communicatur, valde est dissonum. Sed si necesse fuerit botrus in calicem deprimatur, et aqua commisceatur, quia calix dominicus iuxta canonum precepta vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, populus Christo adunatur, et credentium plebs ei in quem credidit copulatur et iungitur. Que copulatio et coniunctio aque et vini sic miscetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando vero botrus solus offertur, in quo non nisi efficientia tantum designatur, salutis nostre sacramentum negligitur, quod aqua significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Et ideo quia ex plurima et multiplex maiorum manavit sententia, deinceps omnis talis error atque presumptio cessare debet, ne per usum et inordinata compago statum veritatis enervet. Et ideo nulli licitum deinceps erit aliud in divinis sacrificiis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam atque conciliorum panem tantum et calicem vino et aqua permixtum. Docto alter quam preceptum est faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima penitentie satisfactione correptus ad gradus sui officium redeat, quem ammisit. Item Alexander papa quintus a Petro. Nulla oblatio corpori et sanguini Christi comparatur.

Nichil in sacrificiis maius potest esse quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed hec omnes precellit, que pura conscientia Domino offerenda est, et pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda; et sicut potior est ceteris, ita potius excoli et venerari debet. Item Innocentius papa Decentio Eugubino salutem. Ante consecrata misteria pacem non debemus offerre.

Pacem igitur asseris ante confecta misteria quosdam populis imperare, vel sibi inter se sacerdotes tradere, cum post omnia, que aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constat populum ad omnia, que in misteriis aguntur atque in ecclesia celebrantur, prebuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrantur. Item Anacletus papa. Ecclesiasticis liminibus careat minister, qui post consecrationem communicare contempnit.

Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim et apostoli statuerunt, et sancta Romana tenet ecclesia. Item ex concilio Toletano XI. Quisquis sacerdos, quotiens missam celebrat, totiens sacra communione participat.

Relatum nobis est, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sancte gratiam sumere, quot sacrificia in una die videntur offerre. Sed si in una die plurima Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus a communione suspendunt, ut in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sancte gratiam sumant, quasi non sit totiens illis vero singulari sacrificio participandum, quotiens corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi immolatio facta constiterit. Nam ecce apostolus dicat: Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Certum est quod hii qui sacrificantes non edunt, rei sunt dominici sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit, et se a communione suspenderit, ab ipsa quam indecenter privavit gratia communionis anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Ergo modis omnibus tenendum est, ut quotienscumque sacrificans corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altario immolat, totiens perceptionis corporis et sanguinis Christi participem se prebeat. Item Gelasius papa Maiorico et Iohanni episcopo. Corpus Christi sine eius sanguine presbiter non debet accipere.

Comperimus autem, quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, a calice sacrati cruoris abstineant. Qui procul dubio, quoniam nescio qua supersticione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque misterii sine grandi sacrilegio non potest pervenire. Item Augustinus. Eucharistie communionem cotidie accipere nec reprehendit nec commendat.

Cotidie eucharistie communionem accipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari dico magis eucharistie perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi tamen de cetero non habeat voluntatem, et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus, et confidens de Domini miseratione accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non gravant. Idem. Dixerit quispiam non cotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmat cotidie. Faciat unusquisque secundum fidem suam quod credit pie esse faciendum. Neque enim litigarunt inter se, aut quisquam eorum se alteri preposuit, Zacheus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixerit: Domine, non sum dignus ut sub tectum intres meum. Ambo salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo; ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat. Item Ambrosius. Qui semper peccat, celestis sacramenti medicinam semper accipiat.

Si quotienscumque effunditur sanguis Christi in remis-

sionem peccatorum dicto mihi. semper accipe. qui semper pecco debeo semper accipere medicinam. Item hilarius papa. non ab

Si non sit tanta ut excommunicari mereatur, non debet a medicina corporis domini separari.

Si non tanta peccata sunt ut excommunicetur quis, non debet a medicina corporis domini separari. Item fabianus papa. att. Ter in anno quisque fidelium communicet.

Etsi non frequentius saltem ter in anno homines communicent. nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur. in pasca uidelicet et pentecosten et natale domini. Item sother papa. In cena domini sacra communione de

In cena domini a quibusdam perceptio eucharistie negligitur. Que quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibitum est percipienda sit ecclesiastica usus demonstrat. cum etiam penitentes eadem die ad percipienda corporis et sanguinis domini sacramenta reconcilientur. Item ex concilio martini pape. Priuatur ab ecclesia qui accedens sacramentum pluries

Si quis intrat in ecclesiam dei et sacras scripturas audit et pro sua luxuria auertit se a communione sacramenti et in observandis misteriis declinat. constitutam regulam discipline. istum talem proiciendum de ecclesia catholica esse decreuimus. donec penitentiam agat et ostendat fructum penitentie sue. ut possit communione percepta indulgentiam promereri. Item ex concilio agatensi. Non habeantur catholici qui in istis tribus diebus communicare despiciunt.

Seculares qui in natale domini pasca pentecosten non communicauerint catholici non credantur. nec inter catholicos habeantur.

Item ex concilio elibertano. Ante sacramenti communionem ab uxore per aliquot dies quisque contineat.

Omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet tribus aut quattuor aut sex diebus. nec inter catholicos connumerabitur. qui in istis uidelicet temporibus pasca pentecoste natale domini non communicauerit. Item ex concilio toleto. i.

Hi qui intrant corripiantur qui in ecclesia communicare contempnunt.

ecclesiam et deprehenduntur numquam communicare admoneantur. Quod si non communicant ad penitentiam accedant. Si communicant non semper abstineantur. Si non fecerint abstineant. Item sergius papa. Quare tres partes fiant ex corpore christi.

Triforme est corpus domini. pars oblate in calice missa corpus christi quod iam surrexit monstrat. pars comesta ambulans adhuc super terram. pars in altari usque ad finem misse remanens corpus in sepulcro. quia usque in finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt.

Item clemens. A quibus sunt tractanda sacramenta dominica.

Tribus gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum sacramentorum. i. presbitero. diacono. ministro. qui cum timore et tremore clericorum reliquias corporis domini custodire debent fragmentorum. ne quod in sacrario putredinis inueniatur. ne cum negligenter agitur. portioni domini grauis inferatur iniuria. Tanta in altario certe holocausta offerantur. quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint in crastinum non reseruentur. sed cum timore et tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis que in sacrario relicta sunt consumunt non statim

ad accipiendos communes cibos conueniant. ne putent sancte portioni misceri cibum. qui per aqualiculos digestus in secessum diffunditur. Si ergo mane portio dominica editur usque ad sextam ieiunent ministri qui eam consumpserunt. et si tertia aut quarta acceperint ieiunent usque ad uesperam. Sic secreta sanctificatione eterna custodienda sacramenta percepimus. et ne umquam a ceteris clerico ecclesie siue laico de fragmentis oblationum domini ad mensam ponatur. Unde scis quia passim sanctorum panes indignis impertiri. Unde nosti si a mundi uentibus mundi sunt. hinc dauid. ab abimelech sacerdote interrogatur. cum panes sibi ad comedendum posceret. cum se mundum ante triduum pfiteret. panes propositionis manducauit. Item isidorus. Inficiunt non mundi ante. scelerosi qui com

Qui scelerate uiuunt in ecclesia et communicare non desinunt. putantes se tali communione mundari. discant nichil ad emundationem proficere dicente propheta. Quid est quod dilectus meus fecit in domo mea scelera multa. numquid carnes sancte auferent a te malitias tuas. Et apostolus. Probet inquit se homo et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Item ex octauo sinodo. basilius episcopus dixit. dampnationem non salutem adquirit qui

Timore docet nos quidem digne sacramenti christi communicat.

Timore docet nos quidem apostolus dicens. Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Fide uero nos per modum domini dicentis. hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. et apostolus de unigenito dei filio. humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. Cum ergo anima fidem habet his dictis. et considerat magnificentiam glorie ipsius et admiratur nimietatem humilitatis. quoniam talis ac tantus obediens patri fuit usque ad mortem. puta tantam puta quod possit pro uocatione ad affectum et dilectionem impietas et patris qui unico filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. talem ergo fidei affectum preparare debet in animo suo is qui panem et calicem domini percipit. Item aug. in libro questionum numeri. Non a quo sed ad quid

Et dixit dominus ad moisen. offeratur considerandum est.

Et dixit dominus ad moisen et ad eleazarum filium aaron sacerdotem tollite turibula aurea e medio exustorum et ignem alienum hunc semina ibi quia sanctificauerunt turibula peccatorum horum in animabus suis. et facies lamminas ductiles circumpositionem altari. quoniam oblata sunt coram domino et sanctificata sunt et facta sunt in signum filiis israel. Sed notandum nouo modo dicta sanctificata pena eorum a quibus peccatum fuerat perpetratum. quia per eos exemplum datum est ceteris. quo timerent circumpositione autem altari cum ex eis fieri uoluit addidit dicens. quoniam oblata sunt ante dominum et sanctificata sunt. in signum filiis israel. ne quis in ea reprobare uoluit. quia a talibus oblata sunt. sed hoc potius cogitari et adtendi quia ante dominum oblata sunt. i. quia ante dominum plus in eis ualet nomen domini ante quem oblata sunt. quam pessimum meritum eorum a quibus oblata sunt. Item ex decreto pii pape. penitentia ei cui

Si per negligentiam negligentia aliquid de sanguine stillat.

aliquid de sanguine stillauerit in terram, lingua lambetur, tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus conradatur, et igne consumetur, et cinis intra altare condetur, et sacerdos xl. diebus peniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, et tribus diebus peniteat. Si super linteum altaris, et ad aliud stilla peruenerit, iiii. diebus peniteat. Si usque ad tres, nouem diebus peniteat. Si usque ad quatuor, uiginti diebus peniteat. et lintheamina que tetigerit stilla tribus uicibus minister abluat calice subtus posito, et aquam ablutionis sumat et iuxta altare recondat. Item ex penitentiali Bede presbiteri.

Que sit imponenda penitentia ei qui sacrificium euomuerit.

Siquis per ebrietatem uel uoracitatem eucharistiam euomuerit, xl. diebus peniteat; clerici uel monachi seu diaconi presbiteri septuaginta diebus peniteant; episcopi xc. Si pro infirmitatis causa euomuerit, vii. diebus peniteat. Item ex Carentensi cap. vi.

Sacerdote non presente diuina sacramenta laici non ministrent.

Peruenit ad notitiam nostram, quod quidam presbiteri tam paruipendebant diuina misteria, ut laico aut femine sacrum corpus domini traderent ad deferendum infirmis, et quibus prohibetur ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit horribile, quamque detestabile, omnium religiosorum aduertit prudentia. Ergo interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria presumptio ulterius fiat, sed omnibus modis presbiter per semetipsum infirmum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. Item Clemens.

Quando missa celebratur, presbiterium laici ingredi non presumant.

Sacerdotum autem et clericorum tantummodo, fungentium honore, a laycorum distantie apparere conuenit. Quamobrem nullus laicorum liceat in eo loco ubi sacerdotes et reliqui clerici consistunt, quod presbiterium nuncupatur, quando missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere. Item ex concilio Agathensi.

Sicut in metropolitana ecclesia, ita in aliis missarum solemnia celebrentur.

Institutio missarum, sicut in metropolitana breuiter ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omnibus prouinciis tam ipsius misse ordo, quam psallendi uel ministrandi consuetudo fuerit. Item Aug. in l. x. de ciuitate Dei.

Quid sit sacrificium, quid sit sacramentum.

Sacrificium uisibile inuisibilis sacramentum, id est sacrum signum. Item Augustinus. Sacramentum est inuisibilis gratie uisibilis forma. Idem in lib. ii. de doctrina christiana.

Signum est res preter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire. Item Gregorius in homelia Paschali.

Post consecrationem non substantia, sed species remanet.

Species et similitudo illarum rerum uocabula sunt, que ante fuerunt, scilicet panis et uini. Vnde in fine cuiusdam misse oratur, et dicitur: Perficiant in nobis, domine, quesumus, tua sacramenta quod continent, ut que nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Postulat quippe sacerdos, ut corpus Christi, quod sub specie panis et uini nunc geritur, manifesta uisione, sicuti reuera est, quandoque capiatur. De qua uisione dominus in euangelio secundum Iohannem: Qui diligit me diligetur a patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum. Quamuis non improbabiliter hoc exponitur loco carnis et sanguinis ueritatem, id est panem corporis, de efficientia, id est peccatorum remissione. Item Eusebius Emisenus.

Visibiles creature in Christi corpus et sanguinem conuertuntur.

Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, et illaturus sideribus, necessarium erat, ut die cene sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret, ut coleretur iugiter per misterium, quod semel offerebatur in pretium, ut quia cotidiana et indefessa currebat pro omnium salute redemptio, perpetua esset redemptionis oblatio, et perennis uictima illa uiueret in memoria, et semper presens esset in gratia. Vere unica et perfecta hostia fide estimanda, non specie, neque exteriori censenda uisu, sed interiori affectu. Vnde celestis confirmat auctoritas, quia caro mea uere est cibus, et sanguis meus uere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor est muneris, ipse testis est ueritatis. Nam inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis sui et sanguinis uerbo suo secreta potestate commutat, ita dicens: Accipite et comedite, hoc est corpus meum, et sanctificatione repetita: accipite et bibite, hic est sanguis meus. Sicut ad nutum precipientis domini repente ex nichilo substiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, uasta terrarum, pari potestate in spiritualibus sacramentis, ubi precipit uirtus, seruit effectus. Quanta itaque et quam celebranda beneficia uis diuine operationis operetur, et quomodo tibi nouum et impossibile esse non debeat, quod in Christi substantiam terrena et mortalia conuertuntur, te ipsum qui in Christo es regeneratus interroga. Dudum alienus a uita, peregrinus a salute, sua intrinsecus mortuus exulabas. Subito initiatus Christi legibus et salutaribus misteriis innouatus, in corpus ecclesie non uidendo sed credendo transiluisti, et de filio perditionis adoptiui Dei filius fieri occulta puritate meruisti. In mensura uisibili permanens, maior factus es te ipso inuisibiliter sine quantitatis augmento. Cum idem atque ipse esses, multo alter fidei processibus extitisti. In exteriori nichil additum est, et totum in interiore mutatum est. Ac sic homo Christi filius effectus, et Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu uilitate preterita deposita, subito nouam induisti dignitatem, et sic hoc quod Deus lesa in te curauit, infecta diluit, immaculata detersit, non oculis, sed sensibus tuis sunt credita, et cum reuerendum altare cibis spiritualibus saciandus ascendis, sacrum Dei tui corpus et sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe, et maxime totum haustu interioris hominis assume. Item Aug.

Quod in specie panis et uini sacramentum.

Qui passus est pro nobis, dominus, sanguinem suum nobis Christus ministrans commendauit in isto sacramento sanguinem, ut

suum, et corpus, quod fecit nos met ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus, et per misericordiam ipsius quod accepimus nos sumus.

Recordamini. et uos non fuistis. et creati estis. et ad aream dominicam comportati estis. laboribus boum. i. annuntiantium euangelium triturati estis. quando catecumini differebamini. in horreo seruabimini. nomina uestra dedistis. cepistis moli ieiuniis et exorcismis. postea ad aquam uenistis. et conspersi estis. et panis dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo uidetis esse unum quod factum est. sic unum estote uos diligendo uos, tenendo unam fidem. unam spem. indiuiduam caritatem. Heretici quando hoc accipiunt. testimonium contra se accipiunt. quia illi querunt diuisionem cum panis iste indicet unitatem. sic et uinum in multis racemis fuit. et modo unum est in suauitate calicis post pressuram torcularis. et uos post illa ieiunia. labores post humilitatem et contritionem. iam in nomine Christi. tanquam ad calicem uenistis. et ibi uos estis in mensa. in calice nobiscum uos estis. Simul enim hoc sumimus. simul bibimus. quia simul uiuimus. Item in sermone de infantibus. Ita dominus noster Ihesus Christus nos significauit. nos ad se pertinere uoluit. Misterium pacis et unitatis nostre. in mensa consecrauit. qui accipit misterium unitatis. et non tenet uinculum pacis. non misterium accipit pro se. sed testimonium contra se. Nulli est aliquatenus dubitandum unumquemque fidelium corporis et sanguinis dominici tunc esse participem. quando in baptismate membrum efficitur Christi. nec alienari ab illius panis calicisque consortio. etsi antequam panem illum comedat. calicemque bibat de hoc seculo migrauerit. in unitate corporis constitutus. Sacramenti quippe illius participatione. ac beneficio non priuatur. quando in se hoc quod illud sacramentum significat inuenit. Item in libro sententiarum prosperi. Dum hostia frangitur. passio Christi ad memoriam reuocatur.

Cum frangitur hostia. dum sanguis de calice in ora fidelium funditur. quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio. eiusque sanguinis de latere effusio designatur. Item Leo episcopus. et sancta sinodus. que in urbe Roma conuenit. clero honorato et plebi constitutis Constantinopoli. De ueritate corporis et sanguinis. Nutriti in quibus ista ignorantie tenebris. in quo hactenus bigere liginis desidie torpore iacuerunt. ut nec auditu discerent. ut lectione cognoscerent. quod in ecclesia in omnium ore tam consonum erat. ut nec ab infantium linguis ueritas corporis et sanguinis Christi inter communionis sacramenta taceatur. Quia in illa mistica distributione spiritalis alimonie. hoc impertitur. hoc sumitur. ut accipientes uirtutem celestis cibi. in carnem ipsius qui facta est caro nostra transeamus. Idem Leo. Cibus refectionis. Cibus et sanguinis. Sic enim caro eius uere est cibus, et ita sanguis eius uere est potus. Idem est corpus de quo dictum est. caro mea uere est esca. et sanguis meus uere est potus. Circa hoc corpus aquile sunt. que alis circumuolant spiritualibus. uerum idem corpus Christi edimus. ut uite eterne possimus esse participes. Idem. Cum dare argumentis uolumus usitatis exemplis incarnationis. quia exemplo astruimus misterii ueritatem. quid hic querimus nature ordinem in Christi corpore. cum preter naturam sit ipse Christus

partus ex uirgine. Item Ambrosius in libro de catecizandis rudibus. Non natura nascitur. sed consecratione nobis conficitur.

Panis et calix non quilibet. sed certa consecratione corpus et sanguis Christi. Consecratione mistica fit nobis. non nascitur. proinde quamuis sit panis et calix alimentum refectionis. non sacramentum religionis. nisi quod benedicimus. gratiasque deo agimus. in omni eius munere. non tamen spiritali. uerum et corporali. Item in libro de officiis. Quia ante benedictionem est panis et uinum. post benedictionem est corpus et sanguis.

Ante benedictionem alia species nominatur. post benedictionem Christi corpus significatur. Item in illo sacramento Christus est. Item qui manducauerit. fiet ei remissio peccatorum. Item Augustinus in libro sententiarum prosperi. Sub specie uisibili panis et uini

Nos autem in specie inuisibile carnem et sanguinem honoramus.

panis et uini quam uidemus. res inuisibiles tamen. i. carnem et sanguinem honoramus. nec similiter pendimus has duas species. quemadmodum ante consecrationem pendebamus. cum fideliter fateamur. ante consecrationem panem esse et uinum. quod natura formauit. post consecrationem uero esse carnem Christi et sanguinem. quod benedictio consecrauit. Item. Confessio berlengarii.

Ego berlengarius indignus ecclesie sancti Mauritii. Andegauensis ecclesie diaconus. cognoscens ueram catholicam et apostolicam fidem. anathematizo omnem heresim. precipue eam de qua hactenus infamatus sum. que astruere conatur panem et uinum. que in altari ponuntur. post consecrationem solummodo sacramentum et non uerum corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Christi esse. non posse sensualiter. nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari. uel frangi. aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sancte Romane ecclesie. et apostolice sedi. et ore et corde profiteor de sacramentis dominice mense. eandem fidem me tenere, quam dominus et uenerabilis papa Nicholaus. et hec sancta sinodus apostolica auctoritate euangelica tenendam tradidit. mihique firmauit. scilicet panem et uinum. que in altari ponuntur. post consecrationem. non solum sacramentum sed etiam uerum corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Christi esse. et sensualiter. et non solum sacramentum. sed in ueritate manibus sacerdotum tractari frangi. et fidelium dentibus atteri. iurans per sanctam et homousion trinitatem. et per hec sacrosancta Christi euangelia. eos qui contra hanc fidem uenerint. cum dogmatibus et sectatoribus suis eterno anathemate dignos esse pronuntio. quod si ego ipse aliquando contra hec aliquid sentire, aut predicare presumpsero canonum seueritati subiaceam. lecto et perlecto sponte subscripsi. Hanc confessionem sue fidei de corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi a berlengario in tomo coram . c. xiii. episcopis factam, Misit papa Nicholaus per urbes Italie. Germanie. Gallie. et ad quecumque loca fama prauitatis eius peruenire antea potuit. ut ecclesie que prius doluerant de auerso. atque perdito. postea gaudeant de reuerso. atque conuerso. Item Ambrosius in libro de officiis. Quare elementorum species remaneant. cum

Forte dicas quomodo uera caro. quomodo uerus. uere sit corpus Christi et sanguis.

[et] sanguis, qui similitudine non video carnis, nec video sanguinis veritatem. Primo omnium dixit de sermone Christi qui operatur, ut possit mutare et convertere genera instituta nature. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius audientes, quia carnem suam daret manducare et sanguinem suum ad bibendum, recedebant. Solus tamen Petrus dixit: Verba vite eterne habes, et quomodo a te recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, et ne veluti quidam horror esset cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudine quidem accipis sacramentum, sed vere nature gratiam virtutemque consequeris. Ego sum inquit panis vivus qui de celo descendi. Item Aug. in expositione psalmi .liiii. **Non carnaliter sed spiritualiter**

Prima quidem heresis in discipulis **Christi corpus et sanguinem** Christi velut a duritia sermonis eius facta est. **debemus accipere.** Cum enim diceret: Nisi qui manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit vitam eternam, illi non intelligentes dixerunt ad invicem: Durus est hic sermo, quis potest eum manducare? dicentes quia durus est hic sermo, quis eum potest manducare? dicentes quia durus est hic sermo, separaverunt se ab illo, et remansit cum duodecim. Discedentibus illis instruxit eos qui remanserant: Spiritus est qui vivificat, caro nichil prodest. Verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Intellexistis spiritualiter? Spiritus et vita sunt. Intellexistis carnaliter? Et sic illa spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intelligite que locutus sum. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri estis illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum vobis aliquod commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos. Caro autem quid egit? Non prodest, sed quomodo intellexerunt illi. Sic respondetur: carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere venditur aut in macello dilaniatur. Sciens autem Ihesus ait: Hoc vos scandalizat, quia dixi do vobis carnem meam manducare et sanguinem meum bibere? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius, quid est hoc? Hic soluit quod illos moverat. Hinc aperuit unde fuerant scandalizati. Hinc plane si intelligerent. Illi autem putabant erogaturum corpus suum; ille dixit se ascensurum in celum, utique integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius, certe vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum; vel tunc intelligetis quia gratia eius non consumitur morsibus. Item donec finiatur seculum, sursum est dominus, sed tamen hic nobiscum est veritas domini. Corpus enim in quo resurrexit uno loco esse oportet; veritas autem eius ubique diffusa est. Item Aug. in epistola ad Ireneum. **Quomodo Christi corpus quod in cruce pependit dicitur accipi, et quomodo non.**

Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem effusuri sunt illi qui me crucifigent. Ipsum quidem et non ipsum: ipsum invisibiliter, et non ipsum visibiliter. Unde et subditur: Si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen invisibiliter intelligi. Item Aug. in sermone de verbis evangelii. **Quid sit corpus Christi manducare et sanguinem eius bibere.**

Quid est Christum manducare? Non hoc est solum in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indigne accipiunt, de quibus ait apostolus: Qui manducat et bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: Qui enim manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in illo. Si in me manet et ego in illo, tunc accipit sacramentum; indigne autem accipit, magnum tormentum. Item Aug. in libro de remedio penitentie. **Credere in Christum est manducare ipsum.**

Ut quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti. Credere enim in eum, hoc est panem vivum manducare. Qui credit in eum, manducat eum. Item Aug. in libro sententiarum Prosperi. **Sacramentum et res sacramenti sacramentum ecclesie conficiunt.**

Hoc est quod dicimus, quod omnibus modis approbare contendimus: sacrificium ecclesie duobus confici, duobus constare: visibili elementorum specie et invisibili domini nostri Ihesu Christi carne et sanguine, et sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Sicut Christi persona constat et conficitur ex deo et homine, cum ipse Christus verus sit deus et verus homo, quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Est igitur sacramentum et res sacramenti, id est corpus Christi. Item caro eius quam forma panis opertam in sacramento accipimus, et sanguis eius quem sub vini specie atque sapore potamus. Caro videlicet carnis, et sanguis sacramentum est sanguinis; carne et sanguine utroque invisibili, spirituali, intelligibili significatur visibile domini nostri Ihesu Christi et palpabile, plenum gratia omnium virtutum et divina maiestate. Sicut ergo celestis panis qui vere Christi caro est suo modo vocatur corpus Christi, cum revera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, quod palpabile, mortale in cruce est positum; vocaturque ipsa carnis immolatio que sacerdotis manibus fit, Christi passio et mors et crucifixio, non rei veritate sed significante misterio; sic sacramentum fidei, quod baptisma intelligitur, fides est. Item Ier. in epistola ad Ephesios. **Quot modis caro Christi intelligitur.**

Dupliciter inquit intelligitur caro Christi et sanguis: vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus, et nisi manducaveritis carnem meam et sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis; vel caro que crucifixa est et sanguis qui militis effusus est lancea. Item Gregorius in libro de trinitate ad Corinthios. **Quomodo Christus sit immolatus et quomodo cotidie immolatur.**

Quia a morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo et potando carnem et sanguinem que pro nobis oblata sunt significamus. Item in psalmo .xx. **De eodem.**

Semel Christus mortuus est iustus pro iniustis, et scimus et certum habemus et spe immobili retinemus, quia Christus resurgens iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Verba ista apostoli sunt. Tamen ne obliviscamur quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, quotiens pascha celebratur. Numquid totiens Christus occiditur? Sed tamen anniversaria recordatio representat quod olim fac

tum est. et sic nos facit moveri tamquam videamus presentem dominum in cruce. Item in libro sententiarum prosperi.

Semel immolatus est in semetipso christus. et tamen cotidie immolatur in sacramento. quod ita intelligendum est. ut quod quia in manifestatione corporis. in distinctione suorum membrorum omnium. verus deus et verus homo. semel tantum in cruce pependit. offerens se patri ipsum hostiam vivam et passibilem mortalem. vivorum ac mortuorum redemptionis efficacem. eorum scilicet quos ab initio divitiarum divini consilii redimendos iudicavit presciuit. predestinavit. vocavit modis atque temporibus quibus eos fieri congruebat. Item ambrosius in epistola ad hebreos.

Hostia que semel in recordatione oblata est sue mortis

In christo semel oblata est hostia. (que) offertur. ad salutem sempiternam potens. quid ergo nos. Nonne per singulos dies offerimus. sed ad recordationem mortis eius. Et una est hostia. non multe. Quomodo una. et non multe. Quia semel oblatus est christus. hoc autem sacrificium. exemplum est illius. id ipsum. semper id ipsum. proinde hoc est sacrificium. alioquin dicetur. quoniam in multis locis offertur. multi sunt christi. Nequaquam. sed unus ubique christus. et hic plenus existens. et illic plenus. Sicut enim quod ubique offertur. unum est corpus. et non multa corpora. ita et unum sacrificium. Pontifex autem ille est. qui hostiam obtulit nos mundantem. ipsam offerimus. et nunc. que tunc oblata consumi non potest. quod nos facimus. in commemorationem fit eius. quod factum est. hoc enim facite in meam commemorationem. Item augustinus in libro responsionum ad ianuarium. **Sacramentum corporis christi non nisi ieiuni debemus accipere.**

Liquido apparet. quando primum acceperunt discipuli corpus et sanguinem domini. non eos accepisse ieiunos. Numquid tamen propterea calumpniandum est universe ecclesie. quod a ieiunis semper accipitur. Ex hoc enim placuit spiritui sancto. ut in honorem tanti sacramenti. prius in os christiani dominicum corpus intraret. quam ceteri cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos dominus dedit. propterea pransi aut cenati fratres. ad illud sacramentum accipiendum convenire debent. aut sicut faciebant quos apostolus arguit et emendat. mensis suis miscere. Namque salvator quo vehementius commendaret misterii illius altitudinem. hoc ultimum voluit infigere cordibus et memorie discipulorum. a quibus ad passionem digressurus erat. Et non precepit quo deinceps ordine sumeretur. ut apostolis per quos ecclesias dispositurus erat. servaret hunc locum. Nam si hoc monuisset ille. et post cibos alios semper acciperetur. credo quod eum morem nemo variasset. Cum vero ait apostolus de hoc sacramento loquens. propter quod fratres. cum convenitis ad manducandum invicem expectate. Si quis esurit domi manducet. ut non ad iudicium conveniatis. statim subtexuit. Cetera autem cum venero ordinabo. Unde datur intelligi. quia multum erat ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret. quem universa per orbem servat ecclesia. ab ipso ordinatum esse. quod nulla hora (morum) diversitate variatur. Item ambrosius in libro de sacramentis. **Ante consecrationem est panis. sed verbo christi inci**

Panis est in altari usitatus ante verba sacramentorum. ubi accessit consecratio de pane fit caro christi. Quomodo autem potest. qui panis est esse corpus christi. Consecratio autem quibus verbis. et cuius sermonibus est. domini ihesu. Nam reliqua omnia. que dicuntur a sacerdote. dicuntur laus deo offertur. oratione petitur pro populo. pro regibus. pro ceteris. Ubi autem sacramentum conficitur. iam non suis sermonibus sacerdos. sed utitur sermonibus christi. Ergo sermo christi. conficit sacramentum. Quis sermo christi. hoc quo facta sunt omnia. Iussit dominus et facta sunt. celum. terra. et mare. Vides ergo quam operatorius sit sermo christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini ihesu. ut inciperet esse quod non erat. quanto magis est operatorius. ut sint que erant. et in aliud commutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem. iam corpus christi est post consecrationem. quia sermo christi creaturam mutat. et sic ex pane fit corpus christi. et vinum cum aqua in calicem mixtum fit sanguis consecratione verbi celestis. Sed forte dicis. speciem sanguinis non video. sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem assumpsisti. ita etiam similitudinem sanguinis bibis. ut nullus horror cruoris sit. et pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti. quia corpus accipis christi. Vis scire quia verbis celestibus consecratur. Accipe que sunt verba. dicit sacerdos. Fac nobis inquit hanc oblationem. ascriptam. rationabilem. et cetera. Inde omnia illa evangeliste sunt. usque ad accipite. sive corpus. sive sanguinem. Inde verba sunt christi. Accipite. et bibite. ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus. Videlicet singula. Qui pridie quam pateretur. accepit inquit in sanctas manibus panem. antequam consecretur panis est. Ubi autem verba christi accesserunt. corpus christi est. Deinde audi dicentem. Accipite et edite ex eo omnes. hoc est corpus meum. Et ante verba christi. calix est vini et aque plenus. Ubi verba christi operata fuerint. ibi sanguis efficitur. qui plebem redemit. Ergo vide quam potens est sermo christi. convertere universa. Deinde ipse dominus ihesus testificatur. quod sanguinem suum et corpus suum accipiamus. de cuius fide et testificatione dubitare non debemus. Item. **Non corporis sed anime**

Non iste panis est qui vadit in corpus. sed panis vite eterne. qui anime nostre substantiam fulcit. Iste panis cotidianus est. accipe cotidie quod cotidie prosit. Sic vive. ut cotidie merearis accipere. Item augustinus in epistola ad ireneum. **Etiam secundum carnem christus est panis vivus.**

Christus panis est. de quo qui manducat. vivit in eternum. de quo ipse met dixit. et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. et cetera. Determinat quomodo sit panis. non solum secundum verbum quo vivunt omnia. sed secundum carnem assumptam. pro mundi vita. Nam humana caro que erat peccato mortua carni munde unita. incorporata. unum cum illa effecta. vivit de spiritu eius. sicut unum corpus de suo spiritu. Qui vero non est de corpore christi. non vivit de spiritu christi. Item. **quod christus sensibili**

in sacramento spiritualiter in veritate manducat. et viui.

Qui manducant et bibunt xpm. uitam manducant et bibunt. Illum manducare est refici. illum bibere est uiuere. Quod in sacramento uisibiliter sumitur. in ipsa ueritate spiritualiter manducatur et bibitur. Manducatur xpc uiuit manducatus. quia surrexit occisus. neque quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. et norunt fideles quomodo manducent carnem xpi. unusquisque accipit partem suam. unde ipsa gratia partes uocantur. per partes manducatur. et manet integer totus in corde tuo. totus erat apud patrem, quando uenit in uirginem. impleuit illam. nec recessit ab illo. Quod uidetur. panis est. et calix. quod etiam oculi renuntiant. quod autem fides postulat instruenda. panis est corpus xpi. calix sanguis. Ista ideo dicuntur sacramenta. quia in eis aliud uidetur. et aliud intelligitur. Quod uidetur speciem habet corporalem. quod intelligitur. fructum habet spiritualem. qui accipit misterium unitatis et non tenet uinculum pacis. non misterium accipit pro se. sed testimonium contra se. Idem super iohannem. quomodo spiritualiter corpus xpi sit accipiendum.

Crede in illum xpm. hoc est manducare panem uiuum. qui credit manducat. inuisibiliter saginatur. quia inuisibiliter renascitur. et qui manducat carnem meam. et bibit sanguinem meum. uitam habet eternam. Participatione enim filii quod est per unitatem corporis eius. et sanguinis. homo manducans uiuit. non sumens solum in sacramento. quod et mali faciunt. sed usque ad spiritus participationem. ut in corpore domini tamquam membrum maneat. et eius spiritu uegetetur. quod est domini mandata seruat. ad altare dei inuisibile. quo non accedit iniustus. ut peruenit. qui ad hoc presens iustificatus accedit. inueniet illic uitam. qui hic discernit causam suam. Item .i. k. iii. de ciuitate dei. Species

Corporis et sanguinis inuisibiliter corpus et carnem xpi sanctificat.

Carnem et sanguinem xpi dicimus illud quod ex fructibus terre acceptum. et prece mistica consecratum. recte sumimus ad salutem spiritualem. in memoriam dominice passionis. quod cum per manus hominis. ad illam uisibilem speciem perducatur. non sanctificatur. ut sit tam magnum sacramentum. nisi operante inuisibiliter spiritu dei. cum hec omnia. que per corporales motus in illo fiunt corpore. deus operetur. Item per benedictionem.

Non omnis panis. sed accipiens benedictionem xpi. fit corpus xpi. Item. dupliciter corpus xpi intelligitur.

Commendauit enim xpc in hoc sacramento. corpus et sanguinem suum. quod fecit et nos ipsos. nam et nos ipsius corpus facti sumus. Item. Sacrificium altaris. sacramentum est unitatis.

Hoc sacramentum pietatis est signum unitatis. uinculum caritatis. qui uult uiuere. accedat. et credat in corpore. hunc cibum et potum. societatem uult intelligi corporis et membrorum suorum quod est ecclesia in predestinatis. Item. Spiritualiter magis quam corporaliter corpus xpi debemus accipere.

Panem de altari spiritualiter manducare. innocentiam est ad altare portare. debemus peccata. et si sint cottidiana. ut non sint mortifera. antequam accedatis. dimittite debitoribus uestris. si dimittitis. dimittetur uobis. Securus accede. panis est non uenenum. Sed uide si dimittis. ne mentiaris deo. quem non fallis. mentiri deo potes. fallere ipsum non potes. Item. Sacramentum non ueritatem xpi corpus accipit. qui ab eo discordat.

Qui discordat a xpo. nec manducat carnem eius. nec sanguinem eius bibit. et si tante rei sacramentum ad iudicium sue presumptionis cottidie accipit. Item. Sancta nocent malis. et mala prosunt bonis.

Et sancta malis possunt obesse. bonis sunt ad salutem. malis ad iudicium. Vnde apostolus. Qui manducat et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit. non quia res illa mala est. sed quia malus male accepit. quod bonum est. Non enim mala erat bucella. que iude data est a domino. Salutem medicus dedit. sed quia ille qui indignus erat accepit. ad perniciem sui accepit. et mala a presbiteris bonis. sicut angelus sathane profuit paulo. per malum eius fit bonum. cum bene accipit malum. Item. Non prohibeant mali mensam domini

Non prohibeat dispensator pingues terre manducare mensam domini manducare. sed exactorem moneat timere. Item. Et qui indigne accedit. tamen corpus xpi

Sicut iudas cui bucellam tradidit xpc non accepit malum accipiendo. sed bonum male accipiendo. locum prebuit diabolo. sic indigne quisque sumens corpus xpi non efficitur ut quia malus est. malum sit. aut quia non ad salutem accipit. nichil accipit. Corpus enim et sanguis domini nichilominus erat illis. quibus dicebat apostolus. Qui manducat indigne. iudicium sibi manducat et bibit. Item ambrosius de sacramentis. Quibus exceptis. preter naturam substantia panis. et uini corpus

Reuera mirabile est. quod manna et sanguinem xpi comitu prebet. deus pluit patribus. et cottidiano celi pascebantur alimento. Vnde dictum est panem angelorum manducauit homo. sed tamen panem illum qui manducauerunt. omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca. quam accipis iste panis uiuus quod de celo descendit. uite eterne substantiam ministrat. et quicumque hunc panem manducauerit. non morietur in eternum. et corpus est xpi. Considera utrum nunc prestantior sit panis angelorum. an caro xpi. que utique corpus est uite. Manna illud de celo. hoc super celum. illud celi. hoc domini celorum. illud corruptioni obnoxium. si in diem alterum seruaretur. hoc alienum ab omni corruptione. Quicumque religiose gustauerit. corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit. tibi sanguis ex xpo. Illos ad horam satiauit aqua. te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit. tu cum biberis. sitire non poteris. et illud in umbra. hoc in ueritate. Si illud quod miraris umbra est. quantum istud. cuius umbram miraris audi quia umbra est. que apud patres facta est. Bibebant autem inquit de consequenti eos petra. petra autem erat xpc. Sed

...ostendit non esse impossibile deo permutare corpus suum et uinum in sanguinem ... plagas Egypti uerius sanguis erat sicut uere serpentes quod quidem bibebat ... fortassis ... aqua sicera fiebat eis.

Hoc cotidie hominum corpus Christi quia cotidie egemus ut remittantur nobis peccata. Licet enim per baptismum sublata sit culpa, tamen propter fomitem originalis peccati cotidie recidiuamus ... ut possimus ... mortem domini ... dilexerit nos.

non in pluribus eorum complacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hec autem facta sunt in figuram nostri. Cognouisti potiora. Potior est enim lux quam umbra, ueritas quam figura, corpus creatoris quam manna de celo. Forte dicas: Aliud uideo. Quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis, ut probemus hoc non esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque uim esse benedictionis quam nature, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Uirgam tenebat Moyses, proiecit eam et facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis et in uirge naturam reuertitur. Uides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam et serpentis et uirge. Currebant Egypti flumina puro meatu aquarum; subito de fontium uenis sanguis cepit erumpere, non erat potus in fluuiis. Rursus ad prophete uocem cruor cessauit, fluminum aquarum natura remeauit. Circumclusus undique erat populus Hebreorum, hinc Egyptiis uallatus, inde mari clausus. Uirgam leuauit Moyses, separauit se aqua et in murorum speciem congelauit, atque inter undas uia pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordium. Nonne claret naturam uel maritimorum fluctuum uel fluuialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses petram, et aqua de petra profluxit. Numquid preter naturam operata est gratia, ut aquam uomeret petra quam non habebat natura? Mara fluuius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset. Misit Moyses lignum in aquam, et amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. Sub Heliseo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi et statim mersum est. Rogauit Heliseum qui amiserat ferrum. Misit etiam Heliseus lignum in aquam et ferrum natauit. Utique et hoc preter naturam factum cognouimus. Grauior est enim ferri species quam aquarum liquor. Aduertimus igitur gratiam maioris esse quam naturam, et adhuc tamen prophetice benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum ualuit humana benedictio ut naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, ubi uerba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis Christi sermone conficitur. Quod si tantum ualuit sermo Helie ut ignem de celo deponeret, non ualebit Christi sermo ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: Quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt. Sermo igitur Christi qui potuit ex nichilo facere quod non erat, non potest ea que sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est dare quam mutare nouas naturas rebus. Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis, incarnationisque astruamus misterii ueritatem. Numquid nature usus presensit, cum Ihesus Christus dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem querimus, uiro mixta femina generare consueuerat. Liquet igitur quod preter nature ordinem uirgo generauit. Et hoc quod conficimus corpus ex uirgine est. Quid hic queris nature ordinem in Christi corpore, cum preter naturam sit ipse dominus Ihesus partus ex uirgine? Uera utique caro Christi que crucifixa est, que sepulta est. Uere igitur illius carnis sacramentum est. Ipse clamat dominus Ihesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem uerborum celestium alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis amen, hoc est uerum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat.

Item Aug. in quodam sermone de uerbis euangelii. Quomodo per partes Christus manducatur, et integer remanet.

Inuitatoris seruos, et preparat eis ab eo seipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen qui manducat me, uiuit propter me. Quando manducatur, uita manducatur, nec occiditur ut manducetur, sed mortuos uiuificat. Qui manducat reficitur, sed non deficit manducatus. Christus uiuit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducatur partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque partem suam accipit. Per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus per partem. Manducatur in sacramento et manet integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo.

Item Paschasius de corpore et sanguine Christi. Cotidianum sacrificium non est reiteratio passionis, sed commemoratio.

Iteratur cotidie hec oblatio, licet Christus semel passus in carne per unam eandemque mortis passionem semel saluauerit mundum, ex qua morte ad uitam resurgens, mors ei ultra non dominabitur. Quam ipsa sapientia dei patris necessarium per multis causis hoc putauit. Primo quidem quia cotidie peccamus, saltim in peccatis sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. Quia licet omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc manet in carne. Unde psalmista: Benedic anima mea domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et ideo quia cotidie labimur, cotidie pro nobis Christus mistice immolatur, et passio Christi in misterio traditur, ut qui semel moriendo mortem uicerat, cotidie recidiua delictorum per hec sacramenta corporis et sanguinis peccata relaxet. Unde oratio in uirtute nobis debita nostra. Quod si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est. Item iteratur hoc misterium et ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait: Hec quotienscumque agitis, in mei commemorationem facietis. Quotienscumque hunc panem sumitis et bibitis hunc calicem, mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Non itaque sic accipiendum est donec mors Christi ueniat, quia iam ultra non morietur, sed donec ipse dominus ad iudicium ueniet. Interdum autem semper mors est Christi prescientia posteris nuntianda, ut discant qua caritate dilexit suos, qui pro eis mori dignatus est, cuius omnes uicem debemus rependere caritatis, quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus gehenne filii, ut diligeremus eum a morte sua liberati.

Item Aug. Non solum sub figura, sed et in ueritate dominica

Utrum sub figura an sub ueritate corporis et sanguinis sacramentum celebratur.

ueritate hoc misticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait: Caro mea uere est cibus, et sanguis meus uere est potus. Alioquin quomodo magnum erit, panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita, nisi uera sit caro? Sed quia Christum fas uorari dentibus non est, uoluit hunc panem et uinum in misterio uere carnem suam et sanguinem consecratione Spiritus sancti potentialiter creari, et cotidie pro mundi uita mistice immolari, ut sicut de uirgine per Spiritum uera caro creatur sine coitu, ita per eundem ex substantia panis et uini mistice idem corpus Christi consecretur. Corpus Christi et ueritas et figura est. Veritas dum corpus Christi et sanguis uirtute Spiritus in uirtute ipsius ex panis uinique substantia efficitur; figura uero est id quod exterius sentitur. Iteratur autem cotidie hec oblatio, licet Christus semel passus sit, quia cotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. Et ideo quia cotidie labimur, cotidie Christus mistice pro nobis immolatur. Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis Christi nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris et in uirtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Sicut autem ipse est qui baptizat, ita est qui per Spiritum sanctum suam efficit hanc suam carnem et transfert uinum in sanguinem. Vnde et sacerdos: Iube, inquit, offerri per manus angeli tui sancti in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Vt quid deferenda illuc deposcat, nisi ut intelligatur quod ista fiant in eius sacerdotio? Hanc ergo oblationem benedictam, per quam benedicimur; ascriptam, per quam homines in celo ascribimur; ratam, per quam in uisceribus Christi esse censeamur; rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur; acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles unico filio suo simus. Nichil rationabilius, ut quia nos iam similitudinem mortis in baptismo accepimus, similitudinem quoque et sanguis sumamus. Ita et ueritas non desit in sacramento et ridiculum nullum fiat a paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Sicut enim discipuli patienter ferre nequiuerunt quod Dominus dixerat: Qui non manducat carnem meam etc. Sed dixerunt: Durus est hic sermo, quomodo ferrent ista increduli? Credendum est quod in uerbis Christi conficiantur sacramenta. Cuius enim potentia creantur prius, eius utique uerbo ad melius procreantur. Reliqua omnia, que sacerdos dicit aut clerus chori canit, nichil aliud quam laudes et gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes fidelium petitiones. Vnde et sacerdos dicit per euangelistarum uerba assumens: Qui pridie quam pateretur etc. In his ergo creatur illud corpus.

Item Gregorius in homelia pascali. In sanguine agni Christi sanguis, qui nunc uere sumitur, olim prefigurabatur.

Quid sit sanguis agni non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed et ore cordis hauritur. Item. Hec salutaris uictima illam nobis mortem unigeniti per misterium reparat, qui licet surgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, tamen in se ipso inmortaliter et incorruptibiliter uiuens, in hoc misterio moritur, eius quoque ubique corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in fidelium ora funditur. Hinc ergo pensemus quale sit hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri, in illo Ihesu Christi misterio angelorum choros adesse, summa et ima sociari, unum quid ex inuisibilibus atque uisibilibus fieri. Idem. Vno inquit eodemque tempore ac momento in celum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, et ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Tanta uidetur unitas ecclesie in Christo, ut unus ubique sit panis corporis Christi, et unus sit calix sanguinis eius. Calix enim, quem sacerdos catholice sacrificat, non est alius nisi ipse quem Dominus apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas uerbi dei una est, que totum mundum implet, ita licet multis locis et innumerabilibus diebus illud corpus consecretur, non sunt tamen multa corpora, neque multi calices, sed unum corpus Christi et unus sanguis, cum illo quod sumpsit in utero uirginis et quod dedit apostolis. Diuinitas enim uerbi replet illud quod ubique est, et coniungit ac facit ut sicut ipsa una est, ita corpus Christi et unum eius corpus sit in unitate. Vnde et animaduertendum est, quod siue plus siue minus quis inde percipiat, omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt, et generaliter omnes et specialiter unusquisque. Item. Misterium fidei dicitur, quod credere debes, quod ibi salus nostra consistat. Procedens enim dedit nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos cotidie peccamus et ille iam mori non potest, per istud sacramentum remissionem consequamur. Cotidie enim ipse comeditur et bibitur in ueritate, sed integer uiuus atque inmaculatus manet. Et ideo magnum et pauendum misterium est, quia aliud uidetur et aliud intelligitur. Sed cum misterium sit unum corpus et sanguis, dicitur figuram panis et uini habet faciente domino, quia non habemus in usum carnem crudam comedere et bibere sanguinem.

Item Ambrosius. Post consecrationem licet figura panis et uini remaneat, tamen transit in corpus Christi.

Omnia quecumque fecit dominus in celo et in terra, et quia uoluit sic factum est. Ita licet figura panis et uini uideatur, nichil tamen aliud quam caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt. Vnde ipsa ueritas ad discipulos: Hec inquit caro mea est pro mundi uita. Et ut mirabilius loquar, non alia plane quam que nata est de Maria et passa in cruce et resurrexit de sepulcro. Hec inquam ipsa est, et ideo Christi est caro, que pro mundi uita adhuc hodie offertur, et cum digne percipitur, uita utique eterna in nobis reparatur. Panem quidem istum, quem sumimus in misterio, illum utique intelligo panem, qui manu Spiritus sancti formatus est in utero uirginis, et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est hominum

cibus. Vnde ipse ait. Ego sum panis uiuus. qui de celo descendi. et item panis quem ego dabo. caro mea est pro mundi uita. Ex his namque duabus sententiis aperte datur intelligi. quia panis iste et ille non duo. sed unus panis. et una caro. procul dubio unum efficit corpus. Id est illud. sane quod sumptum est de uirgine passum est et sepultum. quod que resurrexit et in celum ascendit et sedet ad dexteram dei patris. et quod uenturum est iudicare uiuos et mortuos. Item aug. ex sermone de uerbis domini.

Qui autem cotidie manducet, christus integer manet et uiuus.

Qui manducat me uiuit propter me. si non longo tamen manet et uiuus. timeam fratres manducare istum panem ne forte finiam illum et postea quod manducem non inueniam. Manducetur christus uiuit manducatus. quia surrexit christus occisus. nec quando manducamus partes de illo facimus. et quidem in sacramento sic fit. et norunt fideles quemadmodum manducent carnem corporis christi. unusquisque accepit partem suam. Vnde et ipsa gratia partes uocantur. per partes manducatur in sacramento. et manet integer totus in celo. et manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem. quando uenit in uirginem. Impleuit illam. nec recessit ab illo. Veniebat in carnem ut homines eum manducarent. et manebat integer apud patrem. Impleuit illam. nec recessit ab illo. Veniebat in carnem ut homines eum manducarent. et manebat integer apud patrem. ut angelos pasceret. Item ieronimus in leuitico.

Corporis et sanguinis christi nullus per se edere.

De hac quidem hostia. que in christi commemoratione mirabiliter fit edere licet. de illa uero quam christus in ara crucis obtulit. secundum se nulli edere licet. Item in sermone dominice .v. post theophaniam.

Corpus christi in singulis portionibus. singuli totum accipiunt.

Singuli autem accipiunt christum dominum. et in singulis portionibus totus est. nec per singulos minuitur. sed integrum se prebet in singulis. Item hilarius. de eodem.

Vbi pars est corporis. est et totum. Eadem ratio est in corpore domini que in manna. quod in eius figura precessit. de quo dicitur. qui plus collegerat. non habuit amplius. neque qui minus parauerat habuit minus. non est quantitas uisibilis in hoc estimanda misterio. sed uirtus sacramenti spiritualis. Idem.

Corpus christi quod sumitur et figura est.

Corpus christi quod sumitur de altari. figura est dum in specie uerba panis et uini extra uidetur. ueritas autem dum corpus et sanguis christi in ueritate interius creditur. Item ex simbolo ephesino.

Carnem uiuificantem et ipsius uerbi propriam in altari accipimus.

Necessarie ergo et hoc adicimus. Incruentam celebramus in ecclesiis sacrificii culturam. et sanctificamur participes corporis et pretiosi sanguinis christi. non ut communem carnem percipientes non uiri sanctificati et uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem. sed uere uiuificantem et ipsius uerbi propriam factam. Item aug.

Quod in manna et aqua de petra.

Inquit apostolus. omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. spiritualem utique eandem. nam corporalem aliam. quia illi manna. nos aliud. et omnes eundem potum spiritualem biberunt. aliud illi. aliud nos. sed specie uisibili. quod tamen idem esset uirtute spirituali.

Item hilarius de trinitate .l. viii.

Quod unitate dominica corporis et sanguinis summus

In christo pater. et christus in nobis. unum in his esse nos faciunt. Si uere igitur carnem corporis nostri christus assumpsit. et uere homo ille christus est. Nos quoque sub misterio carnem corporis sui sumimus. et per hoc unum erimus. quia pater in eo est. et ille in nobis. quomodo uoluntatis unitas asseritur. cum naturalis per sacramentum proprietas. perfectum sacramentum sit unitatis. Non est humano aut seculi sensu de his rebus loquendum. neque per uiolentiam atque imprudentem predicationem dictorum celestium sanitati aliene atque impie intelligentie prauitas extorquenda est. De naturali enim in nobis christi ueritate quod dicimus nisi ab eo didicimus. stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait. caro mea uere est esca. et sanguis meus uere est potus. Qui edit carnem meam. et bibit sanguinem meum. in me manet. et ego in eo. De ueritate carnis et sanguinis. non relictus est ambigendi locus. Nunc enim et ipsius domini professione et fide nostra uera caro est. et uere sanguis est. et hec accepta atque hausta efficiunt. ut et nos in christo. et christus in nobis sit. Est ergo ipse in nobis per carnem. quod autem in eo per sacramentum communicate carnis et sanguinis sumus. ipse testatur dicens. Vos autem me uidebitis. quia ego uiuo. et uos uiuetis. quoniam ego in patre meo. et uos in me. et ego in uobis. Si uoluntatis tantum intelligi unitatem uellet. cur gradum quendam atque ordinem consumande unitatis exposuit. nisi ut ille in patre per naturam diuinitatis. nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem. et ille rursus in nobis per sacramentorum inesse misterium crederetur. ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur. cum nobis in se manentibus ipse maneat in patre. et in patre manens maneret in nobis. et ita ad unitatem proficisceremus. cum qui in eo naturaliter secundum natiuitatem inest. nos quoque in eo naturaliter inessemus. ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem hec in nobis naturalis unitas sit. ipse ita testatus est. Qui edit carnem meam. et bibit sanguinem meum. in me manet. et ego in eo. Non enim in eo erit. nisi in quo ipse fuerit. eius tantum in se assumptam habens carnem qui suam sumpserat. Item sicut misit me pater uiuens. et ego uiuo propter patrem. et qui manducauerit carnem meam. et ipse uiuit propter me. Quod uiuit per patrem uiuit. eodem modo nos per carnem eius uiuimus. Hec ergo uite nostre causa est. quod in nobis manere per carnem christum habemus. uicturi per eum ea conditione. qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum uiuimus. id est naturam carnis sue adepti. quomodo non naturaliter secundum spiritum in se patrem habeat. cum uiuat ipse per patrem. Item hec autem ideo commemorata sunt a nobis. quia uoluntatis tantum inter patrem et filium unitatem heretici mentientes. unitatis nostre ad deum utebantur

exemplo. tanquam nos ad filium. et per filium ad patrem obsequentem. et voluntate religiosius unitis nulla per sacramentum carnis et sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeret. cum et per honorem nobis datum filii. et per manentem in nobis carnaliter. et nos in eo nobis copulatum. et inseparabilis unitatis misterium uere ac naturali unitatis sit predicandum. Unum corpus christi quod sumitur de altari figura est dum panis sumitur extra videtur. ueritas autem dum corpus et sanguis christi in ueritate interius creditur. Item

Ambrosius in libro de sacramentis. Quare in sacrificio aqua et uino mixta uinum. et aqua. Sed dicis uinum miscen

Iam uero in calice mittitur uinum. et aqua. Sed dicis quomodo ergo melchisedech panem et uinum obtulit. Quid sibi uult ammixtio aque. bibebant autem de consequenti petra. petra autem erat christus. Sed non immobilis petra. que populum sequebatur. et tu bibe. ut te christus sequatur. Vide misterium. Moyses hoc est propheta. uirga hoc est uerbum dei. Sacerdos hoc est uerbo dei tangit petram et fluit aqua. et bibit populus dei. Redundat aqua in calice saliens in uitam eternam. Item accipe. et illud de latere eius fluxit aqua et sanguis. aqua ut mundaret. sanguis ut redimeret. Culpa inde gratia. cul pa per feminam. gratia per christum. Item audi psalmum. uide quam aptus sit celestibus sacramentis. Dominus pascit me. et nichil michi deerit. Virga tua. et baculus tuus. Virga imperium. baculus passio est. Eterna deitas christi passio temporalis. Que creauit hec redemit. Parasti in conspectu meo mensam. et poculus inhebrians quam preclarum est. Item quotiens cumque bibis remissionem accipis peccatorum. et inhebriaris spiritu. Vnde et apostolus. Nolite inhebriari uino in quo est luxuria. Sed implemini spiritu sancto. Item preclara hebrietas. que sobrietatem mentis operatur. Item fiat uoluntas tua sicut in celo. et in terra. panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Sanguine christi pacificata sunt omnia. ut in celo. ut in terra sanctificatum est celum. deiectus est diabolus. ibi uero sanguis hominis. quem ille decepit. dixi uobis quod ante uerba christi. quod offertur. panis dicatur. ubi uerba christi deprompta fuerint. non iam panis sed corpus dicitur. Quare ergo in oratione dominica ait. panem nostrum. panem quippe. Sed epiousion. hoc est supersubstantialem. Idem de eo. in libro viii. Veram christi carnem. et uerum eius sanguinem. manducamus. et bibimus.

Sicut uerus est dei filius dominus noster ihesus christus. non quemadmodum homines per gratiam. sed quasi filius ex substantia patris. ita uera caro christi. sicut ipse dixit quam accepimus. et uerus sanguis eius est potus. Item ego sum inquit panis uiuus qui de celo descendi. Sed caro non descendit de celo. Quomodo ergo descendit de celo panis uiuus. quia idem dominus ihesus consors est diuinitatis. et corporis. et tu qui accipis carnem diuine eius substantie in illo participas alimento. Item in libro de ministeriis. In sacrificio non corporalem. sed spiritualem escam accepimus.

In illo sacramento christus est. quia corpus christi est. non ergo corporalis esca. sed spiritualis. Vnde et apostolus de typo eius ait. Quod patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt. Corpus enim dei corpus est spirituale corpus christi. corpus est diuini spiritus. Idem in sermone de abel et caim. carnem a christo susceptam. et corpus transfiguratum in altari ac cepimus.

Si credis a christo carnem esse susceptam. et offeras transfiguratum corpus in altari. nec tamen distinguis naturam diuinitatis et corporis. Si recte offeras. recte autem non diuidas. peccasti. Item ex eodem ad eloibiam. In cena christi fuit

Nec moyses dedit uobis panem uerum. conuiua. et conuiuans. Sed dominus ihesus. ipse conuiua. et conuiuium. et ipse comedens. qui comeditur. Item super matheum. In ueritate sui corporis et sanguinis christi discipulis presentauit. quod melchisedech sa cramentaliter obtulit.

Accipite et commedite hoc est corpus meum. postquam typicum pascha fuerat completum. et agni carnes cum apostolis commedat. assumpsit panem. qui confortator est hominis. et ad uerum pasce transit sacramentum. ut quomodo in prefiguratione eius. melchisedech panem. et uinum offerens fecerat. quod ipse in ueritate sui corporis et sanguinis representaret. Idem in libro de menbris domini. Christus idem est sacerdos. et sacrificium.

Sacerdos dei patris dei filius dei. secundum humanitatem. in qua se pro nobis acceptabile sacrificium deo obtulit. ut ipse sit sacerdos qui est sacrificium. Augustinus de utilitate agende penitentie. Iudei credentes biberunt sanguinem quem in cruce fuderunt.

Tunc cum petrus annuntiauit eum colentem dominum. quem crucifixerunt. ut etiam biberent sanguinem credentes. quem fuderant seuientes. Idem in epistola ad irenenum. Corpus christi ex uirgine sumptum est. a fidelibus accipitur.

Corporeum illud manna. nunc est tantum res mirabilis. quam uenit quod perfectum est. perfectum autem panis de celo corpus ex uirgine. Idem in psalmo xxx.iii. homelia ii. Verum christi corpus. et uerum eius sanguinem cotidie acci pimus.

Accesserunt iudei ad ihesum. ut crucifigerent. nos accedamus. ut corpus eius et sanguinem eius accipiamus. Item uere magnus dominus. et magna misericordia eius. qui nobis dedit manducare corpus suum. in quo tanta perpessus est. et sanguinem suum bibere. Item in psalmo xx.viii. ad iudeos. Iam securi bibite. sanguinem quem fudistis. psalmo lxxx.v. Ipsum quem sanguinem. quem per insaniam fuderunt. per gratiam biberunt. psalmo xx.viii. de carne mariae. carnem accepit. et ipsam carnem ad manducandum ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat. nisi prius adorauerit. psalmo xxx.iii. dauid ferebatur manibus suis. Manibus suis. nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso dauid. secundum litteram non inuenimus. in christo autem inuenimus. Ferebatur enim christus manibus suis. quando commendans ipsum corpus suum. ait. hoc est corpus meum. ferebat enim illud corpus manibus suis. Idem super iohannem tractatu xxx.v. quousque biberent sanguinem quem fuderant desperauerunt. Idem psalmo l.iii. Iudei pascebantur tanquam de pane domini. et nos de cruce domini pascimur. quia corpus ipsius manducamus. hinc ergo impii epulas suas. hinc pii suas.

Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Item ex concilio Guarmatiensi. *Pro infirmitatibus eucharistia semper*

Presbyter eucharistiam semper habeat paratam *debet esse parata*, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur. Item ex concilio Aurelianensi. *Penitentia eius qui non bene sacrificium cum suo dat.*

Qui bene non custodierit sacrificium, et mus vel aliud aliquod animal illud commederit, xl. dies peniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, et inventa non fuerit, xxx. dies peniteat.

Item Papa Eutitianus cum fratribus salutem. *Magistri et histrionibus*

Pro dilectione tua consulendum *sacra non committantur misteria*. Unde dilectio tua existimasti, frater karissime, quod mihi videatur de istrione et magno illo, qui apud vos constitutus adhuc in artis sue dedecore perseverat, et magister non eruditor, sed perditor puerorum, id quod male didicit, ceteris quoque insinuat, an talibus sacra communio cum ceteris christianis debeat dari, aut utrum cum eis debeat communicare: puto nec maiestati divine, nec euangelice discipline congruere, ut pudor et honor ecclesie tam turpi et infami contagione fedetur. Item ex concilio Cartaginensi III. *De conversione*

Scenicis atque histrionibus ceterisque huiusmodi *non est deneganda gratia* personis, vel apostaticis conversis vel reversis ad dominum, gratia vel reconciliatio non negetur. Item ex concilio Turbico. *Presbyter missam celebrare in altari non debet, in quo episcopus*

In altari quo missam episcopus cantavit, presbyter eadem die *celebrat* eadem die aliam celebrare non presumat. Item ex concilio Lugdunensi. *Tempora feriandi in missa sunt laicis annuntianda.*

Pronuntiandum est, ut sciant tempora feriandi *per annum*, id est omnem dominicam a vespera usque ad vesperam, ne a iudaismo capiantur. Feriandi vero per annum isti sunt dies: natalis domini, sancti Stephani, sancti Iohannis euangeliste, innocentium, sancti Silvestri, octave domini, theophanie, purificatio sancte Marie, sanctum pascha cum tota ebdomada, rogationes tribus diebus, ascensio domini, sancti dies pentecostes, sancti Iohannis baptiste, duodecim apostolorum et maxime sanctorum Petri et Pauli, qui mundum sua predicatione illuminaverunt, sancti Laurentii, assumptio sancte Marie, nativitas sancte Marie virginis, dedicatio sancti Michaelis archangeli, dedicatio cuiuscumque oratorii, et omnium sanctorum, et sancti Martini, et ille festivitates quas singuli episcopi in suis episcopiis cum populo laudaverint. Que vicinis tantum circummorantibus indicende sunt, non generaliter omnibus. Reliquas vero festivitates per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictum vero ieiunium quando fuerit denuntiatum, ab omnibus observetur. Item ex concilio Toletano IIII. *In sanctorum solempnitatibus divinis officiis non saltationibus vel cantilenis populi*

Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus *debet vacare* per sanctorum sollempnitates agere consuevit. Populi qui debent officia divina attendere, saltationibus et turpibus invigilant canticis, non solum male canentes, sed et religiosorum officiis perstrepunt. Hoc enim ut de provincia Hispanie depelletur, ab omnibus provinciis sacerdotum et iudicum a concilio

sancto curę committitur. Item ex concilio Aurelianensi. *Ante ascensionem*

Rogationes, id est letanias, *domini tribus diebus letanie celebrentur.* ante ascensionem domini placuit celebrari, ita ut premissum triduanum ieiunium in domini ascensionis sollempnitate solvatur; per quod triduum servi et ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstineant, et quadragesimalibus utantur cibis. Item ex eodem. *Episcopus die dominico non desit ecclesie.*

Episcopus si infirmitate non fuerit inpeditus, ecclesie *sie* cui proximus fuerit die dominico deesse non debet. Ex eodem. *Ante sollempnitatem pasce quadragesima est celebranda.*

A sacerdotibus omnibus decretum est, ut ante pasce sollemnitatem non quinquagesima, sed quadragesima teneant. Item ex concilio Martini pape. *Quinta feria ultime septimane xl. ieiunium solvi non licet.*

Non licet quinta feria fratres novissime septimane ieiunium solvere, et omnem exhonorare quadragesimam, sed sincere abstinentes tota xl. perseverare. Item ex concilio Laudicensi. *De eodem decreto.*

Non oportet in quadragesima quinta feria ultime ebdomade ieiunium dissolvi, et totam quadragesimam inhonorari, sed per totos dies quadragesime ieiunare, escis abstinentie convenientibus, id est aridioribus uti. Item ex concilio Agathensi. *Exceptis diebus dominicis in*

Placuit ut omnes ecclesie *quadragesima non solvatur ieiunium* exceptis diebus dominicis in xl. et in die sabbati sacerdotali oratione et discretionis communione ieiunent. Item ex Niceno concilio. *Nec in die dominica nec in diebus pentecoste*

Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem *orate genua flecta* genua flectentes et in diebus pentecostes, propterea ita constitutum est a sancta sinodo, quoniam consona et conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes adorationem domino vota reddamus. Leo III.

De esu carnium *quo tempore ab esu carnis sit abstinendum.* Apud nos vetustissima et non improbanda traditio septenerit tamen ita cene tinnino, que fit in principio noctis quarte ferie que iucessit in quarta feria, usque in diluculum v. ferie, et similiter a cena noctis vi. ferie, que iucessit in vi. feria, non imperite ieiunatio usque ad sabbati lucem. Quantum de diei parte aliqui ieiunare *maluerint* vel debuerint, prestentur. Item Georgius dilectissimis civibus Rome. *Nec die sabbati est feriandum, nec die dominico la*

Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines *cum est prohibitum* prava inter vos aliqua et sancte fidei adversa seminasse, ita ut in die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi predicatores dixerim? Qui veniens diem sabbati atque dominicum ab omni opere faciet custodiri. Quia enim mori et resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem; et quia populum iudaizare compellit, ut exteriorem ritum legis revocet, et sibi iudeorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse predicatum, ut dominico die nullus debeat lavari. Et quidem si pro luxuria et pro voluptate quis lavari appetit, hoc fieri

nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Item Innocentius papa. Ob reverentiam dominice sepulture sabbato ieiunare debemus.

Sabbato vero ieiunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem dominicam ob venerabilem resurrectionem domini nostri Iesu Christi non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulas ebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem domini ieiunamus, sabbatum pretermittere non debemus, quod inter tristitiam atque letitiam temporis illius videtur esse inclusum. Nam utique constat apostolos biduo isto et in merore fuisse, et propter metum Iudeorum se occuluisse. Quod utique non dubium est eos in tantum ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesie habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Que forma per singulas tenenda est ebdomadas, propter id quod commemoratio diei illius est semper celebranda. Quod si putant semel atque uno sabbato ieiunandum, ergo et dominica et sexta feria semel in pascha erit utique celebranda. Melciades papa. Die dominica et quinta ferie non est celebrandum ieiunium.

Ieiunium dominici diei et quinte ferie nemo celebrare debet, ut inter ieiunium christianorum et gentilium, et veracium credentium et infidelium atque hereticorum vera et non falsa discretio habeatur. Ex concilio Cesaraugustano. De eodem.

Ne quis ieiunet die dominica causa temporis aut persuasionis, nec quadragesimarum diebus ab ecclesiis fideles desint, nec habitent in cubiculorum latibulis ac montium, qui in suspicionibus perseverant, sed exemplum ac preceptum custodiant sacerdotum, et ad alienas villas agendorum conventuum causa non conveniant. Ab universis episcopis dictum est: anathema sit qui hoc commiserit. Ex decretis sancti Apollonii. Quarta et sexta feria non sunt solvenda ieiunia.

Ieiunia sane legitima, id est quarta et sexta feria non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit, quia quarta feria Iudas traditionem domini cogitavit, et sexta feria crucifixus est salvator. Videbitur ergo qui in his diebus sine necessitate solvere ieiunia statuta, vel cum tradente tradere salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere. Die autem dominica nichil agendum est nisi deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum in hymnis et psalmis et canticis spiritualibus dies illa transigatur. Item Innocentius. Quinta feria ultime quadragesime ebdomade penitentes remissionem accipiant.

De penitentibus vero, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus penitentiam gerunt, si nulla interveniat egritudo, quinta feria ante pascha remittendum eis romane ecclesie consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere estimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem penitentis, et ad fletus atque lacrimas corrigentis. Sane si quis in egritudinem inciderit atque usque ad desperationem devenerit, est ei ante tempus pasce relaxandum, ne de seculo absque communione discedat.

Item Fabianus papa orientalibus episcopis. Singulis annis quinta feria ultime ebdomade novum crisma conficiatur.

Litteris vestris inter cetera insertum invenimus, quosdam religionis vestre episcopos a nostro more atque ordine discrepare, et non per singulos annos in cena domini crisma conficere, et nescio qua talia excogitata, et mente vesana potius quam recta sentientes hoc facere audent. Sicut enim ipsius diei solempnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sanctissimi crismatis confectio per singulos annos est agenda, et de anno in annum renovanda, et fidelibus est tradendum, quia novum sacramentum est, et per singulos annos in predicta die innovandum, et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Item Eusebius papa. Servetur ab omnibus festivitas inventionis dominice crucis.

Crucis domini nostri Iesu Christi, que nuper nobis gubernacula sancte romane ecclesie tenentibus quinto nonas maii inventa est, in predicto Kalendarum die inventionis festum vobis sollempniter celebrare mandamus. Item Alexander papa quintus a Petro. Quare sit ista aqua sale conspersa populis, tantum ut aqua sale conspersa sanctificet.

Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur et purificentur, quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitule sanguine aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa divinisque precibus sacrata sanctificat populum atque mundat. Et si sale asperso per Heliseum prophetam sterilitas aque sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos sanctificat et purgat, et cetera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit, et a fantasmatis versutiis defendit. Item Pius papa nonus a Petro apostolo in primo suorum decretalium. Non nisi in die dominico pascha celebretur.

Nosse volumus, quod pascha domini die dominico annuis temporibus sit celebrandum. Istis enim temporibus Hermes doctor fidei et scripture effulsit inter nos. Et licet nos idem pascha predicto die celebraremus, tamen quia quidam inde dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermie angelus domini apparuit in habitu pastoris, et precepit ut pascha die dominico ab omnibus celebraretur. Unde et nos apostolica auctoritate instituimus omnes eadem servare debere, quia et nos eadem servamus. Nec debetis a capite quoquomodo discedere. Item Victoris pape xiii. a Petro in primo decretali suo. De eodem.

Celebritatem sanctam pasce die dominica agi debere et predecessores mei iam statuerunt, et nos illud eadem die sollempniter celebrare mandamus, quia non decet ut membra a capite discrepent, aut adversa gerant. A quartadecima vero luna primi mensis usque ad xx. primum diem eius mensis eadem celebratur festivitas. Eodem quoque tempore baptisma celebrandum est a catholicis. Si tamen necesse fuerit aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento, ubicumque evenerit, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus, tantum christiane confessione credulitatis clarificati baptizentur. Ipsi et qui in

baptismo polliciti sunt. summopere est attendendum ne non infideles, si fideles inueniantur, sunt uero qui infidelitatis nota aspergunt, infames efficiuntur atque infideles minime reputantur. Hec uero statuta nulla debent improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia ratio est causarum secularium, alia diuinarum. Item ex concilio Cartaginensi IIII. De eodem.

Pasce sollempnitas uno die et tempore celebranda est. Item ex concilio Cartaginensi V. Dies pasce in concilio formatarum subscriptione omnibus intimetur.

Placuit ut dies uenerabilis pasce formatarum subscriptione omnibus intimetur. Dies uero concilii XI. Kalendarum nouembris fuerit. Sciendum est quod a singularum quarumcumque prouinciarum primates, ut quando apud se concilia congregant, istum diem non impediant. Item ex concilio Bracarensi II. Cum in concilio omnia statuta fuerint, in ...

Placuit ut postquam omnia in concilio sacerdotum statuta fuerint, uel omnibus modis obseruetur ut superueniente tempore anni pasca, quo calendarum die uel quota luna debeat suscipi, a metropolitano episcopo intimetur, quod ceteri episcopi uel reliqui clerici breuiculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia aduenientem natalis domini diem post euangelicam lectionem populo annuntient.

Item ex concilio Arelatensi primo, quod confirmauit papa Siluester. Per uniuersum orbem uno die et eodem tempore pasca celebretur.

De obseruatione pasce domini statutum, ut uno die et tempore per omnem orbem obseruetur, et iuxta consuetudinem litteras ad omnes dirigantur.

Item Gregorius Sereno episcopo Massiliensi. De imaginibus sanctorum non ...

Perlatum ad nos fuerat quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac excusatione quasi adorari non deberent confregeris. Et quidem quia eas adorari uetuisses omnino laudauimus, fregisse uero reprehendimus. Dic frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Aliud enim est picturam adorare, aliud per picturam historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis prestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes uident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde et precipue gentibus pro lectione pictura est. Item ex VII. sinodo.

Imagines sanctorum memoria sunt et recordatio preteritorum.

Venerabiles imagines christiani non deos appellant, neque seruiunt eis ut diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam et recordationem primitiuorum uenerantur eas, et adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino nec alicui creature. Item Adrianus papa Tharasio patriarche. Non in agni sed in hominis specie Christus est figurandus.

Sextam sanctam sinodum recipio cum omnibus canonibus suis, in quibus dicitur: In quibusdam sanctarum imaginum agnus precursoris digito ostensus depingitur, quod in figura transit gratie. Uerum etiam nobis per legem Moysi premonstrans agnum dominum nostrum Ihesum Christum. Antiquas igitur figuras et umbras aduentus ueritatis prefigurationem ecclesie sancte traditas ualedicentes gratiam et ueritatem preferimus, et sicut plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnum dominum nostrum Ihesum Christum secundum humanam imaginem amodo et humani in imaginibus pro ueteri agno depingi iubemus. Item Augustinus in libro de trinitate. De fide trinitatis et unitatis inuiolabiliter seruanda.

Omnes quos legere potui, qui ante me scripserunt de trinitate que deus est, diuinorum librorum ueterum et nouorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater et filius et spiritus sanctus unius eiusdemque substantie inseparabili equalitate diuinam insinuant unitatem. Ideoque non sunt tres dii, sed unus deus, quamuis pater filium genuerit, et ideo filius non sit qui pater est, filiusque genitus sit a patre, et ideo pater non sit qui filius est, spiritusque sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum patris et filii spiritus, et patri et filio et ipse coequalis et ad trinitatis pertinens unitatem. Non tamen eandem trinitatem natam de uirgine Maria et sub Pontio Pilato crucifixam et sepultam, et tertia die resurrexisse et in celum ascendisse, sed tantum modo filium. Nec eandem trinitatem descendisse in specie columbe super Ihesum baptizatum, aut die pentecostes post ascensionem domini sonitu facto de celo, quasi ferretur flatus uehemens, et linguis diuisis uelut ignis, sed tantum spiritum sanctum. Nec eandem trinitatem dixisse de celo: Tu es filius meus dilectus, siue cum baptizatus est a Iohanne, siue in monte quando cum illo erant tres discipuli, aut quando uox sonuit dicens: Clarificaui et iterum clarificabo, sed tantum patris uocem fuisse ad filium factam. Quamuis pater et filius et spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Idem super Iohannem. Sine sacramento uisibili et fide inuisibili nemo saluatur.

Necessarium est uisibile sacramentum aque ad ablutionem uisibilem corporis. Sic necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilem anime. Ideo renascitur homo ex aqua uisibili sacramento et spiritu inuisibili, scilicet intellectu, ut simbolum baptismi inuisibiliter accipiat et spiritualem intellectum ipsius simboli percipiat, ut ex aqua uisibili et spiritu sancto. Idem in libro de baptismo paruulorum. In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut non sit.

Per baptismum Christi id agitur ut caro peccati euacuetur, ut non sit; non sic autem euacuatur ut in carne concupiscentia innata non sit, sed ne obsit. Nam si post baptismum ad etatem rationalem peruenerit, ibi habet cum qua pugnet, eamque adiuuante deo superet, si non gratiam in uacuum susceperit. Nam nec adultis id prestatur in baptismo, nisi forte miraculo dei, ut lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur et non sit, sed ut quicquid ab homine dictum, factum et cogitatum cum eidem concupiscentie mente subdita seruiret, totum aboleatur, et quasi factum non sit habeatur. Idem ad Petrum diaconum. Qui ex uiro et muliere concipitur cum originali peccato nascitur. Nec ...

Firmissime tene et nullatenus dubites, sine baptismate saluari omnem hominem qui per concubitum uiri et mulieris concipitur, cum originali peccato nascitur, impietati subditum.

De efficacia baptismi.

Com...

mortique subiectum. et ob hoc naturaliter iure nascitur ad filium. de qua dicit apostolus. Eramus enim natura filii ire sicut et ceteri. a qua ira nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum ihesu christi. Firmissime tene non solum homines ratione utentes. uerum etiam paruulos. qui siue in utero matrum uiuere incipiunt. et ibi moriuntur. siue iam de matribus nati sine sacramento baptismatis quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti. de hoc seculo transeunt. semper terno igne puniendos. Quia et si peccatum proprie actionis nullum habuerunt. originalis tamen peccati dampnationem carnali conceptione et natiuitate traxerunt. Item iohannes crisostomus. De eodem.

Non potest quis gratiam uite accipere celestis. nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. per penitentie confessionem per donum baptismi salutaris. domini et saluatoris nostri ihesu christi. qui est benedictus in secula seculorum amen. Item gregorius in moralibus. Sicut nunc in baptismate.

Quod apud nos ualet aqua baptismatis. hoc egit apud ueteres uel pro paruulis sola fides. uel pro maioribus uirtus sacrificii. uel pro his qui de habrahe stirpe prodierunt misterium circumcisionis. Item augustinus ad ualerium comitem in libro I. Originale peccatum nunc in baptismo. olim in circumcisione remittebatur.

Ex quo instituta est circumcisio in populo dei. que erat tunc signaculum fidei iustitie. et ad sanctificationem purgationis ualebat paruulis originalis ueterisque peccati. sicut et baptismus ex illo ualere cepit. ad innouationem hominis. ex quo constitutus est. Item de libero arbitrio. Paruulis in fide offerentium prodest baptismus.

Illud perscrutari homines solent sacramentum baptismi christi. quid prosit paruulis. cum eo accepto plerumque moriuntur. priusquam ex eo quicquam potuerint cognoscere. quam in re satis pie recteque creditur prodesse paruulo fidem eorum. a quibus consecrandus offertur. et hoc ecclesie commendat auctoritas. ut ex eo quisque sentiat. quid sibi prosit fides sua. quando in aliorum quoque beneficio qui propria non dum habent potestatem. comodari potest. Item de baptismo paruulorum. Per fidem et baptismum.

Filius dei carnem peccati suscepit. ut iustificaret a peccatis originalibus et penam sine culpa. ut in carne peccati et culpam solueret et penam. per fidem et baptismum eius homo et a peccato per iustificationem. et a morte liberatur per resurrectionem. paruuli et baptizati. inter credentes reputantur. per sacramenti uirtutem et offerentium responsionem. Quia uero non sunt baptizati. inter non credentes iudicantur. ex euangelio iohannis. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest introire in regnum dei. Item ambrosius in libro de sacramentis. Per aquam baptismi de terreno fit homo celestis.

Per aquam baptismi transitus est de terrenis ad celestia. Id est pascha transitus dicitur. hic transitus est de peccato ad uitam. de culpa ad gratiam. de inquinamento ad sanctificationem. qui per hanc aquam transit non moritur. sed resurgit. non omnis aqua sanat. sed illa que habet gratiam christi. aliud est elementum. aliud consecratio. non sanat aqua nisi spiritus sanctus descendat et illam aquam consecret. sicut legitur quia cum christus formam baptismatis daret. uenit ad iohannem. et ait illi iohannes. Ego a te debeo baptizari. et tu uenis ad me. Respondit ihesus. sic decet nos implere omnem iustitiam. Vide quia omnis iustitia. christus ad baptismum descendit. non ut caro mundaretur. quam susceperat mortis conditione. non enim ablutio peccati christo necessaria fuit. qui peccatum non fecit. sed nobis erat necessaria. qui peccato eramus obnoxii. Descendit christus. descendit et spiritus sanctus. Quare autem prior descendit christus. postea spiritus sanctus. cum forma et usus baptismi hoc habeat. ut ante fons consecretur. et tunc descendat baptizandus. christus autem descendit. sed et spiritus sanctus. ut nunquam ipse sanctificationis misterio egere uideretur. sed ut sanctificaret ipse. sanctificaret et spiritus sanctus. Item iohannes crisostomus. Aqua baptismi non purgaret peccata. nisi tactu dominici corporis esset sanctificata.

Nunquam aque baptismi peccata credentium purgare possent. nisi tactu dominici corporis sanctificate fuissent. Item siricius papa himerio tarraconensi. Generale baptisma non nisi in sabbato sancto pasche. et pentecoste celebretur.

Non ratione auctoritatis alicuius. sed sola temeritate presumitur. ut passim et libere in natiuitate christi. seu apparitione. necnon apostolorum. seu martirum festiuitatibus. innumere plebes baptizentur. Cum hoc sibi priuilegium et apud nos et apud omnes ecclesias dominicum pascha. defendat specialiter cum sancto pentecosten. Item leo universis episcopis per italiam constitutis. De eodem.

Duo tempora id est pascha et pentecosten ad baptizandum a romano pontifice legitima sunt prefixa. Vnde quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis. haec duo tempora quibus locuti sumus esse legitima dilectionem uestram monemus. ut nullos alios dies huic obseruantie misceatis. Item. Quare in predictis temporibus maxime celebretur.

Propterea in morte crucifixi. et in resurrectione ex mortuis potentia baptismi nouam creaturam condidit ex ueteri. ut in renascentibus et mors christi operetur et uita dicente apostolo. an ignoratis. quia quicumque baptizati sumus in christo ihesu. in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus per baptismum in mortem. ut quomodo surrexit christus a mortuis. per gloriam patris. ita et nos in nouitate ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus. et cetera que latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit. ut appareret ex huius doctrine spiritu. regenerandis filiis hominum. et inde filios adoptandos in unum diem. et illud tempus electum. in quo per similitudinem formamque misterii. ea que geruntur in membris. his que in ipso sunt capite gesta congruerent. dum in baptismatis regula. et mors interuenit interfectione peccati. et sepulturam triduanam imitatur trina dimersio. et ab aquis eleuatio resurgentis instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandum generaliter gratie diem legitimum esse. in quo orta est et uirtus muneris. et species actionis. ad quam rem confirmationem plurimum ualet. quia ipse dominus ihesus postquam resurrexit a mortuis. discipulis suis. in quibus omnes ecclesie rectores presules docebantur. et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. De quo utique eos et ante passionem potuisset instruere. nisi proprie uoluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Addit sane

huic observantie. et pentecostes ex adventu sps s. sacras sollempnitas que de pascalis festi pendet articulo. et cum ad alios dies alia festa pertineant. hoc semper ad eundem diem qui resurrectio domini est insigni socius currit. porrigens quodam modo auxiliantis gratie manum. et eos quos a die pasce aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris aut navigationis difficultas interclusit invitat. ut quibuslibet necessitatibus inpediti desiderii sui effectum dono sci sps consequantur. hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere. sed ex apostolica auctoritate servare. satis idoneo probamus exemplo. Sequentes beatum petrum apostolum. qui in ipso die quo omnem credentium numerum promissus sci sps repleverat adventus. tria milia populorum sua predicatione conversum. lavacro baptismatis consecravit. quod sca scriptura que apostolorum actus continet fidelis historia docet. dicens. his auditis compuncti sunt corde. et dixerunt ad petrum et ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. petrus autem ad illos. penitentiam inquit agite. et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri ihu xpi in remissionem peccatorum vestrorum. et accipietis donum sps sci. Item. de eodem.

Siquis autem epyphanie festivitatem. que in suo ordine debito veneranda est honore. ob hoc estimat privilegium habere baptismatis. quia hoc quidam putant. quod in eadem die dominus ad baptismum sci iohannis accesserit. sciat illius baptismi aliam gratiam aliam fuisse rationem. nec ad eandem pertinuisse virtutem. qua per spiritum sanctum renascuntur. de quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus neque ex voluptate carnis. neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. dominus enim nullius indigens remissione peccati. nec querens remedium renascendi. sic voluit baptizari. quemadmodum et voluit circumcidi. hostiamque pro emundatione offerri. ut qui factus erat ex muliere. sicut apostolus ait. fieret sub lege. quam non venerat solvere. sed adimplere. et adimplendo firmare. sicut apostolus predicat dicens: finis autem legis xpc ad iustitiam omni credenti. baptismi autem sui in se condidit sacramentum. quia in omnibus primatum tenens. se docuit esse principium. et tunc regenerationis potentiam sanxit. quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis. et aqua baptismatis. Item ex concilio gerundensi. In sollempnitatibus

De catecuminis baptizandis statuimus ut in pascali festivitate et in pentecoste catecumini decretum est. ut in pascali festivitate. vel pentecostes. tantum baptizentur. ceteris sollempnitatibus. infirmi tantum debent baptizari. Item leo papa. Necessitate cogente quolibet tempore baptizari

Hii qui necessitate mortis. egritudinis. obsidionis. persecutionis. et naufragii urgentur. omni debent tempore baptizari. Item gelasius clero et plebi tarentine. Nisi necessitate cogente preter

Venerabilis. in pasca et pentecosten nullus baptizare presumat. Baptismi sacramentum non in festivitate pascali et pentecostes. tradere non presumat eps. exceptis egritudine laborantibus. quibus urgente mortis periculo talibus oportet ne in eternum pereant remediis subvenire. Item de eodem.

Baptizandis quispiam passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam. preter pascale festum et pentecostes venerabile sacramentum. excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu. in quo verendum est. ne morbi crescente periculo sine remedio salutari. fortassis egrotans exitio preventus abscedat. Item isidorus de officiis. l. ii. cap. xx. iiii. Nemo nisi sacerdos baptizare presumat

Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum. eiusque ministerium nec ipsis diaconibus explere est licitum. absque episcopo vel presbitero. nisi his procul absentibus. ultima languoris cogat necessitas. quod et laicis fidelibus plerumque permittitur. Item gelasius. Diaconos quoque ut supra in tractatu ordinandorum. ubi de reverentia diaconorum agitur erga sacerdotes agitur. Item ex concilio cart. v. Non presumat

Mulier quamvis docta et sancta. viros in conventu docere. vel aliquos baptizare non presumat. Nisi necessitate mortis cogente. Urbanus ii. super quibus consuluit. et cetera. ut supra in tractatu coniugii. ubi de compatribus agitur. Item aug. ad fortunatum. Etiam laicus necessitate cogente baptizare potest.

In necessitate cum episcopi. aut presbiteri. aut quilibet ministrorum non inveniuntur. et urget periculum eius qui petit. ne sine isto sacramento hac vita finiatur. etiam laicos solere dare sacramentum quod acceperunt solemus audire. Item ysidorus. Non reiteretur baptisma quod a pagano ministratur.

Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat. sed spiritum dei subministrare gratiam baptismi. licet paganus sit qui baptizat. Item nicholaus ad consulta bulgarorum. cap. iiii. De eodem.

A quodam utrum iudeo. nescitis an xpiano vel pagano multos in patria vestra baptizatos asseritis. et quid inde agendum sit consulitis. hi profecto si in nomine sce trinitatis. vel tantum in nomine xpi. sicut in actibus apostolorum baptizati sunt. unum quippe idemque est. ut scs exponit ambrosius. quia non illorum scilicet est rebaptizari non debent. Item aug. contra crescentium gramaticum. Sic per bonum ita et per malum eque baptisma ministratur.

Sunt boni ministri. cum sit alius alio melior. non est melior baptismus qui per meliorem datur. nullo modo malus est. qui et per malum datur. quando dei baptisma datur. et non per ministros dispare donum inequale est. quia non illorum sed eius est. Item de super iohannem parte prima tractatu v. Non merita ministrorum sed ut

Baptismus talis est. qualis est ille in cuius xpi in baptismate operatur. potestate datur. non qualis ille est per cuius ministerium datur. quod nondum noverat. ex columba cognovit. non quidem non noverat potestatem domini a baptizando in nullum hominem a domino transituram. sed ministerium plane transiturum. potestatem a domino in neminem. sed ministerium et in bonos et malos. non exhorreat columba ministerium malorum. respiciat domini potestatem. quid tibi facit minister malus. ubi bonus est dominus. quid te impedit malitiosus preco. ubi benivolus est iudex. Item neque qui plantat. neque qui rigat est aliquid. sed qui incrementum dat deus. Item ego dico. et nos dicimus. quia iusti esse oportet tanti iudicis ministros. sint ministri iusti si volunt. Si autem noluerint esse iusti. qui in cathedra moysi sedent. securum me fecit magister meus. de quo spiritus eius dicit. hic est qui baptizat. Item non timeo adulterum. et ebriosum. et homicidam. quia columbam attendo. per quam mihi dicitur. hic est qui baptizat. Item de tractatu vi. de eodem.

Quem baptizat malus. vel ignorantia ecclesie. vel tolerantia. aut enim ignorantur mali. aut palea toleratur. quousque in ultimo ventilabro area. illud quod datum est. unum est. nec impar propter impares ministros. sed par et equale propter hunc. de quo dicitur. hic est qui baptizat. Item de decretis siricii pape. Non reiteratur baptisma quod in nomine trinitatis ministratur.

Siqui apud illos hereticos baptizati sunt. qui in sce trinitatis confessione baptizant. et veniunt ad catholicam fidem. recipiantur quemadmodum baptizati. ne sce trinitatis invocatio vel confessio

amiserit, sed vocentur ut integre instruantur, quae sit trinitatis misterium in ecclesia teneant, et si consenserint credere, ut adquiescant confiteri, purgati fidei integritate firmentur manus impositione. Si vero parvuli sunt vel hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis qui eos offerunt, iuxta morem baptizandi, et sic manus impositione et crismate communiti eucharistie misteriis admittantur. Item de eodem. De eodem.

Quamvis unum baptisma sit et hereticorum et nostrorum, scilicet qui in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizant, et ecclesie catholice, tamen qui foris ecclesiam baptizantur non sumunt baptismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti, virtutem autem eius abnegantes. Ideo ecclesia non rebaptizat eos qui in nomine trinitatis baptizantur, et ipsa est forma perfecta sacramenti. Ideo cum reversi fuerint, accipiant virtutem spiritus sancti, quam qui foras ecclesiam baptizantur non obtinent. Item Pelagius Gaudentio episcopo. Baptizentur qui in nomine domini baptizati probantur.

Si revera ibi de h[...], qui in locis dilectionis tue commorari dicuntur, solummodo se in nomine domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine aliqua dubitatione ambiguitatis eos ad catholicam fidem venientes sancte trinitatis nomine baptizabis. Si vero apud dilectionem tuam eorum qui conversi sunt manifesta confessione claruerit, quod in nomine trinitatis fuerint baptizati, sola reconciliationis impensa gratia catholice sociare fidei maturabis, ut tali dispensatione servata nichil aliud quam quod evangelica vel apostolica auctoritas memorat aliqua ex parte videatur effectum. Item Augustinus de unico baptismo. c. viii. An approbetur baptisma quod a non baptizato prestatur.

Solet etiam queri, utrum approbandum sit baptisma quod ab eo qui non accepit accipitur, si forte hoc aliqua curiositate didicerit quomodo dandum sit, et utrum nichil intersit, quo animo accipiat ille cui datur, cum simulatione an sine simulatione. Si cum simulatione, utrum fallens, sicut in ecclesia vel in ea que putatur ecclesia, an iocans, sicut in mimo. Verumtamen si quis me forte in eo concilio constitutum, ubi talium rerum questio versaretur, non precedentibus meritis, quorum sententias sequi mallem, urgeret ut dicerem quod ipse sentirem, si eo modo affectus essem, quo eram cum ista dictarem, nequaquam dubitarem habere baptismum eos, qui ubicumque et a quibuscumque illud verbis evangelicis consecratum sine sua simulatione et cum aliqua fide accepissent, quamquam eis ad salutem spiritualem non prodesset, si caritate caruissent, qua catholice inseruntur ecclesie. Si enim habeam fidem ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nichil sum. Sicut etiam preteritis maiorum statutis, sine dubio illos habere baptismum, qui quamvis fallaciter id accipiant, in ecclesia tamen accipiunt, vel ubi esse putatur ecclesia, in eorum societate a quibus id accipitur, de quibus dictum est: Ex nobis exierunt. Ubi autem neque societas ulla ita esse crederetur, sed totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur, utrum approbandum esset baptisma quod sic daretur, divinum iudicium per aliquam revelationis oraculum concordi oratione gemitibus implorandum esse censerem, ita sane ut post me dicturos sententias, si quid iam exploratum et cognitum assererent, humiliter expectarem. Item de[...] c. ii. Non reiteratur baptisma quod in fide sancte trinitatis ab hereticis prestatur.

Ostendit illos simpliciter facere, qui rebaptizare conantur orbis unitatem, et non recte facere, qui sacramenta improbare nec ipso scismate audent. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo et nobiscum sunt; in eo autem a nobis recesserunt, in quo a nobis dissentiunt. Item. Sacramentum baptismi est quod habet ille qui baptizatur, et sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur. Sicut enim baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic et ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Sic et si ordinatus ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria facienda est. Si discedat a malis, utrumque discedit; si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere qui ab unitate discesserat, sic acceptandus est baptismus quem dedit ille, qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. Item. Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sint ei peccata an non sint dimissa, eligant quod volunt; utrumlibet elegerint, sufficit nobis. Si dimissa dixerint, quomodo spiritus sanctus discipline effugiet fictum, si in isto fictionis opera peccatorum? Si dixerint non esse dimissa, quero si postea fictionem suam corde contrito et vero dolore fateatur, denuo baptizandus iudicaretur. Quod si dementissimum est dicere, fateantur vero baptismo Christi baptizari hominem, et tamen cor eius in malitia vel sacrilegio perseverans peccatorum abolitionem non sinere fieri, atque ita intelligant in communionibus ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur et sumitur, quod tamen tunc proficit ad remissionem peccatorum, cum quisque reconciliatus unitati sacrilegio dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur et dimitti non sinebantur. Item de epistola ad Bonifatium. Valet ad salutem baptisma, etsi non ea fide parvuli offerantur.

Nullus te moveat, quod quidam non ea fide ad baptismum parvulos offerunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur eternam, sed hoc eos putant remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Item de unico baptismo. c. iiii. Effusio sanguinis implet vicem baptismi.

Baptismi vicem aliquando implere passionem de latrone illo cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leve documentum assumit. Quod etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum; nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi quod ait apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur invisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et sicut in illo latrone, quod ex baptismi sacramento defuerat, complevit omnipotentis benignitas, quia non superbia vel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus qui baptizati moriuntur eadem gratia omnipotentis explere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex etatis indigentia nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alii pro eis respondent, ut impleatur erga

gratia eos celebratio sacramenti valet, ut iam ad eorum celebra-
tionem quam ipsi respondere non possunt. Alienum quippe opus est, cum credit
pro altero; sic alienum opus fuit, cum peccavit in altero. Sic
autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit,
perfecta salus est, quia per pietatem spiritualiter affuit. Sic et cum ipsa
presto est, si per necessitatem desit quod latroni defuit, perfec-
ta salus est, quia per pietatem spiritualiter affuit. Sic et cum ipsa pre-
sto est, si per necessitatem desit quod latroni defuit, perficitur salus. Quod tradi-
tum tenet universitas ecclesie, cum parvuli infantes baptizantur,
qui certe nondum possunt credere ad iustitiam et ore confiteri ad sa-
lutem, quod latro potuit, quin etiam flendo et vagiendo, cum in eis miste-
rium celebratur, ipsis misticis vocibus obstrepunt, et nullus
Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. Item. Quibus omnibus rebus osten-
ditur aliud esse sacramentum baptismi, aliud confessionem cordis,
sed salutem hominis ex utroque compleri. Nec si unum eorum defuerit, ideo
putare debere eum consequens esse, ut alterum desit, quia et illud
sine isto potest esse, ut in infante, et istud sine illo potuit esse,
ut in latrone, complente Deo sive in illo sive in isto
quod non voluntate defuisset; cum vero ex voluntate alterum horum
defuerit, reatu hominem involvi. Et baptismus quidem potest inesse,
ubi confessio cordis defuerit; conversio autem cordis potest inesse non
percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Nequaquam enim
dicenda est conversio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contempnitur.

Idem contra Iulianum. **Non baptizetur in homine, quicquid in eo est.**

Si quicquid est in homine qui baptizatur et sanctificatur baptizari et sanctifica-
ri homine credendum est, dicturus es et ipsa in illo baptizari et sancti-
ficari, que in intestinis eius fecit ad digestionem corporis dige-
renda. Dicturus es baptizari et sanctificari hominem in matris utero
constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum necessitas co-
gat gravidam. Non baptizatum iam qui nasci non deberet. Postremo
dicturus es baptizari febres et sanctificari, quando baptizantur egroti.

Idem ad Fortunatum. **Valet baptisma etiam si per laicos ministretur.**

Sanctum est baptisma per se ipsum quod datur in nomine patris et filii
et spiritus sancti, ita ut in eodem sacramento sit et auctoritas traditionis
per dominum nostrum ad apostolos, per illos autem ad episcopos et alios sacerdotes,
vel laicos Christianos ab eadem origine ac stirpe venientes. Sicut
quemdam historia narrat, omnes qui audiunt ad lacrimas
movent, cum navi quadam nullus fidelis esset, preter unum
penitentem, cepit imminere naufragium. Erat quidam ibi non
inmemor sue salutis, et sacramentum vehementissimis
flagitavit. Nec erat aliquis ibi, qui dare posset. Hic penitens ille
acceperat eum pro peccato, de quo agebat penitentiam, amisse-
rat sanctitatem, sed non amiserat sacramentum. Nam si hoc amisit,
cum peccantes reconcilientur per penitentiam, quare non iterum
baptizantur? Reddidit quod acceperat, et nec periculose vitam finiret,
non reconciliatus perit. Ab eo ipso quem baptizaverat, ut eum
reconciliaret, et facile evaserunt naufragium. Cognitum habes quod fe-
cit, nemo contristatur eorum qui non puram animum, ita crederet, ut
consensu eorum in illo periculo, Deum credentem affuisse. Mox
animam animi religiosi, et supplex ab homine exigit sacramen-
tum, a Deo impetrat sanctitatem, quia si forte hoc quod narra-
tur de his qui naufragio iam imminente periclitabant, non valeo
aliquo credere, si non eum hoc divinarum scripturarum auctoritas,
sed incerto auctore fama commendat, non repugnabo. Sed in-
terrogo, si tale aliquid contingat, quod futurum est, si non eum

potest quisquam dicere relinquendum vivere, quam morte im-
minente, qui morte imminente querit baptizari
a penitente quisquis fieri credit contigisse, oportet ut cre-
dat posse contingere. Item. **Quamvis recte vivat**

Catecuminus sine baptismo vitam non potest [salvari]

Catecuminum quamvis in bonis operibus defunctum vitam eternam habere non credimus, excep-
to duntaxat, si non martirii sacramentum compleat. Baptizatus con-
fitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet. Hoc
idem martyr coram persecutore facit, qui et confitetur fidem et interro-
gatus respondet. Ille post confessionem aspergitur aqua, hic vero aspergi-
tur sanguine, vel contingitur igne. Ille manus impositione
pontificis accipit spiritum sanctum, hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dum
non est ipse qui loquitur, sed spiritus sanctus qui in illo loquitur. Ille communicat
eucharistie in commemoratione mortis Domini, hic ipsi Christo commoritur.
Ille confitetur se mundi actibus renuntiare, hic ipsi renunti-
at vite. Illi omnia peccata dimittuntur, in isto extinguuntur.

Item Leo papa. **Non reiteretur baptisma, cuius forma integra constat collata.**

Hii de quibus scripsistis, quod se baptizatos sciunt, sed cuius fidei
fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur, quoniam quolibet
modo formam baptismatis acceperunt, non rebaptizandi sunt, sed non
sed per impositionem manuum invocata virtute spiritus sancti, quam ab hereticis acci-
pere non potuerunt, catholicis copulandi sunt. Item Augustinus super
Iohannem. **Et per bonos et per malos ministros eque baptizat Christus.**

Aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per pote-
statem. Item. Quos baptizabant discipuli, et inter quos adhuc Iudas
erat inter discipulos eius. Si quos autem baptizavit Iudas, non
sunt iterum baptizati, et quos baptizavit Iohannes, iterum sunt bapti-
zati, plane iterum, sed non iterato baptismo. Quos enim baptiza-
vit Iohannes, baptizavit Iohannes; quos autem baptizavit Iudas, Christus
baptizavit. Item. Hanc enim potestatem quam solus Christus te-
nuit, et in neminem ministrorum transfudit, quamvis per mi-
nistros baptizare dignatus sit. Per hanc enim quam statuit unitas
ecclesie, que significatur in columba, de qua dictum est: Una est colum-
ba mea, una matris sue electa. Si enim, ut iam dixi, Christus
mea transferret a Domino potestas ad ministrum, tot baptismata
essent, quot ministri essent, et iam non staret unitas baptismi.
Intendite fratres, antequam veniret Dominus noster Iesus Christus ad bap-
tismum, descendit columba in aquam. Cognovit Iohannes quod prop-
rium audiendum est. Sed quem videris spiritum descendentem
et manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Noverat
autem quia ipse in spiritu sancto baptizabat, sed quia talis per etate, ut po-
testas a Domino non transiret in alterum, quamvis eo donante
ministrari. Item. Iam mundi vos estis propter verbum quod locutus
sum vobis. Quare non ait: mundi estis per baptismum quo abluti estis,
sed ait: propter verbum quod locutus sum vobis, nisi quia et in aqua verbum mun-
dat. Item. Si fuerit iustus minister, computo eum cum Paulo,
cum Petro; cum istis computo iustos ministros, quia vere iusti mi-
nistri gloriam suam non querunt. Ministri enim sunt qui per iudicia
bus habiti noluerunt spem in se poni. Exhorresco. Ego enim com-
puto cum Paulo iustum ministrum, quidem dicit Paulus:
Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Idem

in libro de baptismo. **Nec baptisma nec baptizandi potestatem**

Nullus autem negat habere baptismum et [apostasia non amittitur.]
apostatas, quibus utique redeuntibus et per penitentiam con-

usus non redditur. quia amitti non posse iudicatur. Sicut illi qui in sacrilegium scismatis ab ecclesie communione discedunt. habent utique baptismum quem priusquam discederent acceperunt. Nam si ad ecclesiam redeant non iterum eis datur. Unde ostenditur illud quod acceperant in unitate positi, non potuisse amittere separatos. Quod si haberi foris potest. et dari cur non potest? Si dicas non recte foris datur. respondemus. sicut non recte habetur foris. et tamen habetur. sic non recte foris datur. et tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi. quod extra unitatem inutiliter habebatur. sic per eandem reconciliationem incipit utile esse quod extra eam inutiliter datum est. Item hereticus sacramenta et scripturas habent ad speciem. non ad salutem. Item per fictos simpliciter per mansit per baptismum. nec extra ecclesiam remissionem accipit peccatorum. aut si propter iura sacramenti ad punctum temporis extra percipit. et inter et foris eam vim non operatur. sicut virtus nominis Christi expulsione demonum. et foris operabatur.

Item. **Mali non sua potestate, sed Christi virtute baptisma** Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem. vel super aquam **ministrat** baptismi. vel super oleum. vel super eucharistiam. vel super capita eorum quibus manus imponit. que tamen omnia et fiunt et valent et per homicidas. id est per eos qui oderunt fratres. et in ipsa intus ecclesia. cum dare nemo possit quod non habet. quomodo dat homicida spiritum sanctum. et tamen ipse baptizat. Deus ergo dat. ipso etiam baptizante spiritum sanctum. quia sacramentum gratie dat Deus et per malos. ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum. vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum. vel per se ipsum facit. vel per illius columbe membra. quibus ait: Si cui dimiseritis peccata. dimittentur. Manus autem impositio. si non adhiberetur ab heresi venienti. quasi quam extra omnem culpam esse iudicaret. propter caritatis autem copulationem. que est maximum donum spiritus sancti. sine quo non valent ad salutem quecumque alia sancta fuerint in homine. manus hereticis correctis imponitur. Induunt autem homines aliquando Christum usque ad sacramenti perceptionem. aliquando et usque ad vite sanctificationem. atque illud primum et bonis et malis potest esse commune. hoc autem proprium est piorum atque bonorum. Si solo baptismo diluuntur quibus dicit. Deus gregi sanctitatis dat. sed inter quos precipue bat Cyprianus. sentiebat non esse posse apud hereticos et scismaticos baptismum Christi. nisi quia non distinguebant sacramentum ab effectu vel usu sacramenti. et quia eius effectus atque usus in liberatione a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniebatur. ipsum sacramentum quoque illic non esse putabatur. Sed cum convertimus oculos ad interioris palee multitudinem. cum et hii qui in ipsa unitate perversi sunt et perverse vivunt. appareat remissionem peccatorum nec dare posse nec habere. quamvis aliquando in eis boni filii dictum est sicut dimiseritis peccata. dimittuntur eis. et reliqua. hereticus dare et accipere spiritum sanctum satis elucet pastoribus ecclesie catholice et ovem que foris errabat. et dominicum caracterem foris acceperat. venientem ad christiane unitatis salutem. ab errore corrigi. caracterem tamen dominicum in ea cognosci potius quam improbari. quando quidem ipsum caracterem. multi lupi et lupis infigunt. qui videntur esse intus. verumtamen ad ovem illam. que quamvis una est non pertinent. cum malus baptismum tradit bono. vel in unitate vel in vitio veraci conversione mutato. inter bonum sacramentum quod traditur et bonum fidelem cui traditur tradentis malitia non separat. et veraciter cum illi ad Deum converso peccata dimittuntur. ab eis dimittuntur. quibus per veracem conversionem co-

ungitur. spiritu sancto ea dimittunt. quod datur omnibus sanctis. sibi caritate coherentibus. sive se noverint corporaliter. sive se non noverint. Similiter cum alicui tenentur peccata. ab eis tenentur a quibus ille cordis pravitate disiungitur. sive notis corporaliter. sive ignotis. omnis mali a bonis spiritualiter seiuncti sunt. Si autem et corporaliter aperta dissensione separentur. peiores fiunt. Sed nichil interest ad baptismi sanctitatem. quanto quisque peior id habeat et quanto peior tradat. potest tamen tradere separatus. sicut potest habere separatus. sed quam perniciose habere. tam perniciose tradere. Ille autem cui tradit. potest salubriter accipere. si ipse non separatus acceperit. urgente mortis necessitate. Cur hereticis foris baptizare non possunt. an quia peiores sunt eorum quam qui foris sunt? Sed nichil interest ad integritatem baptismi. quanto peior id tradat. Si equalem tamen est inter malum et peiorem. quantum inter bonum et malum. tamen cum baptizat malus. non aliud dat quam ille qui malus non est. an forte non ad hominis meritum sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet. ut foris dari non possit? Si hoc ita esset. nec haberi foris posset. et totiens baptizari necesse esset. quotiens recedens quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiam remeasset. Hii qui ficto corde baptizantur. aut peccata nullatenus dimittunt. quia spiritus sanctus discipline effugiet fictum. aut in ipso temporis puncto per virtutem sacramenti dimissa. iterum per fictionem replicantur. Ut et illud verum sit. quotquot in Christo baptizati estis. et illud: spiritus sanctus discipline effugiet fictum. id est ut induat eum Christum sanctitas baptismi. et exuat eum Christum pernicies fictionis. Illa enim redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est. apertissime dominus in evangelio docet in illo servo. a quo dominus dimissum debitum petiit. eo quod ille conservo suo peccatum nollet dimittere. Sic non impedit baptismi gratia. quominus omnia peccata dimittat. et si fraterni odium in eius cui dimittuntur animo perseverat. Solvitur enim hesternus dies et quicquid superest solvitur. et ipsa hora momentoque ante baptismum et in baptismo. Deinde continuo reus esse incipit. non solum consequentium. sed et preteritorum dierum. horarum. momentorum. redeuntibus omnibus que dimissa sunt. Idem. **Quomodo post baptismum** Tunc valere incipit ad salutem baptismi. **qui ficte accedit.** cum illa fictio veraci confessione recesserit. que corde in malitia. vel sacrilegio perseverante. peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Item ad donatistas. **Non reiterent sacramenta. que** non in vobis mutamini. in quibus nobiscum estis. In multis enim nobiscum **estis.** In multis autem **non** nobiscum estis. Illam ... dictum est quia in multis erat mecum. sed et ... in quibus non estis. venite ... accipere volumus que non habetis. Illa cum quibus nobiscum estis in baptismo. in simbolo. in ceteris dominicis sacramentis. in spiritu autem unitatis et vinculo pacis. in ipsa denique catholica ecclesia. nobiscum non estis. Ista autem cum quibus videquibus agimus. non sed desperandi. adhuc enim in corpore sunt. sed non querant spiritum nisi in Christi corpore. cuius habent foris sacramentum. sed rem ipsam non tenent intus. cuius illud est sacramentum. et ideo sibi iudicium manducant et bibunt. Item Gregorius Quirico episcopo. et ceteris in Hibernia constitutis episcopis. **Quomodo recipiantur in ecclesia qui ap**

Ab antiqua **hereticos in nomine trinitatis baptizant.** patrum institutione didicimus. ut quilibet apud heresim in trinitatis nomine baptizantur. cum ad sanctam ecclesiam redeunt. aut unctione crismatis. aut impositione manus. aut sola professione fidei ad sinum matris ecclesie revocentur. Unde Arriana nos per impositionem manus Occidens ecclesia. per unctionem ...

sacramentis matris ad ingressum catholice ecclesie orientis reformat. Monosceli, tam illos, quam alios sola confessione recepi, qui a sanctis baptisma, quia a patribus, quando scisteri, receperunt, et in eis fuit emundationis, accepto cum illis per impositionem manus Spiritum sanctum accepit, ut illi per professionem vere fidei sancte et universali ecclesie in visceribus sint uniti. Item Aug. Extra ecclesiam baptismum accipi potest, sed non prodest.

Ecclesia paradiso comparata indicat nobis posse quidem baptismum eius homines et foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem, ut percipere, ut tenere. Flumina enim in Mesopotamia, ut in Egypto, que illa flumina pervenerunt, est felicitas vite, que in paradiso commemoratur. Sic ergo baptismum ecclesie potest esse extra ecclesiam, munus autem bone vite non nisi intra ecclesiam reperitur. Item de unico baptismo l. III. Hereticorum sacramentum.

Nunc autem non sic hereticis hereticorum est sic error, tamen hereticorum non est sacramentum ipsorum est. Sic et sacrilegium dissensionis ipsorum est. Sic et baptisma quod Christi est, de his, quod Christi est, de his dicitur ipsorum. Item l. V.

Quantum valeat baptismum per hominem contemptibile. De eodem.

Qui per apostolum dat... necesse est cognoscit. Si minister inimicus dictum ab apostolis, et gratiam meam, quam in suis, et donum et ministerium meum, et prudentiam et evangelium, quod in suis quidem non est, et donatum baptismum audivit meum nemo eorum dico. Neque enim omnium equalis est gratia, nec ministrationis omnes equaliter, nec equali prudentia, ut sanctam omnes portant, et in evangelizando alius alio meliori operatur, et non dici potest aliud alio doctior in ipsa salutari doctrina, aliud autem alio maius minusve baptizatus dici non potest, sive ab inferiore, sive a maiore baptizetur. Item l. tertio. De eodem.

Sacrosanctum ad baptismum, quod ubi se evangelicis consecratur non pertinere, aliquam ut dantis, vel accipientis errore, sive de patre, sive de filio, sive de Spiritu sancto aliter sentiat, quam celestis doctrina insinuat. Item l. de baptismo. Quod boni et mali sacramenta...

Est unitas ecclesie, que unita ecclesie communia sunt.

...late patet in sacramentorum videlicet societate et communione, que complectitur cum granis et paleas, quoniam eas compatitur in ea, ita patitur, ut neque illas constituerent, neque illi constituerent. Sicut in ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui immundi exeunt de corpore. Item de unico baptismo l. VI. Non transit ad aquam baptismi malicia...

Non est aqua prophana et adultera, super quam nomen Dei invocatur, et si a prophanis et adulteris invocetur, quia nec ipsa creatura nec ipsum nomen adulterum est. Beda homel. XXXVI.

Sive hereticus sive scismaticus sive facinorosus ne baptizandus, qui a bapt... in confessione sancte Trinitatis baptizat, non valet qui bap... baptizatus est a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio et invocatio tanti nominis videatur annullari. Greg. Sec. Bonifacio episcopo. Baptizati a paganis in nomine Trinitatis bap...

Quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizentur in nomine Trinitatis mandamus. Celestinus papa. Sine exorcismis et exsufflationibus nullus baptizetur.

Sive parvuli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vite adeant, quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur. Raban de institutione clericorum. Officium baptizandi catecumini preveniat.

Ante baptismum catechizandi debet hominem prevenire officium, ut fidei primum catecuminus accipiat rudimentum. Iterum ipse Christus cecum nati oculos luto ex sputo facto superlinivit, et sic ad aquas Siloe misit, quia prius debet baptizando fidem incarnationis Christi instrui, et sic ad baptismum iam credulus admitti, ut sciat cuius gratie in eo est particeps, et cui iam debitor fiat deinceps. Ex concilio Bracarensi II.

Ante XX. Quot per catechumeni ad exorcizandum sit deferendi.

Ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi catecumini incurrant, in quibus viginti diebus omnino simbolum, quod est "Credo in Deum patrem omnipotentem", specialiter doceantur. Ex concilio Agathensi. Quo tempore competentibus simbolum...

Simbolum placuit ab omnibus ecclesiis una die, id est ante VIII dies dominice resurrectionis, publice in ecclesia competentibus predicare. Item Nicholaus papa. In una aqua que ecclesia...

Cathecismi baptizandorum a sacerdotibus baptizari et cathecizari possint ... ubi unicuiusque ecclesie possunt fieri, sicut in hac sancta romana ecclesia, cui Deo auctore ministerium exhibemus, famulatu sollempniter fieri comprobatur. Ex concilio Laudicensi.

Baptizandos oportet fidei simbolum discere, et quinta feria novissime septimane, vel episcopo vel presbitero reddere. Ex concilio Martini papa.

Non liceat ante duas septimanas pasce, sed tantum tres, antequam baptizentur, quibus...

...dies ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem in his diebus, qui baptizandi sunt, simbolum discant, et in quinta feria novissime septimane episcopo vel presbitero reddant. Item ex concilio Cart. IIII. Antequam baptizentur, quibus sunt examinandi.

Baptizandi nomen suum dent, et diu sub abstinentia vini et carnium ac manus impositione crebra examinatione baptismum percipiant. Item Raban de institutione clericorum. Baptizandi qua re exorcizentur et exsufflentur.

Postquam se baptizandus per confessionem vere fidei in alterum commendaverit Domini, et per abrenuntiationem apostatice possessionis se alienaverit, fit ei postea exsufflatio, ut fugata ab eo per sacerdotis ministerium spiritu sancto cedat fugiens spiritus malignus. Item Aug. de simbolo l. I.

Sicut nostis fratres, hodie parvuli exsufflantur et exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, que decepit hominem, ut possideret homines. Non ergo creatura in infantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt qui sub peccato nascuntur. Item Raban de institutione clericorum. Quare signatur baptizandus in fronte et in corde.

Postea signatur baptizandus signaculo sancte crucis tam in fronte quam in corde, ut ab eo tempore apostata diabolus in vase suo pristino sue iniuitionis cognoscens signum, iam se deinceps illud sciat esse alienum. Item ex eodem. Quod super eum orationes deinde dicantur.

Exhinc iam dicuntur super eum orationes, ut fiat catecuminus, tunc datur baptizando sal benedictum in os, ut per sal typicum sapientie sale conditus fetore careat iniquitatis, nec a vermibus peccatorum ultra putrefiat, magis illesus servetur ad maiorem gratiam percipiendam. Item Beda super librum regum. Quod initia...

Sal celestis sapientie quo initiantur catecumini... tum in in...carnem opinionem sacrificiis offerre iubem. Item Rabanus de institutione clericorum.

Dehinc iterum exorcizatur diabolus *quare iterum exorcizetur*, ut iustius super se dei iudicium timens recedat ab homine, nec iam contendat eum arte sua subvertere, ne baptismum consequatur, sed magis honorem deo creatori suo exhibens reddat opus domino factori suo. Item Gregorius in homelia xxix.

Sacerdotes exorcizando demonia pellunt.

Sacerdotes cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mentibus contradicunt, quid aliud faciunt nisi quod demonia eiciunt. Item Rabanus de institutione clericorum. *Quare de saliva nares et aures tanguntur.*

Postea tanguntur ei nares et aures de saliva, et dicitur ei verbum evangelicum, quod Ihesus quando surdum et mutum sanavit, tangens eius sputo linguam, et mittens digitos in auriculam ei dixit: effeta, quod est adaperire. Hoc enim sacramentum agitur ut per salivam typicam et sacerdotis tactum sapientia et divina virtus salutem eidem catecumini operetur, ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem noticie dei, ut aperiantur ei aures ad accipiendum mandata dei, ut aperiantur illi sensus in intimo corde ad respondendum. Item Ambrosius de sacramentis. *Quare nares et non labia tangantur.*

Propter gratiam muneris et operis *dorum episcopus tangit.* non tamen os episcopus, sed nares, ut bonum odorem accipiat pietatis eterne. Item Rabanus de institutione clericorum. *Quare a sacerdote te ungant.*

Demum a sacerdote inungitur ut ... cum baptisma cum fide accepta custodiat. Ungitur illi tunc pectus oleo sanctificato cum invocatione sancte trinitatis, ut nulle reliquie latentis inimici in eo resideant, sed in fide trinitatis mens eius consecretur. Ungitur et inter scapulas de eodem oleo, ut undique muniatur et ad opera facienda per dei gratiam roboretur. Item consecratur fons, ut ad ipsum baptisma catecuminus accedat. Ambrosius in libro de sacramentis. *Quomodo fonte baptismi trinitatis presentia.*

Venit sacerdos ad fontem, dicit precem. *Consecratur.* Invocat nomen patris et filii et spiritus sancti, utitur verbis celestibus. Celestia sunt verba que Christus dixit. Presentia trinitatis adest operanti ... et ibi descendit spiritus sanctus. Primo descendit quasi columba, ut incredulos vocarent ad fidem. In principiis signum debuit esse, in posterioribus perfectio. Apostolis enim spiritus datus est in igneis linguis propter incredulos. Nos autem iam in plenitudine ecclesie non per signa sed per fidem veritas est colligenda. Augustinus de unico baptismo l. vi. *Verba erroris perperam prolata non impediunt aque sanctificationem.*

Quis nescit non sanctificari aquam illam quando aliqua erroris verba per imperitiam precatorum effunduntur? Multi non solum mali sed et boni fratres in ecclesia ipsa non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur cotidie si doctoribus fuerint recitate, et multa in eis reperiuntur contra fidem catholicam. Numquid si manifestetur aliquos baptizatos cum ille preces dicte fuissent super aquam, iubentur denuo baptizari? Quare ita? Quia plerumque precis vitium superat precantis affectus, quia illa certa verba evangelica, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum valent, ut per illa sic evacuentur quecumque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum demonium Christi nomine excludit. Nam utique hereticus si afferat precem vitiosam, nec bonum habet caritatis affectum, quo possit illam superare imperitiam, et deo similis est ei quicumque in ipsa catholica ecclesia invidus, immundus, ut malivolus est, quales arguit Cyprianus. Afferat et, ut fieri solet, aliquam precem in qua loquitur contra regulam fidei, multique perperam inveniunt in preces non solum ab imperitis loquacibus sed etiam ab hereticis compositas, et pro ignorantie simplicitate non eas valentes discernere utuntur eis, arbitrantes quod bone sint, nec tamen in eis quod perversum est evacuat illa que recta ibi sunt, sed ab eis potius evacuatur. Item Augustinus ad neophitos. *Quid significet prima gratia et sancta misteria que in fonte baptismatis celebrantur.*

Prima gratia et sancta predicatione de his tamen locuti sumus que ubi prius quam ad sanctum fontem veniretis iuxta catholice ecclesie instituta tradidimus, et quid significaret unctio que diversis corporis tamen adhibita partibus et divinum intellectum designat, prout dominus donare dignatus est in pietati sue, ostenderemus vos per oleum sanctificationis ad auditum plene fidei preparatos, et ad bonum Christi odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo esse commonitos. Sed nunc vobis de interioribus iam ministeriis locuturi sumus que in ipso sancto fonte celebrata sunt. Emissa enim certissima cautione qua vos abrenuntiare omnibus pompis diaboli et operibus et omni fornicationi diabolice spopondistis, descendistis in fontem sacrum, fontem redemptionis, fontem sanctificatum unctione celesti. Item. In hoc igitur fonte antequam vos toto corpore tingeremus interrogavimus: Credis in deum patrem omnipotentem? Respondistis: credo. Rursus interrogavimus: credis et in Ihesum Christum filium eius, qui natus est de spiritu sancto et Maria virgine? Respondistis singuli: credo. Item interrogavimus: et in spiritum sanctum? Respondistis similiter: credo. Hoc autem secundum imperata domini nostri Ihesu Christi salvatoris imperium, qui cum ad patrem in celum ascenderet, discipulis suis, id est apostolis, mandavit dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Item quando interrogavimus: credis sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, non eo modo interrogavimus ut quomodo in deum creditur, sic in ecclesiam sanctam catholicam, propterea sancta et catholica est quia recte credit in deum. Non igitur diximus ut in ecclesiam quasi in deum crederetis, sed intelligite nos dixisse et dicere, ut in ecclesia sancta et catholica conversantes in deum crederetis, et resurrectionem carnis que futura est. Item Isidorus de officiis l. xi. *Aliorum fide et professione parvuli baptizentur.*

Parvuli alio profitente baptizentur, quia adhuc loqui vel credere nesciunt, sicut et egri, muti et surdi, quorum vice alius profitetur, ut pro eis respondeat dum baptizantur. Item ex concilio Carthaginensi iiii. *Aliorum testimonio egrotantes sunt baptizandi.*

Egrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Item Augustinus. *Sacramentum fidei non impedit fides parvulum facit fidelem.*

Nichil aliud est credere quam fidem habere, et ideo cum respondetur parvulus credere, qui non dum habet fidei effectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum et con-

uertere se ad deum propter conuersionis sacramentum, quia et ipsa responsio ad celebritatem sacramenti pertinet. Item paruulum, etsi nondum fides illa que in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis uocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum recipiendo. Item de baptismo. **Alterius professio sufficit ei qui per se respondere non potest.**

Cum pro paruulis alii respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi per se respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem ualet. Ex qua regula illud in euangelio dictum est quod omnes cum legitur naturaliter mouet: Etatem habet, ipse pro se loquatur. Item Aug. in omel. vii. **Quod trina immersio in baptismo celebretur.**

Postquam uos credere promisistis, tertio capita uestra in sacro fonte dimersimus. Qui ordo baptismatis duplici misterii significatione celebratur. Recte enim tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine sancte trinitatis. Recte tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio typum dominice exprimit sepulture, per quam Christo consepulti estis in baptismo, et cum Christo resurrexistis in fide, ut peccatis absoluti in sanctitate uirtutum Christi imitatione uiuatis. Item ex canonibus apostolorum. **De his qui semel non tertio in baptismate mergunt.**

Si quis episcopus aut presbiter non trinam mersionem unius misterii celebret, sed semel mergat in baptismate quod dari a quibusdam uidetur in morte domini, deponatur. Non enim dixit dominus nobis: In morte mea baptizate, sed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Item Greg. Leandro episcopo. **De eodem.**

De trina mersione baptismatis nil responderi uerius potest quam quod ipsi sensistis, quia in una fide nil officit consuetudo ecclesie diuersa. Nos autem quod tertio dimergimus triduane sepulture sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis educitur infans, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis forte et pro summe trinitatis ueneratione estimet fieri, neque hoc aliquid obsistit, baptizando semel in aquas mergere, quia dum in tribus subsistentiis una est substantia, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate uel ter uel semel inmergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest diuinitatis singularitas designari. Item Ier. super epistolam ad Philippenses l. i. **De eodem.**

Eodem modo in patrem et in filium et in spiritum sanctum baptizamur et ter mergimur, ut trinitatis unum appareat sacramentum. Item licet ter baptizetur propter misterium trinitatis, tamen unum baptisma reputatur. Item Pelagius Gaudentio episcopo. **De his qui in nomine Christi semel merguntur.**

Multi sunt qui in nomine solummodo Christi una etiam mersione se asserunt baptizari. Euangelicum uero preceptum ipso domino deo et saluatore nostro Iesu Christo tradente nos ammonet in nomine trinitatis trina etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente domino deo Iesu Christo discipulis suis: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. Item Zacharias papa Bonifatio episcopo. **In inuocatione trinitatis tridui baptismate inmergi debet.**

In sinodo Anglorum decretum et firmissime preceptum, et diligenter demonstratum esse dignoscitur, ut quicumque sine inuocatione trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino uerum est, quia si mersus fonte baptismatis quis fuerit sine inuocatione trinitatis, perfectus christianus non est, nisi in nomine patris et filii et spiritus sancti fuerit baptizatus. Hec quoque obseruari in supradicta sinodo sacerdotes uoluerunt, ut qui unam de trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma esse uerum non posset. Quod procerto uerum est, quia qui unum ex sancta trinitate confessus non fuerit, nomen perfecti christiani esse non potest. Qui enim confitetur patrem et filium, si confessus non fuerit spiritum sanctum, neque patrem habet neque filium. Et qui confessus fuerit patrem et spiritum sanctum et filium non fuerit confessus, neque patrem habet neque spiritum sanctum, sed uacuus est a diuina gratia. Item Greg. Quirino episcopo in Hibernia. **Rebaptizentur qui in nomine trinitatis baptizati non fuerunt.**

Hi uero heretici qui in trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiani et Cataphrigie, quia et illi Christum dominum non credunt, et isti spiritum sanctum peruerso sensu esse quendam prauum hominem Montanum credunt, quorum similes sunt multi alii, cum ad sanctam ecclesiam ueniunt, baptizentur, quia baptisma non fuit quod in errore positi sancte trinitatis nomine minime perceperunt. Item ex concilio Toletano iiii. **Semel in baptismate mergere licet.**

Propter uitandum scismatis scandalum uel hereticum dogmatis usum simplam teneamus baptismi mersionem. Item Zacharias papa Bonifatio episcopo. **De sacerdote qui per imperitiam latine lingue in inuocatione trinitatis deliquit.**

Retulerunt nuntii tui, quod fuerit in eadem prouincia sacerdos qui linguam latinam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nesciens loqui latine, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine patria et filia et spiritus sancta, et per hoc tua sanctitas reuerenda considerauit eos rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizauit non errorem introducens aut heresim, sed pro sola ignorantia romane locutionis infringendo linguam, ut supradiximus, hoc baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizentur. Item Ambr. de sacramentis tractatu i. **Quare baptizatus a sacerdote ungatur.**

Uenisti ad fontem, ingressus es fontem, consideras quid uideris, quid locutus sis. Diligenter repete. Occurrit tibi leuita, occurrit tibi presbiter, unctus es quasi athleta dei ut ad baptismum catecumini accedas. Item Raban. in epistola ad Ephesios l. ii. **Quod baptizatus a presbitero ungatur in cerebro.**

Postquam ascendit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro a presbitero cum sacro crismate, sequente simul oratione, ut Christi regni particeps fiat, et a Christo christianus possit uocari. Item Ambr. de sacramentis tractatu secundo. **Quid super baptizato a sacerdote dicatur.**

Demersisti, uenisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? Deus, inquit, pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat in uitam eternam. Uide ubi unctus es: in uitam eternam, inquit. Item. **Quare unguentum super caput baptizati ponatur.**

Accepisti misterium, hoc est unguentum super caput. Quare super caput? Quia sapientis sensus in capite

parte ei. Sequitur spirituale signaculum, quod audistis legi hodie, quia post fontem superest, quo perfectio fiat, quando ad invocationem sacerdotis Spiritus sanctus infunditur. Item Rabanus de institutione clericorum. Quare candida vestis traditur.

Post baptismum traditur christiano vestis candida, que significat innocentiam et puritatem christianam, quam post ablutas veteres maculas studio sancte conversationis inmaculatam servare debet ad representandum ante tribunal Christi. Cuncti renati albis induuntur vestibus ad misterium resurgentis ecclesie. Item induuntur baptizati albis vestibus, ut quorum primeve nativitatis faciem vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus secunde regenerationis glorie preferat indumentum. Legitur enim post sanctam unctionem caput eius mistico velamine, ut intelligat se diademate regni et sacerdotali dignitate potiri. Item Ambrosius de misteriis. De eodem.

Accepisti post baptismum vestimenta candida, ut esset indicium, quod exuisti involucrum peccatorum, et induisti innocentie caste velamina. Item ex concilio Agathensi. Quot mensibus Iudei inter catecuminos habeantur.

Iudei, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad leges catholicas venire voluerint, octo menses inter catecuminos ecclesie limen introeant, et si pura fide noscuntur venire, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra prescriptum tempus inciderint, et desperati fuerint, baptizentur. Item ex concilio Toletano V. De Iudeis plurimis qui frequenter ad vomitum revertuntur.

Plerique ex Iudeis, qui dudum ad christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes Christum non solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed et abhominandas circumcisiones exercere, de quibus consultu piissimi ac religiosissimi domini nostri Sisenandi regis hoc sanctum diffinivit concilium, ut huiuscemodi transgressores, pontificali auctoritate correpti, ad cultum christiane dignitatis revocentur, ut quos propria voluntas non emendat, animadversio sacerdotalis coherceat. Eos autem quos circumciderunt, si filii eorum sunt, a parentum consortio separentur, si servi, pro iniuria corporis sui libertati tradantur. Item Rabanus de institutione clericorum. Ante baptismum diabolo et eius operibus abrenuntiare debemus.

Primum interrogatur paganus, si abrenuntiet diabolo et omnibus dampnosis eius operibus atque fallaciis eius, ut primum respuat errorem, et sic appropinquet ad veritatem, possitque iuxta apostolum deponere veterem hominem secundum pristinam conversationem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, abnegans impietatem et secularia desideria. Item Augustinus de penitentia. Non transit ad novam vitam qui non penitet veteris vite.

Omnis qui iam sue voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum peniteat vite veteris, novam non potest inchoare. Ab hac penitentia, cum baptizantur, soli parvuli inmunes sunt; nondum enim uti possunt libero arbitrio. Item Leo ad Salventanum. Ante baptismum penitentiam agere debemus.

Agunt homines ante baptismum penitentiam de prioribus peccatis, ita tamen ut et baptizentur, sicut scriptum est in actibus apostolorum, loquente Petro ad Iudeos hoc dicente: Agite penitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Item Augustinus Faustino defensori. Quadraginta dierum abstinentia Iudeis baptizandis indicatur.

Ne qua ab his tituli longa dilatio rectius possit aliquos Iudeorum revocare, cum fratre nostro episcopo loci illius loquere, ut penitentia ac abstinentia XL. dierum indicta, aut die dominica aut si celeberrima festivitas occurrerit, eos omni potius [illegible] baptizes. Item Ambrosius super epistolam ad Romanos. Penitentia non est baptizandis necessaria.

Sine penitentia est donatio et vocatio Dei, quia gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non planctum vel aliquod opus, sed solam fidem, et omnia gratis condonat. Item Leo papa. Necessitate cogente in catecismo et confirmatione idem esse potest.

In catecismo et in baptismo et in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogat. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiant. Item ex decreto Leonis pape. Non plures sed unus parvulum in baptismate suscipiat.

Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant quam unus, sive vir sive mulier. In confirmatione quoque id ipsum fiat. Item ex concilio Magontiensi. Qui non est baptizatus nec confirmatus, alium in baptismate vel crismate tenere non debet.

In baptismate vel crismate non potest alium suscipere in filiolum ipse qui non est baptizatus vel confirmatus. Item ex concilio Altisiodorensi. Abbati vel monacho commatres habere non licet.

Non licet abbati vel monachis de baptismo suscipere filios, nec commatres habere. Item ex concilio Cap. De eodem.

Monachi sibi compatres vel commatres non faciant, nec osculentur feminas. Item ex sermone sancti Augustini post pascha domini, qui sic incipit: Hodiernus dies. Qui in baptismate parvulos susceperunt, pro eis fideiussores existunt.

Vos ante omnia tam viros quam mulieres, qui filios in baptismo suscepistis, moneo ut vos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semper eos admonete, ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant. Ante omnia simbolum et orationem dominicam et vos ipsi tenete et illis quos excepistis ostendite. Item ex concilio Verdunensi. Ad baptizandi officium et ad vestimenta altaris lavanda sacerdotes propria debent habere vasa.

Omnis presbiter qui fontem lapideum habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lavandum et ad pallas altaris propria habeant vasa, in quibus nichil aliud fiat. Item ex concilio Carthaginensi IIII. Neque rebaptizatione neque reordinatione fieri licet.

Non licet fieri rebaptizationes et reordinationes vel translationes episcoporum. Item ex epistola Augustini ad Maximum. De eodem.

Rebaptizare hereticum hominem, qui hec sanctitatis signa perceperit que christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est; rebaptizare autem catholicum, inmanissimum scelus est. Item ex concilio Arelatensi I. De Arrianis quando rebaptizentur, quando non.

De Arrianis, qui propria lege sua utuntur, placuit, si ad ecclesiam aliqui de hac heresi venerint, interrogent eos fidei sacerdotes simbolum, et si perviderint eos in patre et filio et spiritu sancto esse baptizatos, manus eis tantum inponatur, ut accipiant spiritum sanctum. Quod si interrogati non responderint hanc trinitatem, baptizentur. Item Gregorius Bonifacio. Baptizari debent parvuli de quibus ignoratur an sint baptizati.

Parvulos

De baptizandorum penitentia et examinatione

De rebaptizatione

qui parentibus subtractus et an baptizatus sit, uel non, ignoratur, ut hos baptizare debeas, secundum patrum traditiones, si non fuerit qui testificetur. Item ex concilio Carthaginensi v. De eodem.

Placuit de infantibus, quotiens non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi per etatem sunt idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt. Similiter et de ecclesiis, quotiens super earum consecratione hesitatur, agendum est, ut sine ulla trepidatione consecrentur. Item Leo papa Leoni Rauennati episcopo. De eodem.

Cum itaque baptismi sui nichil recordaretur, congregatio dicit esse ... nec aliquis ... attestari possit de eo, quia sciat consecratum, nec ille qui consecratur. Sanctum quod est inexpiabile esse, factum nisi quotiens supra hereticorum dogmata, contra sanctorum patrum instituta, cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, apostolica reclamante sententia, que nobis unam predicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. In hoc nichil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen uenire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quotiens persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite, et longo tempore, nisi forte supremus finis immineat, ne nemo penitus sit, qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inanis suspicione prohiberi, accedat intrepidus et ad consequendam gratiam, cui inquit, ipse nullum scit esse uestigium, nec uereatur hinc salutis ianuam aperire, quam nunquam ante docetur ingressus. De eodem.

Si nulla extant indicia inter propinquos et familiares, nulla inter clericos aut uicinos, quibus hi de quibus queritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne manifeste pereant. In quibus quod non ostenditur gestum, nulla ratio sinit, ut iteratum uideatur. Qui autem possunt meminisse, quod ad ecclesiam ueniebant cum parentibus, possunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsorum memoria alienum erat, conferendum eis uidetur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis. Item Augustinus ... non baptizatur cum matre, qui eo tempore in ea est.

Si ad matris corpus ita quod in ea concipitur pertinet, ut eius pars deputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc uero, cum ipse baptizetur, non utique bis baptizatus habetur. Non itaque ad maternum corpus, cum esset in utero, pertinebat. Item Ysidorus sententiarum libro i. Qui non baptizatur in utero matre. Qui in maternis uteris sunt, qui in eius utero est.

Ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum regenerari non potest. Neque enim dici regeneratio in eum potest, quem generatio non precessit.

qui sceleratam uiuunt, in ecclesia et communicare non desinunt, putantes se talia communione mundari, discant nichil ad emundationem proficere sibi. Item ex concilio Martini pape. De eodem.

Si qua mulier pregnans desiderauit gratiam baptismi percipere, quando uoluerit habeat potestatem. Nam nichil participatur ei mater infanti qui nascitur, propterea quia unicuique propria uoluntas in confessione monstratur. Item ex epistola Innocentii ad Theodotia. De his qui se ignorant baptizatos esse.

Qui se ignorant baptizatos esse, non indigent, pro eo penitentia. Non quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari se baptizatos iterum quasi iterum crucifixerunt Christum, per septem annos peniteat iiii. et vi. feria, et tres xl.mas. Si pro uitio aliquo fecerunt, similiter. Si pro munditia putauerunt, tribus annis similiter peniteat. Item Felix papa. De his qui ex industria baptizantur.

Eos quos episcopos, presbyteros uel diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan seu coactos lauacri illius unici claritatem fecisse iacturam, usque ad exitus sui diem in penitentia si resipiscunt iacere conueniat, nec orationi nec catechuminorum, quibus omnimodis interest, sed nec catechuminorum, quos omnimodis interest, quibus laicorum communionem in morte tradendam esse decernimus. Clericos autem et monachos aut puellas Dei, aut secularibus per uariam impunitatem, quem uicena synodus inter eos qui lapsi sunt, ut fuerunt per annos esse constitutum ut, si qui nulla necessitate, nullo terrore atque periculo se iterum rebaptizarent hereticis impie dederint, si tamen eos ex corde peniteat, tribus annis inter audientes sint, vii. uero subiaceant inter penitentes manibus sacerdotum, duobus etiam oblationes modo uobis non sinant offerre, sed tantummodo populis in oratione socientur, nec confundant deo colla submittere. Qui etiam non timuerunt abnegare, pueri uero, aut quibus adhuc in herbescunt a pubertate uocabulum est, seu clericis seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur etatis, aliquandiu sub manus impositione ... reddenda communio est, nec eorum expectanda penitentia, quos excepit a coertione censura. Item Innocentius papa Decentio episcopo. Baptizatos presbyteris crismate tangere licet.

Presbyteris, seu extra episcopum, siue non presente episcopo, cum baptizant, crismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt paraclitum. Item ex registro Gregorii ad Ianuarium episcopum Caralitanum. Baptizatos in frontibus presbyteris ungere non licet.

Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro crismate non presumant, sed presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut episcopi postmodum confirment in fronte. Item ex concilio apud Bellaticum. Crismate paruulum unire et sic aliis baptizandis mittere licet.

Si qui uoluerit crismate paruulum et iterum unctum baptizatum mittere, non est absurdum. Item ex concilio Lugdunensi. De ueteri crismate baptismate consecrare non licet.

Si quis de alio crismate quam de illo nouo, quod proprio episcopo largitione accepit, baptizare, non occupante morte, temptauerit, pro temeritati ausu ipse in se sue damnationis protulisse sententiam manifestat. Item ex concilio apud Ualentiam. Non nisi ab episcopis presbyteri crisma accipiunt.

Presbiteri qui diocesianas regunt ecclesias, non a quibuslibet episcopis, sed a suo, nec per iuniorem clericum, sed per se ipsos, aut per illum qui eidem ordinis sit, ante pasce sollempnitatem crisma petant. Item ex concilio Martini pape. Crisma conficere et per diocesem destinare omni tempore liceat.

Omni tempore episcopo liceat crisma conficere, et per suas dioceses destinare. Ita autem ad accipiendum crisma diaconus aut subdiaconus ante diem pasce de singulis ecclesiis ad episcopum destinetur. Presbiteri vero presente episcopo non signent infantes, nisi forte ab episcopo fuerit eis preceptum. Sed non liceat presbitero preter episcopum introire in baptisterium, si cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit, aut egrotet. Item ex concilio Arausico. Quod baptizandi accipere officium sine crismate

Nullus ministrorum qui baptizandi recepit officium, sine crismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate crismari. De eo autem qui in baptismate quacumque necessitate faciente crismatus non fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos crismatis ipsius non nisi una benedictio est, non preiudicantes aliquam hoc dicimus, sed ut necessaria habeatur crismatio. Item capitularium l. vi. cap. lxxvii. Ante quam de consecratione fontis aqua accipiatur

In sabbato sancto maius fundatur ad aspergendum aqua de fonte ante consecrationem pasce, ut per pentecosten, si quis velit aquam consecratam in domo sua ad aspersionem recipere, ante crismatis infusionem percipiat. Item capitulo. Unde aspersionis sanctificatio concordet

Nec quemquam movere debet, quia aspergi, vel perfundi non supersit egrotantibus, cum gratiam dominicam consequuntur, cum scriptura sancta per Ezechielem prophetam loquatur et dicat: Aspergam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et mundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo in vobis. Item in Numeris: Qui tetigerit cadaver hominis, et propter hoc vii. diebus fuerit inmundus, aspergatur ex hac aqua die tertia, et vii. et sic emundabitur.

Item si fide Trinitatis emundatus non fuerit in resurrectione, aput sanctorum collegium immundus erit. Si die tertia aspersus non fuerit, septima non poterit emundari. Omnis qui tetigerit humane anime mortuum, et aspersus non fuerit ex hac commixtione, polluet tabernaculum domini. Exibit ex Israel, quia aqua expiationis non est aspersus in eum, et permanebit spurcitia eius super eum. Et iterum. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Accipe levitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum. Circumsparges eos aqua purificationis. Et iterum. Aqua sparsionis purificatio est. Unde apparet aspersionem quoque aque instar salutaris lavacri optinere. Et quando hec in ecclesia fiunt, ubi sit et accipientis et dantis fides integra, stare omnia et consummari, ac perfici posse magestate domini et fidei veritate. Spiritus sanctus non de mensura datur, sed super credentes totus infunditur. Nam si dies omnibus equaliter nascitur, et si sol super omnes pariete equali luce diffunditur, quanto magis Christus sol et dies verus in ecclesia sua lumen vite eterne pari equalitate largitur. Cuius equalitatis sacramentum videmus in Exodo esse celebratum, cum de celo manna defluerit, et futurorum prefiguratione alimentum panis celestis et cibum Christi venientis ostenderet. Illic enim sine discrimine vel sexus vel etatis gomor singuli equaliter colligebant. Unde apparebat Christi indulgentiam et celestem gratiam postmodum secuturam equaliter omnibus dividi, sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione persone super omnem Dei populum spiritalis gratie munus infundi. Plane eadem gratia spiritalis, que in baptismo equaliter credentibus sumitur, in conversatione atque actu nostro postmodum vel minuitur, vel augetur, ut in evangelio dominico semen equaliter seminatur, sed pro varietate terre aliud absumitur, aliud in multiformem copiam, vel xxx. vel lx. vel c. numeri fructu exuberat cumulatur. Quod si aliquis in illo movetur, quod quidam ex his qui baptizantur egri spiritibus adhuc inmundis temptantur, sciat diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero omnes nequitie sue vires amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, et in sua perfidia demoratus, tamdiu resistere potuit et prevalere, donec ad aquam veniret, quo cum venisset, victus est et extinctus. Mare autem illud sacramentum baptismi fuisse declarat beatus Paulus apostolus dicens: Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et addidit dicens: Hec autem omnia in figura nostri fuerunt. Quod hodie viderimus per exorcistas voce humana et potestate divina flagellatur et uritur et torquetur diabolus, cum exire se et homines Dei dimittere sepe dicat, in eo tamen quod dixerat fallat, et id quod per Pharaonem prius gestum est eodem mendacio obstinationis et fraudis exerceat. Cum tamen ad aquam salutarem atque ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus et confidere, quia illuc diabolus opprimitur, et homo dicatus Deo divina indulgentia liberatur. Item Iohannes Crisostomus in epistola ad Hebreos. De his qui usque ad extremum vite baptisma suscipere differunt

Quando quis propter peccata peccat, ut sanctum baptisma in novissima sua expiatione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi, non terrens vos dico quod dicturus sum. Multos novi qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multum peccabant, circa diem mortis discesserunt vacui. Deus enim propter hoc baptisma tribuit, ut solvat peccata, non addat. Si vero quis ad hoc utitur baptismo, ut ampliora delinquat, ipsum fit negligentie causa. Item Augustinus ad Bonifatium. Parvulis baptizatis parentum perfidia non nocet.

Quod vero me rogasti utrum parentes baptizatis parvulis suis noceant, cum eos demoniorum sacrificiis sacrificare conantur. Quomodo eis prosit cum baptizantur parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia? Ubi respondeo: tanta sacramenti illius hoc est baptismi salutaris esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum voluntatem deinceps non possit vinculo iniquitatis aliene obstringi, cum nulla sua voluntate consentit. Et anima enim patris mea est, inquit, et anima filii. Et iterum: Anima que peccaverit ipsa morietur. Non enim peccat ipsa, cum parentes eius, vel quilibet alius, adhibet sacrilegia demoniorum. Sed hoc Adam traxit quod sacramenti illius gratia

soluetur, quia non ea est anima separatim uiuens, i. altera anima, de qua dicitur: Sicut anima patris mea est, ita et anima filii. Iam dicit itaque quia homo in se ipso est, ab eo qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Quando itaque in paruulum maiores peccant offerentes atque eum obligare conantes demoniorum sacrilegis uinculis, non est anima utriusque communis, ut et culpam possit habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius uoluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti Spiritus unitatem. Item. Regenerans Spiritus sanctus in maioribus offerentibus et paruulo renato oblato, qui communis est, idem per hanc societatem unitatemque eiusdem Spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato. Potest enim esse et in hoc et in illo homine, et Spiritus sanctus in utrisque unus est. Non autem potest spiritus hominis esse et in hoc et in illo, per quem peccat alter in altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus Dei Spiritu regenerari, ut ex illis obligatio contracta soluatur. Non potest autem, qui semel Spiritu regeneratus est, ex parentum carne regenerari, ut obligatio que soluta est iterum contrahatur. Ac per hoc semel perceptam paruulus gratiam Christi non amittit nisi propria impietate. Verumtamen recte dicuntur parentes, uel quicumque maiores, filios seu quoslibet paruulos baptizatos demoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritualiter homicide. Illi quidem in eos infectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, infectores fiunt. Recte autem illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: Nolite occidere paruulos uestros. Dicit enim Apostolus: Spiritum sanctum nolite extinguere, non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est extinctores eius merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum uelint. Nec illud te moueat, etc. et infra. Celebrant enim per eos necessaria ministeria. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam non tam ab eis quorum gestantur manibus, quamuis et ab ipsis, si et ipsi boni fideles sunt, quam ab uniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, et quorum sancta atque indiuidua caritate ad communionem sancti Spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo sancta mater ecclesia, que in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit. Difficillimam sane questionem tibi proposuisse uisus es in extremo inquisitionis tue, ea uidelicet intentione qua soles uehementer cauere mendacium. Si constituam, inquis, ante te paruulum, et interrogem utrum cum ad etatem adultam uenerit futurus sit castus, uel fur non sit futurus, sine dubio respondebis, nescio; et utrum in eadem etate paruula constitutus cogitet aliquid boni uel mali, dices, nescio. Si itaque de moribus eius futuris nihil audes certum promittere, et de eius presenti cogitatione nihil, quid est quod quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tamquam fidei auctores respondent, et dicunt illos facere quod illa etas cogitare non potest, aut si potest occultum est? Interrogamus enim eos a quibus offeruntur, et dicimus: Credit in Deum? De illa etate que utrum sit Deus ignorat, respondent: Credit, et ad cetera que singula queruntur sic respondetur. Unde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro paruulo respondere, ut dicant eum tanta bona facere que ad horam

qua baptizatur baptizator interrogat, tamen eadem hora si subiciam: Erit castus qui baptizatur, uel fur non erit? nescio utrum audeat dicere aliquis aliquid horum erit, uel non erit, sicut mihi sine dubitatione respondet quod credit in Deum, aut quod se conuertat ad Deum. Ecce facio quantum possim, Domino adiuuante, ut quod postulas possim. Nempe sepe ita loquimur, ut pascha appropinquante crastinam uel perendinam Domini passionem dicamus, cum ille ante tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel ipsa passio facta sit. Nempe ipso die dominico dicimus: Hodie Dominus resurrexit, cum ex quo resurrexit tot anni transierint. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum quibus hec gesta sunt similitudinem nuncupamus, ut dicatur ipse dies qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis eius, et dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem quod non illo, sed olim iam factum est? In alio itaque paruulum etc. et infra. Cum autem homo sapere ceperit, non illud sacramentum repetet, sed intelliget eiusque ueritati consona uoluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates, et tantum ualebit, ut si ante rationis usum ex hac uita emigrauerit, per ipsum sacramentum, commendante ecclesie caritate, ab illa condempnatione que per unum hominem intrauit in mundum christiano adiutorio liberetur. Qui hoc non credit, et fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque melior est ille paruulus, qui, etsi fidem nondum habeat in cogitatione, non ei tamen obicem contrarie cogitationis opponit. Unde sacramentum eius salubriter percipit. Item de Bonifacio episcopo ad Pelagianos de baptismo.

Aliorum fides in baptismate puero saluat.

In necessitate saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex aliis que in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogitantes eos uitam habere non posse, qui sunt expertes corporis et sanguinis Christi, dicente Domino: Nisi manducaueritis carnem meam etc. Item.

Corpore et sanguine Christi participat, qui per baptisma membrum eius efficitur.

Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando in baptismate membrum Christi corporis efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum significat inuenit. Item de baptismo paruulorum.

Quod sit baptizandus qui de baptizata nascitur.

Si baptizata est caro Christi que sine peccato erat propter exemplum imitationis, quanto magis baptizanda est caro mortis propter euitandum iudicium dampnationis. Sicut enim tempore circumcisionis qui de circumciso nascebatur, fuit tamen circumcidendus, sic nunc qui de baptizato nascitur erit baptizandus. Sacramentum enim baptismi sacramentum est regenerationis. Quapropter sicut qui non uixerit non potest mori, ita qui natus non fuerit non potest renasci. Ex quo conficitur neminem in suo parente potuisse renasci, cum non dum natus esset. Quamuis parentibus post conuersionem sua peccata non obsint, tamen illis obest, qui ab eo generantur parenti, propter hoc non

obsunt. quam tractata est. Illis autem qui de illo nati sunt, nisi eodem modo renascantur, que a parentibus tractata sunt obsunt. quia sic innouatus est pater, non de nouitate sed de reliquis uetustatis carnaliter gignit. et filii ex reliqua parentum uetustate, totum uetustati carne propagata, peccandi dampnatione facta manifesto regnandi in se liberauit. Item in enchiridion.

In baptismate omnia peccata moriuntur.

Ut ostenderet apostolus nos mortuos esse peccato, inquit: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostendit nos mortuos peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto paruuli qui in Christo baptizantur peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est: quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est ut probaret nos mortuos esse peccato. Paruuli autem renascendo moriuntur illi peccato quod nascendo contraxerunt. Et propter hoc ad eos pertinet quod sequitur: Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem. Baptizantur ergo in morte Christi, in qua non solum maiores, uerum etiam paruuli baptizantur. Sic et uos existimate uos mortuos peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Item in eodem. Sicut nulli baptisma

Paruulo recenter nato negatur. ita nemo est qui peccato non usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo. sed paruuli tantum originali, maiores autem omnibus moriuntur peccatis, que male uiuendo addiderunt ad originali. Item in eodem. In baptismo Iohannis non erat peccatorum remissio.

Non regenerabantur, ut renascebantur, qui baptizabantur baptismo Iohannis, sed quodam precursorio illius ministerio, qui dicebat: Parate uiam Domino, in quo solo renasci poterant, parabantur. Huius enim baptisma est, non in aqua solum, ut fuit Iohannis, uerum etiam in Spiritu sancto, ut de illo regeneretur, si quis in Christum credidit, de illo Christo generatus quem regeneratione non cognouit. In aqua qua ergo baptizari uoluit, non ut eius iniquitas solueretur, sed humanitas commendaretur. Ita quia baptismate eo nichil habuit quod ablueret, sicut mors nichil inuenit quod puniret. Item in psalmo paruulorum. Non solum originalia sed et actualia

Regenerante autem carne tantum modo peccata remittuntur in baptismate.

... tralim peccatum originale. Regenerante autem Spiritu sancto non solum originalium sed etiam uoluntariorum fit remissio peccatorum. Pro inmitate potest dici paruulos sine baptismo decedentes mitissima omnium futuros pena. Fallit autem et fallitur qui eos in dampnatione predicat non futuros, dicente apostolo: Per unius delictum omnes homines in condempnationem etc. Item in eodem. Quia aliquis ex concupiscentia nascitur, per baptismum regeneretur.

Quisquis ex concupiscentia carnis nascitur, ne baptismum regeneretur. ... ge peccati et mortis carnaliter generatur, regenerari spiritualiter oportet, ut non solum ad regnum Dei perducatur, sed et a dampnatione peccati liberetur. Sicut ergo per primum hominem in peccatum et mortem nascimur, sic et per Christum in iustitiam et uitam eternam in baptismo renascimur. Item in eodem. Offerentium fide parui

Paruuli fideles recte uocantur. uirtus facit fideles.

qui fidem per uerba gestantium quodammodo confitentur. et per eorum de uerba diabolo et mundo se abrenuntiant. et hoc fit in sacramento diuine gratie, quam dedit Dominus ecclesie. Paruulis autem qui baptizati sunt, si ad annos rationabiles uenerint, non crediderint, nec ab illicitis abstinuerint, nichil eis prodest quod paruuli acceperunt. Item Aug. in libro de peccatorum meritis et remissione peccatorum.

Mater ecclesia os maternum paruulis prebet, ut sacris misteriis imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium infideles dicere potest, quia credendo unquam nomen accipiunt, quamuis hoc non ipsi sed alii pro eis in sacramentis respondent. Si autem propterea recte fideles uocantur, quia fidem quodam modo per uerba gestantium profitentur, cur non etiam prius penitentes habentur, cum per eorum uerba gestantium diabolo et huic seculo renuntiare monstrantur. Caritas ecclesie peccata

Ecclesie caritas, que per Spiritum sanctum diffunditur, in dimittit ulte cordibus eorum qui participes sunt sui peccata dimittit, eorum qui sui non sunt tenet. Item Aug. contra Iulianum lib. ii. Solus Christus peccata dimittit.

Nemo tollit peccata mundi nisi solus Christus, qui est Agnus tollens peccata mundi. Tollit autem et dimittendo que facta sunt, et originale peccatum continet, et adiuuando ne fiant, et perducendo ad uitam ubi fieri omnino non possunt. Item Beda de baptismo paruulorum. Preter baptisma Christi paruulis nulla salus.

Nulla preter baptismum salus promittitur infantibus, qui non promittuntur infantes sine sacramento, quia ad hoc diuinitus est institutum, ut in credentium numerum non transeant, ut in tenebris manent. Item in eodem. Baptizati Christo incorporantur et ad membra.

Ad hoc baptismus paruulis ualet, ut baptizati Christo incorporentur, ut eius membra fiant, et consepeliantur, et oblati per sacramentum caritatemque fidelium reconcilientur Deo, ut in eo uiui et salui et liberati, redempti, illuminati fiant. Idem quis nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem non baptizari. Item in libro de libero arbitrio.

Gratia non solum peccata dimittit, sed legem implere facit.

Gratia que per Christum datur non solum remissionem peccatorum facit, sed et ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccato dominetur. Christus ergo dat fidem, que non petita adconcedit ut homini penitenti et alia concedantur. Sola fides non est ubi arbitrii tantum, sed donum Dei. Item de ueteri baptismo paruulorum. Vetus infirmitas in baptizato non penitus assumitur.

Non ex quo quisque baptizatur, tur. sed uires amittit.

Omnis uetus infirmitas in eo absumitur, sed innouatio incipit a remissione omnium peccatorum, et in intelligentia et operatione spiritalium. Cetera autem in spe sunt donec fiant in re, quia etiam in resurrectione. Si autem in baptismate quamuis fiat plena peccatorum remissio, tamen non plena est nouitas et perfecta mutatio, quia adhuc uetus manet corruptio non solum in corpore, sed etiam in animo, quia homo interior in quo si perfecta esset nouitas, non diceret apostolus quod de die in diem renouatur. Item hoc meminisse debemus, omnium peccatorum plenam perfectamque remissionem in baptismo fieri, hominem uero non totum commutari continuo, sed uiribus proficientibus de die in diem crescente nouitate commutari, que uetustatem et carnalem conuersione renouetur quam alius infirmitas corporis ad firmitatem spiritalem incorruptamque peruenerit. Hec autem lex

Non sufficit baptizando habere bonam conscientiam nisi ad interrogationem ... [illegible]

Sicut in uetere testamento fuerunt quidam boni, ita et in nouo sunt quidam mali ... [illegible]

... peccati de quo dicit apostolus: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Nisi remaneat in membris eorum qui renati sunt, tamquam non sit et cetera plena remissio. Ut plena sit omnium peccatorum et morum remissio, omnibus interfectis inimicis quibus separabantur a deo. Si remanet in uetustate carnis tamquam separatum et perpetuum, sine illicito consensu reuiuiscit antiquum proprium reuocetur. Ab hac autem uetustate carnis et peccati, quod remissum est, uita spiritus usque adeo discernitur, in qua nouitate baptizati renascuntur, ut tales et in presenti non solum in peccato, set nec in carne esse dicantur, cum desideria non sectantur, set in spiritu. In ipsa uero carne non corruptibili bene uiuitur, quia membra eius ad bene operandum conuertuntur, nisi secundum desideria carnis uiuens legi peccati, que licet iam remissa sit, in uetustate tamen carnis manet, ubi uiuunt fideles coniugati, qui ex eo quod sunt in Christi nouitate dominari sub domine non patiuntur. Ex eo autem quod adhuc trahunt ad uetustatem filios regnandos mortales generant in propagine peccati, quo reatu obnoxii non tenentur, et quia nascuntur renascendo soluuntur. Item sicut dicta, facta, cogitata iniqua corporis et anime pertinet, licet autem quantum ad motum iam preterierunt, non sic et ista preterit, nisi reatus eorum manet nisi peccatorum remissione soluatur. Sic e contrario adhuc manente lege concupiscentie reatus soluitur, et non erit cum fiat in baptismo plena remissio peccati. Item de inepta ad Celestinum. **Discipuli Christi.**

O... Hierosolimis exiit Iohannes, qui de **baptismate credunt ablutum** sepulisse Iudam tamen, et ubi morabatur cum eis baptizabat, non per se ipsum set per discipulos suos, quos intelligimus fuisse baptizatos siue baptismo Iohannis, sicut non nulli arbitrantur, siue quod magis credibile est baptismo Christi. Item respondit Dominus Petro: Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet, set est mundus totus. Unde intelligitur quod Petrus iam fuerat baptizatus. Item de ... ad Uincentium uictorem. **Apostolos Christi baptismate baptizatos.**

Si eos de quibus scriptum est utrum fuerint baptizati fuerit non constat, **credit** sine baptismo de hac uita recessisse contendit, ipse calumpniam apostolis facit, quos ipse apostolum Paulum quando baptizati fuerint ignoramus. Sed post baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit quod beato Petro apostolo Dominus ait: Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. Item de ... de baptismate. **Catecuminus catholicus heretico baptizato prefertur.**

Non dubito catecuminum catholicum diuina caritate flagrantem heretico baptizato anteponere. Sed et in ipsa intus ecclesia catholica catecuminum bonum malo baptizato anteponimus, nec ideo tamen sacramento baptismi, quo iste nondum, ille iam inbutus est, facimus iniuriam. Neque enim catecuminum nondum baptizatum Simoni baptizato anteponit. Iste enim ante baptismum spiritu sancto acceptus repletus est, ille post baptismum inmundo spiritu inflatus est. Uerumtamen si iam spiritu sancto accepto Cornelius baptizari noluisset, contemptu tanti sacramenti reus fieret. Sic autem bono catecumino baptismus deest ad regnum celorum capescendum, sic in malo baptizato uera conuersio. Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, ipse dixit: Nisi habundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et phariseorum ... Item de institutionibus Christi. **Sacra ablutione corporis qua fide cordis baptisma consistit.**

Uerus baptismus constat non tam ablutione corporis quam fide cordis, sicut apostolica doctrina tradidit dicens: Fide emundans corda eorum. Et alibi: Saluos facit baptisma non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in deum. Item de baptismo. **Sicut in ueteri testamento quidam spirituales,**

Sicut in sacramentis, **ita in nouo quidam carnales inueniuntur.** Uetus testamentum uiuebat quidam spirituales, ad nouum scilicet testamentum, qui tunc occultum erat, occulte pertinentes. Sic et nunc in sacramentis noui testamenti, quamuis reuelatum est, quidam uiuunt animales, qui proficere si nolunt ad sapientiam que sunt spiritus dei, quo hortatur sermo apostolicus, aduetus ... pertinebant. Sicut profecerunt et antequam accipiant baptismum, ipso accessu et profectu ad nouum pertinent. Si deus usque spirituales fiant, ex uacuitate rapiuntur, custodit ipse sacramenti sanctitatem, in ita inueniuntur computantur. Nec inuenio quod uerius inueniatur in eo quod scriptum est: Inperfectum meum uiderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur. Item. Non interest cum de sacramenti tractatur integritate et sanctitate quid credat aut quali fide imbutus sit ille qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum sed ad salutis uiam, set nichil interest ad sacramenti questionem. Item manifestum est fieri posse ut fide non integra integrum in quo quamuis maneat baptismi sacramentum. Item fieri posse ut singuli diligenter interrogent totam diuersitatem opinionum forsitan quot homines numerari ... Alius autem homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Illum quidem non ideo si perfecerit sacramentum integrum accipiunt, aut numquam ideo si perfecerit tunc et opinionum carnalium uanitatem enudauerint, denuo quod acceperant repetendum est. Accipit quisque secundum fidem suam si quantum capit gubernante misericordia dei. Item ex concilio Mileuitano, cui interfuit Augustinus et Anselmus Romane ecclesie legatus, contra Pelagianos. **Non ante necessitate set merito peccati Adam morte ... erat.**

Placuit ergo omnibus episcopis qui fuerint in hac sancta sinodo constituere hec que in presenti concilio diffinita sunt. Ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut siue peccaret siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati merito sed necessitate nature, anathema sit. Item **Paruuli non solum penam set culpam a parentibus trahunt.**

Placuit ut quicumque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nichil ex Adam trahere originalis peccati quod lauacro regenerationis expietur, unde fit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait apostolus: Per unum hominem intrauit peccatum in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc regulam fidei et paruuli, qui nichil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem ueraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt. Item **Gratia et peccata remittit et ne iterum committantur adiuuat.**

Placuit ut quicumque dixerit gratiam dei ... **adiuuat.**

Hec Aug. liberum arbitrium est facultas rationis et voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente, et malum eadem desistente.

qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, que iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit. Item. **Quid sit peccatum.**

Si quis dixerit gratiam Dei, per Iesum Christum dominum nostrum **gratia docet, et ut faciamus** propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis prestari, ut quod faciendum cognoverimus, facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Item. **Sine gratia divina mandata impleri non possunt.**

Placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium facilius possimus implere per gratiam, tamquam et si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus et sine illa implere mandata divina, anathema sit. Item Urbanus papa omnibus christianis. **Post baptismum per manus impositionem sacramentum prestetur.**

Omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni christiani inveniantur, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. Item Melchiades papa. **Quid conferat Spiritus sanctus in baptismate, quid in confirmatione.**

Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum prestat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota etate victuris inter invisibiles hostes et pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Et quamvis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati seculi recipiendos, confirmatio armat et instruit ad agones mundi huius et prelia reservandos. Qui autem post baptismum cum adquisita innocentia immaculatus pervenerit ad mortem, confirmatur morte, quia iam non potest peccare post mortem. Idem Hispanorum episcopis. **Manus impositionis sacramentum dignius est sacramento baptismi.**

De his vero super quibus rogastis vos informari, id est, utrum maius sit sacramentum manus impositionis episcoporum aut baptismus, scitote utrumque magnum esse sacramentum, et sicut unum a maioribus, id est a summis pontificibus, est accommodatum, quod a minoribus perfici non potest, ita et maiori veneratione venerandum est et tenendum. Sed ita coniuncta sunt hec duo sacramenta, ut ab invicem nisi morte preveniente nullatenus possint segregari, et unum sine altero perfici rite non potest. Item Eusebius papa. **Non ab aliis quam ab episcopis manus impositionis sacramentum perficiatur.**

Manus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab aliis quam ab apostolis ipsis legitur aut scitur peractum esse, nec ab aliis quam qui eorum locum tenent umquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum, nec inter ecclesiastica umquam reputabitur sacramenta. Item Rabanus de institutione clericorum l. i. cap. xxx. **Quod confirmatio novissime omnis sacramentum baptizato tradatur.**

Novissime a summo sacerdote per impositionem manus paraclitus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum sanctum ad predicandum aliis id donum quod in baptismo consecutus est per gratiam vite donatur eterne. Signatur enim baptizatus crismate in capitis summitate per sacerdotem, per pontificem vero in fronte, ut in priori unctione significetur super ipsum Spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam, in secunda quoque, ut eiusdem Spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis et scientie et virtutis venire in hominem declaretur. Item ex concilio Aurelianensi cap. iii. **Ut ieiuni ad confirmationem, non ieiuni veniant.**

Ut ieiuni ad confirmationem veniant perfecte etatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum Spiritus sancti valeant accipere; et quia numquam erit christianus, nisi confirmatione episcopali fuerit confirmatus. Item ex concilio Meldensi. **Episcopi non nisi ieiuni baptizatos confirment.**

Ut episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis et morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, pasche videlicet et pentecostes, a ieiunis celebrari debet baptismus, ita et traditionem Spiritus sancti a ieiunis pontificibus convenit celebrari. Item ex concilio Tarraconensi. **Secundo autem vel tertio nullus confirmetur.**

Dictum est nobis, quod quidam de plebe bis vel ter aut eo amplius ab episcopis ignorantibus tamen ab eisdem episcopis confirmantur. Unde nobis visum est eandem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minime debere. Quibus ut amplius baptizatos aut confirmatos non scienter, sed Deo sub habitu regulari vel clericali religiosissime famulari decretum est. Item Gregorius ii. **De eodem.**

De homine qui a pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio est prohibenda. Item Stephanus. **Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur.**

Numquid non omnia crismata sancta sacerdotalis misterii crucis figura perficiuntur? Numquid baptismatis unda, nisi in cruce sanctificata, peccata relaxat? Et ut cetera pretereamus, sine crucis signaculo quis sacerdotii gradus ascendit? Item ex concilio Cart. iiii. **Energuminis diebus exorciste manum imponant.**

Omni die exorciste energuminis manum imponant. Energumini vero pavimenta domorum Dei everrant, quibus assidentibus in domo Dei victum cotidianum per exorcistas oportuno tempore ministret. Item ex eodem. **A quibus neophiti abstinere debent.**

Neophiti aliquamdiu a lautioribus epulis et spectaculis et coniugibus abstineant. Item ex concilio Agath. **De ordine officiorum.**

Convenit ordinem ecclesie ab omnibus equaliter custodiri. Unde statuendum est, ut sicut ubique fit, et post antiphonas collationes ab episcopis vel presbiteris dicantur, et hymni matutini vel vespertini omnibus diebus decantentur, et in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dicantur, et plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo dimittatur cum benedictione. Item ex concilio Gerundensi. **De eodem.**

Idem semper placuit observari, ut omnibus diebus post matutinas et vesperas oratio dominica a sacerdote proferatur. Item Gregorius vii in generali sinodo. **De eodem.**

qo

In die resurrectionis usque in sabbatum in albis, et in die pentecostes usque in sabbatum eiusdem ebdomadae tres psalmos tantum ad nocturnas, tresque lectiones antiquo more cantamus et legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, si festivitas est, novem lectiones dicimus. Aliis vero diebus xii. psalmos et tres lectiones recitamus. In dominicis diebus decem et octo psalmos, excepto die paschae et pentecostes, et novem lectiones celebramus. Illi autem qui in diebus cotidianis tres tantummodo psalmos et tres lectiones celebrare volunt, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio et negligentia probantur hoc facere. Romani vero diverso modo agere ceperunt, maxime a tempore quo Teutonicis concessum est regimen nostrae ecclesiae. Nos autem et Romanum ordinem investigantes, et antiquum morem nostrae ecclesiae imitantes, antiquos patres statuimus fieri sicut supra prenotavimus. Item ex homelia Gregorii papae.

Quadragesima summa *De observatione quadragesimae.* observatione est observanda, ut ieiunium in ea praeter dies dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quem infirmitas prepedierit, nullatenus solvatur. Quia ipsi dies decimae sunt anni. A prima namque dominica quadragesimae usque in pascha Domini sex ebdomadae computantur, quarum videlicet dies xl. et duo fiunt, ex quibus dum sex dies dominici abstinentiae subtrahuntur, non plus in abstinentia quam xxx. et sex dies remanent. Verbi gratia, Sicut per ccc. sexaginta quinque dies annus volvitur, et per xxx. et vi. dies affligimur, quasi decimas anni Deo damus. Sed ut sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro ieiunio consecraverat, iiii. dies prioris ebdomadae ad supplementum xl. dierum tollantur, id est quarta feria quae caput ieiunii subnotatur, et v. feria sequens, sexta et sabbatum. Istos dies iiii. superioribus xxx. et sex adiunxerim. xl. dies in abstinentia habemus. Iubemur et a Deo omnipotenti Deo nostrorum omnium decimas dare. Item Eusebius papa. *Ieiunia non solvant legitima absque necessitate probabili.*

Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili non solvant. Item Ieronimus. *Cotidiana ieiunia duplicatis, ut triplicatis praeferenda.*

Non dico ebdomadas, non dico ieiunia duplicata, sed saltem singulos dies absque ciborum luxuria transigam. Idem. *De eodem.*

Sint tibi cotidiana ieiunia, refectio satietatem fugiens. Nichil enim prodest biduo vel triduo transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur. Idem. *De eodem.*

Sint tibi ieiunia pura, continua, moderata; quia et cottidie esurire et cottidie prandere apostolus inquit. Si volueris adhuc aquam bibere, sed modico utere vino propter infirmitatem tuam. Curat enim vulnera delinquentis, et castos castificat ieiunium. Item Ambrosius in psalmo c. xxx. *Contra medicinae praecepta. divinae sunt conditioni contraria.*

Contraria divinae conditioni praecepta medicinae sunt, a ieiunio revocant, vigilare lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, se ipsum abnegat. Item Gregorius in expositione beati Iob. *Quot modis nos vitium gulae temptat.*

Quinque modis gulae vitium nos temptat. Aliquando namque indigentiae tempora prevenit, aliquando tempora non prevenit, sed cibos lautiores querit, aliquando quaelibet sumenda sint preparari accuratius expetit, aliquando autem et qualitati ciborum et tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnumquam vero abiectius est quod desiderat, et tamen ipso estu immensi desiderii deterius peccat. Item Nicolaus papa. *Non prodest abstinentia absque puritate mentis. Ieiunia et orationes.*

Nichil ieiunium prodest homini ieiunare et orare et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Item Ieronimus. *Mediocre bonum magno praeferri non debet.*

Non mediocriter errat, qui magno bono praefert mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium caritati, aut vigilias praefert sensus integritati, ut propter immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentiae aut tristitiae notam incurrat? Sed et ut quod verborum flecti multitudine Deus non potest. Non enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus. Quapropter melior est v. psalmorum cantatio cum cordis puritate ac serenitate, ac spirituali hilaritate, quam psalterii modulatio cum anxietate cordis atque tristitia. Cuiusque per... desiderium animabus psalmi, ut missa dicatur. Nulli minus quasi pro uno quolibet ipsorum diceret. Audiant itaque qui ea quae necessaria sunt corpori subtrahunt, illud quod Dominus per prophetam loquitur: Ego Dominus odiens rapinam in holocausto. De rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate manducandi, vel somni penuria corpus suum immoderate affligit. Videat itaque quid apostolus dicat: Carnis curam ne feceritis et cetera. Item Augustinus super Iohannem. *Non a cibis tantum ieiunium, sed a voluptatibus abstinere est magnum ieiunium et generale.*

Ieiunium autem magnum et generale est abstinere ab iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium. In hoc seculo quasi quadragesimam abstinentiae observamus, cum bene vivimus, cum ab iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia haec abstinentia sine mercede non erit, expectamus illam beatam spem et revelationem gloriae magni Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. In illa spe cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. Denarius quippe qui ac cepit nomen a numero decem, redditur, et coniunctus quadragenario fit quinquagenarius. Unde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum letitia autem tamquam accepta mercede quinquagesimam post pascha. Nam huic tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis et felicitatis denarius, ut quinquagenarius fiat. Significavit ipse Dominus hoc multo apertius, quando post resurrectionem xl. diebus conversatus est cum discipulis suis. Quadragesimo autem die cum ascendisset in celum, peractis decem diebus, misit mercedem Spiritus sancti. Item ex dictis Apollonii. *Raptorem vel furem non necessitas sed voluntas facit.*

Discipulos cum per segetem transeundo evellerent spicas et ederent, ipsius vox Christi innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt. Item Ieronimus. *Non necessitas sed voluntas facit perseverantiam.*

Quicquid necessitate fit cito solvitur; quod voluntate arripitur, perseverat. Item

Nichil sic os aureum. **Ciborum temperantia salutem, abundantia vero corruptionem parit.** [III.]

Nichil ita utile est sicut cibus bene digestus aut decoctus. Nichil sic salutem, nichil ita sensuum acumen operatur, nichil sic egritudinem fugat, sicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento et sospitatem simul et prestat voluptatem. Ex abundantia vero morbum facit et molestias ingerit et egritudines generat et facit. Quod enim facit fames, hoc et plenitudo ciborum, magis autem et multo peiora. Fames quidem in paucis diebus aufert hominem, et liberat de hac vita penali; excessus vero ciborum consumit et computrescere facit corpus humanum, et macerat egritudine diuturna, et tunc eum morte crudeli consumit.

Item Ieronimus. **Ciborum delitie, si supra habundaverint, ledunt.**

Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficile digerere, aut commestos magno partos et perditos labore doleamus. Olerum et pomorum ac leguminum et facilior apparatus est, et arte impendiisque cocorum non indiget, et sine cura sustentat humanum genus, moderateque sumptus, quia nec avide devoratur, quod irritamenta gule non habet, et leviori digestione decoquitur. Nemo enim uno et duobus cibis hisque vilibus usque ad distentionem ventris honeratur, que diversitate carnium et saporis delectatione capitur, et cum variis nidoribus sumatur, patine ad usum sui pro explenda esurie quasi captivos trahunt. Unde et morbi saturitate nimia concitantur, multique inpatientiam gule vomitu remediantur, et quod turpiter ingesserunt, turpius egerunt. Ypocras in aphorismis opimis docet crassa et obesa, que crescendi mensuram impleverint, nisi cito ablatione sanguinis minuantur, in paralisin et pessima morborum genera erumpere, et ideo necessariam esse depositionem, ut rursum habeant in quo possint crescere. Non enim manere in uno statu naturam corporis, sed aut crescere semper aut decrescere. Nec posse vivere animal, nisi crescendi capax sit. Unde et Galienus doctissimus Ypocratis interpres athletas, quorum vita et ars saginare est, dicit in exortatione medicine nec vivere posse diu nec sanos esse. Animasque eorum ita nimio sanguine et adipibus quasi luto involutas, nichil tenue, nichil celeste, sed semper de carnibus et ructuare et ventris ingluvie cogitare.

Idem. **Multorum infirmitatem ciborum [parcitas] sanat.**

Legimus quosdam morbo articulari et podagre humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos convaluisse. Caruerant enim sollicitudine dispensande domus et epularum largitate, que et corpus frangunt et animum. Inter orationes appetitum ciborum qui consumptum relinquat penitentiam.

Item Gregorius VII. **Diebus sabbatorum a carnibus abstinendum.**

Quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes salubriter ammonemus, ut quicumque christiane religionis se participem esse desiderat, ab esu carnium eadem die, nisi maiori festivitate interveniente vel infirmitate prepediente, abstineat.

Item Fructuosus episcopus. **Monacho carnem gustare non licet.**

Carnem cuiquam monacho nec gustandi nec sumendi est concessa licentia. Non quod creaturam dei iudicemus indignam, sed quia carnis abstinentia utilis et apta monachis estimatur, servato tamen moderamine pietatis erga egrotos. Quod si quis monachus violaverit, et contra sanctiorem regule usumque veterum vesci carnibus presumpserit, sex mensium spatio retrusioni et penitentie subiacebit.

Item Ieronimus ad Rusticum monachum. **De cotidianis operibus monachorum.**

Numquam de manu aut oculis tuis liber psalterii discedat, dicatur ad verbum oratio sine intermissione, in vigiliis sensus nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter et animus tendatur ad dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum, et carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus, que si in pectore insederint, dominabuntur tui et te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum. Si apostoli habentes potestatem in evangelio vivere laborabant manibus suis, ne quem gravarent, et aliis tribuebant refrigeria, pro quorum spiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in tuos usus successura non prepares? Ut fiscellam texere iunco, ut canistrum lentis plectere viminibus. Seratur humus, areole equo limite dividantur, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plante per ordinem posite, aque ducantur irrigue, ut pulcherrimorum versuum spectator assistens: Ecce supercilio clivosi tramitis undam elicit, illa cadens raucum per levia murmur saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. Inserantur fructuose arbores vel gemmis vel surculis, ut parvo post tempore laboris tui dulcia poma carpas. Apium fabricentur alvearia, ad quas te mittunt Salomonis proverbia. Monasteriorum ordinem ac regiam disciplinam in parvis disce corporibus. Texantur et lina capiendis piscibus. Scribantur libri, ut et manus operetur cibos et animus lectione saturetur. In desideriis est omnis otiosus. Egiptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis et laboris suscipiant, non tam propter victus necessitatem quam propter anime salutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus, et instar fornicantis Ierusalem omni transeunti divaricet pedes suos. Et in sequentibus: Quid ergo? Pereunt omnes qui in urbibus habitant? Ecce fruuntur illi suis rebus, ministrant ecclesiis, adeunt balnea, unguenta non spernunt, et tamen in omnium ore versantur. Ad quam et respondi, et nunc breviter respondeo, me in presenti opusculo non de clericis disputare, sed monachum instituere.

Item in V. capitularium. **Absque suorum prelatorum licentia canonicis nichil agere licet.**

Igitur quantum humana permittit fragilitas, decernimus ut canonici clerici canonice vivant, observantes divine scripture doctrinam et documenta sanctorum patrum, et nichil sine licentia sui episcopi vel magistri eorum incomposite agere presumant. In uno quoque episcopatu simul manducent et dormiant. In uno quoque episcopatu simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit. Qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo claustro maneant, et singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, et audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant. Obedien

[illegible gloss]

…tiam secundum canones suis ministris faciant. Item ex concilio Namnetensi. Presbiteri qui simul conveniunt ebrietatem caveant.

Nullus presbiterorum, quando ad anniversarium diem vel tricesimum aut septimum vel tertium alicuius defuncti aut quacumque vocatione ad collectam presbiteri convenerint, se inebriare ullatenus presumat, nec precari in amore sanctorum vel ipsius anime bibere aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus et risus inconditos et fabulas inanes ibi referre aut cantare presumat, vel turpia ioca vel urso vel tornatricibus ante se fieri patiatur, nec larvas demonum ante se fieri consentiat, quia hoc diabolicum est, et a sacris canonibus prohibitum. Item ex concilio Laodicensi. Quibus spectaculis clerici non debent interesse.

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, que aut in nuptiis aut in scenis exhibentur, interesse; sed antequam thimelici ingrediantur, surgere eos de convivio et abire debere. Item ex eodem. Clericus vel laicus sine iussione episcopi non peregrinetur.

Non oportet ministrum altaris vel quemlibet ecclesiasticum preter iussionem episcopi ad peregrina (vel ad ultramarinas) proficisci. Laicum sine canonicis litteris, id est formatis, similiter non oportet aliubi proficisci. Item Augustinus ad Possidium. Quod colorum fuco mulieres uti non debent.

Fucare pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittende sunt femine ornari secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus maxime christianorum et christianarum non tantum nullus fucus mendax, verum nec auri quidem vestisque pompa, sed mores boni sunt. Execranda autem superstitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspense deputantur, non ad placendum hominibus, sed ad serviendum demonibus adhibentur. Item ex simbolo Ephesini concilii coepiscoporum, quod habitum est contra Nestorium. Quod spiritus sanctus procedit a patre et filio.

De spiritu dicit dominus in evangelio: Ille me clarificabit. Hoc rectissime sentientes unum Christum et filium, non velut alterius egentem gloria confitemur spiritu sancto gloriam consecutum, quia spiritus eius nec melior nec superior ipso est. Sed quia humana opera faciens ad demonstrationem sue deitatis virtute propria spiritu utebatur, ab ipso glorificatus dicitur, eo quod virtutis sue, ut disciplina quelibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in substantia sit spiritus et intelligatur in persona proprietas, iuxta id quod spiritus est et non filius, attamen alienus non est ab illo. Nam spiritus appellatus est veritatis, et veritas Christus est. Unde et ab isto similiter sicut ex deo patre procedit. Denique et hic accipere per spiritum sanctum et per sanctorum manus apostolorum miracula gloriosa perficiens, dominum glorificavit Ihesum Christum, postquam ascendit in celum. Nam creditur Christus natura deus existere per suum spiritum efficiens virtutes. Ideoque dicebat: De meo accipiet et annuntiabit vobis. Item Ydimus de spiritu sancto contra errorem Grecorum.

Salvator, qui veritas est, ait: Non enim loquetur a semetipso. De eodem. Hoc est, non sine me et sine patris arbitrio, quia inseparabilis est a mea et patris voluntate, et amplius quia ex se non est, sed ex patre et a me est. Hoc enim ipsum quod consistit et loquitur a patre et a me illi est. Ego veritatem loquor, id est inspiro que loquitur, siquidem spiritus veritatis est. Dicere autem et loqui in trinitate non secundum consuetudinem nostram, qua ad nos invicem sermocinamur et loquimur, accipiendum est, sed iuxta formam incorporalium naturarum, et maxime trinitatis, que voluntatem suam ingerit in corda credentium et eorum cordibus inserit qui eam digni sunt audire. Loqui ergo est dicere patrem et audire filium, vel e contrario filium loquentem et audire patrem, eiusdem nature esse patrem et filium, in patre et filio consensus significatio. Spiritus sanctus quoque, qui est spiritus veritatis, spiritus sapientie, non potest audire filium loquentem que nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur a patre et filio, id est procedens deus de deo, spiritus veritatis procedens a veritate, consolator manans de consolatore. Denique ne quis illum a patris et filii voluntate et societate discerneret, scriptum est: Non enim a semetipso loquetur, sed sicut audit, loquetur. Cui simile est quod de se ipso salvator ait: Sicut audio, iudico. Et alibi: Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.

[illegible gloss]

…care. depingere. medicatus. subornare
…cata. depicta. tincta. adulterino gratia … ficta non vera.
… apis … q… nil operans alvearius se inserit. ut aliena mella consumat.
… dicitur qui alienos labores fedat. … qui non laborat. i. mella.
… medicatum. fraus. dolus. astus.
… genus herbe … vestis dicta. qui … aliquem colorem … fucat

Ex.i. xv. xx.i. xx.iii. xx.vi. xxxv. xl.v. xl.vi. xl.viii. D.l. l.i. l.ii. l.vi. l.viii. lx.i. lx.ii. lx.viii. lxx. lxx.iiii. lxx.v. lxx.vii. lxx.viii. lxxx. lxxx.i. lxxx.vi. lxxx.vii. lxxx.viii. xc.i. xc.ii. xc.iii. xc.iiii. xc.vi. xc.viii. Ex.i. causa.

De uite scripto. et ñ.
A quibus tpibus ut. caū.
De clericorum nominibus.
Qualiter apostolicus i.i. po.
De bigamis.
De ebrietate.
De his qui ñ beneficium.
De litigiosis.
De neophitis.
De lapsis.
De criminibus.
De corpe uitiatis.
De pbris siue adul.
De monachis absque.
Qñ quis de alt. eccla.
A quibus sit eligendus. ep.
De electis epis.
De absoluta ordinatione. — C. viii. cā.
De his qui in uito ordi.
Qualiter et a quibus epi.
Ut nullus ñ p grad. — C. x. cā.
A quibus apostolicus sit intro.
In quibus locis primates.
De his qui in criminibus. — C. x. cā.
De epo docente gramaticā.
In quibus casibus liceat cleric. — C. xii. cā.
Ut diuersa officia uni.
Ut eccla nulla sine opis occasione.
De ordinandis epis. q. in eccla.
Ut pp inqui epi.
Ut legatos epo.
De his que laica sine cō. — C. xiii. cā.
De transmarinis.
De simoniacis.
Q̃n rectoribus ecclarum.
De his quos gratia ex. — C. xiiii. cā.
De his qui parentū pe.
De his qui p electione.
De renuntiantibus siue brsi.
Ut nullus sine cōdemnet.
De expoliatis.
De pena deficientium in ac. — C. xv. cā.
Quot testes requirant.
Qui et ad quos appellare.
Quibus et q̃n liceat accu.
Ut nemini ñ inscriptis.
De restitutionibus.
De indutiis accusatorum.
De phibita infamium ac.
Ut domestici testes. — C. xvi. cā.
[illegible] modo p imp.
[illegible] iudices.
[illegible] apostolicis.
[illegible] ac.
[illegible] — C. xvii. cā.
[illegible] — C. xviii. cā.
[illegible] — C. xviiii. cā.

Qualiter qui imperauerint.
De his q causis siue in uitē ua.
Ut nullus ep.
De his qui alios et tamen a.
De his qui calūpnia. — C. xx. cā.
De [illegible] infamibus.
Si ep̃s a uenis scelestis.
De his qui alteri pnic.
Si iudices electi discor. — C. xx.iii. cā.
Cū pbationis onus.
Si p̃p molestia. aut infir.
De his q edd ito.
Si epis succes.
De electione epor.
De his q añ ut ordi.
De clericis qui añ tēp. — C. xx.iiii.
Ut ñ ñ apostolicis litteris.
De consecrationibus et ordinationibus.
Ut parrochianū alteri. — C. xx.v. cā.
Q. de pis sine merito. — C. xx.vi. cā.
Sub aū potestate. bari.
De castellis et manapiolis.
Q. de pis noē ca.
Si cause ut cō̃mictet.
De his q excoīcati cōicant. — C. xx.vii.
Anclias sibi p̃pũ liceat.
In q̃bus casibus res eccle. — C. xx.viii.
De his que obuenerint. — C. xx.viii.
Si de suis rebus eccle rebus. — C. xxx. cā.
Sup quibus rebus liceat.
Qualiter eccle sint diui.
Ubi quis sepeliri debeat.
Ut p sepeliendis mortuis.
Quibus orationes ut oblationes. — C. xxx. cā.
De obseruatione dierum.
Si p rebus transitoriis.
Ut eccla p eccla sua. — C. xxx.ii. cā.
De usuris.
Ut eccla et laici abusiuis.
Si de male adq̃sitis.
Si ut eta penitentia agat.
De his que nō uoluntate.
Si clericus p inpsisi pato.
Si mulieres accu. — C. xxx.iii. cā.
Q. bi diebus cause ñ s uēti.
An se purgare debeant.
De cōfessione criminum extor.
De pbris et diaconibus.
Si sponte cōfessi ut ab aliis.
Si monachi in officia pplo. — C. xxx.iiii.
A quibus parrochiales eccle. — C. xxx.v.
De p̃sceptionibus.
De his q titulos impont.
De decimis.
De uouentibus.
De his q distraunt.
De eo q de monacho epis. — C. xxx.vi. cā.
De canonicis q monachos.
De his q a parentibus deo of.
De his qui in uiti siue uolū.
Si monachi ut monache.
Ut nemo clericus induat.

Si eccla sua eccla.
Ut clerici ñ negot.
De clericis q secularibus et fil.
Si clerici ab epis cōdempnati.
Si iuramentum prauum sit.
Si falsū iurare sit piurium.
Si mulieri ita iurauerit.
De his q de iurare cōpelluntur.
Si mulari peccatum sit.
Si mutuas sortes ar.
De maleficis et sortilegiis.
Si p eccato ut de ex.
Si maleficus cogi ad bonū.
De his q suis rebus eccle.
Si uicar de eccla sarma.
De his q ñ rsi mariti.
Si post mortem excoicati.
Si p peccatū a uanū tota familia.
De priuilegiis eccle.
De sortilegiis et diuinis.
De multiplici genere diuin.
De his q cōsulunt diuinos.
Si excoicati ab epo.
De p̃pe et in satisfactionis.
De phibito uouentium cōiugio.
Que res facit matrimonium.
Si cōiugium sit inter infidele.
De his q ignorant ancillas.
De his qui filius p sexuale.
Si ante tēps discretionis.
Filiā spūalē ut adoptiuā.
Si alicui liceat duas cōmā.
Ut mulieres a uiri.
Si possit duo in matrimonio.
Ut nulla uidua ut uirgo.
De parentibus q fidē frange.
De his q re añ uxores adul.
Que sit causa nubend.
Cui art iterū.
Quomō abraā excuset.
De uirginitate mentis.
De fornicatione cā.
Si mul. et sterilis.
De his q causis fugiendi.
Si mantus.
Si p̃ penitentie ruini cō̃ tēlere.
De q̃nbus homicidio.
Si p̃ orationis cōiugali.
Si sine cōsensu uiri.
Si nup̃ serit mulier.
De phibitis siue ad cēsi nup.
De gradibus et affinitatibus.
Quibus accusantibus ut test.
De incestuosis.
In quibus casibus sñ ita apti.
Si sobolis ex sed is nup.
De raptoribus puellar.
De ecclar cōsecratione.
De corpe xpi.
De tribus fēriandis.
De baptismo et eius effectu.
De manus impositione. diuinis officiis.

In quibus casibus q̃s p̃t liberare clericum. no. xvii. q. iiii. c. Siq̃s suadente.

In quibus casibus possit papa dispensare. no. xxv. q. i. [illegible]

Et in quibus alii plati possunt ... no. i. q. vii. ...

[illegible]

II

[illegible]
at capta in xix m[illegible]
[illegible] dicto libro [illegible]